dispensationem. Sed neque a sola caritate, neque a nostra virtute, sed ex utrisque. *Elegit enim nos*, inquit: qui autem eligit, scit quid eligat. *In caritate*, inquit, *prædestinavit nos*. Nullum enim salvum fecisset virtus, nisi esset caritas. Nam, dic mihi, quid profuisset Paulo, et quid effecisset, nisi ipsum evocasset e superis, et dilectum ad se traxisset? alioquin autem, quod tam multis dignatus sit, caritatis fuit, non nostræ virtutis. Nam fuisse bonos et virtute præditos et credidisse et accessisse, fuit hoc quidem ejus qui vocavit, sed nostrum quoque: quod autem cum accessissemus tam multis dignatus sit honoribus, ut confestim ex inimicitia duceret ad filiorum adoptionem, est re vera exsuperantis caritatis. *Qui in caritate*, inquit, *prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsam*. Vides quomodo nihil sine Christo? quomodo nihil sine Patre? Ille prædestinavit, hic adduxit. Et hæc ponit extollens quæ facta sunt, sicut etiam dicit alibi: *Non solum autem, sed etiam gloriamur per Dominum nostrum Jesum Christum (Rom. 5. 11)*. Nam magna quidem sunt quæ data sunt, multo autem sunt majora, quod data sint per Christum; quod non quempiam ex servis miserit ad servos, sed ipsum Unigenitum. *Secundam propositam*, inquit, *voluntatis suæ*; id est, propterea quod valde velit. Hoc est, ut ita dicam, ejus desiderium. Ubique enim *εὐδοκία* (hoc enim vocabulum hic usurpat Paulus) est voluntas princeps et quæ præcedit: est enim etiam alia voluntas: utputa, voluntas prima est, ut non pereant qui peccarunt: voluntas secunda est, ut qui facti sunt mali pereant. Non enim eos castigat necessitas, sed voluntas. Id etiam videre licet in Paulo, ut quando dicit, *Volo omnes homines esse sicut meipsum*; et rursus, *Volo juniores nubere, filios procreare (1. Cor. 7. 7; 1. Tim. 5. 14)*. *Εὐδοκία* ergo primam dicit voluntatem, illam quæ est vehemens et desiderio juncta persuasionem: non enim recusabo dictione utl communiore, ut simplicioribus res sit ditivendior: sic enim, nos dicimus, *κατὰ τὸ πνεῦμα ἡμῶν*, id est, secundum persuasionem nostram. Hoc ergo sibi vult: valde cupit, valde desiderat nostram salutem.

*Gratia est a bonitate.*—Cur sic nos amat? cur sic nos diligit? A sola bonitate: gratia enim est a bonitate. Propterea dicit, *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum*, volens, et admødum volens, ut ostendatur gloria ejus gratiæ. *Secundum propositam voluntatis suæ*, inquit, *G. in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto*. Ut ostendatur, inquit, gloria ejus gratiæ, in qua nos gratos fecit in dilecto.

3. Ergo si ad hoc gratos fecit, in laudem gloriæ gratiæ ejus, et ut ostenderet ejus gratiam; maneamus in ipsa. *Ad laudem gloriæ*. Quid sibi vult illud? ut quis ipsum laudet? ut quis ipsum glorificet? ut nos, angeli, archangeli? sed et omnis creatura? Et quid hoc? Nihil: Deus enim nullo eget. Cur ergo vult a nobis laudari et glorificari? Ut in ipsum caritas sit in nobis ferventior. Ex nostris enim nihil aliud

cupit quam nostram salutem: non ministerium, non gloriam, non aliquid aliud, et propter hoc facit omnia. Nam qui laudat et admiratur eam quæ in se facta est gratiam, attentior erit et diligentior. *Qua gratificavit nos*, inquit. Non dixit, *ἡ; ἔχαριτωσεν*, id est, quam gratis donavit, sed *ἔχαριτωσεν*, id est, gratos fecit: hoc est, non solum liberavit a peccatis, sed etiam fecit amabiles. Quemadmodum enim si quis scabiosum et peste ac morbo senioque et paupertate ac fame confectum et perditum, statim fornosum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincen-tem, e genis quidem splendorem valde emittentem, et micantium oculorum ejaculationibus solis fulgores occultantem; deinde eum constituerit in ipso flore ætatis, et postea eum purpura induerit et diadema imposuerit, et omni regio ornata decorarit: ita nostram instruxit et ornavit animam, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem. Cupiunt enim angeli talem aspiceret animam, archangeli quoque et omnes aliæ Virtutes. Ita nos etiam fecit gratiosissimos, et sibi desiderabiles. *Concupiscet enim, inquit, Rex speciem tuam (Psal. 44. 12)*. Vide enim quam noxia antea loquentes, quanta plena gratia nunc loquamur. Non amplius admiramur divitias, non amplius quæ hic sunt, sed cælestia et quæ sunt in cælis. Nonne puerum illum dicimus esse scitum et gratiosum, qui cum elegantia et decore corporis, multam etiam in verbis habet gratiam? Tales sunt fideles. Vide qualia loquantur qui sunt initiati mysteriis. Quid fuerit illo ore gratiosius, quod verba emittit admirabilia, et mundo corde et mundis labiis ejusmodi mysticæ mensæ est particeps, cum multo splendore et fiducia? quid verbis illis gratiosius, per quæ diabolo abrenuntiamus? per quæ in Christi militum numerum adscribimur? confessione illa quæ fit ante lavacrum, et illa quæ post lavacrum? Cogitemus quam multi baptisma corrupimus, et gemamus, ut id possimus recipere. *In dilecto*, inquit, *7. in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius*. Quomodo? Non solum est admirabile quod Filium dederit, sed quod etiam eo modo dederit, ut ipse dilectus mactatus sit. Multa est hyperbole: dilectum dedit pro iis qui habebantur odio. Vide quanti nos æstimet. Si, quando ipsum habebamus odio et eramus inimici, dedit suum dilectum, quid non deinceps faciet, cum fuerimus et reconciliati per gratiam? *Remissionem*, inquit, *peccatorum*. A supernis descendit ad inferiora: cum prius dixerit filiorum adoptionem et sanctificationem et immaculatos, tunc quoque vitium dicit; non minuens, neque a magnis ad parva deducens orationem, sed a parvis ascendens ad magna. Nihil est enim æque magnum atque Dei sanguinem pro nobis esse effusum; et filiorum adoptione et aliis donis hoc est majus, quod de Filio quidem pepercerit. Magna res est remissa esse peccata, sed majus est quod per sanguinem Dominicum. Nam quod hoc sit longe majus omnibus, vide quomodo hic quoque exclamavit, dicens: *Secundum dititias gratiæ ejus, 8. quæ superabundavit in nobis*. Nam ille quoque sunt divitiæ,

sed hæ multo magis. *Quæ superabundavit*, inquit, *in nobis*. Et divitiæ sunt, et superabundantes, id est, affatim effusæ. Verbis exprimi non possunt ea, quæ nos re experti sumus. Divitiæ enim sunt, divitiæ superabundantes, divitiæ non hominum, sed Dei, quæ nullo modo verbis exprimi possint. Ostendere autem, volens quomodo superabundanter dedit, *In omni sapientia et prudentia*, inquit, *9. ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ*. Hoc est, cum sapientes fecisset et prudentes in ea quæ vere est sapientia, in ea quæ vere est prudentia.

4. Pape! quanta amicitia! Nobis enim dicit sua mysteria. *Voluntatis suæ*, inquit; ac si diceret, nota nobis fecit quæ sunt in suo corde: hoc enim est mysterium quod plenum est omni sapientia et prudentia. Quid enim par dices huic sapientiæ? qui nullius erant pretii, eos invenit ut proberet ad divitias. Quid potest æquiparari huic solerti facilitati? qui erat inimicus, qui exosus, is repente sursum ascendit. Nec hoc solum, sed etiam in hoc tempore; idque erat sapientiæ, et quod per crucem. Prolixa hic se offert oratio ad ostendendum, quomodo hoc erat sapientiæ, et quomodo nos effecit sapientes. *Secundum beneplacitum suum*, inquit, *quod proposuit in ipso*. Hoc est, hoc cupiebat, hoc parturiebat, ut ita posset nobis effari mysterium. Quodnam? Quod hominem velit apud superos sedere. Hoc autem factum est, *10. In dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt in ipso*. Abscisa fuerant, inquit, cælestia à terrestribus, non habebant unum caput. Nam quod attingit quidem ad rationem creationis, unus erat Deus; quod autem ad rationem conjunctionis, non item: nam errore gentium diffuso, abscissi erant ab ejus obedientia. *In dispensationem*, inquit, *plenitudinis temporum*. Plenitudinem temporum ipsam appellavit dispensationem. Vide quam accurate loquatur. Et cum ostendisset quidem a Patre principium, propositum, consilium, primum incitamentum; eam autem, quæ per opera fit, adimplerionem per Christum: nusquam eum nominat ministrum. *Nos elegit*, inquit, *in ipso, cum nos prædestinasset ad filiorum adoptionem per Christum Jesum in ipso, et ad laudem gloriæ gratiæ ipsius: in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, quam proposuit in dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo*. Et nusquam eum dixit ministrum. Si autem et *in* et *per* sunt ministri, vide quos res redeat (a). Nam in principio epistolæ dixit, *Per*

(a) Id autem dicit Chrysostomus, quia Ariani et alii hæretici qui dicebant Christum rem factam, et minorem Patre atque ministrum ejus esse, pugnant etiam, illud, *in Christo*, et *per Christum*, quæ frequenter occurrunt in Novo Testamento, significare Christum esse ministrum; quos ipse pluribus confutat in Homiliis de incomprehensibili et alibi.

*voluntatem Patris*. Pater, inquit, voluit; Filius est operatus. Sed nec quoniam Pater voluit, Filius est extra operationem; neque, quoniam Filius est operatus, voluntate privatus est Pater; sed Patris et Filii communia sunt omnia: nam *Omnia mea tua sunt*, inquit, *et tua mea sunt* (Joan. 17. 10). Plenitudo autem temporum erat ejus adventus. Quia igitur omnia fecerat, et per angelos, et per prophetas, et per legen, et nihil proficiebat; et periculum erat ne temere factus esset homo, ne temere esset productus, imo vero in suam perniciem, pereuntibus omnibus et magis quam in diluvio, hanc dispensationem invenit, quæ sit per gratiam, ne temere et frustra creatus esset. Hanc temporum plenitudinem dicit et sapientiam. Quare? Quia, quando maxime erant perituri, tunc salvi fuerunt. *Ἀνακεραλιώσασθαι*, inquit. Quid est *ἀνακεραλιώσασθαι*? Conjugere. Cæterum studeamus quam proxime accedere ad ipsam veritatem. Nam a nobis quidem, ut etiam in more est positum, dicitur *ἀνακεραλιώσις*, quæ proluxe dicta sunt in breve contrahere, et omnia quæ proluxe dicta sunt compendiose dicere. Nam hoc quoque ita habet: quæ enim longo tempore dispensabantur in ipso *ἀνακεραλιώσατο*, hoc est, in summam redegit. Verbum enim consummans, et in justitia abbrevians, et illa comprehendit, et alia addidit. Hoc est, *ἀνακεραλιώσις* et reductio in summam. Est et aliud quod significatur. Quodnam hoc? Unum omnibus posuit caput, nempe Christum secundum carnem, et angelis et hominibus: hoc est, et angelis unum dedit principium, et hominibus: his quidem id quod est secundum carnem, illis autem Deum Verbum<sup>1</sup>. Ut si dicas de domo, quæ partim quidem est marcida ac debilis, partim autem valida et fortis, Domum reedificavit, hoc est, fortiorem fecit, fortiorem imposuit basim: ita hic quoque omnes uni subjecit capiti. Ita enim fiet unitas, ita accurata et perfecta fuerit conjunctio, quando omnia redacta fuerint sub unum caput, superne quoddam necessarium habentia vinculum. Tanto ergo dono dignati, tanto honore, tanta benignitate, ne dedecore afficiamus eum qui nos affecit beneficio, ne faciamus ut tanta sit nobis inanis gratia, vitam ostendamus angelicam et angelicam virtutem, et vitæ agendæ rationem; rogoque et queso, ne hæc omnia sint nobis in judicium et condemnationem, sed ad fruendorum bonorum perceptionem: quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, etc.

<sup>1</sup> Codex unus, hoc est, alterum angelis, alterum hominibus principium dedit: his quidem id quod est secundum carnem, illis autem secundum spiritum, Verbum Deum. Quæ lectio non spernenda.

8. Βαβαί, πόση φίλια! Τὰ γὰρ μυστήρια αὐτοῦ ἡμῖν λέγει. Τοῦ θελήματος αὐτοῦ, φησὶν ὡς ἀνελεποίτις, τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἡμῖν ἐγνώρισεν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ μυστήριον τὸ πάσης σοφίας τε γέμον καὶ φρονήσεως. Τί γὰρ ταύτης τῆς σοφίας ἴσον ἔρεις; τοὺς οὐδενὸς ἀξίους ὄντας, τοσούτους εὗρεν ὅπως εἰς πλοῦτον ἀναγάγῃ. Τί ταύτης τῆς εὐμηχανίας ἴσον; ὁ ἐχθρὸς, ὁ μεμισημένος, οὗτος ἐξαίφνης ἄνω γέγονε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ· καὶ τοῦτο σοφίας ἦν. καὶ τὸ διὰ σταυροῦ. Μακρὸς ἐνταῦθα δεῖξει ὁ λόγος, πῶς σοφίας ἦν τοῦτο, καὶ πῶς σοφοὺς ἡμᾶς εἰργάσατο. Διὸ πάλιν, *κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ*, φησὶν, *ἦν προέθετο ἐν αὐτῷ*. Τουτέστι, τοῦτο ἐπεθύμει, τοῦτο ὤδινεν, ὡς ἂν ἔχοι ἐξεπεῖν ἡμῖν τὸ μυστήριον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι ἄνθρωπον ἄνω καθίσει βούλεται. Τοῦτο δὲ γέγονεν, *εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαίωσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ*. Ἀπέσχιτο, φησὶ, τὰ ἐπουράνια τῶν ἐπιγείων, οὐκ εἶχε μίαν κεφαλὴν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον εἰς Θεὸς ἦν· κατὰ δὲ τὸν τῆς οἰκαιώσεως οὐκέτι, τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης κέχυμένης, ἀλλ' ἀπεσχισμένοι ἦσαν τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ. *εἰς οἰκονομίαν*, φησὶ, *τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν*. Πλήρωμα τῶν καιρῶν αὐτὸ ἐκάλεισεν. Ὅρα πῶς ἀκριδῶς φεγγεταί. Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς· δείξας, [8] τὴν πρόθεσιν, τὴν βουλὴν, τὴν πρῶτην ὄρμην, τὴν δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐκπλήρωσιν διὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐδαμοῦ διάκονον αὐτὸν ὀνομάζει. *Ἐξελέξατο ἡμᾶς*, φησὶν, *ἐν αὐτῷ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἰοθεσίαν διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ εἰς ἔκλειπον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἦν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαίωσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ*. Καὶ οὐδαμοῦ διάκονον αὐτὸν εἶπεν. Εἰ δὲ τὸ, *ἐν*, καὶ τὸ, *διὰ*, διακόνου ἐστίν, ὅρα πῶς τρέπει τὸ πρᾶγμα. Ἀρχόμενος γὰρ εὐθέως τῆς Ἐπιστολῆς, *διὰ τοῦ θελήματος*, εἶπε, *τοῦ Πατρὸς*. Ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, φησὶν, ὁ Υἱὸς ἐνήργησεν. Ἄλλ' οὕτε, ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, τῆς ἐνεργείας ἐκτός ἐστιν ὁ Υἱὸς· οὕτε ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς ἐνήργησε, τοῦ θελήματος ἀπεστέρηται ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ κοινὰ Πατὴρ καὶ Υἱὸς πάντα· *πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ σὰ ἐστί*, φησὶ, *καὶ τὰ σὰ ἐμὰ*. Πλήρωμα δὲ τῶν καιρῶν ἡ παρῶ-

σα αὐτοῦ ἦν. Ἐπεὶ οὖν πάντα ἐπραξε καὶ δι' ἀγγέλων, καὶ διὰ προφητῶν, καὶ διὰ νόμου, καὶ οὐδὲν πλεον ἐγένετο, ἀλλ' ἐκινδύνευεν εἰκὴ γεγενῆσθαι ἄνθρωπος. εἰκὴ παρῆχθαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ κακῷ, πάντων ἀπολλυμένων ἀπλῶς, καὶ μειζρόνως ἢ ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ, εὗρε ταύτην τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς χάριτος, ὥστε μὴ εἰκὴ μὴδὲ μάτην αὐτὸν γενέσθαι. Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τοῦτο λέγει, καὶ σοφίαν. Πῶς; Ὅτι ὅτε μάλιστα ἔμελλον ἀπόλλυσθαι, τότε διεσώθησαν. *ἀνακεφαλαίωσασθαι*, φησὶν. Τί ἐστίν, *ἀνακεφαλαίωσασθαι*; Συνάψαι. Πλὴν ἀλλὰ σπουδάζομεν ἐγγὺς αὐτῆς γενέσθαι τῆς ἀληθείας. Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀνακεφαλαίωσις λέγεται καὶ τὰ διὰ μακρῶν λεγόμενα εἰς βραχὺ συστελεῖται, καὶ πάντα τὰ διὰ πολλῶν λεγόμενά συντόμως εἶπεν. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τοῦτο· τὰ γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου οἰκονομούμενα ἀνακεφαλαίωσατο ἐν ἑαυτῷ, τουτέστι, συνέτεμε. Λόγον γὰρ συντελών, καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐκεῖνα περιέλαβε, καὶ ἕτερα προσέθηκε. Τοῦτό ἐστιν ἀνακεφαλαίωσις. Ἔστι καὶ ἕτερον τι δηλούμενον. Ποῖον τοῦτο; Μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε τὴ κατὰ σάρκα Χριστὸν, καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις· τουτέστι, καὶ ἀγγέλις μίαν ἀρχὴν ἔδωκεν, καὶ ἀνθρώποις, τοῖς μὲν τὴ κατὰ σάρκα, τοῖς δὲ τὸν Θεὸν Λόγον· ὡς ἂν περὶ οἰκίας τις εἴποι τὰ μὲν σαθρὰ, τὰ δὲ ἰσχυρὰ γούστῃ· Ἀνοικοδόμησε τὴν οἰκίαν, τουτέστιν, ἰσχυροτέραν εἰργάσατο, ἰσχυροτέραν κρηπίδα ὑπέθηκεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάντας ὑπὸ μίαν ἤγαγε κεφαλὴν. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο ἕνωσις, οὕτως [ἂν γένοιτο] ἀκριδῆς συνάφεια, ὅταν ὑπὸ μίαν ἅπαντα ἀχθεῖη κεφαλὴν, σύνδεσμόν τινα [9] ἀναγκαῖον ἄνωθεν ἔχοντα. Τοσαύτης τοίνυν ἀξιοθέντες δωρεᾶς, τοσαύτης τιμῆς, τοσαύτης φιλανθρωπίας, μὴ καταιδύωμεν τὸν εὐεργετήσαντα, μὴ εἰς κενὸν τὴν τοσαύτην χάριν ποιήσωμεν, ἀγγελικὸν βίον ἐπιδειξώμεθα, ἀγγελικὴν ἀρετὴν καὶ πολιτείαν· ναὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, ἵνα μὴ εἰς κῆρμα μὴδ' εἰς κατάκρημα γέννηται ταῦτα πάντα ἡμῖν, ἀλλ' εἰς ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν· ὣν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, καὶ τὰ ἐξῆς.

<sup>a</sup> Codex unius, τουτέστι καὶ ἀγγέλοις ἀρχὴν ἔδωκεν ἕτερον καὶ ἀνθρώποις· τοῖς μὲν τὴ κατὰ σάρκα, τοῖς δὲ κατὰ πνεῦμα τὸν Θεὸν Λόγον.

## ΟΜΙΛΙΑ Β΄.

Ἐν ᾧ καὶ ἐκκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμῶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότες ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, ὃ ἐστὶν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

α'. Πανταχοῦ τὴν ἀφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐσπούδασεν ὁ Παῦλος τὴν περὶ ἡμᾶς δεῖξαι, ὡς αὐτῷ δυνατόν. Ὅτι γὰρ μετὰ ἀκριβείας οὐχ οἶόν τε, ἀκουσον τί φησιν αὐτός· Ὁ βᾶθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κριματά αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! πλὴν ἀλλ' ὡς οἶόν τε ἐστὶ δεικνῦσι. Τί οὖν ἐστὶν ὃ λέγει, Ἐν ᾧ καὶ ἐκκληρώθημεν προορισθέντες; Εἶπεν, Ἐξελέξατο ἡμᾶς, ἀνωτέρω· ἐνταῦθα φησιν· Ἐκκληρώθημεν. Ἄλλ' ἐπειδὴ ὁ κλῆρος συντυχίας πρᾶγμα ἐστὶν, οὐ προαιρέσεως οὐδὲ ἀρετῆς· ἀγνοίας γὰρ καὶ ἐπιτυχίας ἔχεται, καὶ τοὺς ἐναρέτους πολλάκις ἀφελί, τοὺς οὐδενὸς ἀξίους λόγου, τούτους εἰς μέσον παρήγαγεν· ὅρα πῶς αὐτὸ διορθοῦται. Προορισθέντες, φησὶ, κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος. Τουτέστιν· Ὅχι ἀπλῶς ἐκκληρώθημεν ὡσπερ οὐδὲ ἀπλῶς ἐξελέγημεν· θεός γὰρ ὁ ἐκλεξάμενος· οὐδὲ ἀπλῶς ἐκκληρώθημεν· θεός γὰρ ὁ κληρωσάμενος· ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιτολῇ γράφων φησὶ· Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Οὐς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· οὐς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Πρώτον εἰπὼν, Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν, ὁμοῦ καὶ τὸ ἐξαιρέτων τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους δηλωσάσι βουλούμενος, καὶ κλῆρον εἶπεν, ὥστε τὸ αὐτεξούσιον μὴ ἀφελῆσθαι. Ὅσπερ ἐστὶ τοίνυν μακαριότητος μάλλον αὐτὸ τίθεισιν. Ὁ γὰρ κλῆρος οὐκ ἀρετῆς [10] ἐστὶν, ἀλλὰ, ὡς ἂν τις εἴποι, συντυχίας. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Κλῆρου γενομένου ἡμᾶς ἐξελέξατο. Τὸ δὲ ὄλον, ἀπὸ τῆς προαιρέσεως προορισθέντας, τουτέστιν, ἑαυτῷ ἐκλεξάμενος ἀφώρισεν· οἶον, ἑώρα ἡμᾶς πρὶν ἢ γενέσθαι κεκληρωμένους. Θαυμαστὴ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόγνωσις, καὶ πάντα εἰδύα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Σὺ δὲ θέα πῶς πανταχοῦ σπουδῆν ποιεῖται δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐκ μετανοίας, ἀλλ' ἀνωθεν τὰ πράγματα οὕτω τετύπωτο, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς ἔχειν τῶν Ἰουδαίων ἕκαστον κατὰ τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ὑπὲρ τοῦτο ποιῆ. Πῶς οὖν φησιν αὐτός· Ὁ Χριστὸς, οὐκ ἀπεστᾶται, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ; καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν, Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθῃτε; καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ Παῦλος ἔλεγεν. Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτόν, καὶ οὐκ ἀξιόους κρινετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη; διὰ γὰρ τοῦτο ταῦτα λέγεται, ἵνα μὴ ὡς ἐκ παρέρπου νομισθῆ τις τοῦτο γεγενῆσθαι. Κατὰ πρόθεσιν, φησὶ, τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Τουτέστιν, οὐδὲν μετὰ ταῦτα ἐνῆργησε, πάντα ἀνωθεν διατυπώσας. Οὕτως αὖ-

τὸς ἐπάγει τὸ τέλος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Ὅστε οὐκ ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι οὐ προείχον, διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη ἐκάλεσεν, οὐδὲ ἀναγκασθεῖς, οὐδὲ ἐξ ἐκείνων ὀρηθεῖς. Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς, φησὶν, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότες ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν· τουτέστι, δι' οὗ. Ὅρα πανταχοῦ αἴτιον πάντων γενόμενον τὸν Χριστόν, καὶ οὐδαμοῦ τὸ τοῦ ὑπουργοῦ βνομα, οὐδὲ τὸ τοῦ διακόνου· ὡσπερ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν Ἑβραίοις γράφων, ὅτι Πάλαι λαλήσας τοῖς πατρίαις ἡμῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Ἰϋφ. Τουτέστι, δι' Ἰϋφ. Τὸν λόγον, φησὶ, τῆς ἀληθείας· οὐκέτι τὸν τοῦ τύπου, οὐδὲ τὸν τῆς εἰκόνας.

Τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Καὶ καλῶς εὐαγγέλιον αὐτὸ σωτηρίας καλεῖ, τὸ μὲν πρὸς τὸν νόμον αἰνιτόμενος, τὸ δὲ πρὸς τὴν μέλλουσαν κόλασιν. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶ τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἡ σωτηρίας εὐαγγέλιον, ὅτι τοὺς ἀξίους ἀπόλλυσθαι οὐκέτι ἀπόλλυσιν. Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε ἐν τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, ὃς ἐστὶν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν. Πάλιν πολλῆς προνοίας δεῖγμα τὸ σφραγισθῆναι, οὐ τὴ ἀφορισθῆναι, οὐδὲ τὸ κληρωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σφραγισθῆναι. Καθάπερ γὰρ εἰ τις τοὺς λαχόντας; αὐτῷ δήλους ποιήσασιν, οὕτω καὶ ὁ θεός ἀφώρισεν εἰς τὸ πιστεῦσαι, ἐσφράγισεν εἰς τὸ κληρονομησῆναι τὰ μέλλοντα.

β'. Ὁρᾶς πῶς, προϊόντος τοῦ χρόνου, θαυμαστοῦς αὐτοὺς ποιεῖ; Ἐως μὲν γὰρ ἦσαν ἐν τῇ προγνώσει, οὐδενὴ ἦσαν ὄηλοι· ἐπειδὴ δὲ ἐσφραγίσθησαν, ὄηλοι γεγόνασιν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς· ἔσονται γὰρ [11] πλὴν ὀλίγων ὄηλοι. Ἐσφραγίσθησαν καὶ οἱ Ἰσραηλίται, ἀλλὰ περιτομῇ, καθάπερ καὶ τὰ βοσκήματα καὶ τὰ ἄλογα· ἐσφραγίσθημεν καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ὡς υἱοὶ Πνεύματι. Τί ἐστὶ, Πνεύματι ἐπαγγελίας; Ἦτι ὅτι κατὰ ἐπαγγελίαν αὐτὸ ἐλάβομεν. Δύο γὰρ εἰσιν ἐπαγγελίαι, μία μὲν διὰ τὴν προφητῶν, ἑτέρα δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰϋφ· διὰ τῶν προφητῶν· ἄκουε τοῦ Ἰωὴλ λέγοντος· Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προσφητεῦσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὄρασεις ὕψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται· ἄκουε δὲ πάλιν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Καὶ λήψετε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἐσθθή μοι μάρτυρες ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Καίτοι ἔδει, φησὶν, αὐτὸν ὡς θεὸν πιστευσθῆναι· ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦτου δισχυρίζεται, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου ἐξετάζει, ὡσπερ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους, λέγων· Ἰνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταβότων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι θεὸν ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα τεκμήριον ποιεῖται τῆς τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας τὰ ἤδη δεδομένα. Διὰ τοῦτο καὶ ἀρραβῶνα καλεῖ· ὁ γὰρ ἀρραβῶν μέρος ἐστὶ τοῦ παντός. Ἠγόρασε, τὰ παρῆμῶν, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἀρραβῶνα τέως. Διὰ τί οὖν μὴ τὸ ὄλον εὐθέως ἔδωκεν; Ἐπειδὴ μὴδὲ ἡμεῖς τὸ ὄλον εἰργασάμεθα. Ἐπιστεῦσαμεν· τοῦτο ἀρχὴ· ἔδωκε καὶ αὐτὸς ἀρραβῶ-

• Colsin. unus, οὖσιν, ὥστε τὸ ἐξαιρέτων.



## HOMILIA II.

CAP. I v. 11. *In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, 12. ut simus in laudem gloriæ ejus, nos, qui ante speravimus in Christo: 13. in quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ, in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. 14. qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.*

1. Ubique Pæulus ineffabilem Dei in nos benignitatem studuit ostendere, quoad ejus fieri potuit. Nam quod accurate non possit, audi quid ipse dicat: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus (Rom. 11. 35)!* verumtamen ostendit quoad ejus fieri potest. Quid ergo dicit, *In quo et nos sorte vocati sumus prædestinati?* Dixit superius: *Nos elegit*: hic dicit, *Sorte vocati sumus*. Sed quoniam sors est casus, non liberi arbitrii nec virtutis; adhæret enim ignorationi et fortuito casui, et sæpe iis omissis qui sunt virtute præditi, eos in medium producit qui indigni sunt quorum ulla habeatur ratio; vide quomodo id corrigat. *Prædestinati*, inquit, *secundum propositum ejus qui operatur omnia*. Hoc est, non fortuito et sorte vocati vel electi sumus; Deus enim est qui elegit; neque fortuito ad hanc sortem venimus; Deus enim est qui ad sortem vocavit; sed secundum propositum. Hoc etiam in Epistola ad Romanos scribens dicit: *Qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quos vocavit, eos et justificavit; quos autem justificavit, eos et glorificavit (Rom. 8. 28. 30)*. Cum prius dixisset, *iis qui secundum propositum vocati sunt*, simul etiam volens ostendere quanta sit eorum præstantia, si conferantur cum aliis, dixit etiam sortem; ita ut liberum non tolleret arbitrium. Quod igitur magis ad beatitudinem pertinet, hoc ponit. Sors enim non est virtutis, sed, ut ita dicam, casus. Ac si quis diceret, Sorte facta nos elegit. Totum autem sic intelligas, ab animi instituto et libero arbitrio prædestinatos, hoc est, sibi electos destinavit ac posuit: utputa, vidit nos priusquam essemus sorte vocati: est enim admiranda Dei præscientia, quæ omnia novit priusquam ea fierent. Tu autem vide quomodo ubique ponit studium, ut ostendat, quod non ex poenitentia, sed ex ab alto petito principio res omnes ita sint efformatæ, ut in hoc nihil simus Judæis minores, et ideo pro hoc facit omnia. Quomodo ergo dicit ipse Christus, se non esse missum, *Nisi ad oves quæ perierant domus Israel (Matth. 15. 24)?* et rursus dicebat discipulis, *In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intretis (Matth. 10. 5)?* et ipse quoque Paulus dicebat, *Vobis erat necesse primum loqui verbum Dei: quoniam autem ipsum repellitis, et vos non judicatis dignos vita æterna, ecce convertimur ad gentes (Act. 13. 46)?* Propterea enim hæc dicuntur, ne quis existimet hæc fuisse remota a suo instituto. *Secundum propositum*, inquit, *ejus qui*

*operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ*. Hoc est, nihil postea operatus est, quippe qui omnia sursum disposuerit. Ita ipse finem imponit secundum consilium voluntatis suæ. Quamobrem non quoniam non attendebant Judæi, propterea vocavit gentes, neque coactus, neque ex illis impulsus. *Ut simus*, inquit, *in laudem gloriæ ejus, nos qui ante speravimus in Christo; in quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ*: hoc est, per quem. Vide Christum ubique esse auctorem omnium, et nusquam esse nomen administri, neque ministri. Sicut etiam dicit alibi scribens ad Hebræos: *Qui olim loquutus patribus nostris in prophetis, novissimis temporibus loquutus est nobis in Filio (Hebr. 1. 1. 2);* hoc est, per Filium. *Verbum dicit veritatis*, non amplius verbum figuræ, nec imaginis.

*Evangelium salutis cur ita dictum.* — *Evangelium salutis nostræ*. Et recte ipsum vocat evangelium salutis, partim quidem ad legem, partim autem ad futuram punitionem significandam subobscurè loquens. Nihil est enim aliud prædicatio, quam evangelium salutis, quod non amplius perdit eos qui digni sunt qui pereant. *In quod et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ*. Rursus magnum est indicium curæ et providentiæ, quod sint signati, non separati; atque quod non solum sint sorte vocati, sed etiam signati. Quemadmodum enim si quis eos qui sorte obtigerunt manifestos fecerit, ita etiam Deus eos separavit ac secrevit ad credendum: signavit ad hoc ut sint heredes futurorum.

2. Vides quomodo procedente tempore eos facit admirabiles. Nam quamdiu fuerunt in præscientia, nulli fuerunt manifesti: postquam autem fuerunt signati, fuerunt manifesti, sed non sicut vos: erunt enim manifesti præter paucos. Signati fuerunt etiam Israelitæ, sed circumcissione, sicut pecora et bruta: nos quoque sumus signati, sed sicut filii, Spiritu. Quid est, *Spiritu promissionis?* Aut quod ex promissione ipsum acceperimus. Dux enim sunt promissiones, una quidem per prophetas, altera autem per Filium: per prophetas; audi Jochem dicentem, *Effundam ex Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ, et adolescentes vestri videbunt visiones, et seniores vestri somnia somniabunt (Joel 2. 28)*: audi autem rursus Christum dicentem, *Et accipietis virtutem supervenientis sancti Spiritus super vos, et eritis mihi testes in Jerusalem et tota Judæa et Samaria et usque ad extremum terræ (Act. 1. 8)*. Atqui oportebat ipsum tamquam Deum esse creditum: sed de hoc non acriter contendit, sed examinavit tamquam de homine, sicut in Epistola ad Hebræos dicens, *Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus (Hebr. 6. 18)*. Ita etiam hic ex iis quæ data sunt ducit argumentum promissionis futurorum. Propterea etiam arrham vocat: arrha enim est pars totius. Emit,

quod ad nos quidem attinet, nostram salutem, et interim nobis dedit arrham. Cur ergo non statim totum dedit? Quoniam neque nos totum fecimus. Credidimus: hoc est principium; dedit ipse quoque arrham. Quando fidem per opere ostenderimus, tunc addit totum. Imo vero aliud quoque dedit pretium, proprium sanguinem, et rursus aliud est pollicitus. Perinde ac si gentibus bellum esset adversus gentes, dant obsides: ita Deus dedit Filium suum pignus pacis et foederum, et Spiritum sanctum qui est ex ipso: nam qui vere sunt Spiritus participes, sciunt cum esse arrham hereditatis. Talis erat Paulus, qui hic gustarat ea quæ illic sunt: et ideo urgebat et parturibat ut quæ hic sunt dimitteret, et gemebat: aliis enim videbat oculis, ut qui mentem omnem illuc transtulisset. Rerum non es particeps: propterea etiam a verbis excidis. Si essemus omnes Spiritus participes, ut participes esse oporteret, et celos videremus et quis illic sit status. Cujusnam rei est arrha? Redemptionis, acquisitionis: pura enim tunc sit redemptio. Nam nunc quidem et in mundo versamur, et multa humana nobis accidunt, et sumus cum impii: pura autem tunc est redemptio, quando nec sunt peccata, nec humanæ affectiones, neque promiscue sumus cum omnibus. Nunc autem est arrha. Nam et nunc ab ipsis absumus, et conversatio nostra non est super terram, et nunc sumus extra præsentia: nam nunc quoque sumus adventæ. *In laudem gloriæ ipsius.* Hoc ponit assidue. Quanam de causa? Ut quod satis sit ad faciendam fidem auditoribus. Nam siquidem nostra causa hæc faceret, inquit, res non esset sine dubio: si autem propter se, et ut suam ostendat bonitatem, tamquam quoddam testimonium ponit causam quod hæc non aliter facta sint: quæ in Israelitis videmus frequenter dici: *Fac nobis propter nomen tuum (Psal. 108. 21)*; rursusque Deus ipse dicebat, *Facio propter me (Isai. 48. 11)*; et Moyses, *Fac nobis propter nomen tuum*, etiamsi propter nullum alterum. Hoc enim certiores reddit auditores et erigit, ut qui didicerint quod propter suam bonitatem omnia sit facturum quæ promittit. Sed dum hæc audimus, ne simus pigri et otiosi: nam etsi propter se facit, sed tamen etiam nostra a nobis exigit. Nam si, *Eos qui me glorificant glorificabo*, inquit, *et qui spernunt spernentur (1. Reg. 2. 30)*, cogitemus quod nostra quoque a nobis exigit. Laus est autem ejus gloriæ, salvos facere inimicos, sed eos, qui postquam facti sunt amici, amici manent. Quod si ad priores redierint inimicitias, temere et frustra sunt omnia.

5. Non est enim alterum lavacrum, neque secunda reconciliatio, sed terribilis quædam expectatio iudicii, et æmulatio ignis exesuri adversarios. Nam si cum eo semper gerentes inimicitias, veniam impetremus, non cessabimus ei esse inimici, et voluptati indulgere, et fieri deteriores, et orbatu esse sole justitiæ qui accessit. Vis accipere radium tuos aperientem oculos? Fac eos pulchros, sanos, perspicaces. Ostendit tibi lucem veram: si eam fugiens ad ten-

bras accurreris, quænam erit excusatio, quænam venia? Nulla amplius: hoc est enim signum odii ineffabilis. Nam quando Deum quidem nesciebas, quod ei esses inimicus, utcumque aliqua tibi danda erat venia: postquam autem benignitatem et mel gustasti, si iis dimissis ad tuum revertaris vomitum, nihil aliud quam magna profers signa odii et contemptus. Non, inquit, sed necessitatem mihi affert natura: atque Christum quidem diligo, cogor autem a natura. Si necessitatem et vim sustineas, tibi dabitur venia: si autem ob seordiam cadis et negligentiam, minime.

*Peccata non fiunt ex necessitate.*—Age ergo hoc ipsum examinemus, peccatane fiunt ex necessitate et violentia, an ex multa socordia et negligentia. *Non occides (Exod. 20. 13)*, inquit. Quænam ergo necessitas? quænam vis eo adigit? Vis est ergo occidere. Quis enim sua sponte elegerit intingere ense in gutture proximi, et cruentare dexteram? Nemo. Vides quod contra, peccare est magis necessitas et violentia? Indidit enim Deus naturæ nostræ quoddam amatorium, ut alter alterum invicem diligamus: *Omne enim, inquit, animal diligit simile sibi, et homo suum proximum (Eccli. 13. 19)*. Vides quod ad virtutem semina habeamus a natura? Vitium autem est præter naturam: si vitia magis dominantur, hoc est argumentum nostræ seguitiei magnæ et ignaviæ. Quid vero? quænam necessitas nos ducit ad adulterium? Certe, inquit, tyrannis libidinis. Quare, dic, quæso? non licet tibi tua uti uxore, et libidinem sedare? Sed capior, inquit, quodam amore uxoris proximi. Non est hoc utique necessitatis: non est enim amor necessitatis: nemo amat necessitate, sed sponte et libera electione. Atque ad coitum quidem fortasse impellit necessitas; ut hanc autem aut illam amet, non est necessitatis: neque ea res est desiderium coitus, sed inanis gloria et contumeliæ, et quæ modum excedunt delicia. Nam utrum magis est rationi consentaneum, eamne habere quæ est desponsa, quæ est socia filiorum procreationis, an eam quæ non est cognita? nescitis quod consuetudines pariunt amicitias? Quam obrem non est naturæ. Noli accusare concupiscentiam: data est propter matrimonium, exhibita est ad liberorum procreationem, non propter adulterium neque propter stuprum. Sciunt etiam leges ignoscere peccatis quæ fiunt ex necessitate: imo vero nullum est peccatum quod fiat ex necessitate, sed omnia a contumeliâ. Non enim Deus sic fabricatus est naturam, ut necesse habeat peccare: alioqui si ita esset, non esset pœna. De iis enim quæ vi fiunt et necessitate, ne nos quidem exigimus rationem; nedum Deus qui est adeo clemens, benignus et bonus. Sed quid, furari est necessitatis? Etiam, inquit; hoc enim facit paupertas. Imo vero paupertas affert necessitatem operandi, non furandi. Paupertas ergo facit contrarium: furari enim est otii et desidiæ; paupertas autem non solet parere otium et desidiâ, sed laboris amorem. Quare illud quoque est segui-

να. Ὅταν τὴν πίστιν διὰ τῶν ἔργων δείξωμεν, τότε τὸ πᾶν προστίθεται. Μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλην ἔδωκε τιμὴν, τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ πάλιν ἄλλην ὑπέσχετο. Καθ' ἅπερ εἰ πόλεμος εἶη, ἔθνεσι πρὸς ἔθνη διδάσκει δήμερος· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἔδωκε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τῆς εἰρήνης καὶ τῶν σπονδῶν ἐνέχουσαν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐξ αὐτοῦ· οἱ γὰρ ὄντως Πνεύματος μετέχοντες, ἴσασιν ὅτι ἀρραβῶν τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἐστι. Τοιοῦτος ὁ Παῦλος ἦν, ἐνεῦθεν ἤδη τῶν ἐκεῖ γεγευμένος· διὸ καὶ ἠψείετο καὶ ὤδινε τὰ ἐνθάδε ἀφείναι, καὶ ἔστειλεν· ἑτέροι; γὰρ ὀφθαλμοῖς ἔώρα, πάντα τὸν νοῦν μεταστήσας ἐκεῖ. Οὐ μετέχεις τῶν πραγμάτων· διὰ τοῦτο καὶ τῶν βημάτων ἐκπίπτεις. Εἰ μετέχουσαν πάντες Πνεύματος, ὡς μετέχειν ἔδει, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἐμῶμεν καὶ τὴν ἐκεῖ κατάστασιν. Ἀρραβῶν δὲ τίνας ἐστὶ; Τῆς ἀπολυτρώσεως, τῆς περιποιήσεως· ἡ γὰρ καθαρὰ ἀπολυτρωσις τότε γίνεται. Νῦν μὲν γὰρ καὶ ἐν κόσμῳ ἀναστρεφόμεθα, καὶ πολλὰ ἡμῖν ἀνθρώπινα συμπίπτει, καὶ μετὰ ἀσεβῶν ἐσμεν· ἡ δὲ καθαρὰ ἀπολυτρωσις, ὅταν μῆτε ἀμαρτήματα ἦ, μῆτε πάθη ἀνθρώπινα, μῆτε ἀναμιξ μετὰ πάντων ὦμεν, τότε ἐστὶ. Νῦν δὲ ἀρραβῶν. Καὶ γὰρ καὶ νῦν αὐτῶν ἀπέστημεν· οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ πολίτευμα ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ νῦν ἐκτός ἐσμεν τῶν ἐνταῦθα· παροικοὶ γὰρ ἐσμεν καὶ νῦν. *Εἰς ἔλαιον τῆς δόξης αὐτοῦ.* Συνεχῶς τοῦτο τίθησι. Τί δήποτε; Ὅτι ἱκανὸν πληροφορῆσαι τοὺς ἀκούοντας. [12] Εἰ μὲν γὰρ ἡμῶν ἐνεκεν, φησὶ, ταῦτα ἐποίει, οὐκ ἂν ἦν ἀναμφίβολον· εἰ δὲ δι' αὐτὸν, καὶ ὡστε τὴν ἀγαθοσύνην αὐτοῦ δεῖξαι, ὡς περ τινὰ μαρτυρίαν, αἰτίαν τίθησι τοῦ μὴ ἂν ἄλλως ταῦτα γενέσθαι· ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἄνω καὶ κάτω ὀρώμεν λεγόμενα· *Ποίησον ἡμῖν διὰ τὸ ὄνομά σου*· καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔλεγε· *Ποιῶ ἐνεκεν ἐμοῦ*· καὶ ὁ Μωϋσῆς, *Ποίησον ἡμῖν διὰ τὸ ὄνομά σου*, εἰ καὶ μηδενὸς ἐνεκεν ἑτέρου. Πληροφορεῖ γὰρ τοῦτο τοὺς ἀκούοντας καὶ ἀνίησι, μαθόντες· ὅτι διὰ τὴν οἰκίαν ἀγαθότητα πάντως ποιῆται, ἅπερ ἐπαγγέλλεται. Ἀλλὰ μὴ βραθυμῶμεν ἀκούοντες· εἰ γὰρ καὶ δι' ἑαυτὸν ποιεῖ, ἀλλ' ὁμως καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ. Εἰ γὰρ, *Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω*, φησὶ, *καὶ οἱ ἐξουθενουντές με ἐξουθειηθήσονται*· ἐνοήσωμεν, ὅτι· καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖ. Ἐπαινὸς ἐστὶ τῆς δόξης αὐτοῦ τὸ τοὺς ἔχθρους σῶσαι, ἀλλ' ἐκείνους τοὺς μετὰ τὸ γενέσθαι· φίλους μείναντας φίλους· ὡς, εἰ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἔχθραν ἐπανεῖλθοιεν, πάντα εἰκὴ καὶ μάτην.

γ. Ἐτερον γὰρ οὐκ ἔστι λουτρὸν, οὐδὲ καταλλαγὴ πάλιν δευτέρα, ἀλλὰ φοβερά τις ἐδοχῆ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζήλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν, ἀεὶ ἐχθραίνοντες αὐτῷ, ἀξιοῦσθαι παρ' αὐτοῦ συγγνώμης, οὐ παυσόμεθα ἐχθραίνοντες καὶ θρυπτόμενοι καὶ χείρους γινόμενοι, καὶ πενηρωμένοι τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης παραγενομένου. Βούλει λαβεῖν τὴν ἀκτίνα ἀνοίγουσάν σου τοὺς ὀφθαλμούς; Καλοὺς αὐτοὺς ἔργασαι, ὑγιεῖς, ἔξυδερκεῖς. Ἐδειξέ σοι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ἂν πάλιν αὐτὸ φυγῶν, τῷ σκότει προσδράμης, τίς ἐστὶ ἀπολογία, ποῖα συγγνώμη; Οὐδεμία λοιπόν· μίσους γὰρ ἐστὶν ἀβρόχου τοῦτο σημεῖον. Ὅτε μὲν γὰρ οὐκ ἴδεις τὸν Θεόν, ἐχθραίνων αὐτῷ, ὁπωσδήποτε τινα συγγνώμην εἶχες· ἐπειδὴ δὲ ἐγεύσω τῆς χρηστότη-

τος· καὶ τοῦ μέλιτος, ἂν πάλιν ἀφείης, ἐπὶ τὸν ἔμετον ἔλθης τὸν σαυτοῦ, οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἡ μεγάλου μίσους καὶ καταφρονήσεως ἐκφέρεις σημεῖα. Οὐ, φησὶν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναγκάζομαι· φιλῶ μὲν οὖν τὸν Χριστὸν, ἀναγκάζομαι δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως. Εἰ ἀνάγκην καὶ βίαν ὑπομένεις, ἔξεις συγγνώμην· εἰ δὲ ἀπὸ βραθυμίας καταπίπτεις, οὐκέτι.

Φέρε οὖν, αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐξετάσωμεν, πότερον ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας τὰ ἀμαρτήματα γίνεται, ἢ ἀπὸ βραθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πολλῆς. Οὐ φονεύσεις, φησὶ. Ποῖα τοῦτο ἀνάγκη, ποῖα βία; Βία μὲν οὖν ἐστὶ τὸ φονεῦειν. Τίς γὰρ ἂν ἡμῶν ἔλοιτο βαπτίσει ξίφος εἰς τὸν λαίμῳ τοῦ πλησίον, καὶ αἱμάξαι τὴν δεξιάν; Οὐδὲ εἰς. Ὅρῃς ὅτι τούναντιον, ἀνάγκη τὸ ἀμαρτάνειν μᾶλλον ἐστὶ καὶ βία; Ἐνέθηκε γὰρ ὁ Θεὸς φλιτρον τῆ φύσε· τῆ μίετέρα, ὡστε ἀλλήλους ἀγαπᾶν· *Ἦν γὰρ, φησὶ, ζωὴν ἀγαπᾶ τὸ ὅμοιον αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ.* Ὅρῃς ὅτι πρὸς τὴν ἀρετὴν ἔχομεν ἀπὸ τῆς φύσεως σπέρματα; Τὰ δὲ τῆς κακίας παρὰ φύσιν ἐστὶν· εἰ δὲ ταῦτα μᾶλλον κρατεῖ, τῆς πολλῆς ἡμῶν νοθείας τοῦτο τεκμήριον. Τί δὲ τὸ μοιχεύειν; ποῖα [13] ἀνάγκη ἐπὶ τοῦτο ἄγει; Να, φησὶν, ἡ τῆς ἐπιθυμίας τυραννίς. Διὰ τί, εἰπέ μοι; οὐ γὰρ ἐνεστὶ τῆ οἰκεία κεκληθῆσθαι γυναικί, καὶ παῦσαι τὴν τυραννίδα; Ἄλλ' ἔρωις μὲ τις λαμβάνει τῆς τοῦ πλησίον, φησὶ, γυναικὸς. Οὐκέτι τοῦτο ἀνάγκης· ἔρωις γάρ οὐκ ἐστὶν ἀνάγκης· οὐδεὶς ἀνάγκη φιλεῖ, ἀλλὰ προαιρέσει καὶ ἐκοντί. Τὸ μὲν οὖν μίγνυσθαι ἀνάγκη ἴσως· τὸ δὲ τῆνδε φιλεῖν ἢ τῆνδε, οὐκ ἀνάγκης· οὐδὲ ἐπιθυμία μίξεως τὸ πρᾶγμα ἐστὶν, ἀλλὰ κενοδοξία καὶ ὕβρις καὶ πέρα τοῦ μέτρου τρυφή. Ποῖον γὰρ, εἰπέ μοι, κατὰ λόγον ἐστὶ; τὴν κατεγγυηθεῖσαν, τὴν κοινωνιὸν οὖσαν παιδοποιίας, ταύτην ἔχειν, ἢ τὴν οὐκ ἐγνωσμένην; οὐκ ἴστε, ὅτι αἱ συνήθειαι τὰς φιλίας τίκτουςιν; Ὅστε οὐ τῆς φύσεως ἐστὶ. Μὴ αἰτιῶ τὴν ἐπιθυμίαν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία διὰ γάμον ἐδόθη, διὰ παιδοποιίαν παρεσχέθη, οὐ διὰ μοιχείαν οὐδὲ διαφθοράν. Ἴσασι καὶ αἱ νόμοι τοῖς ἐξ ἀνάγκης συγγινώσκων ἀμαρτήμασι· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἐστὶν ἀμόρτημα ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, ἀλλὰ πάντα ἀπὸ ὕβρεως. Οὐ γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς τὴν φύσιν ἐδημιούργησεν, ὡς ἀνάγκην ἔχειν ἀμαρτάνειν· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, κώλασις οὐκ ἦν. Τῶν γὰρ κτὰ ἀνάγκην καὶ βίαν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπαιτοῦμεν λόγον, μήτιγε ὁ Θεὸς ὁ οὕτω φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθός. Ἀλλὰ τί; τὸ κλέπτειν ἀνάγκης ἐστὶ; Να, φησὶν· ἡ γὰρ πενία τοῦτο ποιεῖ. Ἡ πενία ἐργάζεσθαι μᾶλλον ἀναγκάζει, οὐ κλέπτειν. Ἡ πενία τοίνυν τούναντιον ποιεῖ· τὸ γὰρ κλέπτειν, ἀργίας ἐστὶν, ἡ δὲ πενία οὐκ ἀργίαν, ἀλλὰ φιλοπονίαν· τίκτειν εἰώθεν. Ὅστε καὶ τοῦτο βραθυμίας ἐστὶ. Καὶ ὡδε μάθη;· τί γὰρ, εἰπέ μοι, δυσκολώτερον, τί δὲ ἀηδέστερον, τὰς νύκτας ἀγρυπνοῦντα περιμέναι, καὶ τοίχους διορῦττειν, καὶ ἐν σκότει βαδίζειν, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν χερσὶ, καὶ πρὸς φύνον παρατετάχθαι, καὶ τρέμειν, καὶ τεθνηκῆναι τῷ δεῖν, ἢ πόνους προσέγειν καθημερινοῖς, καὶ ἀσφαλείας ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας; Τοῦτο εὐκολον· καὶ ὅτι τοῦτο εὐκολον, οἱ πλείους τοῦτο πράττουσιν, ἢ ἐκεῖνο.

a Edittl, φιλοπρωγίαν. Recte anguratus est Savilius legendum esse φιλοπονίαν. Nam mss. sic habent, et sic scribes desiderare videtur.

δ'. Ὁρᾷς ἔτι κατὰ φύσιν μὲν ἡ ἀρετὴ, παρὰ φύσιν δὲ ἡ κακία, καθάπερ ἡ νόσος καὶ ἡ ὑγεία; Τί δὲ τὸ ψεύδασθαι καὶ ἐπιπορκεῖν, ποίαν ἂν ἔχει ἀνάγκην; Οὐδεμίαν, οὐδὲ βίαν, ἀλλ' ἐκόντες ἐπὶ τοῦτο ἐρχόμεθα. Ἀπιστοῦμεθα, φησὶν. Ἀπιστοῦμεθα, ἐπειδὴ βουλόμεθα· ἐξῆν γὰρ ἀπὸ τοῦ τρόπου πιστεῦσθαι μᾶλλον ἡμᾶς, ἢ ἀπὸ τῶν ὀρκων. Διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῖς μὲν οὐδὲ ὁμνύουσι πιστεύομεν, τοῖς δὲ καὶ χωρὶς ὀρκων πιστοῦ, ἡγοῦμεθα; Ὁρᾷς, ὅτι οὐδαμοῦ χρεῖα ὀρκων; Ἄν ὁ δεῖνα εἴπῃ, φησὶ, καὶ χωρὶς ὀρκων πιστεύω· σοὶ δὲ οὐδὲ μεθ' ὀρκων. Ἄρα περιττὸν ὁ ὄρκος, καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀπιστίας, ἢ πίστεως τεκμήριον. [14] Τὸ γὰρ εὐκόλον εἶναι πρὸς τὸ ὁμῶσαι οὐκ ἀφήσει δόξαν εὐλαβείας ἔχειν. Ὅποτε ὁ μάλιστα συνεχῶς τῷ ὀρκῳ κεχρημένος, οὗτος οὐδαμοῦ τοῦ ὀρκου τὴν χρεῖαν ἔχει ἀναγκαίαν· ὁ δὲ μηδαμοῦ κεχρημένος, αὐτὸς αὐτοῦ τῆς χρεῖας ἀπολαύει. Χρεῖα ὀρκου πρὸς τὸ πιστεῦσθαι λοιπόν; Οὐδαμῶς· ὀρώμεν γὰρ, ὅτι οἱ μὴ ὁμνύοντες, οὗτοι μᾶλλον πιστεύονται. Ἀλλὰ τί; τὸ ὑβριστὴν εἶναι ἀνάγκης ἐστὶ; Ναί, φησὶν· ὁ γὰρ θυμὸς ἐξάγει, καὶ φλέγει, καὶ οὐκ ἀφήσει τὴν ψυχὴν ἡρεμεῖν. Οὐ τοῦ θυμοῦ ἐστίν, ἀνθρώπε, ἀλλὰ τῆς μικροψυχίας· τὸ ὑβρίζειν· εἰ δὲ θυμοῦ ἦν, πάντες ἀνθρώποι ὀργιζόμενοι, οὐκ ἂν διέλειπον ὑβρίζοντες. Θυμὸν ἔχομεν, οὐχ ἵνα ὑβρίζωμεν τοὺς πλησίον, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀμαρτάνοντας ἐπιστρέψωμεν, ἵνα διανιστώμεθα, ἵνα μὴ νωθεῖς ὦμεν. Ὅσπερ τι κέντρον ἔγκειται ἡμῖν ὁ θυμὸς, ἵνα κατὰ τοῦ διαδόλου βρῶμεν τοὺς ὀδόντας, ἵνα σφοδροὶ ὦμεν πρὸς αὐτὸν, οὐχ ἵνα κατ' ἀλλήλων στῶμεν. Ὅπλα ἔχομεν, οὐχ ἵνα ἡμᾶς αὐτοὺς πολεμῶμεν, ἀλλ' ἵνα κατὰ τοῦ πολεμίου χρώμεθα τῇ παντευχίᾳ. Ὁργίλος εἶ; Ἔσο κατὰ τῶν ἀμαρτημάτων τῶν σαυτοῦ τοιοῦτος, ἐπιπλητετε τῇ ψυχῇ, μάστιζε τὸ συνειδὸς, σφοδρὸς ἔσο κριτῆς καὶ πικρὸς δικαστῆς τοῖς οικείοις ἀμαρτήμασι. Τοῦτο τῆς ὀργῆς τὸ κέρδος· διὰ τοῦτο ἡμῖν αὐτὴν ἐνέθηκέν ὁ Θεός. Ἀλλ' ἡ ἀρπαγὴ ἐξ ἀνάγκης ἐστίν; Οὐδαμῶς· ποία γὰρ ἀνάγκη τὸ ἀρπάξαι, εἰπέ μοι; ποία βία; Πενία, φησὶ, ποιεῖ, καὶ τὸ δέος τῶν ἀναγκαίων. Διὰ τοῦτο μὲν οὐν οὐκ ὀφείλεις ἀρπάξαι· οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ τοιοῦτος πλοῦτος. Σὺ δὲ ταυτὸν ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ τις ἐρωτηθεῖς, τί δήποτε εἰς ἄμμον τὰ θεμέλια τῆς οἰκίας καταβάλλοι, εἴποι, ὅτι διὰ τὸν κρυμὸν, διὰ τὸν ὑπέτον. Διὰ τοῦτο μὲν οὐν εἰς ἄμμον οὐκ ἐχρῆν καταβάλλειν· ἀναστρέφει γὰρ αὐτὰ ταχέως καὶ ὑπέτος καὶ πνεύματα καὶ ἄνεμος. Ὅποτε εἰ πλοῦτεῖν θέλεις, μὴ πλεονέκτει. Εἰ παισὶ βούλει παραδοῦναι πλοῦτον,

• Jam sæpe diximus μικροψυχίαν apud ecclesiasticos scriptores passim significare simultatem et dissensionem.

δικαίον κτῆσαι, εἰ γέ τις ἐστὶ τοιοῦτος· οὗτος γὰρ μένει, καὶ βέβαιος ἔστηκεν· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος ταχέως ἀπόλλυται καὶ διαφθείρεται. Πλοῦτεῖν θέλεις, εἰπέ μοι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων λαμβάνεις; Καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἐστὶ πλοῦτος, ἀλλὰ τὸ τὰ ἴδια κατέχειν· ὁ δὲ τὰ ἀλλότρια ἔχων, οὐκ ἂν εἴη πλούσιος· εἰπέ οὕτω γὰρ ἂν καὶ οἱ τὰ στερικὰ πωλοῦντες, ἱμάτια παρ' ἐτέρων λαμβάνοντες, καὶ εὐπορώτεροι καὶ πλουσιώτεροι· πάντων λέγοντο ἂν· καίτοι γε αὐτῶν ἐστὶ τέως, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς οὐ καλοῦμεν πλουσίους. Τί δήποτε; Ὅτι τὰ ἀλλότρια ἔχουσι. Εἰ γὰρ καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν τυγχάνει, ἀλλ' ἡ τιμὴ οὐκ αὐτῶν· εἰ δὲ καὶ ἡ τιμὴ αὐτῶν, ἀλλ' οὗτος πλοῦτος οὐκ ἐστὶ. Εἰ δὲ τὰ συμβόλαια διδόμενα οὐ ποιεῖ πλουσίους, διὰ τὸ ταχέως ἡμᾶς αὐτῶν ἀφίστασθαι, τὰ ἐξ ἀρπαγῆς πῶς ποιεῖ πλουσίους; [15] Εἰ δὲ καὶ ὄλω, ἐπιθυμοῦμαι πλοῦτεῖν (οὐ γὰρ ἀνάγκης τὸ πρῶγμα)· τίνας ἀπολαύσει βουλόμενος πλείονος; ἄρα ζωῆς μακροτέρας; Καὶ μὴν οἱ τοιοῦτοι ταχέως ὀλιγοχρόνιοι γίνονται. Πολλάκις γὰρ δικτὴν διδῶσαι τῆς ἀρπαγῆς καὶ τῆς πλεονεξίας τὴν ἄωρον θάνατον καὶ τὸ τῶν κτημάτων μὴ ἀπολαύσαι, ἀλλὰ μικρὸν, καὶ τὴν γέενναν ἀπελαθεῖν λαβόντας· πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπὸ τῶν πόνων καὶ ἀπὸ τῶν φροντίδων νόσους τεκόντες ἢ ἀπώλοντα. Ἡβουλόμην μαθεῖν τίνας ἔνεκεν ὁ πλοῦτος διεσπούδασται τοῖς ἀνθρώποις. Καίτοι ὁ Θεὸς διὰ τοῦτο τῇ φύσει μέτρον καὶ ὄριον ἔθηκεν, ἵνα μηδεμίαν ἔχωμεν ἀνάγκην τοῦ τῶν πλοῦτων ἐπιζητεῖν, οἷον ἐνὶ ἱματίῳ ἢ καὶ δευτέρῳ περιβάλλεσθαι τὸ σῶμα ἐκέλευσε, καὶ περιττοῦ οὐ χρεῖα πρὸς τὴν σκέπην. Τίνας ἔνεκεν τὰ μυρία ἱμάτια, καὶ τὰ σητόδρωτα; Μέτρον ὠρισμένον ἐστὶ τῆς γαστρὸς, καὶ πέρα τούτου δοθὲν ἐξ ἀνάγκης διέφθειρε τὸ πᾶν ζῶον· τίνας ἔνεκεν αἱ ἀγέλαι καὶ τὰ ποίμνια καὶ αἱ τῶν κρεῶν κατακοπαί; Μιᾶς στέγης χρῆζόμεν· τίνας ἔνεκεν οἱ περίβολοι, καὶ τὰ πολυτελῆ οἰκημάτων; ἵνα γῦπες καὶ κολοιοὶ κατοικῶσι, τοὺς πένιτας ἀποθύεις; Καὶ πόσης οὐκ ἄξια ταῦτα γέεννης; Πολλοὶ πολλάκις εἰς τόπους, οὓς οὐδὲ εἶδον, κίσει καὶ λίθοις πολυτίμοις οἰκοδομήματα ἐξαστράπτοντα κατεργάζονται (τί γὰρ οὐκ ἐμηχανήσαντο;) καὶ οὐδὲ αὐτοὶ ἀπέλασαν, οὐδὲ ἄλλοι τινές· ἢ γὰρ ἐρημία οὐκ ἀφήσιν αὐτοὺς ἀπελθεῖν· καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται. Ὁρᾷς ὅτι οὐδὲ χρηματισμοῦ ἔνεκεν ταῦτα γίνονται; Ἀλλὰ πάντων τούτων ἄνοια καὶ ἀλογία καὶ κενοδοξία αἰτία· ἦν, παρακαλῶ, φύγωμεν, ἵνα τὰ ἄλλα φυγεῖν ὀνηθῶμεν κακὰ, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

b Alii, νόσοις περιπεσόντες.

dei et socordiae. Idque sic didiceris : quid enim, dic, quæso, est difficilior, quid injucundius, noctes obire vigilantem et muros perfodere et in tenebris ambulare, et animam habere in manibus, et instructum esse ad cædem, et tremere et mori metu; an quotidianis operam dare laboribus, et in tuto esse cum securitate? Hoc est facile : et quia hoc est facile, plures hoc faciunt, quam illud.

4. *Virtus est secundum naturam, vitium contra naturam. Juramentum est supervacaneum. Contra avaritiam et rapiendi cupiditatem.* — Vides quod secundum naturam quidem sit virtus, præter naturam autem vitium, sicut morbus et sanitas? Quid vero mentiri et pejerare, quamquam habeant necessitatem? Nullam, nec vim; sed lubenter ad id venimus. Nobis, inquit, fides non habetur. Fides non habetur, quoniam volumus : licebat enim nobis magis fidem haberi ex moribus, quam ex juramentis. Nam cur, dic mihi, aliis ne jurantibus quidem credimus; alios autem etiam injuratos fide dignos censemus? Vides quod nequaquam opus sit juramentis? Si hic aut ille, inquit, dixerit, credo etiam injurato; tibi autem, nec si juraveris. Est ergo juramentum supervacaneum; et hoc est magis argumentum incredulitatis quam fidei. Proclivem enim esse ad jurandum, non sinit ut bona concipiatur opinio pietatis. Quare qui maxime jurejurando assidue utitur, is juramenti usum nequaquam habet necessarium : qui autem minime utitur, is ejus usu fruatur. Juramentone opus est ut credatur? Minime : videmus enim quod qui non jurant, iis maxime creditur. Sed quid? contumeliosum esse est necessitatis? Certe, inquit; movet enim ira et inflammat, nec sinit ut quietus et tranquillus sit animus. Contumelia afficere, o homo, non est iræ, sed simultatis : si autem esset iræ, omnes homines irascentes non intermitterent contumelia afficere. Iram habemus, non ut proximos contumelia afficiamus, sed ut eos qui peccant convertamus, ut nos excitemus, ne simus ignavi et hebetes. Ira nobis inest tanquam quidam stimulus, ut adversus diabolum dentibus strideamus, ut in eum simus vehementes : non ut alter in alterum stemus. Arma habemus, non ut nos ipsos bello impetamus, sed ut adversus hostem utamur armatura. Esne iracundus? Sis talis adversus tua peccata, increpa animum, flagella conscientiam : sis vehemens iudex, et acerbus arbiter in tua peccata. Hoc est lucrum iræ : propterea Deus cam nobis indidit. At rapina est ex necessitate? Nequaquam : quid enim est, dic quæso, necesse rapere? quænam vis te impellit? Paupertas, inquit, et timor de rebus necessariis. Tu propterea quidem certe non debes rapere : non sunt enim stabiles et firmæ ejusmodi divitiæ. Tu autem idem facis, atque

ciat, dicat, Propter frigus et propter pluviam. Propter hoc quidem certe non oportebat fundamenta jacere in arena : ea enim cito evertunt et procellæ et venti. Quare si vis esse dives, ne sis avarus, nec plura habendi cupidus. Si vis filiis tradere divitias, posside justas, si ullæ sint tales : cæ enim manent, stantque firmæ ac stabiles; quæ autem non sunt ejusmodi, cito pereunt et intereunt. Dic mihi, vis esse dives, et quæ sunt aliorum accipere? Atqui hoc non est divitiæ, sed possidere quæ sunt propria : qui autem habet aliena, non fuerit dives. Nam sic etiam qui vendunt serica, et vestimenta ab aliis accipiunt, opulentiores et ditiores dici poterunt : quantumvis ad tempus eorum sint : sed tamen eos non appellamus divites. Quomobrem? Quoniam habent quæ sunt aliena. Nam etsi eorum sunt vestimenta, non est tamen eorum pretium : quod si etiam sit eorum pretium, non sunt hæc divitiæ. Si autem quæ dantur mutua non faciunt divites, eo quod nos cito ab eis recedamus : quæ sunt ex rapina quomodo faciunt divites? Si autem vis omnino esse dives; neque enim ea res est necessitatis : quamvis re vis frui ampliore? vitæ longiori? Atqui qui tales sunt, mox fiunt vitæ brevis. Sæpe enim dant pœnas rapinæ et avaritiæ, quod morte immatura moriantur, et quod possessionibus non fruantur nisi parum, et gehenna accepta excedant : sæpe etiam ex deliciis et ex laboribus et ex sollicitudinibus morbis partis perierunt. Vellem scire quam de causa studium ponunt homines in divitiis. Atqui Deus propterea naturam modum posuit et terminum, ne ullam habeamus necessitatem requirendi divitias : nempe veste una aut altera jussit corpus indui, nec eo, quod est supervacaneum, opus est ad tegumentum. Quorsum vestes innumerabiles, et quæ exeduntur a tincis? Ventri certus modus est constitutus, et quod ultra eum fuerit datum, necessario perdit et corrumpit omne animal : quorsum greges et oves, et carniū dissectiones? Uno tecto opus habemus : quamvis de causa sunt ambitus et ambulacra, sumptuosaque et magnifica ædificia? ut vultures et graculi habitent, pauperes exuis? Quantam merentur hæc gehennam? Et sæpe multi in locis quæ ne viderunt quidem, efficiunt columnas, et lapides valde pretiosos, et fulgurantia ædificia (quid enim non sunt machinati?) et nec ipsi quidem his usi sunt, nec ulli alii : solitudo enim non sinit eos abire; et ne sic quidem desistunt. Vides quod nec hæc quidem ut iis utantur faciant? Sed horum omnium causa est amentia, et rationis defectus, et gloria inanis : quam rogo vos ut fugiamus, ut alia quoque mala possimus fugere, et consequi bona promissa iis qui ipsum diligunt, in Christo Jesu Domino nostro.

## HOMILIA III.

CAP. 1. v. 15. *Propterea et ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, 16. non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, 17. ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitionem ejus, 18. illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis, 19. et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentie virtutis ejus, 20. quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis.*

potestates eo operante. Nam quod sæcularis sit ejus principatus, hoc est, qui cum præsentis sæculo dissolvitur, audi eum dicentem in fine epistolæ: *Non est nobis collectatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principes et potestates, et adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi (Ephes. 6. 12).* Nam ne cum audieris, *Mundi rectores,* dicas etiam ipsum esse increatum, addit, *Tenebrarum sæculi.* Alibi etiam nequam sæculum (*Gal. 1. 4*) vocat tempus perversum, non dicens de creaturis. Mihi enim videtur, quod si fuisset princeps sub cælo, non fuisset casurus a principatu, etiam post transgressionem. *Qui nunc operatur in filios diffidentiae.* Vides quod non vi inducit nec tyrannide, sed persuasione? Dixit enim ἀναθεμα, ac si dicas, deceptione et persuasione omnes attrahit. Nec hoc solum eos consolatur, quod dederit socium, sed etiam quod se cum illis ponat. *In quibus,* inquit, *et nos omnes aliquando conversati sumus. Omnes:* non enim licet dicere quod exemptus esset aliquis. *In desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri omnes.* Hoc est, nihil spirituale sapientes. Sed ne carnem in invidiam vocet et odium, neque magnum existimes delictum, vide quomodo sibi caveat. *Facientes,* inquit, *voluntatem carnis et cogitationum nostrarum,* hoc est, voluptatis affectiones et motus, Deum irritavimus et ad iram provocavimus: hoc est, ira fuimus, et nihil aliud. Quemadmodum enim qui est filius hominis, est homo natura, ita nos quoque sicut et cæteri iræ filii eramus: id est, nullus liber erat, sed omnes quæ ira Dei digna erant faciebamus. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia.* Non dixit absolute, *Misericors,* sed, *Dives in misericordia,* sicut et alibi dicit, *In multitudine misericordiarum tuarum;* et rursus, *Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam (Psal. 68. 17. et 50. 1).* *Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos.* Undenam nos dilexit ostendit. Hæc enim non merentur dilectionem, sed iram et extremum supplicium. Et hoc ergo ex multa misericordia. 5. *Et cum essemus mortui in delictis, convivificavit in Christo.* Rursus Christus est medius, et res est fide digna. Si enim primitiæ vivunt, et nos: vivificavit et illum, et nos.

2. Vides quod omnia dicta sint de eo, quod est secundum carnem? Vidisti exsuperantem ejus potentie magnitudinem in nos qui credimus? qui mortui eramus et filii iræ, hos vivificavit. Vidisti spem vocationis? 6. *Conversavit et consedere fecit.* Vidisti gloriam ejus hereditatis? Etiam, inquires, *Conversavit* quidem, est manifestum; illud vero, *Consedere nos fecit in caelestibus in Christo Jesu,* quomodo stat? Ut illud, *Conversavit* sit: nullus enim adhuc est suscitatus, nisi quod, cum caput resurrexerit, nos quoque sumus suscitati: sicut illic quoque cum Jacob adorasset, uxor quoque adoravit Joseph. Sic ergo fecit quoque consedere: sedente enim capite sedet quoque corpus. Propterea enim subjunxit, *In Christo Jesu.* Aut si hoc non ita sit, sed conre-

## [25] ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Και ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεκατήσαστε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργούντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνοστειράφημεν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιών, καὶ ἤμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

α'. Ἔστι μὲν νέκρωσις σωματικῆ· ἔστι δὲ καὶ ψυχικῆ· ἀλλ' ἐκείνης μὲν οὐτε ἐγκλημα μετέχει οὐτε κίνδυνος· φύσεως γὰρ, οὐ προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα ἔστι. Γέγονε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παραδόσεως, λοιπὸν δὲ εἰς φύσιν τὸ πρᾶγμα ἐξέθη, ἀλλως δὲ καὶ ταχέως λυθῆσεται. Αὐτὴ δὲ ἡ νέκρωσις ἡ ψυχικῆ, προαιρέσεως οὐσα, ἐγκλημα ἔχει καὶ λύσιν οὐδεμίαν. Ὅρα τοίνυν πῶς μέγα σφάλμα ὁ Παῦλος λέιξας ἤδη, ὅτι τοῦ νεκροῦ ἀνίσταῖν τὸ ψυχὴν νεκρωμένην ἰσασθῆαι πολλῶ μείζον ἔστι, καὶ νῦν, ὡσπέρ μέγα, οὕτως αὐτὸ τίθησι. Καὶ ὑμᾶς ὄντας, φησί, νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεκατήσαστε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργούντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷ τὸ προσηγὸς τοῦ Παύλου, καὶ πῶς πανταχοῦ παραμυθεῖται τὸν ἀκρατήν, οὐ βαρῶν αὐτόν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι εἰς ἑκατον κακίας ἠλάσαστε (τούτο γάρ ἐστι νεκρωθῆναι)· ὥστε μὴ σφάλμα βαρῦναι αὐτοὺς (ἀιχλύνονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῶν προτέρων κακῶν εἰς μέσον φερομένων, κἄν ἀπολλύμενα ἢ καὶ κίνδυνον οὐκ ἔχοντα), δίδωσιν αὐτοῖς συνεργόν, ὥστε μὴ νομισθῆναι τὸ πᾶν αὐτῶν εἶναι, καὶ συνεργὸν ἰσχυρόν. Τίνα δὴ τούτον; Τὸν διάβολον. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ποιεῖ· εἰπὼν γὰρ, Μὴ κλανῶσθε ὅτι αἵρητοι, ὅτι εἰδωλολέτερι, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα καταλέξας, καὶ ἐπαγαγὼν, Βασιλεὺς Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, ὡς φησί· Καὶ ταῦτα τίνας ἦτε. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Ἦτε, ἀλλὰ, Τινὲς ἦτε· τούτεστιν, Οὕτω πως ἦτε.

Ἐνταῦθα σφάλμα ἡμῖν ἐπιφύονται οἱ αἰρετικοί· περὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ ταῦτα εἰρησθῆαι λέγουσι, καὶ τὴν ἀγαλλιωτον γλώσσαν ἐπὶ πολὺ ἐξάγοντες, ταῦτα ἐρμῶσιν τῷ Θεῷ, ἃ τοῦ διαβόλου μόνου ἔστι. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἐπιστομίσουεν; Ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων. Εἰ γὰρ δικαίος ἔστιν, ὡσπερ καὶ ἡμεῖς φατε, ταῦτα δὲ ἔπραξεν, οὐα ἔτι δικαίου τούτου, ἀλλὰ καὶ σφάλμα ἀίδικου καὶ μιαινοῦ τὸ πρᾶγμα· μιαινός δὲ Θεός, οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Διὰ τί δὲ αὐτὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου φησίν; Ἐπειδὴ [26] πᾶσα σχεδὸν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐκείνῳ δέδωκεν ἐαυτήν, καὶ πάντες αὐτῷ δουλεύουσιν ἐλόντες καὶ προαιρούμενοι. Καὶ τῷ μὲν Χριστῷ μυστὰ ἐπαγγελιομένη ἀγαθὰ οὐδὲ προσέχει τις· ἐκείνῳ δὲ οὐδὲν ὑπισχνουμένη τοιοῦτον, ἀλλ' εἰ· γίνεσαν παραπέμποντι, πάντες ὑπελκόνται. Καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ πλείους οὕτως ἔχει τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλλον αὐτῷ εἰκοντα; ἢ τῷ Θεῷ; κίην ὀλίγων, δ: ἃ τὴν βαθυμίαν τὴν ἡμετέραν. Κατὰ

τὴν ἐξουσίαν, φησί, τοῦ ἀέρος τοῦ πνεύματος. Τούτο πάλιν φησίν, ὅτι τὸν ὑπουράνιον ἔχει τόπον, καὶ πνεύματα ἀέρα αἱ ἀσώματοι δυνάμεις; εἰπὼν αὐτοῦ τοῦ ἐνεργούντος. Ὅτι καὶ αἰῶνας αὐτοῦ ἡ ἀρχὴ, τούτεστι, τῷ παρόντι αἰῶνι συγκαταλωμένη, ἀκουσον ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς λέγοντος αὐτοῦ· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια πρὸς αἶμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀρχάν, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἴνα γὰρ μὴ κοσμοκράτορας ἀκούσας, καὶ ἄκτιστον αὐτὸν εἶναι φῆς. Τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, προστίθει. Καὶ ἀλλαχόθεν αἰῶνα πονηρὸν καλεῖ τὸν καιρὸν τὸν διεστραμμένον, οὐ περὶ τῶν κτισμάτων λέγων. Ἔμοι γὰρ δοκεῖ γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν μὴ μεταπέπτωκέναι τῆς ἀρχῆς, καὶ μετὰ τὴν παράθεσιν. Τοῦ νῦν ἐνεργούντος, φησίν, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷ ὅτι οὐ βία οὐδὲ τ' ἰσχυροῦς, ἀλλὰ πειθοῖ προσάγεται; Ἀπειθεῖαν γὰρ εἶπεν, ὡς ἂν τις εἴποι. Ἀπάτη καὶ παιθοῖ τοὺς πάντας ἐφέλκεται. Καὶ οὐ τούτῳ δὲ μόνον αὐτοὺς παραμυθεῖται, τῷ δούνα κοινῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτὸν τάξει μετ' ἐκείνων. Ἐν οἷς, φησί, καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνοστειράφημεν ποτε. Πάντες· οὐκ ἐνὶ γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἐξήρητο τις. Ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιών, καὶ ἤμεν τέκνα φύσει ὀργῆς ὡς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· τούτεστιν, οὐδὲν πνευματικὸν φρονούντες. Ἄλλ' ἵνα μὴ ταῦτα λέγειν ὑποπευθεῖ ἐπὶ διαβολῇ τῆς σαρκὸς, μὴδὲ μέγα νομισθῆ τις εἶναι τὸ πλημμέλημα, ἕρα πῶς ἀσφαλίζεται. Τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, φησί, καὶ τῶν διανοιών ποιοῦντες, τούτεστι, τὰ τῆς ἡδονῆς πάθη. Παρωξύνουμεν, φησί, τὸν Θεόν, καὶ παρωξισάμεν· τούτεστιν, Ὁρῆ ἤμεν, καὶ οὐδὲν ἔτερον. Ὅσπερ γὰρ ὁ ἀνθρώπου ἦν τέκνον, φύσει ἀνθρωπὸς ἔστιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὀργῆς τέκνα ἤμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ· τούτεστιν, Οὐδεὶς ἦν ἐλεῦθερος, ἀλλὰ πάντες; ἐπράττομεν ἄξια ὀργῆς. Ὁ δὲ Θεὸς κλοῦσιος ὡς ἐν ἑλέει. Οὐχ ἀπλῶς, Ἐλέημων, ἀλλὰ Πλούσιος, καθάπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησίν· Ἐν τῷ ἀλήθει τοῦ ἐλέους σου· καὶ πάλιν, Ἐλέησόν με κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς. Δείκνυσαι πόθεν ἡμᾶς ἠγάπησε. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἀγάπης ἔξια, ἀλλ' ὀργῆς καὶ τιμωρίας τῆς σχάτης. Καὶ οὕτω οὖν ἀπὸ πολλοῦ ἐλέους. Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ. Πάλιν ὁ Χριστὸς μέσος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀξιώπιστον. Εἰ γὰρ ἡ ἀπαρχὴ ζῆ, καὶ ἡμεῖς· ἐζωοποίησε κακείνων, καὶ ἡμᾶς.

β'. [27] Ὁρᾷ ὅτι περὶ τοῦ κατὰ σάρκα πάντα εἰρηται; Ἔιδες τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας; τοὺς νεκροὺς, τοὺς υἱοὺς ὀργῆς, τοὺς ἐζωοποίησεν. Ἔιδες τὴν ἐλπίδα τῆς κληρονομίας αὐτοῦ; Ναί, φησίν, ἀλλὰ τὸ μὲν, Συνήγειρε, ὄηλον· τὸ δὲ, Συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πῶς ἔσπεκεν; Ὡς τὸ, Συνήγειρεν· οὐδέπω γὰρ οὐδεὶς ἔστιν ἐτηγεργμένος, εἰ μὴ ὅτι τῆς κεφαλῆς ἀναστάτης, καὶ ἡμεῖς; ἠγέρθημεν, ὡς καὶ ἐκεῖ τοῦ Ἰακώβ προσηκνήσαντος, καὶ ἡ γυνὴ προσεκύνησε τὸν Ἰωσήφ. Οὐκοῦν οὕτω καὶ συνεκάθισε τῆς γὰρ κεφαλῆς; καθ' ἑστημένης καὶ τὸ σῶμα συγκαθῆται. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· Ἐν Χριστῷ Ἰη-

\* Suspicatur Savilius legendum esse ἀπολύμενα.

σοῦ. Ἡ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ συνήγειρε διὰ τοῦ λουτροῦ, πῶς οὖν συνεκάθισεν; *Εἰ γὰρ ὑπομένομεν*, φησί, *καὶ συμβασιλευσομεν*· εἰ ἀπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν. Ὅντως Πνεύματος χρεία καὶ ἀποκαλύψεως, ὥστε τὸ βάθος νοῆσαι τῶν μυστηρίων τούτων. Εἶτα, ἵνα μὴ ἀπιστήσης, ὄρα τί ἐπάγει· *Ἴνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπα τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα δὲ οὐδὲν ἦν πρὸς ἡμᾶς (Τί γὰρ, φησί, πρὸς ἡμᾶς, εἰ ἐκείνος ἀνέστη); εἰδείξε μὲν οὖν ὅτι καὶ πρὸς ἡμᾶς, εἰ γε οὕτως ἡμῖν ἦνωται· πλὴν ὅτι καὶ τὰ ἡμῶν καὶ ἰδίαν φησὶν· *Ὅταν γὰρ ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν*. Ὅστε, ὅπερ ἐφην, μὴ ἀπίσται, ἀπὸ τε τῶν προτέρων ἀπὸ τε τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τε τοῦ βούλεσθαι ἐνδείκνυσθαι αὐτὸν τὴν ἀγαθότητα λαβῶν τὴν ἀπίδειξιν. Πῶς γὰρ ἐνδείξεται, ἂν τοῦτο μὴ γένηται; Καὶ ἐνδείξεται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Τί; Ὅτι καὶ μεγάλα τὰ ἀγαθὰ ἦν, καὶ πάντων πιστότερα. Νῦν μὲν γὰρ λήρος εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀπίστοις τὰ λεγόμενα, τότε δὲ πάντες εἰσονται. Βούλει μαθεῖν καὶ πῶς συνεκάθισεν; Ἄκουε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· *Καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρινόντες τὰς δώδεκα φυλάς τοῦ Ἰσραὴλ*· καὶ πάλιν, *Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ ἐκωνόμων οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἠτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρὸς*. Ὅστε ἠτοίμασται. Καὶ καλῶς εἶπεν· *Ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Τὸ γὰρ καθίσαι ἐκ δεξιῶν τιμῆς ἐστὶ τῆς ὑπὲρ πάσαν τιμῆν, καὶ μεθ' ἦν ἑτέρα οὐκ ἐστὶ. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθιθεύμεθα. Ὅντως ὑπερβάλλον πλοῦτος, ὄντως ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, μετὰ Χριστοῦ καθίσαι. Κἂν μυρίας ψυχὰς ἔχη, οὐκ ἀπολλύεις αὐτάς ἕνεκεν αὐτοῦ; εἰ γὰρ εἰς πῦρ ἐμθῆναι ἔδει, τοῦτο οὐκ ἐχρῆν ἑτοίμως ὑπομεῖναι; Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν φησὶ· Ἐλέω, ἵνα ὅπου εἰμι ἐγὼ, καὶ οἱ διάκονοι ὧσιν οἱ ἐμοί. Εἰ γὰρ κατακόπτεσθαι ἔδει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὑπὲρ τούτων οὐκ [28] ἐχρῆν προθύμως καταδέχεσθαι; Ἐνώησον ποῦ ἐκάθισεν ἐκεῖνος. Ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. Καὶ τίμη συγκάθησαι; Ἐκεῖνον. Τίς ὢν<sup>a</sup>; Νεκρὸς, φύσις τέκνον ὀργῆς. Καὶ τί κατάρθωσας; Οὐδὲν. Ὅντως νῦν εὐκαιρον ἀναβοῆσαι· *Ὁ βάθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Τῇ γὰρ χάριτι ἔστε σεωσμένοι*, φησὶν. Ἴνα γὰρ μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρη σε, ἔρα πῶς σε καταστέλλει· *Τῇ χάριτι ἔστε σεσωσμένοι*, φησὶ. Διὰ πίστεως. Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν· καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνέλε, καὶ φησὶ· *Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν*. Οὐδὲ ἡ πίστις, φησὶν, ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ μὴ ἤλθην, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; Πῶς γὰρ, φησὶ, *πιστεύουσιν, κἂν μὴ ἀκούσωσιν*; Ὅστε οὐδὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμέτερον. Θεοῦ, φησὶ, τὸ δῶρον· οὐκ ἐξ ἔργων. Μὴ γὰρ ἤρκει ἡ πίστις σῶσαι, φησὶν; Ἄλλ' ἵνα μὴ κενὸς μὴδὲ ἀργοῦς σῶση, ταύτην ἐξήτησεν ὁ Θεός, φησὶν· Εἶπεν, εἰ ἡ πίστις σῶζει, ἀλλὰ διὰ Θεοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἐθέλησεν, ἡ πίστις ἔσωσεν. Ἐπεὶ πῶς σῶζει ἡ πίστις, εἰπέ μοι, ἀνευ ἔργων; Τοῦτο αὐτὸ Θεοῦ δῶρον ἐστίν, *Ἴνα μὴ τις καυχῆσθαι, ἵνα εὐγνώμονας περὶ τὴν χάριν ποιῆση*. Τί οὖν, φησὶν, αὐτὸς ἐκώλυσεν ἐξ ἔργων δικαιωθῆναι; Οὐδαμῶς· ἀλλ', Οὐδεὶς,

<sup>a</sup> Unus Codex, καὶ ἐξουσίας, φησὶν. Ἐνώησον ὅτι ἐκεῖνον ἐκάθισαι τῷ κατέσταντι ἐπάνω πάσης ἀρχῆς. Τίς ὢν.

φησὶν, ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἵνα δευχθῆ τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις καὶ ἡ φιλανθρωπία. Οὐχὶ ἔχοντας ἔργα ἀπόωσατο, ἀλλὰ προδομένους ἀπὸ τῶν ἔργων χάριτι ἔσωσεν, ὥστε μηδένα λοιπὸν ἔχειν καυχᾶσθαι.

γ'. Εἶτα ἵνα μὴ ἀκούσας, ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ πιστεῖ τὸ πᾶν κατωρθώθη, ἀργὸς μὲν, ὄρα τί ἐπήγαγεν· Αὐτοῦ γὰρ ἔσμεν *ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν*. Ὅρα αὐτὸν τί φησὶ· τὴν ἀναγέννησιν ἐνταῦθα αἰνέσεται. Ὅντως κτίσις ἑτέρα ἐστίν· ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν. Ὅπερ ἡμῖν πρότερον, ἀπεθάνομεν, τουτέστιν, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος· ὅπερ οὐκ ἡμῖν πρότερον, ἐγενόμεθα. Ἄρα κτίσις τὸ πρᾶγμα ἐστὶ, καὶ τῆς ἑτέρας τιμιωτέρα· ἐξ ἐκείνης μὲν γὰρ τὸ ζῆν, ἐκ δὲ ταύτης τὸ καλῶς ζῆν ἡμῖν περιέγονεν. Ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν· οὐχ ἵνα ἀρξώμεθα, ἀλλ', *Ἴνα περιπατήσωμεν*· διαρκοῦς γὰρ ἡμῖν χρεία τῆς ἀρετῆς καὶ ἐκτεταμένης εἰς τὴν τελευταίην τὴν ἡμετέραν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ βαδίζειν ἔδδν ἔδει εἰς πόλιν φέρουσαν βασιλικὴν, εἶτα τὸ πλεόν αὐτῆς ἀνύσαντες, περὶ τὸ τέλος αὐτὸ μαλακισθέντες ἐκαθίσταμεν, ὤνησεν ἂν ἡμᾶς τὸ βαδίσαι· οὕτως οὐδὲ ἡ ἐλπίς τῆς κλήσεως ὠνήσειεν ἂν τι τοὺς κεκτημένους τὸ πρᾶγμα, ἂν μὴ ἀξίως περιπατήσωμεν τοῦ καλέσαντος. Κληθέντες οὖν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, μένωμεν ἅπαντα ἐργαζόμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐκλήθημεν, οὐχ ἵνα ἐν ἔργον ἐργασώμεθα, ἀλλ' ἵνα πάντα. Ὅπερ [29] γὰρ αἰσθήσεις ἡμῖν πέντε εἰσὶ, καὶ πάσαις εἰς δέον κεχρησθαι δεῖ, οὕτω καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς. Εἰ δὲ τις σωφρονητὴ μὲν, ἀνελεῖ μὴν δὲ εἶη, ἢ ἐλεῖ μὴν μὲν εἶη, πλεονέκτης δὲ, ἢ ἀπέχοντο μὲν τῶν ἄλλοτρίων, τῶν δὲ αὐτοῦ μὴ μεταδιδοῖ, πάντα εἰκὴ γίνεται. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μία μόνον ἀρετὴ παραστῆσαι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ μετὰ παρθρησίας ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλῆς ἡμῖν δεῖ μία ποικίλης καὶ παντοδαπῆς, καὶ πάσης αὐτῆς. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετείλαμαι ὑμῖν*· καὶ πάλιν, *Ἄν λύση τις μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*, τουτέστιν, ἐν τῇ ἀναστάσει. Οὐ γὰρ δὴ εἰς βασιλείαν εἰσελεύσεται· οἶδε γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως βασιλείαν καλεῖν. *Μίαν ἐὰν λύση*, φησὶν, *ἐλάχιστος κληθήσεται*. Ὅστε πασῶν ἡμῖν δεῖ.

Καὶ ὄρα πῶς οὐκ ἐνὶ χωρὶς ἐλεημοσύνης εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κἂν αὕτη μόνη ἐλλίπη, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσόμεθα. Ἀπέλθετε γάρ, φησὶν, *οἱ καταρραμένοι εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον τὸ ἠτοίμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐπεινάσα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. Εἶδες πῶς οὐδὲν ἔττερον ἐγκληθέντες, διὰ τοῦτο μόνον ἀπόλωτον; Καὶ αἱ παρθένοι διὰ τοῦτο μόνον ἐξεβλήθησαν τοῦ νυμφῶνος, καίτοι γε σωφροσύνην εἶχον· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀπὸ ἐλεημοσύνης ἦσαν ἐρημοὶ βοήθειας, τῷ νυμφίῳ οὐ συνεισηλθον. *Εἰρήνην*, φησὶ, *μετὰ πάντων διώκετε, καὶ τὸν ἀγνισμὸν, οὐ χωρὶς οὐδεὶς δύσκειται τὸν Κύριον*. Ἐνώησον τοῖτων, ὅτι χωρὶς μὲν σωφροσύνης οὐκ ἐνὶ ἰδεῖν τὸν Κύριον· οὐ πάντως δὲ μετὰ σωφροσύνης δυνατὸν ἰδεῖν· πολλάκις γὰρ ἕτερον ἐνέπιδισε. Πάλιν ἂν πάντα κατωρθώσωμεν, τὸν δὲ πλη-



suscitavit per lavacrum, quomodo ergo consedere fecit? Nam *Si sustinemus*, inquit, *et conregnabimus* (2. Tim. 2. 12). Si morimur, etiam simul vivemus. Spiritu revera opus est et revelatione, ut intelligamus profundum horum mysteriorum. Deinde ne fidem non habeas, vide quid subjungat: 7. *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu.* Nam quoniam illa dixit de Christo; quæ autem dixit, ad nos nihil erant: nam quid ad nos si ille resurrexit? ostendit id quoque ad nos pertinere, si quidem is nobis est unitus; nisi quod seorsum dicit quæ ad nos pertinent: *Et cum essemus mortui peccatis, conresuscitavit et consedere fecit.* Quamobrem, sicut dicebam, noli non habere fidem, accepta demonstratione et ex prioribus et ex capite et ex eo quod velit ostendere suam bonitatem. Quomodo enim ostendet, si hoc non factum fuerit? Et ostendet in sæculis supervenientibus. Quidnam? Quod magna sint bona et omnibus credibilia. Nam nunc quidem quæ dicuntur, incredulis videntur esse nugæ; tunc autem omnes scient. Vis dicere etiam quomodo fecit consedere? Audi ipsum Christum dicentem discipulis: *Sedebitis super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel;* et rursus, *Sedere autem a dexteris meis et a sinistris, non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo* (Matth. 19. 28. et 20. 25). Est itaque paratum. Et recte dicit, *In bonitate super nos in Christo Jesu.* Sedere enim a dexteris, est honoris qui omnem superat honorem, et post quem non sunt alia. Hoc ergo dixit, nos quoque sessuros. Vere sunt exsuperantes divitiæ, vere exsuperans magnitudo ejus virtutis, sedere cum Christo. Etiam si mille habeas animas, propter ipsum eas non perdis? nam etsi in ignem esset intrandum, annon oporteret hoc prompte sustinere? Porro ipse quoque rursus dicit, *Volo ut ubi sum ego, ministri quoque mei sint* (Joan. 12. 26). Nam si oporteret quotidie dissecari, annon oporteret id pro eo prompto et alacri animo suscipere? Cogita ubi ille sederit: *Supra omnem principatum et potestatem.* Et cum quo sedes? Cum illo. Quisnam cum sis? Mortuus, natura filius iræ. Et quid recte gessisti? Nihil. Vere ergo est opportunum exclamare: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei* (Rom. 11. 35)! 8. *Gratia enim*, inquit, *estis salvati.* Nam ne beneficiorum magnitudo te extollat, vide quomodo te coercet et comprimit: *Gratia enim*, inquit, *estis salvati. Per fidem.* Deinde rursus ne liberum perimeretur arbitrium, posuit etiam quæ sunt nostra; et rursus ipsam sustulit, et dicit, *Et hoc non ex nobis.* Ne fides quidem, inquit, est ex nobis: nam si non venisset, si non vocasset, quomodo potuissemus credere? *Quomodo enim*, inquit, *credent, nisi audiverint* (Rom. 10. 14)? Quare nec fidei est nostrum. *Dei*, inquit, *est donum;* 9. *non ex operibus.* Non enim suffecisset, inquit, fides ad salutem. Sed ne nobis vacuis et otiosis det salutem, Eam, inquit, Deus requisivit. Dixit, quod salvos fecerit fides, sed per Deum: quoniam

Deus voluit, salvos fecit fides. Alioqui quomodo salvos facit fides absque operibus? Hoc ipsum est Dei donum, *Ne quis gloriatur*, ut nos gratos efficiat circa gratiam. Quid ergo, inquit, prohibuit ipse justificari ex operibus? Nequaquam: sed, *Nullus*, inquit, *justificatus est ex operibus*, ut ostendatur Dei gratia et benignitas. Non repulit habentes opera, sed eos, qui sunt proditi ab operibus, salvos fecit gratia, ut nullus de cætero possit gloriari.

3. Deinde ne, cum audieris, quod non ex operibus, sed fide totum gestum sit, otiosus maneat, vide quid subjunxerit: 10. *Ipsius enim sumus factura, creatus in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Vide quid ipse dicat: regenerationem hic subindicat. Revera alia est creatio: ex nihilo producti sumus ad hoc ut essemus. Quod eramus prius, mortui sumus, hoc est, homo vetus; quod prius non eramus, facti sumus. Recens ergo est creatio priore melior et præstantior: nam ex illa quidem, ut viveremus; ex hac autem, ut bene viveremus effectum est. *In operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in iis ambulemus;* non, *Ut incipiamus, sed, Ut ambulemus:* perpetua enim nobis virtute opus est, et extensa usque ad nostrum decessum. Neque enim, si esset ingrediendum via quæ fert ad urbem regiam, deinde cum majorem ejus partem confecissemus, circa ipsum finem ignavi et molles redditi sedissemus, nobis profuisset ingressus. Ita nec spes vocationis quidquam profuisset, rem illam possidentibus, nisi digne ad vocem appellantis ambulaverimus. Vocati ergo in operibus bonis, perseveremus, omnia operantes. Propterea enim appellati sumus, non ut unum dumtaxat opus operemur, sed ut omnia. Sicut enim nobis sunt quinque sensus, et omnibus ad id quod oportet utendum est, ita etiam omnibus virtutibus. Si quis autem sit temperans, sed immisericors, aut misericors quidem, sed avarus, aut ab alienis quidem abstineat, sed de suis non impertiat, frustra sunt omnia. Non enim sufficit una virtus, ut cum fiducia sistamus ad tribunal Christi, sed multa, varia et omnis generis, atque ad omnem virtute est opus. Audi enim Christum dicentem discipulis: *Euntes docete omnes gentes, docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis*, et rursus, *Si quis solverit unum ex mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno caelorum* (Matth. 23. 19. et 5. 19): hoc est, in resurrectione. Non enim intrabit in regnum: nam ipsum quoque tempus resurrectionis regnum vocare solet. *Si unum*, inquit, *solverit, minimus vocabitur.* Quamobrem nobis opus est omnibus.

*Sine eleemosyna non intratur in regnum caelorum.* — Vide autem quomodo non sine eleemosyna licet intrare, sed si ipsa sola desit, abibimus in ignem. *Abite*, inquit, *maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus.* Cur et quam de causa? *Quoniam esurii, et non dedistis mihi quod comederem: sitivi, et non dedistis mihi potum* (Matth. 25. 41. 42). Vidisti quomodo nullius alterius accusati, propter hoc solum perierunt? Et virgines propter hoc solvæ

ejectæ sunt e thalamo, licet haberent castitatem; sed quia eleemosynæ vacuæ erant, cum sponso ingressæ non sunt. *Pacem*, inquit, *cum omnibus persequimini, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum* (Hebr. 12. 14). Cogita ergo quod sine castitate quidem non licet Deum videre; non omnino autem cum castitate potest videri: sæpe enim aliud impedit. Rursus si omnia recte gesserimus, proximo autem nihil profuerimus, nec sic intrabimus in regnum (Jac. 2. 10). Undenam hoc constat? Ex servis quibus credita fuerunt talenta (Matth. 25). Nam illic virtus omnis erat integra et sincera, et nihil fuerat prætermisum; sed quoniam piger fuit in negotiatione, merito fuit ejectus. Deturbari etiam potest quispiam in gehennam ex solo maledicto: nam *qui dicit, inquit, fratri suo, stulte, obnoxius erit gehennæ ignis* (Matth. 5. 22). Etiam si quis omnia recte gesserit, sit autem contumeliosus, non intrabit. Nec quispiam Deum accuset crudelitatis, si eos, qui sic lapsi sunt, expellit ex regno cælorum. Nam si apud homines quispiam quidquam fecerit iniquum et præter leges, amandatur a conspectu regis, etsi unam ex constitutis legibus sit transgressus; et si accusans sit calumniatus, perdit magistratum; et si adulterium commiserit et sit convictus, redditur indignus: quamvis innumerabilia recte gesserit, perit; et si cædem fecerit, et probatum fuerit, hoc quoque ad eum perdendum sufficit. Si hominum leges adeo exacte servantur, quanto magis leges Dei? At est bonus, inquit. Quousque hæc stulta dicemus? Stulta autem dixi, non quod non sit bonus, sed quod existimemus ejus bonitatem ad hæc nobis esse utilem, etsi innumerabilia de his sæpe disseruerimus. Audi enim Scripturam dicentem: *Ne dixeris, Misericordia ejus est multa, multitudini peccatorum meorum propitiabitur* (Eccli. 5. 6). Non prohibet nos dicere multam esse ejus miserationem; absit; non hoc suadet, sed et nos vult hoc assidue dicere, et propterea omnia movet Paulus; sed propter ea quæ deinceps sequuntur. Ne ideo, inquit, admiris Dei benignitatem ut pecces, et dicas, *Misericordia ejus multitudini peccatorum meorum propitiabitur*.

4. Ideo enim tam multa disserimus de bonitate, non ut ei confidentes agamus omnia; alioqui bonitas erit ad nostræ salutis exitium; sed ne desperemus in peccatis, verum agamus pœnitentiam. Benignitas enim Dei te ducit ad pœnitentiam, non ad plura vitia. Si autem malus et sceleratus fias propter benignitatem, tu eum magis in odium vocas et accusas apud homines: multos enim videmus accusantes Dei lenitatem. Quamobrem dabis pœnas, si ea non utaris ut oportet. Deus est benignus? sed est etiam justus iudex. Condonat peccata? sed etiam reddit unicuique secundum opera sua. Transilit iniquitates, et tollit peccata? sed ea quoque examinat. Quomodo ergo non sunt hæc contraria? Non sunt contraria, si temporibus ea dividerimus: tollit hic peccata per lavacrum et pœnitentiam; facta illic examinat per ignem et tormenta. Si ergo, inquires, cum et mala fecero

pauca, propter unum ejiciar, et a regno excludam, cur mala omnia non operor? Ingrati servi est oratio: sed tamen hæc quoque dissolvemus orationem. Ne mala opereris, ut tibi prosis; nam a regno quidem omnes similiter excidamus; in gehennam autem non easdem pœnas dabimus omnes, sed hic quidem majores, ille vero minores. Nam si tu quidem et ille despexeritis, et qui in multis et qui in paucis peccat, similiter e regno excidetis: si autem non similiter despexeritis, sed alius quidem magis, alius vero minus, in gehenna sentietis differentiam. Cur ergo minatur iis qui non dederunt eleemosynam, eos esse abituros in ignem; neque solum in ignem, sed qui paratus est diabolo et angelis ejus? cur et qua de causa? Deum nihil æque irritat, ut si amici injuste lædantur. Nam si oportet diligere inimicos; qui etiam amicos aversatur, et est in hoc deterius gentibus, quod non merebitur supplicium? Quamobrem hic magnitudo peccati jure fecit eum abire cum diabolo: Væ enim ei qui non facit eleemosynam. Si hoc autem erat in Veteri, multo magis in Novo Testamento: si ubi erat concessum possidere pecunias, eisque frui et eas curare, tantâ gerebatur cura opis ferendæ pauperibus: quanto magis ubi jubemur omnia ejicere? Nam quid illi non faciebant? Decimas et rursus decimas præbebant: orphanis, viduis, proselytis succurrebant. Sed mihi quidam admirans dicebat, Ille dat decimas. Quanto est hoc plenum probro et dedecore, si quod apud Judæos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas omittere, cogita quantum nunc s. t. Rursus ebrietas non habet hereditatem regni. Sed quid est quod dicitur a multis? Si ego et ille iisdem tenemur, non est parva consolatio. Quid dicemus? Certe non erit idem tuum et illius supplicium: alioquin autem nec hoc est consolatio. Tunc enim malorum societas habet consolationem, quando mala quæ patimur fuerint proportionem paria: quando autem exsuperant, et ut mente excedamus effecerint, non amplius sinit ullam habere consolationem. Dic enim ei qui male muletatus in ignem est injectus, Ille aut illo hoc patitur; ne sentiet quidem consolationem. Nonne omnes simul perierunt Israelitæ? quamnam hoc eis attulit consolationem? annon hoc ipsum eos majori dolore afficiebat? Et ideo dicebant, Perimus, interiimus, consumpti sumus. Quamnam est ergo hæc consolatio? Frustra nos hæc spe consolamur. Una sola est consolatio, in illum qui exstingui non potest ignem non incidere: eis autem, qui incidere, non licet assequi consolationem: ubi est stridor dentium, ubi fletus, ubi vermis qui non moritur, ubi ignis qui non exstinguitur. Quamvis ullam senties, dic, queso, consolationem, cum sis in afflictione et angustia? de cætero enim eris apud te, Ne, queso et rogo, ne nos temere decipiamus, et his verbis consolemur, sed ea faciamus quæ nos poterunt servare. Cum Christo consessus est tibi propositus, et tu de his curiose scrutaris? Si nullum esset aliud

είον οὐδὲν ὠφελήσωμεν, οὐδὲ οὕτως εἰσελευσόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν. Πόθεν δὴλον; Ἀπὸ τῶν τὰ τάλαντα πιστευθέντων<sup>α</sup> οἰκετῶν. Ἐκεῖ γὰρ πᾶσα ἡ ἀρετὴ ἀξέριος ἦν, καὶ οὐδὲν ἐλλείπειτο· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρὸς γέγονεν, εἰκότως ἐξεβάλλετο. Ἔστι καὶ ἀπὸ λιοδωρίας μόνης εἰς γέενναν ἐμπεσὶν· Ὁ γὰρ λέγων, φησί, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, *Μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός*. Κἂν ἀπαντὰ τις κατορθώσῃ, ὑβριστὴς δὲ ἦ, οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ μὴ τις ὠμότητα καταγινοσκέτω τοῦ Θεοῦ, εἰ τοὺς τοῦτο ἐπταικότας ἐκβάλλει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, κἂν οὐτιῶν τῶν παρανόμων ἐργάσθαι τις, ἐξέπεσε τῆς τοῦ βασιλείας βύβης, κἂν νόμον ἕνα τῶν κειμένων παραβῇ· κἂν συκοφαντήσῃ κατηγορῶν, ἀπίστευσε τὴν ἀρχὴν· κἂν μοιχεύσῃ καὶ ἀλῶ<sup>β</sup>, ἀνάξιος γέγονε· κἂν μυρία ἢ κατωρθώκως, ἀπόλλυται· κἂν φόνον ἐργάσῃ, καὶ δειχθῇ, καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαφθεῖραι. Εἰ δὲ οἱ τῶν ἀνθρώπων νόμοι τοσαύτης ἀπολαύουσι τῆς φυλακῆς, πόσω μᾶλλον οἱ τοῦ Θεοῦ! Ἄλλ' ἀγαθὸς ἔστι, φησί, Μέχρι [30] τίνος τὸν μωρὸν τοῦτον λόγον φθεγγόμεθα; Μωρὸν δὲ εἶπον, οὐχ ὅτι οὐκ ἀγαθὸς ἔστιν, ἀλλ' ὅτι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ νομιζόμεν εἰς ταῦτα χρησίμην ἡμῖν εἶναι, καίτοι μυρία πολλάκις διαλεχθέντων ἡμῶν περὶ τούτου. Ἄκουε γὰρ τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Μὴ εἰπῆς, ὅτι Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ ὁ πολλὸς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται*. Θυγὴ κωλύει λέγειν ἡμᾶς, Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολὺς· μὴ γένοιτο· οὐ τοῦτο παραινεῖ, ἀλλὰ βούλεται ἡμᾶς καὶ συνεχῶς τοῦτο λέγειν, καὶ διὰ τοῦτο πάντα κινεῖ Παῦλος· ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξῆς. Μὴ ἐπὶ τούτῳ, φησί, θαύμαζε τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπὶ τῷ ἁμαρτάνειν, καὶ λέγειν· *Οἰκτιρμὸς αὐτοῦ ἐδὲ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται*.

δ'. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα καὶ ἡμεῖς περὶ ἀγαθότητος διαλεγόμεθα, οὐχ ἵνα ταύτη θαρρόμενοι πάντα πράττωμεν, ἕπει ἡ ἀγαθότης ἐπὶ λύμῃ τῆς ἡμετέρας ἔσται σωτηρίας, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἁμαρτήματι, ἀλλὰ μετανοῶμεν. Τὴ γὰρ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν εὐ· ἔχει, οὐκ εἰς πλείονα κακίαν. Εἰ δὲ μοχθηρὸς γένη διὰ τὴν χρηστότητα, σὺ διαβάλλεις μᾶλλον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· πολλοὺς γὰρ ὀρῶ κατηγοροῦντας τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ. Ὅστε δίκην δώσεις, οὐκ εἰς δέον αὐτῇ χρησάμενος. Φιλάνθρωπος ὁ Θεός; ἀλλὰ καὶ δίκαιος κριτής. Ἄμαρτια συγχωρῶν; ἀλλὰ ἀποδίδωσιν ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔρα αὐτῶν. Ὑπερβαίνει ἀδικίας, ἐξαιρεῖ ἀνομίας; ἀλλὰ καὶ ἐξέτασιν ποιεῖται. Πῶς οὖν οὐκ ἐναντία ταῦτα; Οὐκ ἐναντία, ἀν τοῖς χρόνοις αὐτὰ διέλωμεν. Ἐξαιρεῖ ἀνομίας ἐνταῦθα καὶ διὰ λουτροῦ καὶ διὰ μετανοίας· ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν πεπραγμένων ἐκεῖ διὰ πυρός καὶ βασάνων. Ἄν τῶν ἐργασάμενος ὦ, φησὶν, ὀλίγα κακὰ, καὶ δι' ἐν αὐτῶν ἐκβάλλωμαι καὶ τῆς βασιλείας ἐκπίπτω, τίνος ἔνεκεν οὐκ ἐργάζομαι πάντα κακὰ; Ἀγνώμονος οἰκέτου ὁ λόγος· πλὴν ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τοῦτον ἐπιλυσόμεθα τὸν λόγον. Μὴ ἐργάζου τὰ κακὰ, ἵνα αὐτὸν ὠφελήσῃς· βασιλείας μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως ἐκπεσόμεθα, ἐν δὲ γέννησιν οὐ τὴν αὐτὴν δώσομεν δίκην πάντες, ἀλλ' ὁ μὲν μέζονα, ὁ δὲ ἡμερωτέρων. Εἰ μὲν γὰρ σὺ κακείνος κατεφρονήσατε, καὶ ὁ τὰ πολλὰ καὶ ὁ τὰ ὀλίγα ὁμοίως ἐκπεσεῖσθε τῆς βασιλείας· εἰ δὲ οὐχ

ὁμοίως κατεφρονήσατε, ἀλλ' ὁ μὲν μέζον, ὁ δὲ ἔλαττον, ἐν τῇ γέννησιν τῆς διαφορᾶς αἰσθησεσθε. Τί οὖν, φησὶν, ἀπειλεῖ τοῖς ἐλεημοσύνην μὴ δεδωκόσιν, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσεσθαι, καὶ οὐχ ἀπίως εἰς τὸ πῦρ, ἀλλ' εἰς τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαδόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; τίνος ἔνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι οὐδὲν οὕτω τὸν Θεὸν παροξύνει, ὡς τὸ τοὺς φίλους ἀδικεῖν. Εἰ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς φιλεῖν δεῖ, ὁ καὶ τοὺς φιλοῦντας ἀποστρεφόμενος, καὶ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τοῦτο χείρων ὢν, τίνος οὐκ ἔσται κολάσεως ἀξίος; Ὅστε ἐνταῦθα τὸ μέγεθος τοῦ ἁμαρτήματος μετὰ τοῦ διαδόλου τὸν τοιοῦτον εἰκότως ἐποίησεν ἀπελεθεῖν. Οὐδὲ γὰρ τῷ ἐλεημοσύνην, φησὶ, μὴ ἐργαζομένῳ. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς τοῦτο ἦν, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς Καινῆς· εἰ ἔνθα συγκεχώρητο χρημάτων κτήσις καὶ ἀπόλαυσις καὶ ἐπιμέλεια, τοσαύτη πρόνοια ἐγένετο τῆς εἰς τοὺς [31] πέντητας βοηθείας, πόσω μᾶλλον, ἔνθα κελυσόμεθα πάντα ρίψαι! Τί γὰρ οὐκ ἵπαιον ἐκείνοι; Δεκάτας, καὶ πάλιν δεκάτας ἐτέρας παρῆχον ὄφρανοις, χήμαις, προσηλύτοις ἐπήρουν. Ἀλλὰ ἐμοὶ τις θαυμάζων τινὰ εἶλεγε· Δεκάτας δίδωσιν ὁ δεῖνα. Πόστις αἰσχύνης τοῦτο γέμει, εἰ δὲ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἦν θαυμαστὸν, τοῦτο ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν θαυμαστὸν γέγονεν; Εἰ τότε κίνδυνος ἦν, τὸ φεικᾶτος ἀπολιπεῖν, ἐνόησον ὅσον ἐστὶ νῦν. Ἡ μέθῃ πάλιν οὐ κληρονομεῖ τὴν βασιλείαν. Ἀλλὰ τίς ὁ τῶν κολῶν λόγος; Οὐκοῦν εἰ καὶ γὰρ κακείνος ἐν τοῖς αὐτοῖς, οὐ μικρὰ παραμυθία. Τί οὖν ἂν εἴποιμεν; Μάλιστα ἄλλως, οὐ τῆς αὐτῆς σὺ κακείνος ἀπολαύσεις τιμωρίας· ἄλλως δὲ, οὐδὲ παραμυθία τοῦτό ἐστι. Τότε γὰρ ἡ κοινωνία τῶν παθῶν ἔχει παραμυθίαν, ὅταν σύμμετρα ἢ τὰ δεῖνα· ὅταν δὲ ὑπερβαίνῃ, καὶ ἐν ἐκστάσει ἡμᾶς ποιῇ, οὐκέτι ἀφῆσι λειπὸν ἔχειν παραμυθίαν. Εἰπὲ γὰρ τῷ κατακλιζομένῳ καὶ εἰς τὴν πυρὰν ἐμβαθῆσθαι, ὅτι Καὶ ὁ δεῖνα τοῦτο πάσχει· ἀλλ' οὐδὲ αἰσθῆσθαι τῆς παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες ὁμοῦ ἀπώλοντο οἱ Ἰσραηλιταί; ποῖαν τοῦτο αὐτοῖς παραμυθίαν ἔφερον; οὐχὶ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο αὐτοὺς ἐλύπει; Διὸ καὶ ἔλεγον· Ἀπολώλαμεν, ἐξώλωλαμεν, παρανηλώμεθα. Ποῖα τοίνυν αὕτη παραμυθία; Μάτην ἑαυτοῦς παραμυθούμεθα ταῦταί τις ἐλπίζει. Μία μόνη παραμυθία ἐστὶ, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον· ἐμπεσόντα δὲ οὐκ ἐνι παραμυθίας τυχεῖν, ἔνθα ὁ βρυγμὸς τῶν δόδωντων, ἔνθα ὁ κλαυθμὸς, ἔνθα σκώληξ ἀτελεύτητος, ἔνθα πῦρ ἄσβεστον. Ἐνοήσεις; ἔνθα ὄλωσ τινὰ, εἰπέ μοι, παραμυθίαν, ἐν τοσαύτῃ ὀλῆσει καὶ στενωχωρίᾳ ὢν; ἐν αὐτῷ γὰρ ἔση λοιπὸν. Μὴ, δέομαι καὶ παρακαλῶ, μὴ ἑαυτοῦς εἰκῆ ἀπατώμεν, καὶ τοῦτοῖς τοῖς λόγοις παραμυθώμεθα, ἀλλὰ ταῦτα πράττωμεν, ἅπερ ἡμᾶς σώσαι δυνήσεται. Συγκραθῆσαι τῷ Χριστῷ πρόκειται, καὶ οὐ περὶ τούτων ἀκριβολογῆ; Εἰ γὰρ μὴδὲν ἔτερον ἦν ἁμάρτημα, ὑπέρ τῶν ῥημάτων οὕτων πόσην κίλασιν ἡμᾶς ἐχρῆν ὑποστῆναι, ὅτι οὕτω νωθεῖς, ὅτι οὕτω ταλαίπωροι καὶ ῥάθυμοι ἔσμεν, ὡς καὶ τοσαύτης προκειμένης τιμῆς ταῦτα λέγειν; Ὁ πόσα στενάξεις, ὅταν ἀκούσῃ τότε τοὺς κατωρθώκως καλουμένους ἐπὶ βασιλείαν καὶ τιμωμένους! ὅταν ἴδῃς ἀπὸ δούλων καὶ ἀπὸ δυσγενῶν ὀλίγα καμόντας ἐνταῦθα, τοῦ θρόνου μετέγοντας ἐκεῖ τοῦ βασιλικοῦ διαπαντός! Οὐχὶ τῆς κολάσεώς σοι ταῦτα χείρονα ἔσται; Εἰ γὰρ νῦν ὁρῶν εὐδοκιοῦντάς τινας, καὶ οὐδὲν πάσχων κακὸν, πῶς τιμωρίας χείρον τοῦτο νομιζεις, καὶ ὑπὸ τούτου μό-

<sup>α</sup> Morel. male, τάλαντα πιστευθέντα.

<sup>β</sup> Ante ἀλῶ suppleendum censet Dunsæus κλοπῆς, vel aliquid simile.

<sup>γ</sup> Codex unius, τοῦτο πάσχει. Φέρει παραμυθίαν; οὐδαμῶς. Τί λέγω παραμυθίαν; οὐδὲ αἰσθῆσθαι ὁ τοιοῦτος παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες.

νου διαφθείρη, καὶ πενθεὶς σαυτὸν, καὶ δακρῦεις, καὶ μυρίων εἶναι θανάτων κρίνεις ἄξιον, τί τότε ὑποστήσῃ; Εἰ γὰρ μὴ γέεννα ἦν, αὐτὴ ἡ ἔννοια τῆς βασιλείας οὐκ ἦν ἱκανὴ ἀπολέσαι καὶ [32] διαφθείραι; Καὶ οἷ τοῦτο οὕτως ἕξει, ἱκανὸν ἀπὸ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων μαθεῖν. Μὴ τοίνυν εἰκὴ ψυχαγωγῶμεν

ἑαυτοὺς τοῖς τιοῦτοις ῥήμασιν, ἀλλὰ προσέχωμεν, καὶ φροντίζωμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ ἀρετῆς ἐπιμαλώμεθα, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν ἑαυτοὺς διεγείρωμεν, ἵνα καταξιώθωμεν τυχεῖν τῆς τοσαύτης δόξης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

### ΟΜΙΛΙΑ Ε΄.

*Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπῖδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.*

α'. Πολλὰ δείκνυσσι τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν· πρῶτον, ὅτι δι' αὐτοῦ ἔσωσε, καὶ δι' αὐτοῦ τρόπῳ τιοῦτῳ· δεύτερον, ὅτι τίνας ὄντας ἔσωσε· τρίτον, ὅτι ποῦ ἀνήγαγε. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ καθ' ἑαυτὰ μέγιστην ἔχει τὴν ἀπόδειξιν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ· καὶ ταῦτα πάντα κινεῖ νῦν γράφων ὁ Παῦλος α'. Εἶπεν, ὅτι νεκροὺς ὄντας τοὺς παραπτώμασι, καὶ τέκνα ὀργῆς, ἔσωσε· νῦν λέγει καὶ τίνων ἐποίησεν ἴσους. Διὸ, φησὶ, *μνημονεύετε*. Ἔθος γὰρ ἡμῖν ἄκασιν, ὅταν ἐκ τῆς πολλῆς εὐτελείας εἰς ἀντίρροπον, ἢ καὶ μείζονα τιμὴν ἀναθῶμεν, μηδὲ μεμνησθαι τῶν προτέρων, ἐντροφεμένοις ἐκείνῃ τῇ δόξῃ. Διὰ τοῦτο φησὶ, *Διὸ μνημονεύετε*. Διὸ, ποῖον; Ὅτι ἐκτίσθημεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς. Τοῦτο δὲ ἱκανὸν ἡμᾶς πείσαι τῆς ὀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. *Μνημονεύετε*. Ἰκανὴ γὰρ ἡ μνήμη ἐκείνῃ εὐγνώμονας περὶ τὸν εὐεργέτην ποιῆσαι. Ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη. Ὅρα πῶς τὰ πλεονεκτήματα τὰ Ἰουδαϊκὰ καθαιρεῖ, καὶ τὰ ἐλαττώματα τῶν ἐθνῶν θανατῶζει, ἅπερ οὐκ ἦν ἐλαττώματα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ βίου ἑκατέρους πείθει. *Οἱ λεγόμενοι ἡ ἀκροβυστία*. Ἐν ῥήμασιν ἦν ἡ τιμὴ, ἐν σαρκὶ τὸ προτέρημα· οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἡ ἀκροβυστία, οὐδὲν ἡ περιτομή. *Ἰπὸ τῆς λεγομένης, φησὶ, περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου*. Ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπῖδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Ὑμεῖς οἱ ὑπὸ Ἰουδαίων τοῦτο, φησὶ, καλοῦμενοι. Τί δὲ ποτε δὲ μέλλον δεικνύον τὴν εὐεργεσίαν αὐτῶν ἐν τούτῳ γενομένην, ἐν τῷ κοινωθῆσαι αὐτοὺς τῷ Ἰσραὴλ, πάλιν τὸ ἀλίωμα τὸ Ἰσραηλιτικὸν οὐ καθαιρεῖ, ἀλλ' [33] ἐν τούτοις ἐπαίρει αὐτό; Ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐπαίρει, ἐν τούτοις δὲ καθαιρεῖ, ἐν οἷς οὐκ ἐκωκύνθησαν. Προῖων γὰρ, φησὶ· *Συμπολιταὶ τῶν ἀγίων ἐστέ, καὶ κλειοὶ τοῦ Θεοῦ*. Ὅρα πῶς οὐ καθαιρεῖ. Ταῦτα, φησὶν, ἀδιάφορα ἔστι. Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι περιτομῆς οὐκ ἐτύχητε καὶ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἐστέ, διαφορὰν τίνα εἶναι. Τὸ γὰρ χαλεπὸν τοῦτο ἦν, τὸ χωρὶς τοῦ Χριστοῦ εἶναι, τὸ τῆς πολιτείας ἀπληροτριωσθαι τοῦ Ἰσραὴλ· τοῦτο δὲ οὐ πολιτεία· τὸ δὲ ξένους εἶναι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, τὸ μὴ ἔχειν ἐλπῖδα τὴν μέλλουσαν, τὸ ἄθεός

εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ταῦτα πάντα ἐκείνων ἦν. Εἶπε περὶ τῶν οὐρανίων πραγμάτων, λέγει καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἐπειδὴ μεγάλην δόξαν εἶχον περὶ αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς παραμυθούμενος τοὺς μαθητάς, μετὰ τὸ εἰπεῖν, *Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἔστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, τὸ ἐλαττον εἰθῆσιν· Ὅθω γὰρ, φησὶν, *ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν*. Τοῦτο γὰρ πρὸς μὲν τὸ μέγεθος ἐλαττόν ἐστι, πρὸς δὲ τὸ ἐγγὺς εἶναι καὶ πιστεῦσαι, μέγα καὶ ἱκανόν, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύ. Ἄρα τοῦτο ἦν τὸ πολιτεῦσθαι. Οὐκ εἶπε, *Κεχωρισμένοι, ἀλλ'*, Ἄπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας. Οὐκ εἶπεν, *Ὁυ προσέχοντες, ἀλλ'*, *Ὁυδὲ μετέχοντες, καὶ ξένοι*. Πολλῶν τῶν ῥημάτων ἡ ἔμφασις, πολὺν δεικνύσα τὸν χωρισμόν. Ἐπεὶ καὶ Ἰσραηλιταὶ τῆς πολιτείας ἦσαν ἐκτός, ἀλλ' οὐκ ὡς ἄλλοτριοι, ἀλλ' ὡς ῥάθυμοι, καὶ τῶν διαθηκῶν ἐξέπεσον, ἀλλ' οὐκ ὡς ξένοι. Τίνες δὲ ἦσαν αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας; *Σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου δώσω, φησὶ, τὴν γῆν ταύτην, καὶ ὅσα ἕτερα ἐπηγγελίαιτο*. Ἐλπῖδα, φησὶ, *μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι*. Καίτοι θεοὺς προσεκύνουν, ἀλλ' οὐκ ἦσαν· οὐ γὰρ ἐστὶ τι εἰδωλον. *Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς, οἱ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ ἄμωτι τοῦ Χριστοῦ*. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρω ἐν, ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν *ἐχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ*. Τοῦτο οὖν ἐστὶ μέγα, φησὶ, τὸ ὅτι: εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν ἤλθομεν; Τί λέγεις; ἀνεκφαιαίσωσά τε πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ νῦν περὶ Ἰσραηλιτῶν λέγεις; Ναί, φησὶν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῇ πίστει χρὴ παραλαμβάνειν, ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. *Νυνὶ δὲ, φησὶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς, οἱ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε πρὸς τὴν πολιτείαν*. Τὸ γὰρ, *μακρὰν*, καὶ τὸ, *ἐγγὺς*, προαιρέσειός ἐστι μόνως. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὁ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρω ἐν.

Τί ἐστὶ, *τὰ ἀμφοτέρω ἐν*; Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι εἰς ἐκείνην τὴν εὐγένειαν ἡμᾶς ἤγαγεν, [34] ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμᾶς, κάκεινους εἰς μείζονα· πλὴν ἡμῶν ἢ μείζων ἡ εὐεργεσία. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπήγγελο, καὶ ἐγγύτεροι ἦσαν, ἡμῖν δὲ οὐδὲ ἐπήγγελο, καὶ πορρωτέρω ἦμεν. Διὸ φησὶ· *τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλλείους δοξάσαι τὸν Θεόν*. Ἐπηγγεῖλατο μὲν γὰρ τοῖς Ἰσραηλιταῖς, ἀλλὰ ἀνάξιοι ἦσαν· ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἐπηγγεῖλατο, ἀλλὰ καὶ ξένοι ἦμεν· οὐδὲν κοινὸν εἶχόμεν πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς ἐν, οὐχ ἡμᾶς ἐκείνοις· συνάψαι, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους καὶ ἡμᾶς εἶς ἐν συνάψαι. Ὑπόδειγμα δὲ ἔρω· Ὑποθῶμεθα εἶναι ἀνδριάντας δύο, τὸν μὲν ἐξ ἀργύρου, τὸν δὲ ἐκ μολίδου, εἶτα ἀμφοτέρους καταχωρεύσέντας, ἀνελεῖν χρυσοῦς τοὺς δύο. Ἰού

α Cod., unus, καὶ ταῦτα κοινῇ νῦν γράφων ὁ Παῦλος, quas lectio optime quadrat. Sed alii omnes κινεῖ pro κοινῇ habent. Hæc tamen, et κοινῇ pro κινεῖ substituere volebam. Sed cum alia lectio ferri possit, et in aliis omnibus exemplaribus habeatur, a proposito destitit.

β Marg. Sav., τὴν πολιτείαν ἡμᾶς κάκεινους ἤγαγεν, ἀλλ' ἡμᾶς εἰς μείζονα. ἄλλο δὲ ὅτι ἡμῶν.

peccatum, pro his verbis quantum nos oporteret subire supplicium; quod simus adeo ignavi, miseri et socordes, ut tanto etiam proposito pretio hæc dicamus? O quantum ingemiscet, quando audieris eos qui bona egerunt vocari in regnum et honore affici? quando videris ex servis et humili loco natis eos qui parum hic laborarunt, throni regii esse participes? Annon ea erunt tibi pejora punitione? Nam si nunc quosdam videns prospere agentes, etiamsi nihil mali patiaris, hoc omni supplicio gravius putas, discruciaris, teipsum luges et lacrymaris, et te mortibus

mille dignum esse censes: quid tunc patieris? Nam si non esset gehenna, ipsa de regno cogitatio annon sufficeret ad perdendum et ad afferendum interitum? Quod autem res ita sit se habitura, satis disci potest ex rerum experientia. Ne nos ergo temere oblectemur et consolemur huiusmodi verbis, sed attendamus, et salutis nostræ curam geramus, et de virtute simus solliciti, et ad bona gerenda nos excitemus, ut digni habeamur qui tantam assequamur gloriam, in Christo Jesu Domino nostro.

## HOMILIA V.

CAP. 2. v. 11. *Propter quod memores estote quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: 12. quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.*

1. Multa ostendunt Dei benignitatem et amorem in homines: primum, quod per se salvos fecerit, et per se tali modo: secundo, quod cum quales eramus salvos fecerit: tertio, quo nos deduxerit. Hæc enim omnia per se maximam habent indicationem ejus benignitatis: et hæc omnia Paulus nunc scribens agit. Dixit, quod cum essemus mortui delictis et filii iræ, nos salvos fecerit: nunc dicit quibus nos fecerit æquales, et ideo dicit, *Memores estote*. Solemus enim omnes, quando ab humili admodum conditione ad contrariam et ei ex adverso respondentem aut etiam majorem evecti fuerimus honorem, ne priorum quidem meminisse, ut qui illa nutriamur gloria. Propterea dicit, *Propter quod memores estote. Propter quod*, quodnam? Quod creati sumus in operibus bonis. Hoc autem sufficit ad nobis persuadendum ut curam geramus virtutis. *Memores estote*. Sufficit enim illa memoria ad gratos et memores reddendos in benefactorem. *Quod vos aliquando gentes*. Vide quomodo ea deprimat quibus Judæi præcellabant, et ea admiretur quibus gentes erant inferiores; quæ quidem non erant huiusmodi ut inferiores eos redderent, sed a modo et vita utrisque persuadet. *Qui dicebamini præputium*. In verbis erat honor, in carne prærogativa: nihil enim est præputium, nihil circumcisio. *Ab ea quæ dicitur*, inquit, *circumcisio in carne manufacta. Quod eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in mundo*. Vos, inquit, qui hoc vocamini a Judæis. Cur autem cum esset ostensorus in hoc eis collatum fuisse beneficium quod eos fecerit societatem habere cum Israele, rursus Israeliticam non deprimit dignitatem, sed eam in his extollit? Extollit in iis quæ sunt necessaria, in iis autem deprimit in quibus eis non fuit societas. Procedens enim dicit, *Estis cives sanctorum et domestici Dei (v. 19)*. Vide quomodo non deprimit: Hæc, inquit, sunt indifferentia. Ne existimetis, inquit, vos circumcisio-

nem non consequutos, eo quod sitis in præputio, aliquam habere differentiam. Hoc erat grave ac molestum, quod essent sine Christo, quod essent alienati a conversatione Israel; hoc autem non est conversatio: quod vero essent hospites testamentorum promissionis, quod non haberent spem futuram; quod essent in hoc mundo sine Deo: hæc omnia erant illorum. Dixit de rebus cælestibus; dicit etiam de iis quæ sunt super terram, quoniam de ipsis Judæi magnam habebant existimationem et gloriam. Ita etiam Christus consolans discipulos, postquam dixit, *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*, ponit id quod est minus: *Sic enim persecuti sunt prophetae qui fuerunt ante vos (Matth. 5. 10. 12)*. Nam hoc quidem, quod ad magnitudinem attinet, est minus: si spectetur autem quod prope sint et crediderint, est magnum et sufficiens, et magnam vim habet. Hoc ergo erat, habere conversationem. Non dixit, *Separati*, sed, *Alienati a conversatione*. Non dixit, *Non attendentes*, sed, *Neque participantes, et Hospites*. Magna est verborum emphasis, magnam ostendens separationem. Nam etiam Israelitæ erant extra conversationem, sed non tanquam alieni, verum tanquam pigri et desidiosi, et exciderunt a testamentis, sed non tanquam peregrini. Quænam autem erant testamenta promissionis? *Tibi et semini tuo dabo terram hanc (Gen. 13. 15)*, et quæcumque alia promisit. *Spem*, inquit, *non habentes, et sine Deo*. Atqui deos adorabant, sed non erant: idolum enim nihil est. 13. *Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. 14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem mucieræ solvens, inimicitias in carne sua*. Hoc est ergo, inquit, magnum, quod venimus in Judæorum conversationem? quid dicis? quæcumque sunt in cælis et quæ sunt in terra instauravit et in unam summam redegit, et nunc dicis de Israelitis? Certe, inquit. Nam illa quidem fide oportet assumere, hæc autem etiam factis ipsis et operibus. *Nunc autem in Christo Jesu, inquit, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope ad conversationem*. Nam illud longe et illud prope, est solius liberi arbitrii et electionis. *Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum*.

2. Quid hoc est, *Utraque unum*? Non hoc dicit,

quod nos exegerit ad illam generis nobilitatem, sed et quod nos et illos ad majorem; majus tamen est beneficium quo nos affecti sumus. Nam illis quidem et promissum fuerat, et erant ipsi propinquiore; nobis autem nec promiserat, et eramus longius. Quamobrem dicit, *Gentes autem pro misericordia glorificare Deum* (Rom. 15. 9). Promiserat quidem Israelitis, sed erant indigni; nobis autem non promiserat, sed hospites eramus: nihil erat nobis cum ipsis commune, et nos fecit unum, non nos illis conjungens, sed nos et illos unum faciens. Dicam autem exemplum: ponamus esse duas statuas, unam ex argento, alteram ex plumbo; deinde ambas fusas et conflatas prodiisse aureas. Ecce duas unum fecit. Aut etiam aliter: sit unus servus, alius in filium adoptatus; ambo autem eundem adorent, hic quidem declaratus cum sit filius, ille vero fugitivus, et qui ne patrem quidem novit: deinde fiant ambo heredes, et germani filii. Ecce ad unum honorem sunt perducti: duo facti sunt unum, ille quidem cum venisset e longinquo, hic vero cum e propinquo, et magis est germanus quam ante quam offendisset. *Medium*, inquit, *parietem maceris solvens*. Quis est medius paries? *Inimicitias*, ait, *in carne sua*. 15. *Legem mandatorum in decretis evacuans*. Nonnulli quidem dicunt, quod lex sit medius paries inter Judæos et Græcos: ideo legem dixit, inquit, quod non sivit ipsos misceri: mihi autem non ita videtur; sed inimicitiam in carne medium parietem dicit, qui nos ambos a Deo separet, sicut dicit propheta: *Annon peccata vestra separant inter me et vos* (Isai. 50. 2)? Et jure: tamquam medius enim paries inimicitiae erant, quæ ei intercedebant cum Judæis et Græcis. Cum esset autem lex, non solum non solvebantur, sed etiam magis crescebant: *Lex enim*, inquit, *iram operatur* (Rom. 4. 15). Ut ergo illic dicens, *Lex iram operatur*, non ei totum adscribit, sed subauditur, quoniam transgressi sumus: ita hic quoque eam dicit medium parietem, quoniam dum ei non obeditur, faciebat inimicitias. Lex erat sepes; sed ea quidem erant ut tutos redderet, et ideo etiam nominata est sepes ut circumsciperet. Audi enim rursus prophetam dicentem: *Et sepem illi circumdedi* (Isai. 5. 2); et iterum, *Abstulisti sepem ejus, et vindemiant eam omnes qui transeunt per viam* (Psal. 79. 13). Tutamentum ergo dicit. Et rursus, *Auferam sepem ejus, et erit in conculationem*; et rursus, *Legem dedit in auxilium* (Isai. 5. 5. et 8. 20); et iterum, *Faciens misericordiam et judicium Dominus, notas fecit justificationes suas Israeli* (Psal. 102. 6. 7). Facta est autem medius paries, non eos tutos reddens, sed eos a Deo separans. Ejusmodi est medius paries qui est a sepe. Cujusmodi autem sit ea declarat, subjiciens: *Inimicitias in carne sua. Legem mandatorum evacuans*. Quomodo? Ut qui circumseperit et inimicitias illic solverit. Nec hoc solum eam solvit, sed etiam per ejus observationem. Quid enim, si liberati essemus a priori transgressione, rursus autem eam necesse haberemus servare? Rursus id ipsum esset: sed eam quoque solvit: *Legem enim*, inquit, *mandatorum in decretis evacuans*, Papæ, quanta

benignitas! dedit nobis legem servandam: quoniam autem non servavimus, cum oporteret puniri, legem solvit: ut si quis cum puerum tradidisset pædagogum, quoniam non obedit, etiam a pædagogo liberaverit et abduxerit. Quæ est hoc benignitatis? Quid est, *In decretis evacuans*? Magnam, inquit, hic ponit differentiam mandati et decretorum. Aut fidem dicit, ipsam vocans decretum; a sola enim fide salvos fecit: aut præceptum, sicut dicebat Christus, *Ego autem dico vobis, ne omnino irascamini* (Matth. 5). Hoc est, Si credideris quod Deus eum excitavit a mortuis, salvus eris. Et rursus, *Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo* (Rom. 10. 8).

τοὺς οὐρανοὺς οἰκεῖν. Παντὸς χρυσοῦ λαμπρότερας αὐτοῖς εἰκεῖν τὰς χεῖρας, παντὸς διαδήματος βασιλικοῦ. Οὐ γὰρ οὕτω ποιεῖ λαμπρὰν κεφαλὴν ταινία λιθοκόλλητος περιεικμένη, ὡς ἄλυσις σιδηρᾶ διὰ Χριστόν. Τότε τῶν βασιλείων λαμπρότερον τὸ δεσμοκλήριον ἦν. Τί λέγω βασιλείων; καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ οὐρανοῦ· δέσμιον γὰρ εἶχε Χριστοῦ. Εἰ τις φιλεῖ τὸν Χριστόν, οἶδε τοῦτο τὸ ἀξίωμα, οἶδε ταύτην τὴν ἀρετὴν, οἶδεν ὅσον ἐχαρίσατο τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὸ δεθῆναι δι' αὐτόν. Τάχα τοῦ καθίσαι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τοῦτο λαμπρότερον, τοῦ καθίσαι ἐπὶ δώδεκα θρόνων τοῦτο σεμνότερον, τὸ δεθῆναι δι' αὐτόν. Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀνθρωπίνων; αἰσχύνομαι συγκρίνων πλοῦτον καὶ κῆσμον χρυσοῦν δεσμοῖς. Ἄλλ' ἀφείς εἰπεῖν περὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων, κῆν μηδὲνα μισθὸν εἶχε τὸ πρῶγμα, τοῦτο μόνον μέγας μισθός, τοῦτο ἀντίδοσις ἰκανή, τὴ διὰ τὴν φιλούμενον ταῦτα πάσχειν τὰ θεινά. Ἰσασιν οἱ φιλοῦντες, εἰ καὶ μὴ τὸν Θεόν, ἀλλ' ἀνθρώπους, τὸ λεγόμενον, οἱ ἦδονται κακῶς πάσχοντες μᾶλλον, ἢ τιμώμενοι παρὰ τῶν ἐρωμένων. Τοῦ ἀγίου χρῶσθαι τὰ ταῦτα συνιδεῖν μόνον. τῶν ἀποστόλων λέγω. Ἄκουε γὰρ τοῦ μακαρίου Λουκᾶ λέγοντος· ὅτι Ἰπέστρεφον χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις δοκεῖ γέλωσι εἶναι, εἰ τὸ ἀτιμασθῆναι καταξιώθηται ἐστίν, εἰ τὸ ἀτιμασθῆναι, χαίρειν ἐστὶ· τοῖς δὲ ἐπιτακμένοις τοῦ Χριστοῦ τὸν πῶλον τοῦτο πάντων μακαριστότερον νενόμισται. Εἰ τις ἐμοὶ τὸν οὐρανὸν ἐχαρίζετο πάντα, ἢ τὴν ἄλυσιν ἐκείνην, ἐκείνην ἂν ἐγὼ προστίμησα· εἰ τίς με μετὰ τῶν ἀγγέλων ἔστη ἄνω, ἢ μετὰ Παύλου δεδεμένον, τὸ δεσμοκλήριον ἂν εἶλημην· εἰ τίς με ἐκείνων ἔνα ἐποίησι τῶν δυνάμεων τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν, τῶν περὶ τὸν θρόνον, ἢ δεσμοκλήριον τοιοῦτον, τοιοῦτος ἂν εἰλόμην γενέσθαι δεσμώτης. Εἰκότως· οὐδὲν τῆς ἀλύσεως ἐκείνης μακαριώτερον. Ἐβουλόμην ἐν τοῖς τόποις γενέσθαι νῦν ἐκείνους· λέγεται γὰρ ἔτι μείνεν τὰ δεσμὰ· καὶ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους τοῦ πῶλου τοῦ Χριστοῦ· ἐβουλόμην ἰδεῖν τὰς

άλυσεις, ἃς δεδοίκασι μὲν δαίμονες καὶ φρίττουσιν, αἰδοῦνται δὲ ἀγγελοῖ. Οὐδὲν βέλτιον τοῦ κακῶς παθεῖν τι διὰ Χριστόν. Οὐχ οὕτω μακαρίζω Παῦλον, ὅτι εἰς παράδεισον ἤρπασθη, ὡς ὅτι εἰς τὸ δεσμοτῆριον ἐνεβλήθη. [54] Οὐχ οὕτως αὐτὸν μακαρίζω, ὅτι ἤκουσεν ἄβρῆτα ῥήματα, ὡς ὅτι ὑπέμεινε τὰ δεσμά· οὐχ οὕτως αὐτὸν μακαρίζω, ὅτι ἤρπασθη εἰς τρίτον οὐρανόν<sup>α</sup>, ὡς μακαρίζω διὰ τὰ δεσμά. Ὅτι γὰρ ταῦτα ἐκείνων μείζονα, ἄκουσον καὶ αὐτοὺς πῶς τοῦτο οἶδεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ ῥήματα ἄβρῆτα ἀκούσας, ἀλλὰ τί; Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δεσμίος ἐν Κυρίῳ.

Εἰ δὲ μὴ πάσαις τοῦτο προσγράφει ταῖς ἐπιστολαῖς, οὐ θαυμαστόν· οὐδὲ γὰρ πάντοτε ἐδέδετο, ἀλλ' ἐν χρόνοις τισίν. Αἰρετώτερον ἐμοὶ παθεῖν κακῶς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τιμᾶσθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο μεγάλη τιμὴ, τοῦτο δόξα ἢ πάντα ὑπερβάλλουσα. Εἰ αὐτὸς δι' ἐμὲ γενόμενος· δούλος, καὶ τὴν δόξαν κενώσας, οὐχ οὕτως ἡγεῖτο ἐν δόξῃ εἶναι, ὡς ὅτε ἐσταυρούτο ὑπὲρ ἐμοῦ, τί ἐμὲ παθεῖν οὐ δεῖ; Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος. *Δόξασόν με σὺ, Πάτερ. Τί λέγεις; ἐπὶ σταυροῦ ἄγη μετὰ λησטיῶν καὶ τυμωρῶν, τὸν τῶν ἐπαράτων ὕψιστασθαι θάνατον, ἐμπυτεύσθαι μέλλεις καὶ ραπίζεσθαι, καὶ ταῦτα δόξαν καλεῖς; Ναί, φησὶν· ὑπὲρ γὰρ τῶν φιλουμένων ἐγὼ πάσχω ταῦτα, καὶ τανῦν δόξαν αὐτὰ ἡγοῦμαι. Εἰ ὁ τοὺς οἰκτροὺς καὶ τάλαιπῶρους φιλήσας, δόξαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ, καὶ οὐ τὸ ἐν τῷ θρόνῳ εἶναι τῷ πατρικῷ, οὐδὲ τὸ ἐν τῇ δόξῃ, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀτιμίᾳ δόξα ἦν, καὶ τοῦτο ἐκείνου προετίθει, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα ὀφείλω δόξαν ἡγεῖσθαι.* Ὡ τῶν μακαρίων δεσμῶν, ὧ τῶν μακαρίων χειρῶν, ἃς ἐκόσμησεν ἡ ἄλυσις ἐκείνη. Οὐκ ἦσαν οὕτω τίμιαι αἱ χεῖρες Παύλου τὸν χαλὸν τὸν ἐν Ἀύστρουσι ἀναστήσασαι καὶ ἐγείρασαι, ὡς τὰ δεσμά περιεμίμεναι. Εἰ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἦν ἐγὼ, τότε ἂν μάλιστα αὐτὰς περιεπτυσάμην, καὶ ἐπὶ τὰς κόρυς ἐθῆκα τὰς ἐμάς· οὐκ ἐπαυσάμην καταφιλῶν χειρας καταξίωθεις ὑπὲρ τοῦ δεσπότου δεθῆναι τοῦ ἐμοῦ. Θαυμάζεις Παῦλον, ὅτε καθῆνεν αὐτοῦ ἡ ἔχις τῆς χειρὸς, καὶ οὐδὲν ἐποίησε; Μὴ θαυμάσης· ἠδέσθη γὰρ τὴν ἄλυσιν· καὶ θάλαττα δὲ ὀλόκληρος ταύτην ἠδέϊτο· τότε γὰρ ἐδέδετο. Εἰ τίς μοι νεκρὸς ἔδωκεν ἀναστήσασαι νῦν, οὐκ ἂν τοῦτο εἰλόμην, ἀλλὰ τὴν ἄλυσιν· εἰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν φροντίζων ἐκτὸς ἤμην, καὶ τὸ σῶμα εὐρωστον εἶχον, οὐκ ἂν παρητησάμην ἀποθημίαν τοσαύτην παιθασθαι ὑπὲρ τοῦ τὰς ἄλυσεις μόνον ἰδεῖν, ὑπὲρ τοῦ τὸ δεσμοτῆριον ἐνθα ἐδέδετο. Καίτοι καὶ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ πολλὰ πανταχοῦ σημεῖα τυγχάνει, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶ παθεῖν, ὡς τὰ τῶν σιγμάτων. Καὶ ἐν ταῖς Γραφαῖς δὲ οὐχ οὕτω με εὐφραίνει θαύματα ἐργαζόμενος, ὡς πάσχω κακῶς, μαστιζόμενος, συρόμενος. Ὅντως θαυμαστά καὶ τὰ τοῦ χρωτὸς σουδάρια καὶ τὰ σημικίνθια, παράδοξα ἐργαζόμενα· ἀλλ' οὐ τοιαῦτα οἶα ἐκεῖνα. *Δείραντες αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἐπιθέντες πολλὰς [55] πλῆγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν· καὶ πάλιν, Δεδεμένον ὕμνον τὸν Θεόν· καὶ πάλιν, Λιθάσαντες αὐτὸν, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν θεθνάται.*

Βούλεσθε μαθεῖν ὅσον ἐστὶν ἄλυσις σιδηρᾶ διὰ Χριστόν περιχειμένη σῶματι δουλικῷ; ἀκούσατε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, *Μακάριοί ἐστε. Τί;* ὅταν νε-

κρὸς ἀναστήσητε; Οὐχί· ἀλλὰ τί; ὅταν τυφλοῦς θεραπεύσητε; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί; *Ὅταν ἐρεθίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἰπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, ψευδόμενοι καθ' ὑμῶν ἕνεκεν ἐμοῦ.* Εἰ δὲ τὸ κακῶς ἀκούσαι οὕτω ποιεῖ μακαρίους, τὸ κακῶς παθεῖν, τί οὐκ ἀνεργάσατο<sup>β</sup>; Ἄκουε αὐτοῦ τοῦ μακαρίου τούτου λέγοντος ἀλλαχοῦ· *Λοιπὸν ἀπόκειται μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στεφάνος.* Ἀλλὰ τοῦ στεφάνου τούτου λαμπρότερος ὁ δεσμός. Τοῦτο με καταξίωσει, φησὶ, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ ἐκείνων ἀκρεβολουῦμαι. Ἄρκει μοι πρὸς πᾶσαν ἀντίδοσιν τὸ παθεῖν κακῶς διὰ τὸν Χριστόν. Δότω μοι φθέγγασθαι ἐκεῖνο, ὅτι Ἄγαναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκὶ μου, καὶ οὐδενὸς δεόμεναι. Κατηξιώθη καὶ Πέτρος ταύτης τῆς ἀλύσεως· Ἦν γὰρ, φησὶ, δεδεμένος, καὶ παραδεδομένος στρατιωταῖς, καὶ ἐκάθευδεν. Οὕτως ἔχαιρε, καὶ οὐκ ἤλατι, ὡς καὶ καθεύδειν· οὐκ ἂν δὲ αὐτὸν βαθὺς ὕπνος εἶχεν, εἴ γε ἐν φροντίδι ἦν πολλῇ. Ἐκάθευδε μεταξύ στρατιωτῶν ὧν· καὶ ἄγγελος ἦλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ πατάξας αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, ἤγειρεν. Εἰ τις τοῖνον εἶπέ μοι, Τί ἐβούλου; ἄγγελος εἶναι ὁ Πέτρον νύξας, ἢ Πέτρος ὁ διασωθείς; Πέτρος ἂν εἰλόμην γενέσθαι, δι' ὃν καὶ ὁ ἄγγελος ἦλθεν. Ἐγὼ τῶν δεσμῶν ὀνόμην ἐκείνων. Καὶ πῶς, φησὶν, ὡς μεγάλων κακῶν ἀπαλλαγείς εὐχεται; Μὴ θαυμάσης· εὐχεται γὰρ, δεδοικῶς μὴ ἀποθάνη. Τὸ δὲ ἀποθανεῖν ἐδεδοίκει διὰ τὸ ἔτι βούλεσθαι αὐτὸν τὴν ζωὴν εἶναι ὑπόθεσιν τῶν παθῶν ε. Ἄκουσον γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος· τί φησι; *Τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολὺ μᾶλλον κρεῖσσον, τὸ δὲ παραμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.* Τοῦτο καὶ χάριν ἐκάλεσε γράφων· *Ἐχαρίσθη γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔπιεσθαι αὐτοῦ πάσχειν.* Ὅστε τοῦτο ἐκείνου μείζον ἐστίν· ἐχαρίσατο γὰρ. Ὅντως ἐστὶ χάρις μεγίστη, καὶ πασῶν τούτων μείζων, τοῦ τὸν ἥλιον στήσαι καὶ τὴν σελήνην, τοῦ τὸν κόσμον κινήσαι· τοῦτο μείζον τοῦ δαιμόνων κρατῆσαι, ἢ ἀπελάσαι δαίμονας. Οὐχ οὕτως ἀλοχῶν ἐκείνοι πιστεῖ τῇ παρ' ἡμῶν ἐλαυνόμενοι, ὡς ὅταν ἡμᾶς ἴδωσι κακόν τι πάσχοντας διὰ τὸν Χριστόν, καὶ δεσμουμένους· μείζονα γὰρ τοῦτο ποιεῖ τὴν παρῆρσιαν. Οὐ διὰ τοῦτο καλὸν τὸ δεδέσθαι διὰ τὸν Χριστόν, ὅτι βασιλείαν προξενεῖ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸν Χριστόν γίνεται· οὐ διὰ τοῦτο μακαρίζω τοὺς δεσμούς, ὅτι εἰς τὸν οὐρανὸν παραπέμπουσιν, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸν δεσπότην τοῦ οὐρανοῦ γίνονται.

[56] Πόσον καύχημα εἶδέναι, ὅτι διὰ τὸν Χριστόν ἐδέθη; πόση ἡδὸν, πόση τιμὴ, πόση λαμπρότης; Ἐβουλόμην διαπαντὸς ταῦτα φέγγεσθαι· ἐβουλόμην ἔχεισθαι τῆς ἀλύσεως· ἐβουλόμην, εἰ καὶ τῷ πράγματι ἀπεστέρημαι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ περιθελθαι τὴν ἄλυσιν τῇ ψυχῇ διὰ τῆς διαθέσεως. *Ἐσείσθη, φησὶ, τὸ δεσμοτῆριον δεδεμένου Παύλου, καὶ πάντων τὰ δεσμά ἀνεῖθη.* Εἶδες δεσμῶν φύσιν τὰ δεσμά ἀναλύουσιν; Ὅσπερ γὰρ οὗτο Κυρίου θάνατος τὸν θάνατον ἐθανάτωσεν, οὕτω καὶ τὰ Παύλου δεσμά τοὺς δεσμῶτας ἔλυσε, τὸ δεσμοτῆριον ἔσεισε, τὰς θύρας ἀνέφραξε· καίτοι οὐχ αὕτη τῶν δεσμῶν ἡ φύσις ἐστίν, ἀλλ' ἡ ἐναντία, κατέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν δεδεμένον.

<sup>β</sup> Mss. quidam, ἐργάσατο, non male.

<sup>γ</sup> Marg. Savil., τὸν ἀγῶνα, et infra ἐπιμαῖναι προκαρμένειν.

<sup>α</sup> Unus, εἰς τρίτον παράδεισον τὸν οὐρανόν.



esse vincitum, potius optarem talis esse vincitus. Et jure quidem: nihil enim est illa catena beatius. Vellem nunc esse in illis locis, in quibus dicuntur manere illa vincula, et videre, virosque illos admirari propter Christi desiderium: vellem videre catenas, quas pertimescunt quidem et horrent daemones, reverentur autem angeli. Nihil est melius quam male pati propter Christum. Non tam beatum prædico Paulum quod raptus sit in paradysum, quam quod conjectus sit in carcerem: non tam enim dico beatum quod audierit arcana verba, quam eum censeo beatum propter vincula: non tam beatum dico quod raptus sit in tertium caelum, quam propter illa vincula. Nam quod hæc illis sint majora, audi quomodo ipse quoque noverit. Neque enim dixit: Rogo vos ego qui verba audivi ineffabilia? sed quid? *Rogo vos ego vincitus in Domino.*

2. Si hoc autem non omnibus adscribit epistolis, non est mirum: non enim semper fuit vincitus, sed quibusdam temporibus. Mihi est optabilius male pati pro Christo, quam honorari a Christo. Hoc magnus est honor, hoc est gloria quæ omnia exsuperat. Si ipse qui propter me factus est servus, et evacuavit gloriam, non adeo existimabat se esse in gloria, ut quando pro me agebatur in crucem, quid me non oportet pati? Audi enim ipsum dicentem: *Glorifica me, inquit, tu Pater (Joan. 17. 1).* Quid dicis? in crucem ageris, ut execratorum mortem subeas cum latronibus et sepulcrorum effossoribus; es conspuendus et colaphis cædendus, et hæc vocas gloriam? Certe, inquit; hæc enim patior pro iis quos diligo, et hæc vobis gloriam existimo. Si qui miserabiles et miseros dilexit, eam rem vocat gloriam, neque in throno esse paterno neque in gloria, sed in ignominia esse et dedecore erat gloria, et hoc illi præferebat; multo magis ego hæc debeo existimare gloriam. O beatas vincula! o beatas manus quas ornavit illa catena! Non erant adeo honorandæ Pauli manus, quæ claudum qui erat Lystris erexerunt et fecerunt surgere (Act. 14), ut quæ indutæ erant vinculis. Si ego fuissem illis temporibus, tunc maxime eas essem amplexus, et pupillis meis admovissem: non cessassem deosculari manus, quæ dignæ sunt habitæ quæ pro Domino meo vincirentur. Admiraris Paulum quando ejus manum tetigit vipera, et nihil ei fecit? Ne mireris: reverita enim fuit catenam; totam etiam manum eam reverebatur; tunc enim erat vincitus. Si quis mihi dederit nunc ut suscitarem mortuos, non hoc elegerim, sed catenam. Si ab ecclesiasticis curis essem remotus, et esset mihi corpus sanum ac validum, non recusarem hanc suscipere peregrinationem, ut solum viderem catenas, ut carcerem in quo fuit vincitus. Atqui ejus miraculorum multa multis in locis sunt signa, sed non sunt tam desiderabilia quam stigmatum. Et in Scripturis non ita me delectat dum facit miracula, quam dum male patitur, flagris cæditur, atque raptatur. Vere mirabilia sunt illius corporis sudaria et semicinctia quæ stupenda patrant: sunt hæc vere mirabilia, sed non ut illa. *Cum illum ceci-*

*dissent, et nullas plagas ei imposuissent, miserunt in carcerem; et rursus, Vincit laudabant Deum; et rursus, Lapidantes traxerunt eum extra civitatem, existimantes eum mortuum esse (Act. 16. 25; Ibid. v. 25 et 14. 8).*

*Propter Christum pati bonis omnibus majus est. — Vultis scire quanta res sit catena ferrea propter Christum in corpus servile injecta? audite ipsum Christum dicentem, Beati estis. In quo? cum mortuos suscitaveritis? Nequaquam; sed in quo? quando cæcos curaveritis? Minime; sed in quonam? Quando probis vos affecerint homines, et persecuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me (Matth. 5. 11). Si autem male audire sic beatos efficit, male pati quid non fecerit? Audi ipsum beatum Paulum dicentem alibi: *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ (2. Tim. 4. 8).* Sed hæc corona præclarius est vinculum: Eo me, inquit, dignabitur, et de illis non accurate discepto. Ad omnem remunerationem mihi sufficit male passum esse propter Christum. Det mihi ut illud eloquar: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea (Col. 1. 24),* et nullius ego. Dignus quoque est habitus Petrus hæc catena: Erat enim, inquit, vincitus et traditus militibus, et dormiebat (Act. 12. 4-6). Adeo gaudebat nec alterabatur, ut profundus eum teneret somnus: non dormisset, si in magna fuisset sollicitudine. Dormiebat inter milites, et venit ad eum angelus, et percusso ejus latere eum excitavit. Si quis ergo mihi diceret: Quid mallet, an esse angelus qui Petrum pupugit, an Petrus qui salvus evasit? mallet esse Petrus propter quem venit angelus. Illa mihi prodessent vincula. Et quomodo, inquit, precatur, tamquam liberatus a magnis malis? Ne mireris: precatur enim timens ne moriatur: timebat autem mori, quod adhuc vellet vitam esse per passionis argumentum et materiam. Audi itaque quid ipse dicat beatus Paulus: *Dissolvi et cum Christo esse multo melius: permanere autem in carne magis necessarium propter vos (Philipp. 1. 23. 24).* Hoc etiam vocavit gratiam, scribens: *Vobis, inquit, donatum est a Christo, ut non solum in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini (Ib. v. 29).* Quamobrem hoc illo est majus: donavit enim. Revera est maxima gratia, et major illis omnibus, quam solem et lunam sistere, quam mundum movere: hoc majus quam vincere aut expellere daemones. Non illi tam dolent, dum fide expelluntur a nobis, ut quando viderint nos mali aliquid pati propter Christum et vinciri: hoc enim majorem dat libertatem et fiduciam. Non propterea bonum est vincitum esse propter Christum, quod ea res regnum conciliet, sed quod eo fiat propter Christum: non propterea beata prædico vincula quod transmittant in caelum, sed quod ea sint propter Dominum caeli.*

3. Quanta est gloriatio scire quod propter Christum sit vincitus, quanta voluptas, quanta honor, quantus splendor? Vellem hæc perpetuo pati, vellem hæc catenâ, vellem etsi reipsa sum vincitus, at ratione per affectionem animam ea circum-

*Terræ motu concussus est carcer vincto Paulo, et sunt omnia relaxata vincula (Act. 16. 26).* Vidisti vinculorum naturam resolventem vincula? Sicut enim mors Domini morte mortem affecit, ita etiam Pauli vincula vinctos solverunt, carcerem concusserunt, portas aperuerunt. Atqui non est hæc vinculorum natura, sed contraria, nempe vinctum tuto tenere in custodia, non ei aperire parietes. Sed vinculorum quidem non est absolute hæc natura, sed vinculorum quæ sunt propter Christum. Custos carceris procidit ad pedes Pauli et Silæ. Sed neque hoc absolute faciunt vincula, ut eos qui vinxerunt ducant ad pedes vinculorum, sed contra hos illis reddant subjectos. Nunc autem is, qui erat solutus, procubuerat ad vincti pedes: qui vinxerat, rogabat vinctum ut solveretur metu. Non tu eum vinxisti, dic mihi? non tu eum in interiorem coniecisti custodiam? non tu compedibus in tuto collocasti pedes? quid contremiscis? Quid tumularis? quid lacrymaris? quid strinxisti ensem? Nihil tale, inquit, vixi: nesciebam tantam esse virtutem vinculorum Christi. Quid dicis? acceperunt potestatem celos aperiendi, et carcerem non erant aperturi? solvebant eos qui vincti erant a dæmonibus, et ferrum eos erat superaturum? Non nosti viros, et ideo veniam es consequutus. Paulus est ille vinctus, quem angeli omnes sunt reveriti: Paulus est, cujus sudaria et semicinctia dæmones expellebant et morbos fugabant. Atqui ferro est multo magis adamantinum, et quod frangi non potest, dæmonis vinculum: nam hoc quidem animam, illud vero ligat corpus. Qui vincetas ergo solvit animas, corpus suum non potuit solvere? qui dæmonum perfringit vincula, ferri non solverit ligamen? qui per suas vestes illos solvebat vinctos et liberabat a dæmonibus, ipse per se seipsum non solverit? Propterea ipse primum fuit vinctus, et tunc solvit vinctos, ut discas quod Christi servi vincti longe majorem vim habent, quam qui soluti sunt. Si solutus hoc fecisset, non tam fuisset mirum. Non erat itaque vinculum imbecillitatis, sed majoris potentia. Sic enim sancti præclarior virtus ostenditur, quando etiam vinctus dominatum obtinet in vinctos, cum etiam vinctus non solum seipsum, sed etiam vinctos solvit. Quid juvant parietes? quid prodest eum in interiorem conicere custodiam, cum etiam aperuerit exteriorem? Cur id autem noctu, et etiam terræ motu factum est? Parum mihi concedite, permittite, ut dum a verbis abscesserim apostolicis, et in factis apostolicis me expleverim deliciis, in Pauli catena convivari: date mihi in ea paulo amplius versari. Apprehendi vinculum, nemo me abducet. Tutius ego nunc sum vinctus desiderio, quam ille tunc ligno. Hoc nemo solvit vinculum; est enim a Christi desiderio: hoc neque angeli, neque regnum celorum potest solvere. Licet audire ipsum Paulum dicentem: *Neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque altitudo neque profun- dum potest nosse separare a caritate Christi (Rom. 8. 39).*

*De custode carceris, in quo Paulus erat vinctus. —* Quanam ergo de causa factum est hoc media nocte?

quare etiam cum terræ motu? Audite Dei dispensationem, et admiramini. Omnium sunt soluta vincula, et portæ sunt apertæ. Sed hoc solum factum est propter custodem carceris; non ad ostentationem, sed ad salutem. Nam quod vincti nescirent se esse solutos, est perspicuum ex voce Pauli. Quid enim dicit? Clamavit voce magna dicens: *Nihil tibi mali facias, omnes enim hic sumus (Act. 16. 28).* Non fuissent autem omnes intus, si scivissent portas esse apertas, et se solutos. Nam qui muros perfringunt, tectaque et suggrundia transiliunt, et nihil non audent etiam cum vinculis, non tolerassent et vinculis solutis et portis apertis intus manere, dormiente ipso custode carceris. Sed pro ferreis vinculis erat eis somni vinculum. Quo factum est ut et id fieret, nec ex miraculo ulla noxa rediret ad custodem carceris, qui erat salvus futurus. Et alioqui etiam maxime noctu ligantur qui sunt vincti, non interdiu. Liebat ergo tunc diligenter videre rursus vinctos et dormientes. Si hæc autem interdum facta essent, magnus ortus esset tumultus. Cur ergo terræ motu concussus fuit carcer? Ut surgeret custos carceris ad rei spectaculum: is enim solus dignus erat salute.

4. Tu autem mihi vide Christi summam gratiam. Nam inter Pauli vincula, Christi quoque gratiæ meminisse pulchrum et honestum: imo vero ea quoque erant Dei gratiæ. Sunt enim qui reprehendunt quod salvus fuerit custos carceris, et pro quibus admirari oportebat Dei clementiam, ex iis ipsis vituperant: nec mirum. Imbecilli enim et ægroti sunt hujusmodi, qui etiam alimentum vituperant, quod oporteret admirari, et mel dicunt esse amarum. Et qui cæcunt, ex eo obtenebrantur ex quo deberent illuminari, cum hæc accidant non ex rerum natura, sed ex imbecillitate eorum qui eis uti non possunt, ut oportet. Quid ergo dicebant? Cum oporteret admirari quod eum cepisset qui ad extremum prolapsus erat vitium, et fecisset meliorem, dicunt: Quomodo non arbitratus est eam rem esse præstigiariam et incantationis, et non eos magis retinuit et clamavit? Ad hoc multis usus est conjecturis: primum quidem, quod audivit eos Deum laudantes et hymnos cantantes: ejusmodi autem hymnos non cecinissent, si fuissent præstigiatores: Audivit enim, inquit, eos Deum laudantes (Act. 16. 25). Secundo autem, quod ipsi non aufugerunt, sed etiam prohibuerunt ne se interficeret: si autem propter se hoc fecissent, non intus mansissent, sed se prius exemissent. Magna autem est etiam eorum humanitas: prohibuerunt ne se interficeret, qui ipsos valide ac similiter ligaverat. Ac si dixissent illi: Firmiter et acriter nos vinxisti, ut ipse esses solutus ab acerbissimis vinculis. Catenis enim sanorum peccatorum unusquisque constringitur. Nam illa quidem sunt execranda vincula. Hæc autem beata et valde optanda. Nam quod hæc illa solverint, ostendit ex sensilibus. Vidisti eos solutos qui ferro fuerant vincti? Videbis te quoque ipsum relaxatum ex aliis gravibus vinculis. Hæc vincula, vinculorum, inquam, vincula, non Pauli, faciunt illa vincula peccatorum. Erant duo genera

οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀνοίγειν αὐτῶ. Ἄλλὰ τῶν μὲν δεσμῶν ἀπῶς φύσις οὐκ ἔστιν αὕτη, δεσμῶν δὲ τῶν διὰ Χριστὸν αὕτη. Προσέπεσον ὁ δεσμοφύλαξ τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σιλῶ. Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο ποιεῖ δεσμὰ ἀπῶς, τοὺς δῆσαντας εἰς τοὺς πόδας ἄγειν τῶν δεδεμένων, ἀλλὰ τοὺσαντίον ὑποχειρίους τοούτους ἐκείνοις ποιεῖν. Νῦν δὲ ὁ λελυμένος ὑπὸ τοὺς πόδας ἦν τοῦ δεδεμένου· ὁ δῆσας ἤξιον τὸν δεθέντα λυθῆναι τοῦ φόβου. Οὐχὶ σὺ ἔδησας, εἰπέ μοι; οὐχὶ εἰς τὴν ἐσωτέραν ἐβαλες φυλακὴν; οὐχὶ εἰς τὸ ξύλον ἠσφαλίσω τοὺς πόδας; τί τρέμεις; τί θορυβῆ; τί δακρυεῖς; τί τὸ ξίφος ἐσπάτω; Οὐδὲν τοιοῦτον ἔδησα. φησὶν· οὐκ ἦδεν, ὅτι τοσαύτη τῶν τοῦ Χριστοῦ δεσμῶν ἡ δύναμις. Τί λέγεις; οὐρανούς; ἔλαβον ἐξουσίαν ἀνοίγειν, καὶ δεσμοκτήριον οὐκ ἐμελλον ἀνοίγειν; τοὺς ὑπὸ δαιμόνων δεδεμένους ἔλυον, καὶ σιδήριον-ἐμελλεν αὐτῶν περιέεσθαι; οὐκ ὀδῶς τοὺς ἄνδρας· διὰ τοῦτο καὶ συγκώρητος ἔτυχες. Παῦλος ὁ δεδεμένος ἔστιν, ὃν ἄγγελοι πάντες ἠδέσθησαν· Παῦλος ἔστιν, ὃ καὶ τὰ σουδάρια καὶ τὰ σημερινθία δαίμονας ἤλυεν, καὶ νόστους ἐφυγάδευε, καίτοι πολλῶν σιδήρων ἀδαμάντινος, καὶ ἀρβραχέστερος ὁ παρὰ τοῦ δαίμονος δεσμός· οὗτος μὲν γὰρ ψυχὴν, ἐκεῖνος δὲ σῶμα δεσμεῖ. Ὁ ψυχᾶς τοίνυν δεδεμένος λύων, τὸ σῶμα τὸ αὐτοῦ οὐκ ἂν ἴσχυσε λύσαι; ὁ δαιμόνων δεσμὰ διαρρήγνυς, σιδήρου δέσιν οὐκ ἂν ἔλυσεν; ὁ διὰ τῶν ἱματίων αὐτοῦ πολλὰ δεσμῶτας ἐκείνους λύων, καὶ τῶν δαιμόνων ἀπαλλάττων, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἑαυτὸν οὐκ ἂν ἔλυας; Διὰ τοῦτο πρῶτον ἐδέθη, καὶ τότε τοὺς δεδεμένους ἔλυεν, ἵνα μάθῃς, ὅτι οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι δεδεμένοι, πολλῶν τῶν λελυμένων μείζονα ἔχουσι τὴν ἰσχύν. Εἰ λελυμένος τοῦτο εἰργάσατο, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστόν· ὥστε οὐκ ἀσθενείας ὁ δεσμός ἦν, ἀλλὰ μείζονος δυνάμεως. Οὕτω γὰρ λαμπρότερα ἡ ἰσχύς τοῦ ἁγίου δεικνύεται, ὅταν καὶ δεδεμένος τῶν λελυμένων κρατῆ, ὅταν ὁ δεδεμένος μὴ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δεδεμένους λύη. Τί τῶν τοίχων τὸ δρεῖλος; τί τὸ πλέον ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν βαλεῖν αὐτὸν, ὅπου γε καὶ τὴν ἐξωτέραν ἀνέμψε; [57] Διὰ τί δὲ ἐν νυκτὶ, καὶ μετὰ σεισμοῦ γέγονεν; Ἐνδοτέ μοι μικρὸν καὶ παραχωρήσατε, τῶν ἀποστολικῶν ἀποσχόμενῳ ῥημάτων, καὶ ἐντροφήσαντι τοῖς ἀποστολικοῖς; πράγματις, ἐστιαθῆναι ἐν τῇ ἀλύσει Παύλου· ὁ δὲ μοι ἐπιπλέον ἐνδιατρίψαι. Ἐπελαδόμην τοῦ δεσμοῦ, οὐδεὶς με ἀφίστησιν. Ἀσφαλέστερον ἐγὼ δέδομαι νῦν τῷ πόθῳ, ἢ ἐκεῖνος τότε τῷ ξύλῳ. Τοῦτον οὐδεὶς λύει τὸν δεσμόν· ἀπὸ γὰρ τοῦ πόθου ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ· τοῦτον οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ βασιλεία οὐρανῶν ἰσχύει λύσαι· αὐτοῦ Παύλου ἔστιν ἀκοῦσαι λέγοντος, *Ὅτε ἄγγελιοι, ὅτε ἀρχαί, ὅτε δυνάμεις, ὅτε ἐνεστῶτα ὅτε μέλλοντα, ὅτε ὑψώματα ὅτε βάθος δυηήσεται ἡμᾶς χωρῖσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.*

Τίνος οὖν ἕνεκα μέσον νυκτῶν τὸ πρᾶγμα γέγονε; τίνος ἕνεκεν καὶ μετὰ σεισμοῦ; Ἀκούσατε Θεοῦ οἰκονομίαν, καὶ θαυμάσατε. Πάντων τὰ δεσμὰ ἐλύθη, καὶ αἱ θύραι ἀνεύγησαν. Ἄλλὰ τοῦτο μόνον διὰ τὸν δεσμοφύλακα γέγονεν, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἦδεν οἱ δεσμῶται ὅτι λελυμένοι εἴσιν, δηλὸν ἀπὸ τῆς φωνῆς Παύλου. Τί γὰρ φησιν; Ἐφώνησε δὲ φωνῆ μεγάλη λέγων· *Μηδὲν πράξης σεαυτῷ κακόν, πάντες γὰρ ἐσμεν ἐνθάδε.* Οὐκ ἂν δὲ πάντες ἦσαν ἐνθον, εἰ εἶδον τὰς θύρας ἀνευγμένους, καὶ ἑαυτοὺς λελυμένους. Οἱ γὰρ τοίχους

διατέμνοντες, καὶ ὀρόφους καὶ θριγκία ὑπερβαίνοντες, καὶ πάντα τολμῶντες μετὰ δεσμῶν, οὐκ ἂν ἐκαρτέρησαν, καὶ τῶν δεσμῶν λελυμένων καὶ τῶν θυρῶν ἀνευγμένων, ἔνθον μένειν, καὶ τοῦ δεσμοφύλακος καθεῦδοντος αὐτοῦ. Ἄλλ' ἀντὶ δεσμῶν σιδηρῶν ἦν αὐτῷ ὁ δεσμός τοῦ ὕπνου. Διὰ τοῦτο οὕτως ἐκονομήθη, ὥστε καὶ τὸ πρᾶγμα γενέσθαι, καὶ μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ θαύματος ζημίαν συμῆναι τῷ μέλλοντι σώζεσθαι δεσμοφύλακι. Καὶ ἑτέρως δὲ μάλιστα τί δεδεμένοι ἐν νυκτὶ δεσμοῦνται, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. Μετὰ πολλῆς οὖν σπουδῆς ἦν ἰδεῖν δεδεμένους πάλιν, καὶ καθεῦδοντας. Εἰ δὲ ἐν ἡμέρᾳ ἐγένετο ταῦτα, πολλὸς ἂν ἐγένετο ὄρθουτος. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ ἐσείσθη τὸ σίγμα; Ὅστε διαναστῆναι τὸν δεσμοφύλακα ἐπὶ τὴν τοῦ πράγματος θέαν· οὗτος γὰρ ἦν ἄξιος τῆς σωτηρίας μόνος.

Σὺ δὲ μοι θεά τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος τὴν ὑπερβολὴν. Μεταξὺ γὰρ τῶν Παύλου δεσμῶν καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος μεμνήσθαι καλόν, μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἔστιν. Εἰσὶ τινες ἐγκαλοῦντες ὅτι διεσώθη ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ὑπὲρ ὧν θαυμάζειν τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἐχρῆν, ἀπὸ τούτων φέγοντες· καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. Οἱ γὰρ ἀσθενεῖς τοιοῦτοί εἰσιν, οἳ καὶ τὴν τρέφουσαν τροφήν κακίζουσιν, ἦν θαυμάζειν ἐχρῆν, καὶ τὸ μελὶ πικρὸν εἶναι φασι. Καὶ οἱ τυφλώτοντες, ἀφ' οὗ ὠφείλον φωτίζεσθαι, ἀπὸ τούτου σκοτίζονται, οὐ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν τούτων συμβαίνοντων, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν εἰς δεσμοὺς κεχρησθῆναι μὴ δυναμένων. [58] Τί οὖν ἔλεγον; Δέον θαυμάσαι, ὅτι εἰς ἐσχάτην κακίαν ἐμπεσόντα, τοῦτον εἶλε, καὶ βελτίω εἰργάσατο, λέγουσι· Πῶς γὰρ οὐκ ἐνόμισε τὸ πρᾶγμα γοητείας εἶναι καὶ μαγικαίας, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς κατέσχε, καὶ ἀνωλόλυξ; Πολλὰ πρὸς τοῦτο συνεβάλλετο· πρῶτον μὲν, ὅτι ἤκουσεν ὑπὸ νύκτων τὸν Θεόν· οὐκ ἂν δὲ γόητες τοιοῦτους ἔμνουσαν; ἤθον· ἤκουσε γὰρ αὐτῶν, φησὶν, ὑμνούωντων τὸν Θεόν. Δεύτερον, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἀπέφυγον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκόλωσαν σφάζει ἑαυτὸν· οὐκ ἂν δὲ, εἰ αὐτῶν ἕνεκεν ἐπρόβου, ἔνθον ἔμενον, ἀλλὰ πρό-εβου ἂν ἑαυτοὺς ἐξείλον. Πολλὴ δὲ αὐτῶν καὶ ἡ φιλανθρωπία· ἐκόλωσαν αὐτὸν σφάζει ἑαυτὸν, τὴν δῆσαντα αὐτοὺς, μονοουχί πρὸς αὐτὸν λέγοντας· Μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἠσφαλλῶ εἰς τὴν ἐσωτέραν βαλὼν φυλακὴν, καὶ πικρῶς ἡμᾶς ἔδησας, ἵνα λυθῆς αὐτὸς τῶν πικροτάτων δεσμῶν. Σειραῖς γὰρ τῶν ἐαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐπάρατα τὰ δεσμὰ, ταῦτα δὲ μακάρια, καὶ πολλῆς εὐχῆς ἄξια. Ὅτι γὰρ λύει τὰ δεσμὰ ἐκεῖνα ταῦτα, ἔδειξεν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν. Εἶδες τοὺς τῷ σιδήρῳ δεδεμένους λυθέντας; Ὅφει καὶ αὐτὸν ἐξ ἑτέρων δεσμῶν ἀνεθέντα χαλεπῶν. Ταῦτα τὰ δεσμὰ, τὰ τῶν δεσμοτῶν λέγει, οὐ τὰ Παύλου, ἐκεῖνα τὰ δεσμὰ ποιεῖ τὰ τῶν ἁμαρτιῶν. Διπλῆ ἦσαν δεσμῶται οἱ ἔνθον, καὶ αὐτὸς δεσμῶτης ἦν ὁ δεσμοφύλαξ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ σιδήρῳ ἐδέδεκτο, καὶ ἁμαρτίαις, οὗτος δὲ ἁμαρτίαις μόναις. Ἐλυσεν ἐκείνους ὁ Παῦλος εἰς πληροφωρίαν τούτου· καὶ γὰρ ἦν ὁρατὰ τὰ δεσμὰ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, μᾶλλον δὲ ἀντιστρόφως. Ἐκεῖ διπλῆ παράλυσις ἦν. Ποία δὲ αὕτη; Ἡ τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἡ τοῦ σώματος. Τί οὖν ποιεῖ; *Θάρσει*, φησὶ, *τέκνον, ἀφῶνται σοι αἱ ἁμαρτίαι.* Προτέραν τὴν ὕπνω παρὰ λυσιν ἔλυσεν, εἶτα ἐπὶ ταύτην ἐρχεται.

Ὅτι γὰρ ἔβλόν τινας τῶν γραμματέων ἐν ἑαυτοῖς, ὄστος βλασφημίῃ, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν· Ἰνα τί ἐνθυμείσθε πορνῆν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί γὰρ ἔστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἄφρονταί σου αἱ ἀμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, Ἐγείραι καὶ περιπάτει; Ἰνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἀμαρτίας, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Ἐγερθεῖς, ἄρῶν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐββαλου τὸ νοητὸν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ, ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ τὸ κατὰ ψυχὴν ἐργασάμενος. Διὰ τί δὲ τοῦτο ἐποίησεν; Ἰνα πληρωθῆ τὸ εἰρημένον· Δούλε πορνῆς, ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε. Τί δὲ ἐκεῖνος; Οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἀμαρτίας, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός· οὐκ ἄγγελος, ἄρα λοιπὸν, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐδὲ ἄλλη κτιστὴ δύναμις. Ὑμεῖς τοῦτο ὠμολογήσατε. Τί οὖν ἐγρήν εἰπεῖν; Ἄν δειχθῶ ἀφίεις ἀμαρτίας, εὐδῆλον ὅτι Θεὸς ἐγώ. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τί; Ἰνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἀμαρτίας, ὅσως [59] λέγει τῷ παραλυτικῷ, Ἐγερθεῖς ἄρῶν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἰταν οὖν, φησί, τὸ δυσκολώτερον ἐργάσασθαι, εὐδῆλον ὅτι οὐδέμια περὶ τοῦ οἰκίου καταλείπεται πρόφασις οὐδὲ ἀντιλογία. Διὰ τοῦτο τὸ νοητὸν ἐκεῖνος ἐποίησε πρότερον, ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν οἱ ἀντιλέγοντες· ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ τοῦ νοητοῦ ἐπὶ τὸ αἰσθητὸν αὐτὸ ἤγαγεν. Ἄρα οὐκ ἦν κουφότητος ἢ πίστεως. Εἶδε τοὺς δεσμώτας, καὶ οὐδὲν εἶδεν οὐδὲ ἤκουσε φαῦλον· εἶδεν οὐ μαγγανεία τι γεγεννημένον· ὕμουν γὰρ τὸν Θεόν· εἶδεν ἀπὸ φιλανθρωπίας πολλῆς πάντα γενόμενα· οὐ γὰρ ἠμύναντο αὐτὸν, καίτοι δυνάμειοι. Ἐνῆν γὰρ καὶ ἑαυτούς, καὶ τοὺς δεδεμένους ἐξελόντας ἀπαλθεῖν· εἰ δὲ μὴ τοὺς δεδεμένους, ἀλλ' ἑαυτούς. Ἄλλ' οὐκ εἰργάσαντο τοῦτο. Ὅσως οὐκ ἀπὸ τοῦ θαύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου αὐτὸν κατήδεσαν. Πῶς ἐφώνησε; Μεγάλῃ φωνῇ λέγων, Μηδὲν ποιήσης σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γὰρ ἔσμεν ἐνθάδε. Ὅρᾳ καὶ τὸ ἀκενδοῦσον καὶ τὸ ἄτυρον καὶ τὸ φιλόδοργον. Οὐκ εἶπεν, ὅτι δι' ἡμᾶς ταῦτα γέγονεν· ἀλλ', ὡσπερὶ τῶν δεσμοτῶν εἰς, φησί· Πάντες γὰρ ἔσμεν ἐνθάδε. Καίτοι, εἰ καὶ μὴ πρὸ τούτου, μὴδὲ διὰ τοῦ θαύματος ἔλυσαν ἑαυτούς, ἀλλ' ἐνῆν αὐτοὺς σιγήσαι, καὶ πάντας ἀπολύσαι καὶ δεδεμένους. Εἰ γὰρ εἰσῆγσαν, καὶ μὴ διὰ τῆς μεγάλης φωνῆς κατέσχον αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ὠθησεν ἂν διὰ τοῦ λαίμου τὸ ξίφος. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδόθησεν, ἐπειδὴ εἰ; τὴν ἐνδοτέρην φυλακὴν ἦν βεβλημένος. Κατὰ καιροῦ τοῦτο πεποιήκα; φησί, ἐνδοτέρω βαλὼν τοὺς μέλλοντάς σε ἐλευθεροῦν τοῦ κινδύνου. Ἄλλ' οὐκ ἐμμήσαντο τὰ παρ' ἐκείνου γενόμενα. Ἐκείνου δὲ ἀπιθανόντος πάντες ἂν ἐξέφυγον.

Εἶδες ὅτι εἰλοντο δεδέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνον περαιοῖν ἀπολλύμενον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνενόησε πρὸς ἑαυτὸν, Εἰ γόητες ἦσαν, πάντως ἂν ἐκεῖνους ἀπέλυσαν, καὶ ἑαυτοὺς ἠλευθέρωσαν τῶν δεσμῶν· εἰκὸς γὰρ πολλοὺς καὶ τοιοῦτους ἐμδεβλήσθαι. Ἄλλως δὲ, πολλάκις δεξάμενος γόητας, καὶ οὐδὲν ἰδὼν τοιοῦτον γενόμενον, ἐθαύμασεν. Ὁ γόης οὐκ ἂν ἔσειε τὰ θεμέλια ὡστε διυπνίσει τὸν δεσμοφύλακα, καὶ δυσκολώτερον ἑαυτῷ ποιῆσαι τὴν φυγὴν. Ἄλλ' ἴδωμεν λοιπὸν τοῦ δεσμοφύλακος τὴν πίστιν. Αἰτήσας, φησί, φῶτα εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος ὑπάρχων, προσέειπε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλῳ, καὶ προαιγῶν αὐτοὺς ἐξῶ, φησί· Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα

σωθῶ; Πῦρ ἐκράται καὶ ξίφος, καὶ ἔλεγε· Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ; Οἱ δὲ εἶπον· Πίστευσον εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ σωθήσῃ σὺ, καὶ ὁ οἶκός σου. Τοῦτο οὐχὶ γόητης ἐστὶ, φησί, δόγμα τοιοῦτον παραδοῦναι· οὐδαμῶ δαίμονος ἐνταῦθα μνήμη. Ὅρᾳ πῶς ἀξίος τοῦ σωθῆναι ἐκεῖνος; Ἰδὼν γὰρ τὸ θαῦμα, καὶ τοῦ φόβου ἀπαλλαγείς, οὐκ ἐπελάθετο τῶν συμφερόντων, ἀλλ' ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ [60] περὶ τῆς σωτηρίας ἐφρόντιζε τῆς κατὰ ψυχὴν, καὶ ὡς ἐγρήν διδασκάλιος προσελθεῖν, οὕτω προσήλθε· καὶ πρὸς τοὺς πόδας αὐτῶν ἔπεσε. Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ, φησί, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτοὺς, καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα. Ὅρᾳ θερμότητα ἀνδρός; Οὐκ ἀνεβάλετο, οὐκ εἶπεν, Ἡμέρα γενέσθω, ὡσπερ σκεψόμεθα· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς θερμότητος καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ πᾶσα ἐβαπτίσθη· ἀλλ' οὐχ ὡς νῦν οἱ πλείους περιορῶσι καὶ δούλων καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἀμυήτους τυγχάνοντας. Γίνεσθε, παρακαλῶ, κατὰ τὸν δεσμοφύλακα· οὐ τὴν ἀξίαν λέγω, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν. Τί γὰρ ἠφελὸς ἀξιώματος, ὅταν ἢ ἡ προαίρεσις ἀσθενής; Βαβαί, ὁ ὠμὸς, ὁ ἀπηνής, ὁ μυρσίσις συζῶν κακοῦς, ὁ τοῦτο μελετῶν ἀεὶ, οὕτω φιλόανθρωπος, οὕτω κηδεμονικὸς ἀθρόως γέγονεν. Ἐλουσεν αὐτοὺς, φησί, ἀπὸ τῶν πληγῶν. Θεὰ ἂν πάλιν καὶ τοῦ Παύλου τὴν θερμότητα· δεδεμένος, μαμαστιγώμενος, οὕτως εὐηγγελίζετο. Ὡς τῆς μακαρίας ἀλύσεως, οἷας ὠδινεν ὠδίνας κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην· οἷα ἀπέταχε παιδία. Καὶ περὶ τούτων ἔστιν εἰπεῖν, Ὅσως ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. Ὅρᾳ πῶς ἀγάλλεται, καὶ τὰ τεχθέντα παιδία ἀπὸ τούτου λαμπρότερα βούλεται εἶναι; ὄρᾳ πόση περιουσία δόξης τῶν δεσμῶν, ὅπου γε οὐ μόνον τὸν περικείμενον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τεχθέντας ὑπ' αὐτοῦ λαμπροὺς πνιεῖ; Ἐχουσι τὴν πλεονομίαν ἐν τοῖς Παύλου δεσμοῖς; τεχθέντες, οὐ κατὰ τὴν χάριν λέγω, ἢ γὰρ αὐτὴ χάρις, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀφῆσιν, ἢ γὰρ αὐτὴ πάντων ἀφῆσις, ἀλλ' ὅτι ἐκ προοιμίων παιδεύοντα χαίρειν καὶ ἀγάλλεσθαι τοῖς τοιοῦτοις πράγμασιν. Αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτός, φησί, παραλαβὼν αὐτοὺς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ θεὰ λοιπὸν τὸν καρπὸν· ἀντέδωκεν εὐθὺς τὰ σαρκικά. Ἀναγαγὼν αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον, εὐθὺς παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικίᾳ πεπιστευκῶς τῷ Θεῷ. Τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἀνοιγέμενος αὐτῷ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῆς ἀνοξείως τῶν τοῦ δεσμοτηρίου θυρῶν; Ἐλυσεν τὸν διδασκαλόν, τράπεζαν παρέθηκε, καὶ ἠγαλλιάσατο. Εἰσηλθὼν εἰς δεσμοτήριον ἢ Παύλου ἀλυσίς, καὶ ἐκκλησίαν εἰργάσατο πάντα τὰ ἐκεῖ, καὶ σῶμα Χριστοῦ πάντας ἐποίησε, καὶ τράπεζαν ἔθηκε τὴν πνευματικὴν, καὶ ὠδίας ἔτεκεν, ἐφ' αἷς ἄγγελοι χαίρουσι. Μήτις εἰκὴ ἔλεγον τὸ δεσμοτήριον τοῦ οὐρανοῦ λαμπρότερον; Τῆς γὰρ ἐκεῖ χαρᾶς τοῦτο γέγονεν αἴτιον. Εἰ γὰρ ἐφ' ἐνὶ ἀμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ ἐν οὐρανοῖς, εἰ ὅπου δύο εἰσὶ συνηγμένοι εἰς τὸ ἄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐστὶν ὁ Χριστός, ὅπου Σίλας καὶ Παῦλος καὶ ὁ δεσμοφυλάξ καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη καὶ πίστις τοσαύτη, πόσῳ μᾶλλον; Ὅρᾳ τὴν σφοδρότητα τῆς πίστεως. Ἄλλὰ τὸ δεσμοτήριον τοῦτο ἐτέρου με ὑπέμνησε δεσμοτηρίου. Ποῖος δὲ

\* Sic mss. In Morel. Sic deest.

eorum qui erant intus vinciti: ipse quoque custos carceris erat vincitus. Nam illi quidem ferro vinciti fuerant et peccatis, hic autem solis peccatis. Illos solvit Paulus, ut de hoc redderet certiores; erant enim spectabilia vincula. Ita etiam fecit Christus, imo vero contra. Illic duplex erat paralysis. Quænam autem ea? Peccatorum et corporis. Quid ergo facit? *Confide*, inquit, *fili, remittuntur tibi peccata* (*Matth. 9. 2*). Prius solvit eam quæ vere erat paralysis, deinde ad hanc accedit. Quando enim *Quidam ex scriptis dicebant apud se, Iste blasphematur, sciens Jesus eorum cogitationes, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Remittuntur tua peccata, an dicere, Surge et ambula? Ut autem sciatis quod potestatem habet Filius hominis remittendi peccata in terra, dicit paralytico, Surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam* (*Id. v. 3-6*). Ex hoc quod est sensibile, confirmavit id quod cadit sub intelligentiam, ut qui ex corporali fecerit id quod est in anima. Cur autem hoc fecit? Ut impleretur quod dictum est, *Serve nequam, ex ore tuo te iudico* (*Luc. 19. 22*). Quid illi dixerunt? Nemo potest remittere peccata nisi solus Deus, neque angelus, neque archangelus, neque alia potestas creata. Vos hoc confessi estis. Quid ergo oporteret dicere? Si ostensum fuerit quod solvo peccata, palam est me esse Deum. At non sic dixit, sed quid? *Ut sciatis quod Filius hominis habet potestatem super terram remittendi peccata, tunc dicit paralytico, Surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam*. Quando ergo, inquit, quod est difficilius fecero, palam est de eo quod est facile nullam relinqui contradictionem. Propterea ille prius fecit id quod cadit sub intelligentiam, quoniam multi erant qui contradicebant: hic autem ab eo quod cadit sub intelligentiam, redegit ipsum ad sensibile. Levitatis ergo non erat fides. Vidit vincitos, et nihil mali vidit nec audiit: vidit id non fuisse factum præstigiis et incantatione; Deum enim laudabant: vidit omnia facta esse ex multa humanitate; non enim ulti sunt, etsi poterant. Poterant enim vincitis solutis abire; si non vincitis, saltem seipsis; sed non fecerunt. Quamobrem eum sunt reveriti, non solum ob miraculum, sed etiam ob mores. Quomodo exclamavit? Voce magna dicens, *Nihil tibi mali feceris; omnes enim hic sumus*. Vides inani gloria et fastu vacuum, amore ferventem. Non dixit, Propter nos hæc facta sunt, sed tanquam unus ex vincitis dicit: *Omnes enim hic sumus*. Atqui etiamsi non prius, neque per miraculum se solvissent, at eis licuisset facere, et omnes etiam vincitos solvere. Si enim siluissent, et non per magnam vocem ejus manus cohuiissent, per guttur ensem transadegisset. Propterea etiam clamavit, quoniam in interiorum carcerem erat coniectus: Contra te, inquit, hoc fecisti, interius coniectis iis qui te erant liberaturi a periculo. Sed non sunt imitati quæ ab illo facta fuerant. Illo autem mortuo omnes effugissent.

5. Vidisti quod maluerint esse vinciti, quam illum pereuntem despiciere. Apud se ideo cogitavit: Si essent præstigiatores, certe et illos solvissent, et se-

ipsum liberassent a vinculis; est enim verisimile multos quoque tales fuisse injectos. Alioquin autem, cum sæpe accepisset præstigiatores, et nihil tale factum esse videret, miratus est. Præstigiator non concussisset fundamenta carceris, ut ejus custodem excitaret, et efficeret ut sibi fuga esset difficilior. Sed jam videamus fidem custodis carceris. *Petito*, inquit, *lumine introgressus est, et tremefactus procidit Paulo et Silæ ad pedes; et producus eos foras dixit, Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam* (*Act. 16. 29. 30*)? Ignem tenebat et gladium, et dicit, *Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam? At illi dixerunt: Crede in Dominum Jesum, et salvus eris tu, et domus tua* (*Ib. v. 31*). Hoc non est, inquit, præstigiatorum, tale decretum tradere: nusquam hic memoria dæmonis. Vides quam sit ille dignus qui fiat salvus? Nam cum vidisset miraculum, et metu esset liberatus, non est oblitus eorum quæ erant conducibilia, sed in eo periculo curam gerebat salutis animæ, et accessit ad doctores ita ut oportuit accedere; et procidit ad eorum pedes. *Et loquuti sunt, inquit, ei verbum Domini, et omnibus qui erant in domo ejus. Et tollens eos in illa nocte, lavit plagas eorum, et baptizatus est ipse et omnis ejus domus continuo* (*Ibid. v. 32. 33*). Vides viri fervorem? Non distulit, non dixit, *Fiat dies, videamus, consideremus*; sed magno fervore et ipse et tota ejus domus fuit baptizata: non autem ut nunc plurimi despiciunt et servos et uxores ac liberos mysteriis non initiatos. Sitis, rogo, ut custos carceris: non auctoritate dico, sed instituto. Quid enim prodest auctoritas, si voluntas et institutum sit imbecillum? Papæ! qui erat crudelis, qui immittis, qui vivebat cum malis hominibus innumerabilibus, qui hoc semper meditabatur, adeo humanus, adeo sollicitus repente evasit! *Lavit, inquit, plagas eorum*. Considera rursus etiam Pauli fervorem: vincitus, flagellatus ita evangelizabat. O beatam catenam! qualis fuit illa nocte ejus parturitio? quales peperit filios? De iis dici potest: Quos genui in meis vinculis. Vides quomodo exsultet, et vult filios, qui nati sunt ex hoc, esse splendidiore? vides vinculorum quanta sit potentia, cum non solum eum qui est illis circumdatus, sed etiam eos quos ille eo tempore peperit, reddat splendidiore? Habent aliquid amplius, qui nati sunt in vinculis Pauli: non dico in gratia; est enim eadem gratia; nec in remissione; est enim eadem omnium remissio: sed quod a præcæniis docentur de ejusmodi rebus lætari et exsultare. *Et tollens, inquit, eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum, et baptizatus est*. De cætero autem vide fructum: pro iis statim reddidit carnalia. *Cumque perduxisset, inquit, eos in domum suam, statim apposuit eis mensam, et lætatus est cum tota domo quod credidisset Deo*. Quid enim non erat facturus, celo ei aperto per apertionem januarum carceris? Lavit doctorem, mensam apposuit, et exsultavit. Ingressa est in carcerem catena Pauli, et quæcumque illic erant fecit ecclesiam, et Christi corpus omnes fecit, et mensam apposuit spiritualem, et eos factus est cælix quibus gaudent angeli. Num te-

uere dicebam carcerem esse caelo splendidiorem? Ejus enim quæ illic est lætitiæ hic fuit causa. Si enim propter unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudium est in cœlis (*Luc. 15. 7*): si ubi duo sunt congregati in nomine ejus, illic est Christus in medio eorum (*Matth. 18. 20*): ubi est Silas et Paulus et custos carceris et tota ejus domus et tanta fides, multo magis. Vide vehementiam fidei. Sed hic carcer nihil revocavit in memoriam alium carcerem. Quemnam autem? Ubi erat Petrus. At illic nihil fuit ejusmodi; sed traditus fuerat custodiendus quatuor quærnionibus militum (*Act. 12. 4*); et hymnos non canebat, nec vigilabat, sed dormiebat; et neque fuerat flagris cæsus, sed majus erat periculum. Nam hic quidem totum jam erat confectum, et pœnas dederant: illic autem nondum. Quare etsi nondum erant plagæ inflictæ, at futuri expectatio eos conturbabat. Vide etiam illic miraculum. *Ecce angelus Domini adstitit, et lumen refulsit in habitaculo: percussaque latere Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter. Et statim ceciderunt catenæ de manibus ejus (Ib. v. 7)*. Ne existimaret rem esse solum lucis, et Petrum pupugit. Nemo autem videbat lucem nisi ipse solus, et existimabat esse visum: sic qui dormiunt non sentiunt Dei beneficia. *Dixit autem, inquit, ei angelus: Præcingere, et calceca te sandalia tua. Et fecit sic. Et dicit ei: Circumda tibi vestimentum tuum, et sequere me. Et egressus sequitur eum: et nesciebat quod verum esset quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem per primam et secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: et continuo discessit angelus ab eo (Ib. v. 8-10)*.

6. *Cur Deus permiserit ut, qui Petrum custodiabant in carcere, occisi fuerint.* — Cur hic non factum est id quod in Paulo et Sila? Quod illic quidem eos erant absoluturi; propterea noluit eos sic solvi: in beato autem Petro, ad mortem eum erant educturi. Quid vero, inquit, annon fuisset mirabilius, si eductus et traditus in manus regis, tunc ereptus esset ex ipsis mediis periculis, et nihil esset perpeccus? sic enim neque periissent milites. Magna hic mota est quæstio. Deus suum, inquit, servum servavit cum aliorum cruciatus, cum aliorum interitu. Quid ergo dicemus? Primo quidem non eum servavit cum aliorum interitu; secundo, non fuit hoc ex rei dispensatione, sed ex immanitate judicis. Quomodo? Deus enim sic rem administravit ac dispensavit, ut non solum hi non perirent, sed ille etiam salvus esset; sicut etiam hic quoque in custode carceris; ille autem non est usus dono ut oportuit. *Facta autem die, inquit, erat non parva turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro (Ib. v. 18)*. Quid postea? Herodes rem facit examinari, et de iis facta inquisitione, jussit abduci. Nam si non inquisisset, aliqua esset excusatio: nunc autem produxit, examinavit, didicit eum fuisse vincetum, carcerem esse clausum et tutum, custodes ante portas fuisse, nec fuisse effossos parietes, nec fores

apertas, nec ullum aliud esse signum sceleris. Ex hoc autem oportebat Dei admirari potentiam, quæ ex mediis ipsorum eriperat periculis, et adorare eum qui hæc potuerit: ille vero jussit eos abduci. Quænam est ergo culpa hic Deo imputanda? Nam si effecisset ut murus perfringeretur, et sic eiecisset, forte existimasset id esse adscribendum eorum negligentia: si autem rem sic administravit et dispensavit, ut ostenderetur eam non esse humani sceleris ac maleficii, sed divini miraculi, cur hoc fecit? Si enim erat fugiturus, ita fugisset ut habuit catenas: si erat fugiturus conturbatus, non tantæ ei fuisset eoræ ut acciperet sandalia, sed ea dimisisset. Nunc autem propterea dicit ei angelus, *Induere sandalia*, ut discerent quod eam rem non fecisset fugiens; sed in magno otio et quiete. Nam cum esset vincetus, et inter duos milites, non tantum ei fuisset otii, ut solveret catenas, idque cum esset in interiori custodia. Judicis ergo injustitiæ est adscribendum custodum supplicium. Nam cur hoc non fecerunt Judæi? Memini enim alterius carceris, illius quidem prioris qui Romæ, hujus etiam qui Cæsareæ, nunc autem ejus qui fuit Jerosolymis. Nam cum pontifices et Pharisei audivissent ab iis quos ipsi miserant ad educendum Petrum, se nullum intus invenisse, sed etiam portas clausas esse, et custodes stantes pro foribus; cur custodes non intemerunt, sed dubitabant quidnam de iis fieret (*Act. 5*)? Si autem adversus eos licet eadem valde spirantes, nihil tale cogitarunt, multo magis tu qui omnia facis ad illorum gratiam. Propterea eum statim insequita est pœna. Si autem ejus rei culpam in Deum confers, confer etiam in eum culpam de iis qui in viis jugulantur, et de innumerabilibus aliis qui injuste perimuntur, et de pueris etiam qui propter Christum sunt perempti: nam ut illi quoque, ut tu dicis, perimerentur, Christus in causa fuit. Imo vero non Christus, sed furor et tyrannis patris Herodis. Si autem dicis: Cur eum non rapuit e manibus Herodis? hoc quoque poterat facere, sed ex eo nihil esset lucratus. Nam quoties evasit Christus ex manibus eorum? quid hoc ergo profuit ingratis? At hic ex iis quæ facta sunt, ad fideles multa redit utilitas: nam dum fierent monumenta, et ipsi inimici iis quæ gerebantur ferrent testimonium, minime suspectum erat testimonium. Sicut ergo illic quoque non aliunde eis fuit os obstructum, quam ex eo quod qui venerant confiterentur ea quæ facta fuerant: ita etiam hic. Cur enim nihil ejusmodi fecit custos carceris? Atqui quæ usuvenerunt Herodi, non erant minora iis quæ huic usuvenerunt. Nam rescivisse quod clausis januis vincetus exiisset ad stuporem incutiendum non minus erat, quam vidisse apertas januas: imo illud etiam visio esse videri poterat; hoc autem non ita, dum accurate et exacte remittitur. Quamobrem hic quoque si fuisset malus, interfecisset Paulum, sicut ille milites: sed non erat. Si autem confutare vellemus eos qui dicunt, cur Deus permiserit peccatos interfici, longior foret oratio, quam initio institueramus.

τούτου; Ἐνθα Πέτρος ἦν. Ἀλλὰ τοιοῦτον οὐδὲν ἐγένετο ἐκεῖ· ἀλλ' ἦν παραδεδομένος [61] τέσσαρασι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάξεσιν αὐτὸν, καὶ οὐχ ὕμνη οὐδὲ ἠγρόνπει, ἀλλ' ἐκάθευθε· καὶ οὐδὲ μεμαστιγωμένος ἦν, ἀλλὰ μείζων ὁ κίνδυνος. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἦδη τὸ πᾶν εἰργαστο, καὶ δίκην ἦσαν δεδωκότες· ἐκεῖ δὲ οὐδέπω. Ὅστε εἰ μὴ πληγαὶ ὠδύνων, ἀλλ' ἡ προσδοκία τοῦ μέλλοντος ἐθοροῦσει. Ὅρα καὶ ἐκεῖ τὸ θαῦμα. Ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου, φησὶν, ἐπέστη, καὶ φῶς ἐλαμψεν ἐν τῷ οἰκηματί· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν λέγων· Ἀράστα ἐν τάξει. Καὶ εὐθέως ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἀλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. Ὅστε μὴ νομίζεται τὸ πρᾶγμα τοῦ φωτὸς μόνον εἶναι, καὶ τὸν Πέτρον ἐνυξεν. Οὐδεὶς δὲ τὸ φῶς ἑώρα, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς, καὶ ἑδόκει ὅτι δράμα ἔστιν· οὕτως οὐκ ἐπαίσθάνονται οἱ καθεύδοντες τῶν τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν. Εἶπε δὲ, φησὶν, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· Περιζῶσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλια σου. Καὶ ἐποίησεν οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἤδει ὅτι ἀληθὲς ἔστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ δράμα βλέπειν. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν αἰδηρᾶν τὴν φέρουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἣτις αὐτομάτῃ ἠκολούθη αὐτοῖς. Καὶ εἰσαελθόντες, προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ ἀπέστη.

Διὰ τί μὴ τοῦτο γέγονεν ἐνταῦθα, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Παύλου καὶ Σίλα; Ὅτι ἐκεῖ μὲν ἐμελλόν ἀπολύειν αὐτούς· διὰ τοῦτο οὐκ ἠβέλῃσεν οὕτως ἀπολυθῆναι αὐτούς· ἐπὶ δὲ τοῦ μακαρίου Πέτρου, εἰ; φόνον αὐτὸν ἐμελλον ἐξάγειν. Τί οὖν; οὐ πολλῷ θαυμασιώτερον ἦν, φησὶν, ἐξαχθόντα καὶ παραδοθέντα ταῖς τοῦ βασιλείως χερσὶ, τότε ἐκ μέσων αὐτῶν ἐξαρπασθῆναι τῶν κινδύνων, καὶ μηδὲν παθεῖν; οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ οἱ στρατιῶται ἀπώλοντο. Μέγα ἐνταῦθα κεκίνηται ζήτημα. Ὁ Θεὸς τὸν αὐτοῦ δοῦλον, φησὶ, μετὰ τῆς ἐτέρων ἔσωσε τιμωρίας, μετὰ τῆς ἐτέρων ἀπωλείας; Τί οὖν ἐροῦμεν; Πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι οὐ μετὰ τῆς ἐτέρων ἀπωλείας· δευτέρον, ὅτι οὐ τῆς τοῦ πράγματος οικονομίας τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ τῆς τοῦ δικαστοῦ πικρίας. Πῶς; Ὁ μὲν Θεὸς οὕτως ὠκονόμησεν, ὡς μὴ μόνον τούτους μὴ ἀπολείσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκείνον σωθῆναι, καθάπερ δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ δεσμοφύλακος· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐχρήσατο τῇ δωρεᾷ εἰς δέον. *Γενομένης δὲ ἡμέρας*, φησὶν, ἦν *τάραχος οὐκ ἄλλος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο*. Εἶτα τί; Ἐξέτασιν τοῦ πράγματος ποιεῖται ὁ Ἡρώδης, καὶ ἀνακρίνας αὐτοῦς, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἀνέκρινεν, ἦν ἂν τι; ἀπολογία· νῦν δὲ παρέστησεν, ἀνέκρινεν, ἔμαθεν ὅτι ἐδέδετο, ὅτι τὸ δεσμητήριον ἠσφάλιστο, ὅτι οἱ φύλακες ἦσαν πρὸ τῶν θυρῶν· οὐ τοίχος διωρῶρυκτο, οὐ θύρα ἀνέψικτο, οὐδὲν ἄλλο κακουργίας τεκμήριον. Ἐχρῶν αὐτὸν ἀπὸ τούτων θαυμάσαι τῷ Θεῷ τὴν δύναμιν, ἥτις καὶ ἐκ μέσων αὐτὸν ἀνῆρπασε τῶν κινδύνων· καὶ προσκυνῆσαι τὸν τοσαῦτα δυνήθέντα· ὁ δὲ ἐκείνους ἀπήγαγε. Πῶς οὖν ἐνταῦθα ὁ Θεὸς αἴτιος; Εἰ μὲν γὰρ τοῖχον διαβράχῃ-

ναι [62] ἐποίησε, καὶ οὕτως ἐξέβαλεν, ἴσως ἂν ἐνομίση τῆς ἐκείνων ῥαθυμίας τὸ πρᾶγμα· εἰ δὲ οὕτω; ὠκονόμησεν, ὥστε δειχθῆναι ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνης κακουργίας, ἀλλὰ θείας θαυματουργίας τὸ πρᾶγμα ἦν, τί δὴ τοῦτο ἐποίησεν; Εἰ γὰρ ἐμελλε φεύγειν, οὕτως ὡς εἶχε τὰς ἀλύσεις ἐφυγεν ἂν· εἰ ἐμελλε φεύγειν τεθοροδημένος, οὐκ ἂν τοσαύτην ἐποίησατο πρόνοιαν, ὥστε καὶ τὰ σανδάλια λαβεῖν, ἀλλ' ἔλασεν ἂν. Νῦν δὲ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν, Ἰπόδησαι τὰ σανδάλια σου· ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐ φεύγων, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀνέσεως τὸ πρᾶγμα εἰργάσατο. Δεδεμένος γὰρ, καὶ μεταξύ τῶν δύο μένων στρατιωτῶν οὐκ ἂν τοσαύτην ἐποίησατο σχολὴν, ὥστε καὶ τὰς ἀλύσεις λύσαι, καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἐσωτέρων ἂν καὶ αὐτὸς φυλακῆν. Ὅστε τῆς ἀδικίας τοῦ δικαστοῦ γέγονεν ἡ κόλασις τῶν φυλάκων. Διὰ τί γὰρ Ἰουδαῖοι μὴ τοῦτο ἐποίησαν; Καὶ γὰρ ἐτέρου δεσμητηρίου μέμνηται, ἐκείνου μὲν τὸν προτέρου τοῦ ἐν Ῥώμῃ, τούτου δὲ τὸν ἐν Καισαρείᾳ, νῦν δὲ τοῦ ἐν Ἰεροσολύμοις. Ἀκούσαντες γὰρ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι παρὰ τῶν ἀποσταλέντων παρ' αὐτῶν εἰς τὴν δεσμωτήριον, ὥστε ἐξαγαγεῖν τὸν Πέτρον, ὅτι Ἔσω οὐδένα εὐρομεν, ἀλλὰ καὶ κεκλεισμένας τὰς θύρας, καὶ τοὺς φύλακας ἐστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· διὰ τί μὴ τοὺς φύλακας ἀνελεον, ἀλλὰ διηπόρουσιν περὶ αὐτῶν λέγοντες, Τί ἂν γένοιτο τοῦτο; Εἰ δὲ σφόδρα κατ' αὐτῶν φωνῶντες οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενόησαν, πολλῷ μᾶλλον σὺ ὁ πρὸς ἐκείνων χάριν πάντα ποιῶν. Διὰ τοῦτο μετῆλθεν αὐτὸν ἡ δίκη ταχέως. Εἰ δὲ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἐγκάλει καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς σφαττομένων, καὶ περὶ τῶν ἀδικῶς ἀναιρουμένων μυρίων ἐτέρων, καὶ ἔτι περὶ τῶν παιδῶν τῶν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἀναιρεθέντων· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις, ὡς σὺ λέγεις, ὁ Χριστὸς ἐγένετο αἴτιος· μᾶλλον οὐχ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἡ μανία καὶ ἡ τυραννὶς τοῦ πατρὸς τοῦ Ἡρώδου b. Εἰ δὲ λέγεις, Διὰ τί μὴ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτὸν ἤρπασε τοῦ Ἡρώδου; καὶ τοῦτο ἠδύνατο ποιῆσαι, ἀλλ' οὐδὲν ἐκέρδανεν ἂν ἀπὸ τούτου. Ποσάκις γοῦν ὁ Χριστὸς ἐκ μέσου αὐτῶν ἐξῆλθε τῶν χειρῶν; τί οὖν τοῦτο ὠφέλησε τοὺς ἀγνώμονας; Ἐνταῦθα μέντοι γε καὶ πολλῇ τοῖς πιστοῖς ὠφέλεια γίνεται ἀπὸ τῶν γεγεννημένων· ὑπομνημάτων γὰρ γενομένων, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν μαρτυροῦντων τοῖς πραττομένοις, ἀνυποπίτος ἦν ἡ μαρτυρία. Ὅσπερ οὖν κάκει οὐδαμῶθεν ἄλλοθεν ἐπεστομίσθησαν, ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ τοῦς ἐλθόντας ὁμολογεῖν τὰ γεγεννημένα, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Διὰ τί γὰρ ὁ δεσμοφύλαξ οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησε; καίτοι γε οὐδὲν ἐλάττονα τῶν τούτου τὰ Ἡρώδου ἦν. Τοῦ γὰρ ἰδεῖν ἀνεπιγόμενος τὰς θύρας, ὅσον εἰς ἐκπλήξεως λόγον, οὐδὲν ἔλαττον τὸ μαθεῖν ὅτι κεκλεισμένων αὐτῶν ἐξῆλθεν ὁ δεδεμένος· καίτοι ταῦτα καὶ φαντασία ἔδοξεν ἂν εἶναι· μᾶλλον, ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι, μετὰ ἀκριβείας ἀπαγγελλόμενον. Ὅστε εἰ καὶ οὕτος οὕτως ἦν πονηρὸς, ἐσφαξεν ἂν τὸν Παῦλον, [63] καθάπερ ἐκείνος τοὺς στρατιώτας· ἀλλ' οὐκ ἦν. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς λέγοντας, διὰ τί καὶ τὰ παιδία συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ἀναιρεθῆναι, βουληθῶμεν ἀπολογῆσθαι, τάχα εἰς μακρότερον ἐμπεσοῦμεθα λόγον, ὅν ἐν προομιῶις εἶδε λέγεσθαι πρὸς ὁμᾶς.

 πλεονεκτῶν καὶ τῶν κακῶν γέγνετο ἄν. Ὅστε οὐκ  
 ἔνι εἰρήνην εἶναι, μὴ πρότερον ἀρετῆς κατορθω-  
 θείσης. Κατασκευάσωμεν δὲ καὶ πόλιν, εἰ βούλει,  
 πάντων πλεονεκτῶν καὶ ἰσοτίμων, καὶ μηδεὶς φερέτω  
 ψῆφον τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἀλλὰ πάντες ἀδικεῖτωσαν· μὴ  
 δύναται συστήναι ἡ πόλις ἐκεῖνη; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ  
 μοιχῶν ἔστιν εἰρήνη; Ἀλλ' οὐχὶ εὐρήσεις οὐδὲ δύο  
 ὁμοσούντας. Ὅστε οὐδὲν τοῦτο αἴτιον πάλιν, ἢ τὸ  
 τὴν ἀγάπην ψυγῆναι· τοῦ δὲ τὴν ἀγάπην ψυγῆναι  
 αἴτιον τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν. Εἰς γὰρ φιλαυ-  
 τίαν ἄγει τοῦτο, καὶ διαιρεῖ καὶ σχίζει τὸ σῶμα, καὶ  
 χανοῖ καὶ διασπᾷ. Ἐνθα δὲ ἀρετῆ, τὸ ἐναντίον  
 ποιεῖ· ὁ μὲν γὰρ ἐνάρετος καὶ χρημάτων κρείττων.  
 Ὅστε κἂν μυριοὶ ὧσιν ἐν πενίᾳ, δύνανται ἂν εἶναι  
 εἰρηνικοί· οἱ δὲ πλεονέκται, κἂν δύο ὧσιν, οὐδέποτε  
 δύναται ἐν εἰρήνῃ εἶναι.

δ. Ὅστε ἐάν ἡμεῖς ὦμεν ἐνάρετοι, ἡ ἀγάπη οὐκ ἀπο-  
 λείται· ἀπὸ γὰρ ἀγάπης ἡ ἀρετῆ, καὶ ἀπὸ ἀρετῆς ἡ  
 ἀγάπη. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω· Ὁ ἐνάρετος οὐ προτιμᾷ

\* Savil. niavult χαύνον αὐτόν.

χρήματα φιλίας, οὐδὲ μνησίκακός ἐστιν, οὐδὲ ἀδικεῖ  
 τὸν πλησίον· οὐχ ὑβρίζει, φέρει πάντα γενναίως. Ἀπὸ  
 τούτων ἡ ἀγάπη συνίσταται. Πάλιν ὁ ἀγαπῶν, πάντα  
 ταῦτα ὑφίσταται. Οὕτως ἀλλήλων ἐστὶ κατασκευα-  
 στικά. Καὶ τοῦτο μὲν ἐντεῦθεν δείκνυται, ὅτι ἀπὸ  
 ἀρετῆς ἡ ἀγάπη· τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Ὅταν πληθυνθῆ ἡ  
 ἀνομία, ψυγησεται ἡ ἀγάπη*, τοῦτο ἐδήλωσεν· ὅτι  
 δὲ ἀπὸ ἀγάπης ἡ ἀρετῆ, *Ὅ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, ἑ-  
 μουσὸν ἐπλήρωσε*, φησὶν. Ὅστε ἐν τῶν δύο εἶναι χρῆ ἢ  
 σφόδρα φιλικὸν καὶ ἐρώμενον, ἢ σφόδρα ἐνάρετον. Ὁ  
 γὰρ τὸ ἐν ἔχων, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ ἕτερον κέκτηται·  
 καὶ τούναντίον, ὁ μὴ εἰδὼς φιλεῖν, καὶ πονηρὰ ἐργά-  
 σεται· ὁ πονηρὰ ἐργαζόμενος, οὐδὲ φιλεῖν οἶδε. Μετα-  
 διώξωμεν τοίνυν τὴν ἀγάπην· φρούριον γὰρ ἐστὶ πρὸς  
 τὸ μηδὲν συγγρησάσαι ἡμᾶς παθεῖν κακόν· συνδήσω-  
 μεν ἑαυτούς. Μηδὲν δολερὸν ἐστον παρ' ἡμῶν, μηδὲν  
 ὑπουλον· οὐδὲν γὰρ εὐρίσκειται τοιοῦτον, ἐνθα ἂν ἡ φι-  
 λία. Εἶπε δὲ τοῦτο καὶ ἄλλος σοφὸς τις ἀνὴρ· *Ἐπὶ φί-  
 λων ἐὰν καὶ σπύση βουφαλαί, μὴ ἀπελπίσῃ*·  
*ἐστὶ γὰρ ἐπάρητος*. Ἐπὶ φίλων ἐὰν ἀπολείξῃ τὸ  
*στόμα, μὴ ἀπογνῶς*· ἐστὶ γὰρ διαλλαχῆ, ἀνευ  
*ὀνειδισμοῦ, καὶ μυστηρίων ἀποκαλύψως, καὶ  
 πληγῆς δολίας*. Ἐν τούτοις ἀποφεύγει φίλος, ἐν  
 ἀποκαλύψει, φησὶ, μυστηρίων. Ἄν πάντες τοίνυν  
 ὦμεν φίλοι, οὐδὲ μυστηρίων δεῖ· ὡσπερ γὰρ αὐτός  
 τις πρὸς ἑαυτὸν οὐδὲν ἔχει μυστήριον, οὐδὲ αὐτὸς  
 ἑαυτὸν κρύπτειν δύνησεται· οὕτως οὐδὲ τοὺς φίλους.  
 Οὐκ ὄντων οὖν μυστηρίων, ἀδύνατος ἡ ἐκ τούτου δια-  
 κοπή. Δι' οὐδὲν γὰρ ἔχομεν μυστήρια, ἢ διὰ τὸ μὴ  
 πᾶσι θαρβεῖν· ὡστε ὁ ψυγμὸς [74] τῆς ἀγάπης πε-  
 ποίηκε μυστήρια. Τί γὰρ ἔχεις μυστήριον; ἀδικῆσαι  
 τὸν πλησίον βούλει; ἢ κωλύεις ἀγαθὸν τινος μετ-  
 ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο κρύπτεις; Ἄλλ' οὐδὲν τούτων·  
 ἀλλ' αἰσχύνῃ; Οὐκοῦν τὸ μὴ θαρβεῖν τοῦτο τεκμη-  
 ριον. Ἄν μὲν οὖν ἀγάπη ἦ, οὐκ ἔσται μυστηρίων  
 ἀποκαλύψεις, ἀλλ' οὐδὲ ὀνειδισμὸς. Τίς γὰρ ἂν, εἰπέ  
 μοι, καὶ πότε τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ὀνειδίσειεν; Εἰ δὲ καὶ  
 γένοιτο, ἐπὶ κέρδει. Ἐπεὶ καὶ πασιὸν ὀνειδίζομεν,  
 δακεῖν αὐτοὺς βουλόμενοι· καὶ ὁ Χριστὸς δὲ τότε ἤρ-  
 ξατο ὀνειδίξειν τὰς πόλεις, λέγων, *Ὅσαι σοὶ Χωραζίν,  
 ὁσαι σοὶ Βηθσαϊδὰ*, ἵνα ὀνειδισμῶν ἀπαλλάξῃ. Οὐδὲν  
 γὰρ οὕτω δύναται καθάψασθαι διανοίας, καὶ διανα-  
 στήσαι μᾶλλον αὐτῆν, καὶ παρειμένῃ ἀνορθῶσαι. Μὴ  
 δὴ ὀνειδίξωμεν ἀπλῶς ἀλλήλους. Τί γὰρ; ἐπὶ χρήμα-  
 σιν αὐτῶν ὀνειδίσεις; Μηδαμῶς, εἴ γε κοινὰ τὰ δυα-  
 κέκτησαι. Ἄλλ' ἐπὶ ἁμαρτήμασιν; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο,  
 ἀλλὰ μᾶλλον διορθώσεις. Καὶ πληγῆς, φησὶ, δολίας.  
 Τί ποτε; ἑαυτὸν ἀναίρησαι; τίς δὲ πλῆξῃ; Οὐδὲ εἰς.  
 Διώκωμεν τοίνυν τὴν ἀγάπην. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Ἄγα-  
 πῶμεν, ἀλλὰ, Διώκωμεν. Πολλῆς δεῖ τῆς σπουδῆς·  
 ταχέως ἀφανίζεται, ὄξεια πρὸς ἀναχώρησιν ἐστὶ·  
 τοσαῦτα ἐν τῷ βίῳ τῷ πράγματι τοῦτω λυμάνεται.  
 Ἄν διώκωμεν αὐτὴν, οὐ φθάσει ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τα-  
 χέως αὐτὴν ἐξελκύσομεν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τῷ οὐ-  
 ρανῷ συνῆψε τὴν γῆν· ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν ἀνθρω-  
 πον ἐπὶ τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν ἐκάθισεν· ἡ ἀγάπη  
 τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν ἔδειξεν ἐπὶ τῆς γῆς· ἡ ἀγάπη  
 τοῦ Θεοῦ τὸν Δεσπότην δοῦλον ἐποίησεν· ἡ ἀγάπη  
 τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἔχθρῶν τὸν Ἀγαπητὸν, ὑπὲρ τῶν  
 μισούντων τὸν Υἱὸν, ὑπὲρ τῶν δούλων τὸν Δεσπότην,  
 ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τὸν Θεόν, ὑπὲρ οἰκετῶν τὸν  
 ἐλεύθερον ἐκδοθῆναι ἐποίησεν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τοῦ-  
 του ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μείζονα ἡμᾶς ἐκάλεσεν. Οὐ  
 γὰρ μόνον ἀπῆλλαξεν ἡμᾶς τῶν προτέρων κακῶν,  
 ἀλλὰ καὶ πολὺ μείζονα δώσειεν ἕτερα ἐπηγγελίαι.



quando ligna quidem invenerit sicca, omnia unam efficiat pyram; quando autem humida, nec operatur nec conglutinat: ita hic etiam: nihil ex frigidis eum potest constringere, sed ex calidis unumquodque maxima ex parte. Ex hoc ergo etiam nascitur calor caritatis: a vinculo pacis vult nos omnes colligare. Quemadmodum enim, inquit, si velis teipsum alteri alligare, non aliter poteris, nisi illum quoque tibi ipsi alliges; quod si velis duplex facere vinculum, illum quoque oportet tibi esse alligatum: ita hic quoque vult eos inter se esse alligatos, non solum in pace degere, nec solum diligere, sed omnes esse unam animam. Pulchrum est hoc vinculum: hoc vinculo et nos inter nos, et nos ipsos cum Deo colligemus. Non affligit nec comprimit colligatas manus hoc vinculum, sed relaxat et in amplo ac lato sinit esse spatium; et efficit ut qui sunt vinculi, sint lætiores iis qui soluti sunt. Fortis etiam cum debili ligatus, et illum portat et non sinit perire, etiamsi cum segni et ignavo fuerit alligatus, ipsum magis excitat. *Frater enim, inquit, a fratre adjutus, est tanquam urbs munita (Prov. 18. 19)*. Hanc catenam non potest prohibere viarum spatium, non calum, non terra, non mors, neque aliud quidquam, sed est omnibus potentior et validior: hæc etiam nata ex una anima, potest multos simul comprehendere. Audi enim Paulum dicentem: *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris (2. Cor. 6. 12)*. Dilatamini et vos. Quid ergo hoc vinculum labefacta? Amor pecuniæ, imperii et honorum gloriæque cupiditas et aliorum hujusmodi: eos laxos reddit et molles, ipsosque discindit. Quomodo ergo fiat, ut non discindantur? Si hæc ablata fuerint impedimenta, et nihil molestiam afferat ex iis quæ caritatem corrumpunt. Audi enim Christum dicentem: *Quando abundaverit iniquitas, refrigescet caritas multorum (Matth. 24. 12)*. Caritati nihil est æque contrarium atque peccatum: nec dico solum caritati in Deum, sed etiam caritati in proximum. Quomodo ergo latrones, inquit, degunt in pace? Quando, dic mihi, degunt? Cum latronum moribus non utuntur. Si enim in iis ipsis quibus dividuntur, non servant leges justitiæ, ut unicuique quod justum est tribuant, invenies illos quoque esse in bellis et pugnis. Quamobrem nec in malis licet pacem invenire: ubique autem eam licet invenire, ubi cum justitia et virtute vivitur. Sed quid? rivalesne et æmuli in pace vivunt? Minime. Sed quemnam vis dicam? Avarus nunquam erit in pace cum avaro: nam si non essent inter se justus et æqui, et alii alios afficerent injuria, dissipatum esset eorum genus. Sicut enim feræ duæ valde esurientes, nisi aliquid intercedat medium quod possit ab eis consumi, illæ se exedunt: ita etiam inter avaros et malos eveniret. Quamobrem fieri non potest ut sit pax, nisi virtus exerceatur. Construamus, si placet, civitatem avarorum et qui pares sint in honore, et nemo condemnet injuriam, sed omnes injuriam inferant; an potest hujusmodi civitas consistere? Minime. At pax est adulterorum? Sed ne duos quidem invenies concordēs. Quamobrem non est rursus alia hujus causa,

quam quod refrixerit caritas: quod autem refrixerit caritas, causa est, quod abundavit iniquitas. Hoc enim ducit ad proprium amorem, et dividit et corpus scindit, emollitque et divellit. Ubi autem est virtus, facit contrarium: nam virtute præditus, est pecuniis superior. Itaque etiamsi innumerabiles degant in paupertate, potuerint esse pacifici: avari autem, etiamsi sint duo tantum, numquam possunt esse in pace.

4. *De caritate. Unde orta sint arcana et secreta.* — Quamobrem, si virtute simus præditi, non peribit caritas: virtus enim est ex caritate, et caritas ex virtute. Quomodo autem, ego dicam. Qui est præditus virtute, non præfert pecuniam amicitiae, non est memor injuriæ acceptæ, proximum nec injuria afficit nec contumelia, omnia fert forti et generoso animo. Ex his constat caritas. Rursus qui diligit, hæc omnia suscipit. Sic ea sunt hujusmodi, ut alterum alterum constituat. Et ex hoc ostenditur, quod caritas sit ex virtute: dicendo enim, *Quando abundaverit iniquitas, refrigescet caritas*, hoc significavit: quod autem virtus ex caritate: *Qui diligit, inquit, proximum, legem implevit (Rom. 13. 8)*. Quamobrem ex duobus unum esse oportet, aut valde diligentem et dilectum, aut valde virtute præditum. Qui enim habet unum, necessario quoque possidet alterum: et contra qui nescit diligere, multa quoque mala faciet; qui mala facit, nescit diligere. Persequamur ergo caritatem: est enim præsidium ad hoc ut non permittatur nobis aliquid mali pati: colligemus nos. Nihil sit apud nos dolosum, nihil fraudulentum et insidiosum: nihil enim invenitur hujusmodi ubi fuerit amicitia. Hoc dixit vir quoque alius sapiens: *In amicum etiamsi strinxeris ense, ne desperes; est enim regressus: ad amicum, si os aperueris, ne despondeas animum; est reconciliatio præter exprobrationem, et arcanorum revelationem, et plagam dolosam (Eccli. 22. 26. 27)*. In his aufugit amicus, in arcanorum revelatione. Si simus itaque omnes amici, ne arcanis quidem est opus. Ut enim non habet quisquam apud se ullum arcanum, neque ipse seipsum potest celare, ita nec amicos. Cum igitur non sint arcana, fieri non potest ut ex ea re sit abscessio. Arcana enim non habemus propter aliud, quam quod non omnibus fidamus: caritatis itaque refrigeratio fecit arcana. Nam quid habes arcanum? vis injuriam facere proximo? aut prohibes ne sit alicujus boni particeps, et propterea eum celas? At nihil est horum; sed erubescis? Hoc est ergo signum quod non fides. Si sit ergo caritas, non erit detectio arcanorum, sed nec exprobratio. Quis enim, dic, quæso, animæ suæ unquam exprobraverit? Quod si etiam fiat, fit propter lucrum. Nam etiam pueris exprobramus volentes eos mordere: Christus quoque civitatibus tunc cœpit exprobrare, *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida (Luc. 10. 15)*, ut eas liberaret a probris. Nihil enim animum ita potest tangere, et eum magis excitare, et dejectum ac dissolutum erigere. Neque nos temere alter alterum probris appetamus. Quid enim? propter pecuniasne probra ingeres? Nequaquam, siquidem quæ habes,

possides communia. At propter peccata? Ne hoc quidem, sed potius corriges. *Et plagam*, inquit, *dolosam* (1. Cor. 14. 4). Quid vero? seipsum perimet? quis ipsum percutiet? Nemo. Persequamur ergo caritatem. Non dixit simpliciter, Diligamus, sed, Persequamur. Multo studio opus et diligentia: cito evanescit, velox est ad recedendum: tam multa in vita huic rei exitium afferunt. Si eam persequamur, non prius recesserit, quam eam cito attraxerimus. Dei caritas caelo terram conjunxit; Dei caritas hominem sedere fecit super thronum regium; Dei caritas Deum ostendit super terram; Dei caritas dominum fecit

servum; Dei caritas fecit ut traderetur dilectus pro inimicis, filius pro iis qui oderant, dominus pro servis, Deus pro hominibus, liber pro famulis. Nec eo usque constitit, sed nos vocavit ad majora. Non solum enim nos liberavit a prioribus malis, sed etiam multo majora se daturum est pollicitus. Pro his, actis Deo gratias, omnem persequamur virtutem, et præ omnibus caritatem exerceamus, ut digni habeamur qui consequamur bona promissa, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

CAP. 4. v. 4. *Unum corpus et unus spiritus, sicut et vocati estis in una spe vocationis vestræ.*

1. Quando ad magnum aliquid nos exhortatur Paulus, ut qui sit valde sapiens et spiritualis, ducit exhortationem ab iis quæ sunt in caelis, ut qui hoc ipsum a Domino didicerit: sicut etiam dicit alibi, *Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis* (Ephes. 5. 2); et rursus, *Hoc sentiat in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* (Philipp. 2. 5. 6). Hoc etiam hic facit. Quando enim exempla proposita sunt magna, est æmulatio vehemens et desiderium. Quid ergo dicit nos adhortans ad unitatem? *Unum corpus et unus spiritus, sicut et vocati estis in una spe vocationis vestræ: 5. unus Dominus, una fides, unum baptisma.* Quid est autem unum corpus? Qui sunt ubique terrarum fideles et fuerunt et futuri sunt. Rursus et qui ante Christi adventum placuerunt, sunt unum corpus. Quomodo? Quoniam illi quoque Christum norunt. Undenam hoc constat? *Abraham pater vester, inquit, exultavit ut videret diem meum; et vidit, et gavisus est* (Joan. 8. 56); et rursus, *Si crederetis Moysi, crederetis utique et mihi: de me enim ille scripsit* (Ibid. 5. 46), et prophetæ. Non scripsissent autem, si de eo ignorassent quæ dicebant: cum ipsum autem nossent, etiam adorabant. Quamobrem illi quoque sunt unum corpus. Non est disjunctum corpus a spiritu: alioqui non fuerit corpus. Nos enim solemus in unitis, et quæ multam habent consequentiam, dicere, Est unum corpus. Ita etiam nos in unione accipimus unum corpus uno capite. Si est autem unum caput et unum corpus, constat corpus ex membris honestis et non honestis. Cæterum neque in vilissimum insurgit id quod est majus, neque illud huic invidet. Atqui non eundem usum nec eandem functionem omnia afferunt, sed convenienter rationi necessitatis: et quia facta sunt omnia necessario et ad diversos usus, omnia sunt honore paria. Sunt autem alia quidem præstantissima, et quæ maxime dominatum obtinent, alia vero minus: ut caput est totius corporis præstantissimum et magis dominatum obtinens, ut quod in se habeat omnes sensus et animæ principatum: neque absque capite vivi potest; pedibus autem am-

putatis multi vixerunt longo tempore. Est itaque id illis non solum situ præstantius, sed etiam operatione et ordine. Quare hoc dico: Sunt in Ecclesia multi, qui sunt in altum erecti, ut caput, considerantes et speculantes cælestia, sicut oculi in capite, multum distantes a terra, et qui cum ea nihil habent commune: alii autem tenent locum pedum, terram calcantes, sed pedum sanorum. Non enim pedibus datur vitio quod terram calcant, sed quod ad malum currant: nam *Pedes*, inquit, *eorum currunt ad malum* (Isai. 59. 7). Neque ergo, inquit, oculi extollantur et superbe se gerant adversus pedes; neque pedes oculis invident, alioquin unicuique sua propria tollitur pulchritudo, et suus perfectus impeditur usus et sua functio: et jure id dicitur: nam qui insidiatur proximo, sibi primum parat insidias. Si ergo pedes nolint portare caput cum egredi necessarium est, sibi quoque interitum afferunt propter immobilitatem et pigritiam: et si caput nullam velit pedum curam gerere, ipsum primum læditur. At illa quidem alterum in alterum non insurgere est consentaneum: sic enim naturaliter ordinatum est: sed quomodo fieri potest ut homo in hominem non insurgat? Neque enim angelorum quis insurgit, quoniam nec illi adversus archangelos; neque rursus bruta plus quam ego efferrit et majores spiritus possunt concipere: ubi autem par est honore natura, et unum donum, et iste plus quam ille nihil habet nec superatur, quomodo non insurrexerit? Imo vero propter hæc non debes insurgere in proximum. Nam si omnia sunt communia, et alter plus quam alter non habet, undenam arrogantia? Ejusdem sumus naturæ participes, animæ et corporis similiter, eundem spiramus aerem, iisdem utimur alimentis; undenam insurrectio? At posse propter virtutem incorporcas superare potestates, sufficit ad inducendam arrogantiam: imo vero non fuerit hoc arrogantia. Ego autem merito adversus dæmonem extollor et valde extollor. Vide autem quomodo Paulus quoque valde extollebatur adversus dæmonem. Quando enim magna et admirabilia de eo dicebat dæmon, ei os obstruxit, ne adulantem quidem ferens. Nam cum ancillula, quæ spiritum habebat Pythonis, diceret, *Hi homines sunt servi Dei excelsi, qui vobis annuntiant viam veritatis* (Act. 16. 17), valde increpans, impu-

Ἵπὲρ δὴ τούτων εὐχαριστήσαντες τῷ Θεῷ, πᾶσαν ἀρετὴν μετέλωμεν, καὶ πρὸ πάντων τὴν ἀγάπην μετ' ἀκριβείας κατορθώσωμεν, ἵνα καταξιωθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ

φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

### ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

**Ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ τῆς κλήσεως ὑμῶν.**

α'. Ὅταν ἐπὶ τι μείζον παρακαλῆ ὁ μακάριος Παῦλος, συνετὸς ὢν σφόδρα καὶ πνευματικὸς, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ποιεῖται τὴν παράκλησιν, τοῦτο δὴ αὐτὸ παρὰ τοῦ Κυρίου μεμαθηκώς· καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν* [75] *ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν* καὶ πάλιν, *Τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐκ ἄρκαρμόν ἠγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.* Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Ὅταν γὰρ ἦ τὰ ὑποδείγματα τὰ προκείμενα μεγάλα, σφοδρὸς ἐστὶ ζήλω καὶ τῷ πόθῳ. Τί οὖν φησιν, εἰς ἐνότητα προτρέπων ἡμᾶς; **Ἐν σῶμα καὶ ἐν πνεύμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ τῆς κλήσεως ὑμῶν· εἰς Κύριος, μία πίστις, ἐν βάπτισμα.** Τί δὲ ἐστίν, **Ἐν σῶμα;** Οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοὶ καὶ ὄντες καὶ γενόμενοι καὶ ἐσόμενοι. Πάλιν καὶ οἱ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εὐηρεστηκότες, ἐν σῶμά εἰσι. Πῶς; Ὅτι κἀκεῖνοι τὸν Χριστὸν ἤδρασαν. Ἦθελον δὴλον; *Ἀβραάμ ὁ πατήρ ἡμῶν, φησὶν, ἠγάλλασατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη*· καὶ πάλιν, *Εἰ ἐπιστεύσατε, φησὶ, Μωϋσῆ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἐγραψέ, καὶ οἱ προφηταὶ.* Οὐκ ἂν δὲ ἐγραψαν περὶ οὗ ἠγνούσαν ἂ ἔλεγον· εἰδότες δὲ αὐτὸν, καὶ προσεκύνον. Ὡστε κἀκεῖνοι ἐν σῶμα. Οὐ διέστηκε σῶμα πνεύματος, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη σῶμα. Οὕτω καὶ ἡμῖν ἔθος ἐπὶ τῶν ἠνωμένων καὶ πᾶσιν τὴν ἀκολουθίαν ἐχόντων λέγειν· **Ἐν σῶμά ἐστιν.** Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐνώσεως τὸ σῶμα λαμβάνομεν **μιᾷ κεφαλῇ.** Εἰ δὲ μία κεφαλὴ καὶ ἐν σῶμα, τὸ σῶμα ἐξ ἐντίμων καὶ ἀτίμων σύγκειται μελῶν. Πλὴν ἄλλ' οὔτε τοῦ φαυλοτάτου τὸ μείζον κατεξανίσταται, οὔτε τοῦτο ἐκεῖνῳ διαφθονεῖται\*. Καίτοι γε οὗ τὴν αὐτὴν συντέλειαν τὰ πάντα εἰσφέρει, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀνάγκης λόγον. Καὶ ὅτι πάντα ἀναγκαίως γεγένηται, καὶ εἰς χρεῖας διαφόρους, πάντα ὁμοίωμα. Ἔστι δὲ τὰ μὲν κυριώτατα, τὰ δὲ ἥττον· οἷον, ἡ κεφαλὴ παντὸς τοῦ σώματος ἐστὶ κυριώτερα, τὰ; τε αἰσθησεις πάσας ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν· καὶ κεφαλῆς ἀνευ ζῆσαι οὐκ ἐνι· ποδῶν δὲ ἐκκοπέωντων πολλοὶ πολὺν χρόνον ἐδίωσαν. Ὡστε οὐ τῇ θέσει μόνον αὐτὴ βελτίων ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ καὶ τῇ τάξει. Τί δὴ τοῦτο λέγω; Εἰσὶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πολλοὶ, εἰσὶν εἰς<sup>b</sup> ὕψος ἀνωρθωμένοι, καθάπερ ἡ κεφαλὴ, τὰ οὐράνια περισκοπούντες, καθάπερ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, πολὺ τῆς γῆς ἀφεστηκότες, οὐδὲν ἔχοντες κοινὸν πρὸς αὐτήν· ἄλλοι δὲ ποδῶν τάξιν ἐπέχουσι, τὴν γῆν πατοῦντες, ποδῶν μέντοι ὑγιεινῶν. Οὐ γὰρ τὸ τῆμ

γῆν πατεῖν ἐγκλημα ποδῶν, ἀλλὰ τὸ εἰς πονηρίαν τρέχειν· *Οἱ πόδες γὰρ αὐτῶν, φησὶν, εἰς πονηρίαν τρέχουσι.* Μῆτε δὴ οὖν οὗτοι, φησὶ, μέγα φρονεῖτωνσαν κατὰ τῶν ποδῶν, μηδὲ ἐκείνοι τούτοις βασκαίνετωσαν· ἐπεὶ τὰ οἰκεῖον ἐκάστου κάλλος ἀνήρηται, καὶ ἡ χρεῖα ἢ αὐτοτελής ἐμπεπόδισται· καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ τῷ πλησίον ἐπιβουλεύων, ἑαυτῷ πρῶτον [76] ἐπεβούλευσεν. Ἄν τε οὖν οἱ πόδες μὴ βουληθῶσι κομίζαι που τὴν κεφαλὴν εἰς ἐξοδὸν ἀναγκαίαν, καὶ ἑαυτοῖς ἐλυμήναντο διὰ τῆς ἀκινήσιος καὶ τοῦ θνου· ἂν τε ἡ κεφαλὴ μηδεμίαν βουληθῇ τῶν ποδῶν ποιήσασθαι τὴν πρόνοιαν, αὕτη πρώτη τὴν βλάβην ἐδέξατο. Ἄλλ' ἐκεῖνα μὲν εἰκότως ἀλλήλων οὐ κατεξανίσταται· φυσικῶς γὰρ οὕτω τέτακται· ἀνθρωπῶν δὲ πῶς δυνατὸν ἀνθρώπου μὴ κατεξανίστηναι; Οὐδὲ γὰρ ἀγγέλων τις κατεξανίσταται· ἐπεὶ οἷον οὔτε ἐκείνοι τῶν ἀρχαγγέλων· οὐδὲ ἐμοῦ πάλιν τὰ λόγια μείζον τι φρονῆσαι δύναται· ἔθθα δὲ ὁμοίως ἢ φύσις καὶ μία ἡ δωρεὰ, καὶ οὐδὲν οὕτως ἐκείνου πλέον ἐσχῆκε, πῶς οὐ μὴ κατεξανίστη; Καὶ μὴν διὰ ταῦτα κατεξανίστηναι οὐκ ὀφείλεις κατὰ τοῦ πλησίον. Εἰ γὰρ πάντα κοινὰ, καὶ οὐδὲν ἕτερος ἐτέρου πλέον ἔχει, πῶθεν ἢ ἀπόνοια; Φύσεως μετέχομεν τῆς αὐτῆς, ψυχῆς καὶ σώματος ὁμοίως, τὸν αὐτὸν ἀναπνεόμεν ἀέρα, ταῖς αὐταῖς κεχρημέθα τροφαῖς· πῶθεν ἢ ἐξανίσταται; Καὶ μὴν τὸ δύνασθαι διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν ἀσωμάτων περιγίνεσθαι δυνάμεων ἱκανὸν εἰς ἀλαζονεῖαν ἀγαγεῖν· μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο ἀλαζονεῖα. Ἐγὼ γὰρ εἰκότως κατὰ τοῦ δαίμονος μέγα φρονῶ, καὶ σφόδρα μέγα. Καὶ ὅρα καὶ Παῦλος πῶς μέγα ἐφρόνει κατὰ τοῦ δαίμονος. Ὅτε γὰρ μεγάλα περὶ αὐτοῦ ἔλεγε καὶ θαυμαστά ὁ δαίμων, ἐπιστόμισεν αὐτὴν, οὐδὲ κολακεύοντος ἀνασχόμενος. Λεγούσης γὰρ ἐκείνης τῆς παιδίσκης τῆς τὸ πνεῦμα τοῦ πύθωνος ἐχούσης, *Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσιν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ὑμῖν ὅδον σωτηρίας, ἐπιτιμήσας σφοδρῶς ἐπεστόμισεν αὐτοῦ τὴν ἀναίσχυντον γλῶσσαν.* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ γράφει λέγων· *Συνηρῆσαι ὁ Θεὸς τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει.* Μὴ τι τὸ τῆς φύσεως παρηλλαγμένον ἐποίησεν;

β'. Ὁρᾷς ὅτι οὐδὲν ποιεῖ τὸ τῶν φύσεων μέσον, ἀλλὰ τὸ τῆς προαιρέσεως; Διὰ τὴν προαίρεσιν τοῖνον πολὺ χειρῶν ἀπάντων εἰσίν. Ἄλλ' ἀγγέλου οὐ κατεξανίσταται, φησὶ· πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἐμοῦ κἀκεῖνου. Καὶ μὴν ἀνθρώπου κατεξανίστασθαι οὐκ ὀφείλεις, οὐ μᾶλλον ἢ ἀγγέλου. Ὁ μὲν γὰρ ἀγγελος τῇ φύσει σου διέστηκεν, ὅπερ οὔτε ἐγκώμιον ἐκείνου, οὔτε κακία γένοιτο· ἀνθρώπος δὲ ἀνθρώπου οὐκέτι φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει· διέστηκε· καὶ ἐστὶ καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀγγελος. Ὡστε εἰ κατ' ἀγγέλου μὴ κατεξανίσταται, πολλῶ μᾶλλον κατὰ ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ φύσει ταύτῃ γενομένων ἀγγέλων. Εἰ γὰρ γένοιτο ἐν ἀνθρώποις ἐνάρετος οὕτως ὡς ἀγγελος, πολὺ σου

\* Savil. in marg., τούτῳ ἐκεῖνο διαφθονεῖ.  
 b Forte legethdm οἱ μὲν εἰς.

μᾶλλον οὕτως μείζων, ἢ ἐκεῖνος ἐστίν. Τί δήποτε ; Ὅτι ἄπερ ἀπὸ φύσεως ἔσχεν ἐκεῖνος, τοῦτο κατάρθρωσεν ἀπὸ προαιρέσεως αὐτός· καὶ οὕτως ἀπίκισταί σου ὁ ἄγγελος καὶ τῷ τόπῳ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖ· οὗτος δὲ ἀναστρέφεται μετὰ σοῦ, καὶ δίδωσί σοι τοῦ ζήλου βροχήν. Καὶ μὴν καὶ οὗτος ἀπίκισταί μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος. Ἡμῶν γάρ, φησὶ, τὸ [77] *πολλίταιμα ἐν οὐρανοῖς*. Ὅτι δὲ μᾶλλον οὗτος ἀπίκισταί, ἀκουσον, ποῦ αὐτοῦ κἀθηται ἢ κεφαλῇ· Εἰς τὸν ὀρόνον, φησὶ, τὸν βρασιλικόν· ὅσῳ δὲ πόρρω ἡμῶν ὁ ὀρόνος, τοσοῦτω καὶ οὗτος. Ἄλλ' ὄρω τιμῆς ἀπολαύοντα, φησὶ, καὶ εἰς ζηλοτυπίαν ἀγομαι. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅ πάντα ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε, καὶ οὐ τὴν οἰκουμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν μυρίων ἐνέπλησε βορῶδων. Καὶ καθάπερ εἰς λιμένα γαληνὸν πνεύματα ἄγρια ἐξ ἐναντίας ἐμπεσοντά, πάσης σπιλάδος καὶ παντὸς πορθμοῦ ἐπισφαλέστερον αὐτὴν καθίστησιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ τῆς δόξης ἔρωσ ἐπεισελθὼν, πάντα ἀνέτρεψε καὶ συνέχεε. Παραγεγόνατε πολλάκις ἐμπρησμῶν οἰκιῶν μεγάλων· εἰδετε πόθ' ἀνεισιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ καπνός, καὶ μηδεὶς προσιώντος σβέσαι τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐκάστου σκοπούμενου, μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας τὸ πῦρ ἅπαντα ἐπινέμεται· καὶ περιεστήκει μὲν πολλάκις κύκλῳ πᾶσα ἡ πόλις, περιεστήκασιν δὲ θεαταὶ κακῶν, οὐ σύμμαχοι οὐδὲ βοηθοί· καὶ ἐστὶν ἰδεῖν οὐδὲν ποιοῦντας ἅπαντας τοὺς περιεστώτας, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν τὴν χεῖρα ἐκτεινοντά, καὶ τῷ προσφάτως ἐλθόντι πρὸς τὸν τόπον ἐπιδεικνύντα, ἢ διὰ θυρίδος λαμπάδα ἐξαλλομένην συνεχῶς, ἢ δοκοὺς καταβρίπτομένας, ἢ περιβολὸν ἐλάκλειρον τῶν ἐρείσματων ἀποσπασθέντα καὶ πρὸς τὴν γῆν ἐπειγόμενον. Εἰσὶ δὲ πολλοὶ τῶν τολμηρῶν καὶ βίφοκινδύνων, οἳ καὶ πλείον αὐτῶν γενέσθαι τῶν καιομένων οἰκοδομημάτων κατετόλμησαν, οὐχ ὥστε χεῖρα ὀρέξαι αὐτοῖς καὶ σβέσαι τὸ κακὸν, ἀλλ' ὥστε ἡδυτέραν γενέσθαι τὴν θέαν, ἐκ τοῦ σύνεγγυς πάντα δυναμένων αὐτῶν περισκοπεῖν, ἃ τοὺς ἐξωθεν πολλάκις ἔλαθεν. Εἰ δὲ καὶ λαμπρά καὶ μεγάλη τύχη οὕσα ἡ οἰκία, ἐλεεινὸν θέαμα καὶ πολλῶν αὐτοῖς θαυμάσιων ἄξιων εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἐστὶν ἀληθῶς ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν, κιδνῶν κεφαλὰς κόνιν γινομένας, πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὺς διακεκλασμένους, τοὺς μὲν τοῦ πυρὸς κατεργαζομένου, τοὺς δὲ πολλάκις τῶν οἰκοδομησάντων αὐτοῦς χειρῶν ὕθρουσῶν, ὥστε μὴ πλείονα τροφῆν γενέσθαι τῷ πυρὶ. Ἔστι δὲ ἰδεῖν ἀγάματα, ἃ μετὰ πολλοῦ τῷ κόσμῳ, τῆς ὀροφῆς ἐπικειμένης, εἰστέθει, ἀνακαλυφθέντα, τῆς στέγης ἀραιρευθείσης, καὶ ἐν αἰθρίῳ μετὰ πολλῆς τῆς ἀμορφίας ἐστηκῶτα. Τί δὲ ; τὸν πλοῦτον τὸν ἔνδον ἀναποκείμενον τίς διηγῆσαιτο, καὶ ἱμάτια τὰ χρυσᾶ, καὶ τὰ σκεῦη τὰ ἀργυρᾶ ; Καὶ γὰρ ἔνθα μόνος ὁ δεσπότης εἰσῆει μετὰ τῆς ἑαυτοῦ συζύγου, ἔνθα τῶν πολλῶν ἱματίων καὶ ἀρωμάτων τὸ ταμεῖον ἦν, τῶν λίθων τῶν πολυτελέων τὰ δοχεῖα, μίαν πυρᾶς γενομένης, καὶ βαλανουταὶ καὶ κοπρῶναι καὶ δραπέται καὶ πάντες λοιπὸν ἔνδον, καὶ πάντα τὰ ἔνδον ὕδωρ καὶ πῦρ καὶ πηλὸς καὶ κόνις, καὶ ζύλα ἡμίκαυστα. Τί δὲ τὴν εἰκόνα ταύτην ἐπιπλέον ἐξέτεινα ; Οὐχ ἀπλῶς οἰκίας ἐμπρησμὸν ὑπογράφαι βουλόμενος· τί γάρ μοι τοῦτου μέλει ; ἀλλὰ παραστήσαι βουλόμενος τοῖς ὑμέτεροις ὀφθαλμοῖς, ὡς οἶόν τε, τὰ τῆς Ἐκκλησίας κακά. Καθάπερ γὰρ ἐμπρησμὸς δυνως, ἢ σκηπτὸς τῆς ἀνωθεν [78] φερόμενος, οὕτως εἰς αὐτὸν καταγέσθη τῆς Ἐκκλησίας τὸν βροφόν, καὶ οὐδένα διανέστησιν· ἀλλὰ τῆς οἰκίας τῆς πατρῴας καιομένης,

καθεύδομεν ὑπὸν τινὰ βαθὺν καὶ ἀναίσθητον. Τίνος γὰρ οὐχ ἤφατο τοῦτο τὸ πῦρ ; ποίων ἀγαμάτων τῶν ἐν Ἐκκλησίᾳ ἐστώτων ; Ἐκκλησία γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ διὰ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ὀικοδομημένη οἰκία. Ἡ δὲ οἰκία αὕτη οὐκ ἐστὶν ἰσότημος ἅπαντα, ἀλλὰ τῶν εἰς αὐτὴν συντελούντων λίθων οἱ μὲν εἰσι λαμπροὶ καὶ φαῖδροι, οἱ δὲ ἐκεῖνων μὲν ἐλάττου; καὶ ἀμαυρότεροι, πολλῶ δὲ ἄλλων βελτίους. Ἔστιν ἰδεῖν ἐνταῦθα πολλοὺς καὶ χρυσοῦ τάξιν ἐκείχοντας, χρυσοῦ τοῦ κοσμούντος· τὸν βροφόν· ἐστὶν ἰδεῖν καὶ τὸν ἀπὸ ἀγαμάτων κόσμον ἄλλους παρεχόμενος· πολλοὺς ἐστὶν ἰδεῖν ὡς στύλους ἐστώτας. Οἶδε γὰρ καὶ ἀνθρώπους στύλους καλεῖν, οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ κάλλει πολλὴν παρέχοντας κόσμον, κεφαλὰς ἔχοντας χειρυσωμένας. Ἔστι πλῆθος ἰδεῖν, ὡς ἐπὶ πολὺ τὸ διάστημα καὶ τὴν εὐρυχωρίαν τῶν περιδύλων εἶναι· τὸ γὰρ πολὺ πλῆθος τὴν τάξιν ἐπέχει τῶν λίθων τῶν τοὺς τοίχους οἰκοδομούντων.

γ. Μᾶλλον δὲ ἐπὶ λαμπροτέραν ἐλθεῖν εἰκόνα δεῖ. Αὐτὴ ἡ Ἐκκλησία οὐκ ἀπὸ τῶν λίθων τούτων ὀικοδομηται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου καὶ τῶν λίθων τῶν τιμίων, καὶ πολὺς πανταχοῦ δίσπαρται ὁ χρυσοῦς. Ἄλλ' ὡ τῶν πικρῶν θαυμάσιον! πάντα γὰρ ταῦτα κατέφλεξε τῆς κενοδοξίας ἡ τυραννὶς, ἢ πικρὸς αὐτὴ φλόξ, καὶ οὐδεὶς ἀνωτέρω τοῦ πράγματος γέγονεν· ἀλλ' ἐστήκαμεν τὴν μὲν φλόγα θαυμάζοντες, σβέσαι δὲ τὸ κακὸν οὐκέτι δυνάμενοι. Κἂν σβέσωμεν δὲ πρὸς βραχὺν καιρὸν, ἀλλὰ πάλιν μετὰ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας ὡς περ ἀπὸ τίνος σποδίας σπινθήρ ἐντυφόμενος ἀνέτρεψεν ἅπαντα, καὶ ὅσα τοῖς πρότερον οὐ κατεργάσατο. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα γίνεται· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς πυρκαϊᾶς τοῦτο συμβαίνειν ἔθος ἐστίν. Τὸ δὲ αἴτιον, τῶν στύλων αὐτῶν τῆς Ἐκκλησίας τὰ ἐρείσματα διέφυγεν ἡμᾶς, τοὺς τὸν βροφόν ἀνέχοντας, καὶ πρότερον πᾶσαν συγκρατοῦντας τὴν οἰκοδομίαν περιέβαλε τῷ πυρὶ. Διὰ τοῦτο καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς τοίχους εὐκολοὶ γέγονεν ἡ διαδρομή. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν οἰκοδομημάτων, ὅταν μὲν ζύλων ἐπιλάβηται, μᾶλλον ὀπλίζεται κατὰ τῶν λίθων· ὅταν δὲ τοὺς στύλους κατενέγκῃ καὶ βίβη χαμαί, οὐδὲν δεῖται λοιπὸν πρὸς τὸ τὰ λοιπὰ τῆ φλογὶ κατεργάσασθαι. Τῶν γὰρ ἐρείδωντων καὶ ὑποστηρίζοντων τὰ ἄνω καταπιπτόντων, αὐτόματα κακείνα μετὰ πολλῆς τῆς ἐτοιμότητος· τοῦτοις πέεται. Οὕτω δὴ καὶ νῦν γέγονεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας· πάντων τὸ πῦρ ἐπελάβετο· τιμὰς τὰς παρὰ ἀνθρώπων ζητοῦμεν, καὶ περὶ τὴν δόξαν ἐκκαίμεθα, καὶ οὐκ ἀκούομεν τοῦ Ἰωὴ λέγοντος· *Εἰ καὶ ἁμαρτῶν ἀκουσίως ἢ, διεύριπτήν ποιοχλίαν*; Εἶδες ψυχὴν ἐνάρετον; Οὐχ [79] ἡσχύνθη, φησὶν, ἐναντίον τοῦ πλῆθους παντὸς εἰπεῖν τὰ ἀκούσια ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ ἐκεῖνος οὐκ ἡσχύνετο, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς ἔχοιγν τοῦτο ποιεῖν. Λέγει γὰρ σὺ, φησὶ, *τὰς ἀνομίαις σου πρῶτος, ἴνα δικαιωθῆς*. Πολλὴ γέγονεν ἡ σφοδρότης τοῦτου τοῦ κακοῦ, πάντα ἀνατέτραπται καὶ ἠφάνισται. Τιμῆς δοῦλοι γεγόναμεν, αφαντες τὸν Θεόν· οὐκέτι τοῖς ἀρχομένοις ἐπιπλήξει δυνάμεθα, τῷ αὐτῷ καὶ αὐτοὶ κατεχόμενοι πυρετῷ· καὶ αὐτοὶ δὲ δεδόμεθα λατρείας, οἱ ταχύντες εἰς τὸ θεραπεύειν τοὺς ἄλλους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ποῖα λοιπὸν ἐλπίς σωτηρίας ὑπολείπεται, τῶν

<sup>a</sup> Dno mss., ψυχῶν οἰκοδομῶν. Ἡ δὲ εἰ.

<sup>b</sup> Mss. quidam, exousiōs habebant, et sic legerat Interpres Latinus, qui verterat voluntarie.

dentem ejus obstruxit linguam. Et rursus alibi scribit dicens, *Conteret Deus satanam sub pedibus vestris cito* (Rom. 16. 20). Num fecit aliquid naturæ diversitas?

2. Vides quod nihil facit id quod interest inter naturas, sed liberi arbitrii voluntas? Sunt igitur libero arbitrio peiores omnibus. Adversus angelum autem, inquit, non insurgo: nam inter me et illum multum interest. Atqui non debes magis adversus hominem insurgere quam adversus angelum. Nam angelus quidem a te distat natura, quod quidem neque laus illius fuerit nec vitium: homo autem distat ab homine, non utique natura, sed libero arbitrio et animi instituto: et est etiam in hominibus angelus. Quare si adversus angelos non insurgis, multo minus adversus homines, qui in hac natura facti sunt angeli. Nam si, qui in hominibus est virtute præditus, fuerit ut angelus, is est te multo major quam ille. Quamobrem? Quoniam quod ille habuit a natura, hoc ipse recte gessit ex libero arbitrio et animi instituto: et quod angelus loco quidem sit a te disjunctus, et cælum habitet; hic autem tecum versatur, et dat tibi occasionem amulationis. Atqui hic etiam est magis disjunctus quam ille. *Nostra enim, inquit, conversatio est in cælis* (Philipp. 3. 20). Quod autem hic sit magis disjunctus, audi ubinam sedeat ejus caput, nempe in throno regali: quo est autem a nobis thronus remotior, tanto est hic quoque. Sed viden, inquit, eum honore fruentem, et moveor æmulatione. Hoc est quod omnia rursus et deorsum agit, et non solum orbem terræ, sed etiam Ecclesiam innumerabilibus implet tumultibus: et sicut qui in tranquillum portum sævi et vehementes venti ex adverso irruerint, eum reddunt periculosiorem quam quævis rupes et quodvis fretum: ita si invaserit amor gloriæ, omnia evertit et confundit. Interfuistis sæpe magnorum domorum conflagrationi; vidistis quomodo in cælum ascendat fumus, et nemine accedente ad malum extinguendum, sed unoquoque quod suum est spectante, ignis quiete omnia depascitur: et sæpe quidem in orbem circumstisistit tota civitas, circumstisistunt multi malorum spectatores, non ad opem ferendam socii et adiutores: et licet videre omnes circumstantes nihil facere, sed unumquemque eorum manum extendere, et ei qui recens ad locum venerit ostendere aut per fenestram assidue exsilientem lampadem, aut trabes quæ dejiciuntur, aut integrum eorum quæ ædes fulciant et sustentant anibitum avulsam, et in terram raentem. Sunt autem etiam multi audaces et ad adeunda pericula præcipientes, qui audent prope ardentia ædificia accedere, non ut eis manum porrigant et malum extinguant, sed ut sit jucundius spectaculum, ex eo quod ipsi possint omnia prope conspici, quæ sæpe latent eos qui sunt foris. Quod si etiam fuerit splendida et magna domus, miserandum videtur esse spectaculum et dignum multis lacrymis. Et re vera licet videre spectaculum miserandum, columnarum capita in pulverem redacta, multas quoque ex eis perfractas, alias quidem, igne id efficiente, alias vero sæpe trulentibus manibus eorum qui ipsas ædi-

ficarunt, ne igni præberent plus alimenti. Licet autem etiam videro imagines quæ steterant cum magno ornamento tecti impositi, detectas tecto ablato, et stantes sub dio cum magna deformitate. Quis recensuerit divitiis quæ erant intus repositæ: vestes aureas, vasa argentea? Et quo unus ingrediebatur dominus cum sua conjuge, ubi multarum vestium, aromatum et pretiosarum gemmarum arcanum erat repositorium: omnia uno rogo accenso viderunt et balneatores et stercorarii et fugitivi, et omnes reliqui; et quæ erant intus, erant omnia aqua et ignis et lutum et pulvis et ligna semustulata. Cur autem hanc imaginem extendi fuisit? Non volens solum domus describere incendium; quid enim est hoc mihi curæ? sed volens oculis vestris subjicere, quoad ejus fieri potest, mala Ecclesiæ. Re vera enim tamquam incendium aut fulmen aliquod ab alto cadens, irruit in ipsum tectum Ecclesiæ, et neminem excitat; sed domo paterna ardente, profundum quemdam somnum et nihil sentientem dormimus. Quem enim non tetigit hic ignis? quas non imagines quæ stant in Ecclesia? Ecclesia enim nihil est aliud quam domus ædificata per nostras animas. Hæc autem domus non est tota par honore, sed ex lapidibus quidem, qui ad ejus exstructionem conferunt, alii sunt splendidi et nitidi, alii vero illis inferiores et obscuriores, sed multo meliores aliis. Est autem ex illis videre hic multos qui auri locum tenent, auri, inquam, quod ornat tectum: est etiam videre alios, qui ornamentum exhibent quod existit ex imaginibus: multos licet videre qui stant tamquam columnæ. Solent enim etiam homines appellari columnæ, quæ non solum virtute, sed etiam pulchritudine multum præbent ornamentis, et quæ aurata habent capita. Videre licet etiam multitudinem, tamquam late patens spatium et latitudinem ambituum occupantem: multitudo enim tenet locum lapidum qui ædificant parietes.

3. *Inanis gloria tyrannus.* — Ad splendidiorem imaginem jam veniendum est. Hæc Ecclesia est ædificata non ex his lapidibus, sed ex auro et argento et lapidibus pretiosis, et multum auri est ubique dispersum. Sed prohi dolor! hæc enim omnia exusit tyrannis inanis gloriæ, omnia exedens hæc flamma, et nemo eam rem superavit; sed stamus quidem flammam admirantes, malum autem nondum valentes extinguere. Quod si etiam ab breve tempus exstinxerimus, post duos aut tres dies, tamquam ex quodam cinere accenditur scintilla quæ evertit omnia, et ea facit quæ non prius. Sic etiam hic fit: nam in incendio quoque solet hoc accidere. Causa autem est, quia ipsarum Ecclesiæ columnarum sustentacula nos effugerunt, quæ tectum sustinebant, et prius continebant totum ædificium, et igne circumdederunt. Propterea ad cæteros quoque parietes facilis fuit excursio. Nam in ædificiis quando ligna quidem apprehenderit, magis armatur adversus lapides: quando autem columnas pessumdederit et humi dejecerit, non amplius opus habet flamma ut cætera conficiat. Nam cum ea decidunt quæ superiora sustentant et

fulciunt, illa quoque ea sequuntur cum magna facilitate. Ita etiam nunc usuvenit in Ecclesia : ignis omnia apprehendit ; honores quærimus ab hominibus, et amore gloriæ accendimur : nec audimus Jobum dicentem : *Si cum peccaverim involuntarie, aversatus sum multitudinem* (Job 31. 34). Vidisti animam virtute præditam ? Non me puduit, inquit, coram universa multitudine dicere voluntaria peccata. Si autem illum non puduit, multo magis nos oporteret hoc facere. Dic, inquit, *prior iniquitates tuas, ut justificeris* (Isai. 43. 26). Magna fuit hujus mali vehementia : omnia sunt eversa et deleta. Honoris servi facti sumus Deo dimisso : non amplius possumus increpare eos qui a nobis reguntur, cum ipsi quoque eadem febre teneamur : et ipsi egemus medicina, quos Deus posuit ut aliis mederemur. Quænam autem jam restat spes salutis, cum ii ipsi qui medentur aliorum manu indigent ? Hæc non abs re dixi, nec temere conqueror, sed ut omnes communiter cum uxoribus et filiis, cinere aspersi et sacco induti, jejunium intendamus, Deum rogemus ut manum nobis præbeat, et malum exstinguat. Illius enim manu re vera est opus, quæ est magna et admirabilis. Majora a nobis fieri oportet quam quæ fecerunt Ninivite : *Adhuc tres, inquit, dies, et Ninive evertetur* (Jon. 3. 4). Terribilis prædicatio et multis plena minis. Quomodo enim non fuisset horrendum, post tres dies expectare urbem sibiipsi fore sepulcrum, et perituros omnes uno genere supplicii ? Si enim quando contigerit, uno tempore, in una domo, duos filios perire, est malum intolerandum ; et si Jobo visum est hoc maxime omnium intolerabile, quod super omnes ejus filios tectum ceciderit, et sic sint interempti : quid-

nam fuisset, videre, non unam domum neque duos filios, sed gentem centum et viginti duorum millium sub tectis infossam ? Scitis quantum sit malum. Nam hæc quoque nobis nuper intentatæ sunt minæ, non propheta aliquo vocem emitente ; neque enim digni sumus qui talem vocem audiamus ; sed quavis tuba significantius minis nobis vociferantibus. Sed sicut dixi, *Adhuc sunt tres dies, et Ninive subvertetur*. Terribiles plane minæ. Sed nunc nihil est tale. Non enim adhuc tres dies, neque Ninive subvertetur, sed multi sunt dies ex quo orbis terrarum Ecclesia et est eversa et jacet humi, omnibus pariter malo detentis, magis autem iis, quorum est munus regere : unde etiam majus est malum, quo major est ejus necessitas. Nolite ergo mirari si suasi majora facere quam Ninivite hac de causa : imo vero non nunc solum prædico jejunium, sed hoc etiam iudico medicamentum, quod illam cadentem crexit civitatem. Quodnam autem est hoc ? *Vidit, inquit, Dominus, quod unusquisque recessit a viis suis malis, et eum penituit de malo quod dixit se facturum eis*. Hoc agamus et nos et vos : recedamus ab amore pecuniæ, ab amore gloriæ, rogantes Deum ut manum nobis porrigat, et membra quæ ceciderunt erigat. Neque enim sunt eadem nobis timenda. Nam tunc quidem casuri erant lapides et ligna, et corpora erant interimenda : nunc autem nihil horum, sed animæ sunt tradendæ igni gehenæ. Rogemus, præterea confiteamur, pro futuris postulemus, ut digni habeamur, qui ab hac crudeli et immani bestia liberati, gratias emittamus benigno Deo et Patri, cum quo Filio simul cum sancto Spiritu gloria, potentia et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XI.

CAP. 4. v. 4. *Unum corpus et unus spiritus, sicut et vocati estis in una spe vocationis vestræ : 5. unus Dominus, una fides, unum baptisma : 6. unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus. 7. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*

1. Caritatem quærit a nobis Paulus, non quamlibet, sed quæ nos conglutinet, et efficiat ut alter in alterum ita nos habeamus, ut divelli non possimus, et quæ tantam et tam exactam præbeat conjunctionem, quanta est in membrorum cum membris. Hæc enim est quæ magna operatur bona. Propterea dicit, *Unum corpus*, et propter consensum, et quod aliorum bonis non inhiemus, et quod simul lætemur. Et cum omnia simul per hoc ostendisset, pulchre dixit, *Et unus spiritus*, ostendens quod ab uno corpore erit unus spiritus : aut quod fieri possit ut sit quidem unum corpus, non unus autem spiritus : ut si quis sit amicus hæreticorum : aut ex illo pudorem incutit ut ad concordiam veniatur, nempe, qui unum accepistis spiritum, et ex uno fonte potati estis, non debetis dissentire : aut spiritum hic dicit alacritatem animi. Deinde subjungens, *Sicut et vocati estis, inquit, In*

*una spe vocationis vestræ*. Hoc est, Deus vos ad eadem vocavit, nihil alteri plus tribuit quam alteri : omnibus immortalitatem, omnibus vitam æternam, omnibus gloriam immortalem, omnibus fraternitatem, omnibus donavit hereditatem. Factus est commune omnium caput, omnes simul suscitavit et consedere fecit. Qui ergo in spiritualibus habetis tantam honoris æqualitatem, undenam extollimini et superbitis ? quod hic sit dives, quod iste fortis ? et quomodo non sint hæc ridicula ? Nam dic mihi, si rex aut imperator decem homines acceperit, et omnes purpura induerit, et in throno regali sedere fecerit, et eundem omnibus honorem dederit, aususne fuerit quispiam exprobrare alteri, ut qui sit ditior, aut ut qui sit illustrior ? Minime. Neque adhuc totum dixi : non tantum enim est discrimen. Num ergo in cælis æquales sumus, et infra differimus ? *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*. Ecce spes vocationis. *Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus*. Num tibi quidem major, illi vero minor est invocatus ? num tu quidem ex fide, illo vero ex operibus factus est salvus ? num tibi quidem remissum est peccatum per baptismum, illi vero ni-

ιατρουόντων και αὐτῶν τῆς ἐτέρων δεομένων χειρῶς; Ταῦτα οὐχ ἀπλῶς εἶπον, οὐδὲ μάτην ὀδύρομαι, ἀλλ' ἵνα κοινή πάντες μετὰ γυναικῶν και παιδῶν σποδὸν καταπασάμενοι, και σάκκον περιζωτάμενοι, νηστείαν ἐπιτείνωμεν, τὸν Θεὸν παρακαλέσωμεν αὐτὸν ἡμῖν χεῖρα ὀρέξαι, και σέβσαι τὸ δεινόν. Τῆς γὰρ ἐκείνου χειρῶς ὄντως χρεία, τῆς μεγάλης, τῆς θαυμαστῆς. Μείζονα τῶν Νινευιτῶν γενέσθαι δεῖ παρ' ἡμῶν. Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, φησί, και Νινευὶ καταστραφήσεται. Φοβερὸν τὸ κήρυγμα, και πολλῆς γέμον τῆς ἀπειλῆς· πῶς γὰρ οὐ; μετὰ τρεῖς ἡμέρας προσδοκᾶν τὴν πόλιν αὐτοῖς ἔσεσθαι τάφον, και μιᾷ τιμωρίας ἰδέξ πάντας ἀπολέσθαι. Εἰ γὰρ ὅταν συμβῆ κατὰ τὸν καιρὸν ἐν οἰκίᾳ μιᾷ δύο παιδας ἀπολέσθαι, ἀφόρητον γίνεται τὸ δεινόν, και εἰ τῷ Ἰωβ τοῦτο μάλιστα πάντων ἔδοξεν εἶναι ἀφόρητον, ὅτι πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς παισὶν ἔπεσεν ἂ ὁ βροφος, και εὕτως ἀνηρέθησαν· τί ἦν, ἰδεῖν οὐ μίαν οἰκίαν, οὐδὲ δύο παῖδας, ἀλλ' ἔθνος δώδεκα μυριάδων ὑπὸ τῶν ὀρόφων καταχωννύμενον; Ἵστε ἠλίκον τὸ δεινόν. Και γὰρ και ἡμῖν πρώην αὐτῆ γέγονεν ἡ ἀπειλή, οὐ προφητου τινὸς φωνῆν ἀφιέντος (οὐ γὰρ ἄξιον ἡμεῖς τοιαύτης ἀκοῦσαι φωνῆς), ἀλλὰ πάσης σάλπιγγος εὐσημότερον τῆς ἀνωθεν ἀπειλῆς ἀνακραγούσης. Ἄλλ', ὅπερ ἔφη, Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, φησί, και Νινευὶ καταστραφήσεται. Φοβερά ὄντως ἡ ἀπειλή. Ἄλλ' οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστι νῦν. Οὐ γὰρ ἐτι τρεῖς ἡμέραι,

• Rectius sumptum fuisset ἐπέπεσον.

οὐδὲ Νινευὶ καταστραφήσεται, ἀλλὰ πολλὰ ἡμέραι ἐξ οὗ τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία κατέστραπται, και εἰς ἔδαφος κείται, πάντων ἐξ ἴσης τῶ κακῶ κατεχομένων, μᾶλλον δὲ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων τοῖς αὐτοῖς ὑπευθύνων· ἔθεν και τὸ κακὸν χεῖρον, ὅση και πλείων αὐτοῖς ἡ ἀνάγκη. Μὴ τοῖνον θαυμάσητε διὰ τί μείζονα παρήγεσα ποιεῖν τῶν Νινευιτῶν· μᾶλλον δὲ οὐ νηστείαν κηρύττω νῦν μόνον, ἀλλὰ τὸ φάρμακον ἐκεῖνο ὑποδείκνυμι, ἔ και τὴν πόλιν ἐκείνην πίπτουσαν ἀνέστησε. Ποῖον δὴ τοῦτο; Εἶδε Κύριος, φησὶν, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτοῦ τῶν ποτηρῶν, και μετενόησεν ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ἣ ἐλάλησε ποιῆσαι αὐτοῖς. Τοῦτο πράττωμεν και ἡμεῖς και ὑμεῖς· ἀποστῶμεν τοῦ τῶν χρημάτων ἔρωτος, τοῦ τῆς δόξης, παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν χεῖρα ὀρέξαι, και διαναστήσαι τὰ πεπτωκότα μέλη. Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ὁ φόβος. Τότε μὲν γὰρ λίθοι και ξύλα καταπίπτειν ἔμελλον, και σώματα [80] ἀναιρεῖσθαι· νῦν δὲ τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ ψυχὰι τῶ τῆς γέννης μέλλουσι παραδίδοσθαι πυρὶ. Παρακαλέσωμεν, ἐξομολογησώμεθα, ὑπὲρ τῶν προτέρων αὐτῶ χάριν ὁμολογήσωμεν, ὑπὲρ τῶν μελλόντων αὐτῶμεν ἵνα καταξιωθῶμεν, τοῦ θηρίου τούτου τοῦ χαλεποῦ και δεινοτάτου ἀπαλλαγέντες, χάριν ἀναπέμψαι τῶ φιλανθρώπῳ Θεῶ και Πατρὶ, μεθ' οὗ τῶ Ἰῶ ἅμα τῶ ἀγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν και ἀεὶ, και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΑ'.

Ἐν σώμα και ἐν πνεῦμα, καθὼς και ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν· εἰς Κύριος, μιᾷ πίστι, ἐν βάπτισμα· εἰς Θεὸς Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, και διὰ πάντων, και ἐν πᾶσιν. Ἐνὶ δὲ ἐκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ.

α'. Ἀγάπην ζητεῖ παρ' ἡμῶν ὁ Παῦλος οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν συγκολλῶσαν ἡμᾶς και ἀδιασπᾶστος ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ποιούσαν, και τσαούτην ἔνωσιν και οὕτως ἀκριβῆ παρεχομένην, ὡσανεὶ μέλη πρὸς μέλη. Αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ τὰ μεγάλα ἐργαζομένη καλά. Διὰ τοῦτο φησὶν· Ἐν σώμα, και τῆ συμπαιεῖ, και τῶ μὴ βάλλεσθαι τοῖς ἐτέρων ἀγαθοῖς α, και τῶ συγχαίρειν. Και πάντα ὁμοῦ διὰ τούτου δεῖξας, Και ἐν πνεῦμα, καλῶς εἶπε, δεικνύς ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐνὸς σώματος ἐν πνεῦμα ἔσται, ἣ ὅτι ἔστι μὲν σώμα εἶναι ἐν, οὐχ ἐν δὲ πνεῦμα· ὡς ἂν εἰ τις και αἰρετικῶν φίλος εἴη· ἣ ἀπὸ τούτου πρὸς ὁμόνοιαν δυσωπεῖ, τοιοῦτο τι λέγων· Οἱ ἐν πνεῦμα λαβόντες, και ἐκ μιᾶς ποτισθέντες πηγῆς, οὐκ ὀφείλετε διχονοεῖν· ἣ πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν προθυμίαν φησὶν. Εἴτα ἐπάγων, Καθὼς ἐκλήθητε, φησὶν, Ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. Τουτέστιν, Ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐκάλεσεν· οὐδὲν ἐτέρῳ πλέον ἀπένειμε τοῦ ἐτέρου· πᾶσιν ἀθανάσιαν, πᾶσι ζῶην αἰώνιον, πᾶσι δόξαν ἀθάνατον, πᾶσιν ἀδελφότητα, πᾶσι κληρονο-

• Unus codex et marg. Savil., και τῶ συμπαιεῖν, και τῶ μὴ δάκνυσθαι τοῖς ἐτέρων ἀγαθοῖς, quae lectio non spernenda.

μίαν ἐχαρίσατο. Κοινή πάντων ἐγένετο κεφαλὴ, πάντας συνήγειρε και συνεκάθισεν. Οἱ τοῖνον ἐν τοῖς πνευματικοῖς; τσαούτην ἔχοντες ἰσοτιμίαν, πόθεν μέγα φρονεῖτε; ὅτι ὁ δεῖνα πλούσιος, και ὁ δεῖνα ἰσχυρός; και πῶς οὐκ ἂν εἴη τοῦτο γέλως; Εἶπε γὰρ μοι, εἰ ὁ βασιλεὺς ποτε λαβὼν δνόματα δέκα, πάντας ἀλουργίδα ἐνέδουσε, και ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκάθισε τοῦ βασιλικοῦ, και πᾶσιν ἔδωκε τὴν αὐτὴν τιμὴν, ἄρα ἂν τούτων ἐτόλμασε τις ὀνειδίσαι τὸν ἕτερον, ὡς πλουσιώτερος ὢν, ἣ ὡς λαμπρότερος; Οὐδαμῶς. [81] Και οὕτω τὸ πᾶν εἴρηκα· οὐ γὰρ τσοοῦτον τὸ μέσον. Ἐν οὖν τοῖς οὐρανοῖς Ἴσοι, και κάτω διεστήκαμεν; Εἰς Κύριος, μιᾷ πίστι, ἐν βάπτισμα. Ἰδοὺ ἡ ἐλπίς τῆς κλήσεως. Εἰς Θεὸς και Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, και διὰ πάντων, και ἐν πᾶσιν αὐτός. Μὴ γὰρ σοὶ μὲν ὁ μείζων, ἐκεῖν δὲ ὁ ἐλάττων ἐπεκλήθη; μὴ γὰρ σοὶ μὲν ἀπὸ πίστεως, ἐκεῖνος δὲ ἀπὸ ἔργων ἐσώθη; μὴ γὰρ σοὶ μὲν ἀφείθη διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐκεῖν δὲ οὐ; Ἄπαγε· Εἰς Θεὸς και Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, και διὰ πάντων, και ἐν πᾶσιν ὑμῖν.— Ὁ ἐπὶ πάντων, τουτέστιν, ὁ ἐπάνω πάντων· Και διὰ πάντων, τουτέστι, προνομῶν, διοικῶν· Και ἐν πᾶσιν ὑμῖν, τουτέστιν, ὁ ἐν πᾶσιν οἰκῶν. Καίτοι τοῦ Ἰοῦ, τοῦτο εἶναι φησὶν· ὥστε εἰ ἐλαττώσεως ἦν, οὐκ ἂν περὶ τοῦ Πατρὸς ἐρρήθη. Ἐνὶ δὲ ἐκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις. Τί οὖν, φησὶ, και πόθεν τὰ χαρίσματα διάφορα; Τοῦτο γὰρ ἀεὶ και αὐτοῖς και Κορινθίους και πολλοὺς ἐτέρους, τοὺς μὲν εἰς ἀπόνοιαν, τοὺς

δὲ εἰς ἀθυμίαν καὶ φθόνον ἀνήγς. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ τὸ τοῦ σώματος ὑπόδειγμα παραλαμβάνει· διὰ τοῦτο καὶ νῦν τοῦτο θέθεικεν, ἐπειδὴ ἐμελλε διαφόρων χαρισμάτων μνημονεύειν. Ἀκριβέστερον μὲν οὖν αὐτὸ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους· Ἐπιστολῇ ἐπεξέρχεται, ἐπειδὴ καὶ ἐκεῖ μάλιστα τὸ νόημα τοῦτο ἐτυράννει· νῦν δὲ ἐνταῦθα μόνον ἠνέθητο· καὶ ὄρα τί φησιν. Οὐκ εἶπε, Κατὰ τὴν ἐκάστου πίστιν, ἵνα μὴ εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλῃ ἐκείνους, τοὺς μεγάλων μὴ τετυχηκότας· ἀλλὰ τί; Κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. Τὰ πάντων κεφαλαιωδέστερα, φησί, κοινὰ πάντων ἐστὶ, τὸ βῆπτισμα, τὸ διὰ πίστεως σωθῆναι, τὸ τὸν Θεὸν ἔχειν Πατέρα, τὸ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἄπαντας μετέχειν. Εἰ δέ τι πλέον ὁ δεῖνα ἔχει ἐν τῷ χαρίσματι, μὴ ἄλλοι, ἐπεὶ καὶ ὁ πόνος αὐτῷ πλείων ἐστὶ· καὶ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβίων, πέντε ἀπηρτεῖτο· ὁ δὲ τὰ δύο, δύο μόνον προσήνεγκε, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔσχεν ἐκείνου. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας παραμυθεῖται τὸν ἀκούοντα. Πρὸς καταρτισμὸν τῶν ἀγίων, φησιν, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· Οὐαὶ μοι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Οἷον, ἀποστολῆς ἑλαβῆ τις χάρισμα. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο αὐτῷ οὐαὶ, ἐπειδὴ ἔλαβε· οὐ δὲ τοῦ κινδύνου ἀπήλλαξαι. Κατὰ τὸ μέτρον. Τί ἐστὶ, Κατὰ τὸ μέτρον; Τουτέστιν, οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀξίαν· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἔλαβεν οὐδεὶς ἄ ἔλαβεν· ἀλλὰ πάντες ἀπὸ τῆς δωρεᾶς ἐλάβομεν.

β'. Καὶ διὰ τί ὁ μὲν πλείον, ὁ δὲ ἔλαττον; Οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ, φησιν, ἀλλ' ἀδιάφορον τὸ πρᾶγμα ἐστίν· ἕκαστος γὰρ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν συντελεῖ. Καὶ διὰ τοῦτο δέικνυσιν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς οικείας ἀξίας ὁ μὲν πλείον, ὁ δὲ ἔλαττον ἔλαβεν, ἀλλὰ δι' ἑτέρους, ὡς [82] αὐτὸς ἐμέτρησεν· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· Τὰ δὲ μέλη ἔθετο ἐν ἕκαστον αὐτῶν, καθὼς αὐτὸς ἠθέλησε. Καὶ οὐ λέγει τὸν λόγον, ἵνα μὴ καταβάλῃ τὰ φρονήματα τῶν ἀκούοντων. Διὸ λέγει· Ἀναβῆς εἰς ὕψος ἡγχαλωθέντων αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Ὁσεὶ ἔλεγεν· Τί μέγα φρονεῖς; τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν γέγενεν. Ὁ μὲν Προφήτης φησιν ἐν τῷ ψαλμῷ· Ἐλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις· αὐτὸς δὲ φησιν· Ἐδωκε δόματα ἐν ἀνθρώποις. Τοῦτο ταυτὸν ἐστὶν ἐκεῖνω. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ, Τὸ δὲ ἀνέθη τί ἐστίν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέθη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Ὁ καταβάς, αὐτὸς ἐστὶ καὶ ὁ ἀναβάς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Ταῦτα ἀκούων, μὴ μετάβασιν νόμιζε. Ὅπερ γὰρ ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους Ἐπιστολῇ κατασκευάζει, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα. Καθάπερ ἐκεῖ περὶ ταπεινοφροσύνης παραινῶν παράγει τὸν Χριστὸν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, λέγων· Εἰς τὰ κατώτερα μέρη κατέθη τῆς γῆς. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, περιττὸς οὗτος ὁ λόγος; ὄνπερ λέγει· Ὑψίστος γρησόμενος μέχρι θανάτου. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀναβῆναι τὴν κατάβασιν αἰνίττεται. Τὰ δὲ κάτω μέρη τῆς γῆς, τὸν θάνατόν φησιν, ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ὑπονομίας, καθάπερ καὶ ὁ Ἰακώβ ἔλεγε· Κατάξτε τὸ γῆρας μου μετ' οὐδύνης εἰς ἄβου· καὶ πάλιν ἐν τῷ ψαλμῷ, Ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον· τουτέστι,

et obscæna loqueris? Ne mihi enim dixeris feminas deploratas: est quidem genus mulierum sui ornandi studiosum, et hoc est ejus delictum. Sed in hoc quoque vos viri vincitis, qui illis æque delectamini atque ornatu proprio. Non enim existimo mulierem ita suis aureis ornari ornamentis, ut maritum uxoris: non ita sibi placet ob zonam auream, quam quod uxor aurum gestet. Quare in vos quoque causa est conferenda, qui scintillam excitatis et flammam accenditis. Alioqui autem non est tantum peccatum mulieris, quantum est in viro. Tu es constitutus ut illam componas: ubique vis habere primas partes: ergo in hoc quoque ostende ex rebus tuis, quod illius supervacanei sumptus nulla tibi sit ratio. Est magis aptum et conveniens mulieri ut ornetur, quam viro. Quando ergo tu non effugis, quomodo illa effugiet? Habent illæ etiam quamdam inanem gloriam; sed hoc quoque est viris commune: sunt iracundæ; et hoc est commune. In quibus autem superant, ea non sunt amplius communia, gravitatem dico et honestatem, fervorem, pietatem, erga Christum dilectionem. Cur ergo, inquires, eis interdixit sede doctoris? Est hoc quoque signum, quod multum interest inter eas et viros, et quod magnæ fuerint quæ tunc erant. Paulo enim, dic, quæso, docente et Petro illis sanctis, mulieremne ad eam rem prosilire oporteret? Nunc autem eo venimus nequitia et improbitatis, et etiam merito quærat cur non docent mulieres: usque adeo advenimus ad earum imbecillitatem. Hæc dixi, non quod velim eas extollere, sed nobis ipsis pudorem incutere, erudireque et monere, ut imperium et principatum qui nobis convenit suscipiamus, non ut simus majores, sed ut provideamus et curam geramus et ex virtute vitam instituamus. Tunc enim in eo statu in quo convenit erit corpus, quando optimum principem qui ei imperet fuerit assequutum. Faxit autem Deus ut et feminæ et viri ad Dei placitum omnes vivant, ut digni omnes habeamur in illo die terribili qui fruamur benignitate Domini, et bona promissa consequamur, in Christo Jesu Domino nostro.

#### HOMILIA XIV.

CAP. 4. v. 25. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra.* 26. *Irascimini et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram: 27. nolite locum dare diabolo.*

1. Cum de veteri homine universe dixisset et in genere, jam eum describit etiam sigillatim. Hæc enim doctrina est facilior ad discendum, quando etiam discimus singulatim. Quid autem dicit? *Propter quod deponentes mendacium.* Quod mendacium? num dicit idola? Non de iis dicit: nam hæc quidem sunt mendacium; sed de illis non nunc agitur; nihil enim his commune cum illis: sed de mendacio quod profert alter cum altero, quod est dolosum et fraudulentum. *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.* Deinde

quod etiam pudorem magis incutit: *Quoniam sumus invicem membra, nemo decipiat proximum.* Quod quidem dicit psalmographus id sursum et deorsum agitans, *Labia dolosa in corde, et in corde loquutus est mala* (Psal. 11. 13). Nihil est enim, nihil est quod æque pariat inimicitias, atque decipere et fallere. Vide quomodo eis ubique pudorem incutiat per corpus. Ne fallat, inquit, oculis pedem, neque pes oculum. Ut puta, si sit fossa profunda, et super terram positus arundinibus et terra opertis, in superficie præbeant oculis opinionem terræ solidæ; annon utetur pede, ut sciat num sit inferius vacuum, an remittatur et resistat? num non fallat pes, sed quod est renuntiet? Quid vero, si serpentem viderit oculus, aut feram, num fallit pedem? non statim renuntiat? ille autem cum



τοῖς χρήμασιν, ὡς ταῖς φροντίαις πλουτεῖς· οὐχ οὕτως εὐπορεῖς ἐν τοῖς κτήμασιν, ὡς ταῖς ἀγωνίαις καὶ τοῖς κινδύνοις. *Οἰτινες βούλονται πλουτεῖν*, φησὶ, *πειραγμοὺς καὶ ἐπιθυμίας βλαβερὰς ἑαυτοῖς ἐπεισείρουσι*. Ταῦτα ὑπομένουσιν οἱ πολλὰ κεκτηθεὶς βουλομένοι. Οὐ λέγω Διακόνουσαν τῷ καμνόντι· ἄν τῷ παιδὲ κέλυσον τοῦτο ποιεῖν. Ὑρᾶς πῶς φορτικὸν οὐκ ἔστι; πῶς γάρ, ἐνθα κόραι ἀπαλαὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματε; ἡμᾶς παρελαύνουσιν; Αἰσχυρῶμεν, παρακαλῶ, ὅτι ἐν μὲν τοῖς κοσμικοῖς οὐδαμοῦ παραχωροῦμεν αὐταῖς, οὐκ ἐν πολέμοις, οὐκ ἐν ἀθλοῖς· ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς ἀγῶσι πλέον ἡμῶν φέρονται, καὶ πρώται τὸ βραβεῖον ἀρπάζουσι, καὶ ὑψηλότερα πέτανται, καθάπερ ἀετοὶ τινες· ἡμεῖς δὲ, καθάπερ κολοιοί, κάτω περὶ τὴν κνίσσαν καὶ τὸν καπνὸν ἀεὶ στρεφόμεθα. Κολοιῶν γάρ δυτικῶς, τραπεζοποιοὺς καὶ μαγειροὺς ἐπινοεῖν, καὶ κυνῶν λίγων. Ἄκουσον τῶν παλαιῶν γυναικῶν· μεγάλαί γάρ ἐγένοντο, μεγάλαί γυναῖκες καὶ θαυμασταί, οἶον, ἡ Σάρρα, ἡ Ρεβέκκα, ἡ Ραχὴλ, ἡ Δεβώρα, ἡ Ἄννα· καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἤε ἦσαν τοιαῦται, ἀλλ' οὐδαμοῦ ἄνδρας παρήλασαν, ἀλλὰ τὴν ὑστέραν τάξιν ἐπεῖχον. Νῦν δὲ τούναντίον, γυναῖκες ἡμᾶς παρελαύνουσι καὶ ἀποκρύπτουσι. Ποῖο; ὁ γέλωδ; τίς ἢ αἰσχύνη; Ἡμεῖς τῆς κεφαλῆς τὴν τάξιν ἐπέχομεν, καὶ ὑπὸ τοῦ σώματος νικώμεθα; Ἄρχειν αὐτῶν ἐτάχθημεν, οὐχ ἵνα μόνον ἄρχωμεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν βρετῇ ἄρχωμεν. Ὁ γὰρ ἄρχων, τούτῳ μάλιστα ἄρχειν ὀφείλει, τῷ τῇ ἀρετῇ νικᾶν· εἰ δὲ νικᾶται, οὐκέτι ἄρχων ἐστίν.

Εἶδετε πόση τῆς τοῦ Χριστοῦ [102] παρουσίας ἡ δύναμις; πῶς ἔλυσε τὴν κατάραν; Καὶ γὰρ πλείους αἱ παρθένοι παρὰ γυναῖξί, πλείων ἢ σωφροσύνη παρ' ἐκείναις, αἱ χρεῖται πλείους· οὐδὲν ἂν αἰσχρὸν ταχέως γυνὴ πρόοιτο βῆμα. Τίνος οὖν ἔνεκεν, εἰπέ μοι, αἰσχρολογεῖς σύ; Μὴ γάρ μοι τὰς ἀπεγνωσμένας εἴπησ, φιλόκοσμόν πως τὸ γένος ἐστὶ, καὶ τοῦτο ἔχει τὸ ἐλάττωμα. Ἄλλὰ κἀν τούτῳ νικᾶτε

ὑμεῖς οἱ ἄνδρες, οἱ καὶ ἐπ' ἐκείναις, ὡς ἐπ' οἰκίῳ κόσμῳ, ἐναθρονοῦμενοι. Οὐ γὰρ οὕτως οἶμαι τὰς ἑαυτῆς χρυσοῖς τὴν γυναῖκα καλλωπίζεσθαι, ὡς τὸν ἄνδρα τοῖς τῆς γυναικὸς· οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ ζώνῃ φρονεῖ τῇ χρυσῇ, ὡς ἐπὶ τῷ τῆν γυναῖκα χρυσοφορεῖ. Ὡστε καὶ τούτου ὑμεῖς αἵτιοι οἱ τὸν σπινθῆρα ἐκκαίοντες, καὶ τὴν φλόγα ἀνάπτοντες. Ἄλλως δὲ, οὐ τοσοῦτον ἀμαρτημὰ ἐστὶν ἐπὶ γυναικὸς, ὅσον ἐπὶ ἀνδρός. Σὺ ἐτάχθης ἐκείνην βυθμίζειν· πανταχοῦ τῶν πρωτεῶν ἀξιοῖς τυγχάνειν· οὐκοῦν καὶ ἐν τούτῳ δεῖξον, ὅτι σοι τῆς πολυτελείας οὐδεὶς λόγος ἐκείνης, ἀπὸ τῶν σαυτοῦ. Ἰναίχι μᾶλλον ἐπιτῆθειον τὸ κοσμεῖσθαι, ἢ ἀνδρὶ. Ὑσταν οὖν σὺ αὐτὸς μὴ διαφεύγῃς, πῶς ἐκείνη διαφεύζεται; Ἐχουσιν ἐκείναι τι κενόδοξον, ἀλλὰ τοῦτο κοινὸν καὶ ἀνδρῶν· ὀργίλαι πῶς εἰσι, καὶ τοῦτο κοινόν. Ἐν οἷς δὲ πίονεκετούσιν, οὐκέτι κοινὰ τὴν σεμνότητα λέγω, τὴν θερμότητα, τὴν εὐλάβειαν, τὴν περὶ τὸν Χριστὸν ἀγάπην. Διὰ τί οὖν ἀπεῖρξεν αὐτὰς τοῦ ὁρόνου τοῦ διδασκαλικοῦ, φησὶ; Καὶ τοῦτο σημεῖον τοῦ πολὺ τὸ μέσον εἶναι τῶν ἀνδρῶν, καὶ μεγάλας εἶναι τὰς τότε. Παύλου γὰρ διδάσκοντος, εἶπέ μοι, καὶ Πέτρου καὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων, γυναῖκα τῷ πράγματι· ἐπιτῆδᾶν ἐγρήν; Νυνὶ δὲ εἰ; τοῦτο κακίης βλάσασμα, ὡς καὶ ζῆτῆματος ἀξίον εἶναι, διὰ τί γυναικὸς οὐ διδάσκουσιν· οὕτως εἰ; τὴν αὐτὴν αὐταῖς ἀσθένειαν ἤλθομεν. Ταῦτα οὐκ ἐκείνας ἐπᾶραι βουλόμενος εἶπον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐντρέψαι· καὶ παιδεῦσαι καὶ νοουθετῆσαι, ὥστε τὴν προσήκουσαν ἡμῶν ἀρχὴν ἀναλαβεῖν, μὴ κατὰ τὸ μείζον, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν προστασίαν καὶ τὴν ἀρετὴν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ σῶμα ἐν τάξει ἔσται τῇ προσκοσμήσῃ, ὅταν ἀρίστου τοῦ ἄρχοντος ἐπιτύχῃ. Γένοιτο δὲ καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς ἄνδρας κατὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἅπαντας βιούν, ἵνα καταξιοθῶμεν ἅπαντες ἐν ἐκείνῃ τῇ φθερεῇ ἡμέρα τῆς φιλανθρωπίας; ἀπολαῦσαι τοῦ Δεσπότης, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

### [103] ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

*Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τῷ πλησίον αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη. Ὑργίστεθε, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέντω ἐπὶ τῷ παρορητισμῷ ὑμῶν· μὴ διδοτε τόπον τῷ διαδόλω.*

α'. Εἰπὼν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον καθολικῶς, λοιπὸν αὐτὸν καὶ ὑπογράφει κατὰ μέρος. Αὕτη γὰρ εὐμαθεστέρα ἢ διδασκαλία, ὅταν καὶ κατὰ μέρος μανθάνωμεν. Καὶ τί φησι; *Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος*. Ποῖον ψεῦδος; Τὰ εἰδῶλα ἄρα φησιν; Οὐδαμῶς· ψεῦδος μὲν γὰρ καὶ ταῦτα· ἀλλὰ νῦν οὐ περὶ τούτων οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς κοινὸν πρὸς αὐτὰ· ἀλλὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους φησὶ, τούτεστι, τὸ δολερὸν καὶ ὑπουλον. *Λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τῷ πλησίον αὐτοῦ*. Εἶτα καὶ τὸ ἐντρεπτικώτερον, *Ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη*, μηδεὶς ἀπατάτω τὸν πλησίον ὃ φησὶν ὁ Ψαλμῶδὸς ἄνω καὶ κάτω· *Κελλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησεν κακά*. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὕτως ἔχθραν ποιοῦν, ὡς τὸ ἀπατᾶν καὶ παραλογίζεσθαι. Ὅρα πῶς πανταχοῦ αὐτοὺς δυσωπεῖ διὰ τοῦ σώματος. Μὴ ψευδέσθω, φησὶν, ὁ ὀφθαλμὸς τὸν πῶδα, μηδὲ ὁ πούς τὸν ὀφθαλ-

μῶν. Οἶον, ἐὰν βλάθῃ ὄρυγμα ἢ, εἶτα ἀνωθεν ἐπὶ τῆς γῆς καλῶμα διακειμένου, καὶ ὑπὸ τῆς γῆς κεκαλυμμένου, ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ στερεὰς γῆς παρέχῃ δόξαν τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐχὶ τῷ ποδὶ χρήσεται, καὶ εἴσεται πότερον εἰκῆ καὶ διάκενόν ἐστι κάτω, ἢ ἀντερεῖδει καὶ ἀντιτυπεῖ; μὴ ψεύδεται ὁ πούς, ἀλλ' οὐχ ὅπερ ἐστὶν ἀπαγγέλλει; Τί δέ; εἰ ὄφιν ἴδοι ὁ ὀφθαλμὸς, ἢ θηρίον, μὴ ψεύδεται τὸν πῶδα; οὐκ εὐθέως ἀπαγγέλλει, κἀκεῖνος παρ' αὐτοῦ μαθὼν, οὐκέτι ἐπέρχεται. Τί δέ; ὅταν μῆτε ὁ ὀφθαλμὸς, μῆτε ὁ πούς εὖρη διαγνώσῃ, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῆς ὀσφρησεως ἢ, οἷον πότερον δηλητηρίον φάρμακον, ἢ οὐ, μὴ ψεύδεται ἢ ὀσφρησὶς τὸ στόμα; Οὐδαμῶς. Διὰ τί; Καὶ γὰρ καὶ ἑαυτὴν προσπαθούσιν· ἀλλ' ὅπερ αὐτῇ παρίσταται, λέγει. Τί δέ; ἢ γλώσσα μὴ ψεύδεται τὸν στόμαχον; οὐκ ἐνθα μὲν πικρὸν ἢ, τοῦτο βίπτει, ἂν δὲ γλυκὸν, παραπέμπτει; Ὅρα διακονίαν καὶ δουλείαν ἀντίδοσιν· ὅρα πρόνοιαν ἐξ ἀληθείας γεγεννημένην, καὶ ἐκθύμους, ὡς ἂν τις εἴποι. Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς μὴ ψευδῶμεθα, εἰ ἀλλήλων μέλη ἐσμὲν. Τοῦτο φιλίας τεκμήριον, τὸ δὲ ἐναντίον ἔχθρας. Τί οὖν, ἂν

ἐπιβουλεύῃ, φησί; Τὸ ἀληθὲς μάθε· ἂν γὰρ ἐπιβουλεύῃ, οὐκ ἔστι μέλος. Εἶπε δὲ, Μὴ ψεύδεσθε πρὸς τὰ [104] μέλη. Ὁργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Ὅρα σύνεσιν· καὶ λέγει ὅπως μὴ ἁμαρτήσωμεν, καὶ παρακούσαντας πάλιν οὐκ ἐγκαταλιμπάνει· οὐ γὰρ ἀφίησιν αὐτοῦ τὰ σπλάγγνα τὰ πνευματικά. Καθάπερ γὰρ ὁ ἱατρὸς διαγορεύει μὲν τὰ πρακτέα τῷ κάμνοντι, καὶ μὴ ἀνασχομένου δὲ ὁμοῦ οὐ καταφρονεῖ, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς πειθοῦς εἰσάγων συμβουλήν, θεραπεύει πάλιν, οὕτω καὶ ὁ Παῦλος. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο ποιῶν, τὴν δόξαν μόνον ζητεῖ, καὶ ὅτι κατεφρονήθη δάκνεται· ὁ δὲ πανταχοῦ τὴν ὑγίαν τοῦ κάμνοντος ἐπιζητῶν, πρὸς ἔν τοῦτο μόνον ὁρᾷ, ὅπως ἀναστήσῃ τὸν κείμενον. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ποιεῖ. Εἶπε, Μὴ ψεύδεσθε· εἰ δὲ ποτε γένοιτο ἀπὸ ψεύδους ὀργή, καὶ τοῦτο θεραπεύει πάλιν. Τί γὰρ φησιν; Ὁργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ ὀργίζεσθαι· εἰ δέ τις ἐμπέσῃ ποτὲ εἰς τὸ πάθος, ἀλλὰ μὴ εἰς τοσοῦτον. Ὁ ἥλιος γὰρ, φησί, μὴ ἐπιδυθεὶς ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὁμῶν. Βούλει τῆς ὀργῆς ἐμπλησθῆναι; ἀρκεῖ σοι μία ὥρα καὶ δευτέρα καὶ τρίτη· μὴ καταλιπὼν ἔχθρῶς; ὁμᾶς; ὁ ἥλιος ἀπέλθοι. Ἀπὸ ἀγαθότητος ἀνέτειλε, μὴ ἀπερχέσθω εἰς ἀναξίους; λάμψας. Εἰ γὰρ ὁ Δεσπότης αὐτὸν ἀπὸ πολλῆς ἀγαθότητος ἐπεμψε, καὶ αὐτὸς μὲν ἀφῆκε σοὶ τὰ ἁμαρτήματα, σὺ δὲ τῷ πλῆθει οὐκ ἀφίης, ὅρα πόσον τὸ κακόν. Καὶ ἄλλο δὲ μετὰ τούτου· δέδοικε τὴν νύκτα ὁ μακάριος Παῦλος, μὴ λαβοῦσα ἐπ' ἐρημίας τὸν ἡδικομένον ἔτι φλεγμαίνοντα, ἀνακαύσῃ τὸ πῦρ. Ἔως μὲν γὰρ ἂν πολλὰ ἐκκρούῃ, τῆς ἡμέρας οὐσης, ἐξεστί σοι ἐμπορεύεσθαι· ὅταν δὲ μέλλοι ἑσπέρα γίνεσθαι, καταλλάττου καὶ πρόσφατον σβέσον τὸ κακόν. Ἄν γὰρ νῦν ἐπιλάβῃται, οὐκ ἀρκεῖσι ἢ μετὰ ταῦτα ἡμέρα τὸ συναχθῆν καὶ ἐν τῇ νυκτὶ σβέσαι κακόν· ἀλλὰ κἂν τὸ πλέον ὑποτέμῃς, τὸ δὲ ὅλον μὴ δυνηθῆς, πάλιν διδῶσιν ἀπὸ τοῦ ὑπολειφθέντος τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ σφοδροτέραν ἐργάσασθαι τὴν πυράν. Καὶ καθάπερ ὁ ἥλιος, ἂν τὸ νεφωθὲν καὶ πυκνωθὲν τοῦ ἀέρος διὰ τῆς νυκτὸς μὴ ἀρκέσῃ τῇ καθημερινῇ μαλάξαι καὶ διασκεδάσαι θέρη, ὑπόσιν χειμῶνος παρέχεται, τῆς νυκτὸς ἐπιλαβομένης τοῦ λειψάνου, καὶ πάλιν αὐτὸ τρεφούσης ἐτέροις ἀτμοῖς· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ὀργῆς. Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Ὅποτε τὸ ἀλλήλους πολεμεῖν, τόπον ἐστὶ δοῦναι τῷ διαβόλῳ. Δέον γὰρ πάντας συμπεφράχθαι, καὶ κατ' ἐκεῖνο ἵστασθαι, ἐκλύσαντες ἡμεῖς τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραν, ἐπ' ἀλλήλους κειλούμεν τρέπεσθαι. Οὐδέποτε γὰρ οὕτως ἔχει τόπον ὁ διάβολος, ὡς ἐν ταῖς ἔχθραις.

β'. Τὰ μυρία ἐντεῦθεν κακὰ τίκτεται. Καὶ καθάπερ ἔως μὲν ἂν ὧσιν ἡρμωσμένοι λίθοι, καὶ μηδὲν διάκενον ἔχοντες, ἐστήκασιν ἀρραγεῖς· ἂν δὲ βελόνης μόνης διάτρησιν διαμπαῖς γεγενημένην, ἢ βαγάδα τριχὸς ἐπέχουσιν τόπον συμβῆ γενέσθαι, τοῦτο πάντα καταλύει καὶ ἀπόλλυσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ [105] τοῦ διαβόλου· ἔως μὲν ἂν ὧμεν πεπυκνωμένοι καὶ συνηρμωσμένοι,

οὐδὲν ὅλως ἐπεισάγει τῶν αὐτοῦ· ἐπειδὴν δὲ μικρὸν ἡμᾶς διαχωνύσῃ, καθάπερ τις χειμάρρους ἐπιπέεται. Πανταχοῦ γὰρ ἀρχῆς αὐτῷ χρεῖα μόνης, καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ δυσκατῆρθτων· τούτου δὲ γενομένου, αὐτὸς ἑαυτῷ τὰ πάντα εὐρύνει· λοιπὸν γὰρ διαβολαῖς τὰ ὅσα ἀνέφυγε, καὶ οἱ τὰ ψευδῆ λέγοντες, πιστότεροι· τὴν γὰρ ἔχθραν ἔχουσι δικάζουσιν, οὐ τὴν ἀληθεῖαν κρίνουσιν. Καὶ ὡσπερ φιλίας οὐσης, καὶ τὰ ἀληθῆ ψευδῆ φαίνεται τῶν κακῶν· οὕτως ἔχθρας οὐσης, καὶ τὰ ψευδῆ ἀληθῆ· ἕτερος νοῦς, ἕτερον δικαστήριον, οὐκ ἐξ ἴσης ἀκοῦον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς προσκλίσεως καὶ ἐπιβροχίας. Καθάπερ γὰρ ἐν ζυγῷ μόλυβδος προστεθείς τὸ πᾶν εἰλασεν· οὕτω καὶ ἐν ταῦθα, τὸ τῆς ἔχθρας βάρος, μόλυβδου χαλεπώτερον ἐν. Διὸ, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε πρὸ τοῦ ἡλίου σθενύναι τὰς ἔχθρας. Ἄν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ μὴ κρατήσῃ καὶ τῇ ἐξῆς, πολλάκις καὶ εἰς ἐνιαυτὸν αὐτὴν ἐξέτεινας, καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ἠΰησε λοιπὸν ἢ ἔχθρα, καὶ οὐ δεῖται τινοῦ. Καὶ βήματα γὰρ ἐτέρως λεγόμενα ἐτέρως; ὑποπτεύειν ποιοῦσα, καὶ σχήματα καὶ πᾶν ὀτιοῦν ἐκθριοῖ καὶ ἐξαγριοῖ, καὶ τῶν μαινομένων χεῖρα διατίθησιν, οὕτε τὸ νομα εἰπεῖν, οὕτε ἀκοῦσαι ἀνεχομένη, ἀλλ' ἀπὸ τῶν λοιδοριῶν ἅπαντα φεγγυομένη. Πῶς οὖν μαλάζομεν τὸν θυμόν; πῶς σβέσομεν τὴν φλόγα; Ἄν τὰ ἐκῦτων ἁμαρτήματα ἐνοήσωμεν, καὶ ὅσον ἐσμὲν ὑπεύθυνοι τῷ Θεῷ· ἂν ἐνοήσωμεν, ὅτι οὐ τὸν ἔχθρὸν ἀμυνόμεθα, ἀλλ' ἡμᾶς; αὐτούς· ἂν ἐνοήσωμεν, ὅτι τὸν διάβολον εὐφραίνομεν, ὅτι τὸν ἔχθρὸν τὸν ἡμέτερον, τὸν ὄντως ἔχθρὸν, δι' ὃν τὸ μέλος τὸ ἡμέτερον ἀδικουμέν. Βούλει εἶναι μνησικακὸς καὶ ἐχθρὸς; Ἐχθρὸς ἔσο, ἀλλὰ τοῦ διαβόλου, μὴ τοῦ μέλους τοῦ σοῦ. Διὸ τοῦτο ἡμᾶς ὤπλισε τῷ θυμῷ ὁ Θεός, οὐχ ἵνα τὸ ξίφος κατὰ τῶν ἡμετέρων σωματῶν, ἀλλ' ἵνα δλόκληρον τὴν μάχαιραν εἰς τὸ τοῦ διαβόλου στήθος βαπτίζωμεν. Ἐκεῖ τὸ ξίφος ἐγκλείσιν μέχρι τῆς λαθῆς, εἰ βούλει, καὶ τὴν λαθὴν αὐτὴν, καὶ μηδέποτε ἐκσπάσῃς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον πρόσθετες. Τοῦτο δὲ ἔσται, ὅταν ἡμῶν φειδόμεθα, ὅταν εἰρηνικῶς πρὸς ἀλλήλους διακείωμεθα. Ἐρῶντες χρήματα, ἐρῶντες δόξα καὶ εὐδοκίμῃσι· πάντων τὸ μέλος τὸ ἐμὸν ἐμοὶ τιμιώτερον. Ταῦτα λέγωμεν πρὸς ἑαυτούς· μὴ τὴν φύσιν ἀδικῶμεν τὴν ἡμετέραν, ἵνα χρήματα κτησώμεθα, ἵνα δόξης ἐπιτύχωμεν. Ὁ κλέπτω, μηκέτι κλεπτέτω, φησίν. Ὅρᾳς τίνα τὰ μέλη τοῦ παλαίου ἀνθρώπου; ψεύδος, μνησικακία, κλοπή. Διὸ τί μὴ εἶπεν, Ὁ κλέπτων κολαζέσθω, βασανίζεσθω, στρεβλοῦσθω, ἀλλὰ, Μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιᾶτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσίν, ἵνα ἔχη μεταδιδόναι τῷ χρεῖαν ἔχοντι; Ποῦ οἱ Καθαροὶ λεγόμενοι, οἱ παντὸς ῥύπου γέμοντες, καὶ τοῦτο ἑαυτοὺς ὀνομάζειν τολμῶντες; Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀποδύσασθαι τὸ ἐγκλημα, οὐ τῷ στῆναι μόνον τοῦ [106] ἁμαρτήματος, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι. Ὅρᾳτε πῶς ἀπολύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα δεῖ; Ἐκλεψάν, τοῦτο ἐστὶ τὸ ἁμαρτήμα πράξει· οὐκ ἐκλεψάν, τοῦτο οὐκ ἐστὶ τὸ ἁμαρ-

ab eo didicerit, non amplius pergit. Quid autem, quando neque oculus, neque pes invenerit quomodo discernat, sed totum sit odoratus, ut utrum sit venenum letale necne, num os fallit odoratus? Minime. Quare? Nam seipsum quoque perdit si fallat: sed dicit quod sibi occurrit. Quid vero lingua, fallitne stomachum? non cum amarum quidem viderit, rejicit; sin autem dulce, transmittit? Vide ministerium, et servitutis remunerationem: vide curam et providentiam ex veritate ortam, idque alacri et prompto, ut ita dicam, animo. Ita nos quoque ne mentiamur nec fallamus, si sumus alter alterius membra. Hoc est indicium amicitiae; contrarium autem inimicitiarum. Quid vero, inquit, si insidietur? Quod verum est discere: nam si insidietur, non est membrum. Dixit autem, Ne mentiamini adversus membra. *Irascimini, et nolite peccare.* Vide sapientiam: et dicit quomodo non peccemus, et eos qui non obediunt rursus non relinquit: non enim dimittit viscera sua spiritualia. Sicut enim medicus aegroto quidem dicit quae sunt agenda; quod si ille ut ea faciat non sustinuerit, non tamen eum despicit, sed persuadendo adhibens consilium, rursus curat: ita etiam Paulus. Nam qui illud quidem facit, nempe qui despicit, gloriam solum quaerit, et agre fert quod sit contemptus: qui autem semper quaerit sanitatem laborantis, hoc unum solum spectat ut jacentem restituat. Hoc quoque facit Paulus dicens, Nolite mentiri: si quando autem orta sit ira ex mendacio, hoc quoque rursus curat. Quid enim dicit? *Irascimini, et nolite peccare.* Bonum est enim non irasci; sed si quis aliquando in eam incidit culpam, ne tamen sit diuturna. *Sol, inquit, non occidat super iracundiam vestram.* Vis ira impleri? sufficit tibi una hora et altera et tertia; ne vobis relictis inimicis sol recedat. Ortus est a bonitate: ne recedat cum luxerit apud indignos. Nam si Dominus cum misit ex multa bonitate, et peccata tibi remisit, tu autem proximo non remittis, vide quantum sit malum. Cum hoc autem malo est aliud quoque: timet Paulus, ne si nox eum qui est injuria affectus in solitudine invenerit inflammatum, ignem accendat. Nam quamdiu, dum est dies, multa excutis, licet tibi exsatiari: quando autem ventura est vespera, reconciliare, et recens malum exstingue. Nam si nox apprehenderit, non poterit dies sequens, malum noctu quoque contactum et congregatum exstinguere; sed etiamsi majorem partem resecueris, totum autem non possis, dat rursus sequenti nocti ex eo quod est relictum majorem rogam faciendum: et sicut sol, si quod est aeris in nubem coactum et condensatum per noctem, non poterit calore diurno mollire et dispergere, occasio praebetur tempestatis, dum nox reliquias apprehenderit, et eas rursus aliis vaporibus aluerit: ita etiam in ira. *Nolite locum dare diabolo.* Itaque bellum sibi mutuo inferre, est locum dare diabolo. Nam cum oporteret omnes simul esse constipatos et condensatos, et adversus illum stare, solutis quae sunt nobis cum illo inimicitias, jubemus ut alter in alterum

convertamur. Numquam enim locum sic habet diabolus ut in inimicitias.

2. *Inimicitiarum mala: quomodo sint sedandae.* — Hinc mala nascuntur innumera. Et sicut quamdiu quidem sunt compacti lapides, neque quidquam habent vacuum, stant infracti; sin autem contigerit solius acus fieri perforationem aut rupturam, quae unius pili solum locum teneat, totum murum pervadentem, hoc omnia dissolvit et perdit: ita etiam in diabolo; quamdiu quidem fuerimus conjuncti condensatique ac bene compacti, nihil omnino infert ex iis quae sua sunt; quando autem nos parum mollierit, tamquam torrens quidam influit. Ei enim semper solo opus est initio; et hoc est quod difficulter recte componitur: hoc autem facto ipse sibi omnia dilatat: deinceps enim aures aperit calumniis, et iis qui falsa dicunt major adhibetur fides: nam disceptantes habent inimicitias, non judicantem veritatem. Et sicut si sit amicitia, etiam mala vera videntur falsa; ita etiam si sint inimicitiae, etiam falsa videntur vera: alia est mens, aliud iudicium, non ex aequo audiens, sed cum magna inclinatione et in alteram partem propensione. Quemadmodum enim in libra plumbum additum totum trahit: ita hic etiam pondus inimicitiarum, cum sit plumbo gravius. Quamobrem rogo agamus omnia, ut ante solis occasum exstinguamus inimicitias. Nam si primo et sequenti die eas tenueris, saepe etiam ad annum usque extendis, et de caetero ipsae seipsas augent inimicitiae, nec aliquo indigent; et quae alites dicuntur aliter suspicari facientes, etiam gestus habitusque et quodlibet furorem invehunt, et efficiunt ut pejus se habeant quam furiosi, ira neque nomen dicere nec audire sustinente, sed ex maledictis et conviciis loquente omnia. Quomodo ergo iram molliemus? quomodo flammam exstinguemus? Si nostra ipsorum peccata mente versemus, ac quantum Deo debeamus, et ad ei reddendam rationem simus obnoxii: si cogitemus quod non ulciscimur inimicum, sed nos ipsos: si cogitemus quod diabolus laetitia afflicimus, nostrum inimicum, qui vere est inimicus, propter quem membro nostro injuriam facimus. Vis acceptae injuriae esse memor, et inimicus? Sis inimicus, sed diaboli, non membri tui. Propterea nos animo et ira armavit Deus, non ut ensem in nostra corpora adigamus, sed ut totum gladium in diaboli pectus immergamus. Illic include enseni usque ad capulum, si vis, et ipsum capulum, nec unquam evulseris, sed etiam adde alium. Hoc autem fiet quando nobis ipsis parcemus, quando placate inter nos affecti erimus. Pereant pecuniae, pereat gloria et bona existimatio: meum membrum est mihi omnibus pretiosius. Haec apud nos dicamus: Ne nostrae naturae injuriam faciamus, ut pecuniam acquiramus, ut gloriam consequamur. 28. *Qui furatur, jam non furetur, inquit.* Vides quoniam sint membra veteris hominis? mendacium, acceptae injuriae recordatio, furtum. Cur autem non dixit, *Qui furatur, castigetur, torqueatur, sed, Non amplius furctur? Magis autem laboret operando bonum manibus*

suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Ubi sunt qui dicuntur Cathari (a), id est mundi, qui omni sorde pleni ita se audent nominare? Potest enim, potest crimen exui, non solum eo quod desistatur a peccato, sed etiam eo quod fiat bonum aliquid. Videtis quomodo oporteat exiire peccata? Furati sunt; hoc est peccatum admittere: non furati sunt; hoc non est peccatum solvere; sed quomodo? Si laborarunt, et aliis impertierunt: sic solverunt peccatum. Non vult solum nos laborare, sed ita laborare ut aliis impertiamus: nam etiam qui furatur operatur, sed malum. 29. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Quis est sermo malus? Is, quem etiam dicit otiosum, detractio, obscœnus sermo, scurrilitas, stultiloquium. Vides quomodo excindit iræ radices, mendacium, furtum, intempestivam disputationem? Illud autem, *Non amplius suretur*, non tam dicit illis ignoscens, quam mites et clementes eos reddens quibus facta erat injuria, et suadens ut eo contenti sint, quod non sint ea amplius passuri. Bene autem de verbis monet: Non solum enim rerum, sed etiam verborum pœnas damus. *Sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.* Hoc est, hoc solum loquere quod ædificat proximum, nihil autem supervacaneum.

3. *Lingua quomodo utendum.* — Propterea enim tibi os et linguam dedit Deus, ut Deo agas gratias, ut proximum ædifices. Quod si ædificium destruas, melius est silere, et numquam loqui. Nam manus artificis, quæ pro struendis muris deputatæ, didicerint destruere, jure excinderentur. Etenim hoc quoque dicit psalmographus: *Perdet Dominus omnia labia dolosa (Psal. 11. 4).* Hoc os est causa omnium malorum, imo vero non os, sed qui eo male utuntur. Hinc contumeliæ, maledicta, blasphemiæ, voluptatum fomites et incendia, cædes, adulteria, furta, omnia ex eo nascuntur. Et quomodo, inquit, cædes? A contumelia ad iram, ab ira ad plagas, a plagis ad cædem devenisti. Quomodo adulterium? Hæc vel illa te, inquit, amat, boni quidpiam de te est loquuta, robur tuum relaxavit, deinde tibi sic quoque accenditur cupiditas. Propterea dicebat Paulus, *Si quis bonus.* Quoniam ergo verborum multa est profusio, merito dixit indefinite, ut qui illa loqui jusserit, et formam dederit. Quamnam? Si quis ædificat, dicens. Aut hoc dicit, ut qui audit, tibi habeat gratiam. Ut puta: scortatus est frater; ne insolenter probro ac contumelia afficias, nec cum ludibrio ei insultes: auditori nihil prodes, sed eum lædis, ut par est, ut qui scrupulum ei injeceris. Sed si ei suadeas ea quæ sunt agenda, magnam das ei gratiam; si erudias ut bona verba loquatur, si docueris ut neminem maledicto appetat, maxime eum erudis, et ei das gratiam; si loquaris de compunctione, de pietate, de eleemosyna, hæc omnia molliunt ejus animum. Pro his omnibus fatebitur se tibi habere gratiam. Sed si ri-

sum moveris, si turpe loquutus fueris, magis accendis; si laudaris nequitiam, dejicis et perdis. Igitur vel hoc dicendum: vel ut eos reddat gratiosos, ita dixit. Ut enim unguentum dat gratiam iis qui sunt ejus participes, ita etiam sermo bonus. Propterea quidem etiam dicebat, *Unguentum effusum nomen tuum (Cant. 1. 2)*, quod eos faciebat spirare ex bono illo odore. Vides illum quod semper suadet, hoc quoque nunc dicere, ut qui mandat unicuique ædificare proximum pro viribus? Qui ergo aliis hæc suades, multo magis tibiipsi. 30. *Et nolite contristare*, inquit, *Spiritum sanctum.* Horribilius hoc et terribilius: quod quidem dicit etiam in Epistola ad Thesalonicensis: illis enim quoque tale quid dicit, *Nam qui spernit, non hominem spernit, sed Deum (1. Thess. 4. 8).* Ita hic quoque: Si verbum dixeris contumeliosum, si fratrem percusseris, non illum percussisti, sed Spiritum affecisti tristitia. Deinde est etiam accessio beneficii, ut major sit accusatio: *Et nolite contristare*, inquit, *Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis.* Is nos fecit gregem regalem, is nos abduxit a promiss omnibus, is non permisit nos esse sitos cum iis qui sunt obnoxii iræ Dei, et tu eum tristitia afficis? Vide quomodo illic quidem terribiliter dicit: *Nam qui spernit, non hominem spernit, sed Deum*; hic autem apposite ad pudorem incutiendum, *Nolite contristare*, inquit, *Spiritum sanctum, in quo signati estis.* Hoc signaculum sit in ore: ne sigilla sustuleris. Os spirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, Nihil est si turpe dixeris, si hunc aut illum contumelia affecero. Propterea magnum est malum, quoniam nihil esse videtur. Nam quæ nihil esse videntur, facile contemnantur; quæ autem contemnantur, etiam augentur; quæ autem augentur, fiunt incurabilia. Os habes spirituale? Cogita quod verbum dixeris primum quando es loquutus, quanta sit dignitas oris tui. Patrem vocas Deum, et fratrem statim injuria afficis? Cogita undenam Deum vocas Patrem. A natura? sed non potueris. A virtute? sed neo hoc. Sed unde? A sola benignitate et clementia, a multa misericordia. Quando ergo Deum vocas Patrem, non solum hoc cogita, quod facis indigna illa generis nobilitate, contumelia afficiens; sed quod etiam a benignitate et clementia habes nobilitatem generis. Ne eam ergo dedecore afficias, cum eam quidem acciperis a benignitate et clementia; crudelitate autem et sævitia utaris adversus fratres. Deum vocas Patrem, et eum contumelia afficis? Sed hæc non sunt filii Dei. Opus filii Dei est inimicis remittere, pro crucifigentibus orare, pro iis qui oderunt sanguinem effundere. Hæc sunt digna filio Dei, inimicos, ingratos, fures, impudentes, insidiosiores, eos fratres facere et heredes, non autem eos qui facti sunt fratres tantquam mancipia afficere contumelia.

4. *Contra maledicos.* — Cogita quænam verba loquutum est os tuum, quænam mensa sit dignaturi, quænam tangat, quænam gustet, quonam fruatur alimento. Te fratri nihil grave facere existimas illi maledicens? Quomodo ergo vocas fratrem? Si ergo non

(a) Hi sunt Novatiani, de quibus multa videsis apud Cyprianum, Eusebium in Hist. Eccl. et Epiphanium.

τημα λῦσαι· ἀλλὰ πῶς; Εἰ ἐκοπίασαν, καὶ ἑτέροις μετέδωκαν· οὕτως ἔλυσαν τὸ ἀμάρτημα. Οὐχ ἀπλῶς ἡμᾶς ἐργάζεσθαι βούλεται, ἀλλ' ὥστε κοπιᾶν, ὥστε ἑτέροις μεταδίδοναι· καὶ γὰρ ὁ κλέπτων ἐργάζεται, ἀλλὰ κακόν. Πᾶς λόγος σαρκὸς ἐκ τοῦ στόματος ἄλλων μὴ ἐκπνεύσῃσθω. Τίς ἐστι σαρκὸς; Ὁν φησὶν ἑλλαχοῦ καὶ ἄργον, καταλαλιὰ, αἰσχρολογία, εὐτραπελία, μυρολογία. Ὁρᾶς πῶς τὰς βίβλας ἐκκόπτει τῆς ὀργῆς, τὸ ψεῦδος, τὴν κλοπὴν, τὴν ἀκαιρον διάλεξιν; Τὸ δὲ, *Μηκέτι κλεπέτω*, οὐκ ἐκείνους συγγινώσκων τοσοῦτον φησὶν, ὅσον τοὺς ἡδικοημένους πράους καθιστῶν, καὶ τῷ μηκέτι τὰ αὐτὰ παθεῖν ἢ ἀρκεῖσθαι παραινῶν. Καλῶς δὲ καὶ περὶ λόγων διδάσκει. Οὐ γὰρ πραγμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων τίνομεν δίκας. Ἄλλ' εἰ τις ἀγαθός, φησὶ, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, *ἵνα δῶ χάριν τοῖς ἀκούουσιν*. Τοῦτέστιν, Ὅπερ οἰκοδομεῖ τὸν πλησίον, τοῦτο φθέγου μόνον, περιττὸν δὲ μηδέν.

γ'. Διὰ τοῦτο γὰρ σοὶ στόμα καὶ γῶσσαν ἔδωκεν ὁ Θεός, ἵνα εὐχαριστῆς αὐτῷ, ἵνα οἰκοδομῆς τὸν πλησίον· ὡς ἐὰν καθαιρῆς τὴν οἰκοδομὴν, βέλτιον σιγᾶν, καὶ μηδέποτε φθέγγεσθαι. Καὶ γὰρ χεῖρες τεχνίτου, ἀντὶ τοῦ τοῦς τοίχους ἐξυφαίνειν μαθούσαι καθαιρεῖν, ἐκκόπτεσθαι δίκαιαι ἂν εἴεν. Καὶ γὰρ ὁ Ψαλμῶδς τοῦτο φησὶν· *Ἐξολοθρεύσει Κύριος πάντα τὰ χεῖλη τὰ δόλια*. Τοῦτο πάντων αἰτίον τῶν κακῶν, τὸ στόμα· μᾶλλον δὲ οὐ τὸ στόμα, ἀλλ' οἱ κακῶς αὐτῷ χρώμενοι. Ἐντεῦθεν ὕβρεις, λόδορλαί, βλασφημίαι, ἐκκαύματα τῶν ἡδονῶν, φόνου, μοιχεῖαι, κλοπαί, πάντα ἀπὸ τούτου τίκτεται. Καὶ πῶς, φησὶ, φόνου; Ἀπὸ ὕβρεως εἰς ὀργὴν, ἀπὸ ὀργῆς εἰς πληγὰς, ἀπὸ πληγῶν εἰς φόνον ἐξέβης. Πῶς μοιχεῖται; Ἡ δεινὰ σε φιλεῖ, φησὶν, ἐφθέγγετο τι περὶ σοῦ χρηστὸν, ἐχάλασέ σου τὸν τόνον, εἶτα καὶ σὺ οὕτως ἀνάπτεται τὰ τῆς ἐπιθυμίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγεν, *Εἰ τις ἀγαθός*. Ἐπεὶ οὖν πολὺ τὸ χύμα τῶν λόγων, εἰκότως ἀδιορίστως εἶπεν, ἐκεῖνα φθέγγεσθαι κελεύσας, καὶ τύπον δοῦς ὀμιλίας. Ποῖον δὴ τοῦτον; Εἰ τις οἰκοδομεῖ, εἰπῶν, Ἡ τοῦτο φησὶν, ἵνα χάριν σοὶ εἰδῆ ὁ ἀκούων. Οἶον, ἐπόρρευσεν ὁ ἀδελφός· μὴ ἐκπόμπει τὴν ὕβριν. Μηδὲ ἐντῦφα· οὐδὲν ὠφέλησας τὸν ἀκούοντα, ἀλλὰ καὶ ἔθλασας, εἰκότως, ἦλον αὐτῷ δούς. Ἄν μέντοι τὰ πρακτεῖα παραινῆ, πολλὴν αὐτῷ δίδως τὴν χάριν· ἂν παιδείους εὐφημον ἔχειν στόμα, ἂν διδάξῃς μηδένα κακῶς φησὶν, μάλιστα αὐτὸν ἐπαίδευσας, καὶ χάριν αὐτῷ δέδωκας· ἂν περὶ κατανύξεως, ἂν περὶ εὐλαθείας, ἂν περὶ ἐλεημοσύνης διαλεχθῆς, πάντα ταῦτα μαλαίνει αὐτοῦ τὴν ψυχὴν. Ὑπὲρ τούτων πάντων χάριν ὀμολογήσει. Ἄν μέντοι γέλωτα κινήσῃς, ἂν αἰσχροὺν φθέγγῃ, μᾶλλον ἐξήψας· ἂν ἐπαίνεσῃς τὴν [107] πονηρίαν, κατέβαλες καὶ ἀπίωλεσας. Τοῦτο οὖν ἐστὶν εἰπεῖν· ἢ ἵνα κεραιτωμένους αὐτοῦ; ἐργάσθαι, οὕτως εἶπε. Καθάπερ γὰρ τὸ μύρον χάριν δίδωσι τοῖς μεταλαμβάνουσιν, οὕτω καὶ λόγος ἀγαθός· διὰ τοῦτο καὶ τις ἔλεγε, *Μύρον ἐκκενωθὲν θρομά σου*· ἀποπνεῖν αὐτοῦς ἐποῖει ἀπὸ σῆς εὐουδίας ἐκείνης. Ὁρᾶς; ὅτι, ὅπερ ἀεὶ παραινεῖ, τοῦτο καὶ νῦν λέγει, ἐκάστως οἰκοδομεῖν τὸν πλησίον ἐπιτρέπων κατὰ δύναμιν τὴν ἐκτου; Ὁ ἑτέροις οὖν τοιαῦτα παραινῶν, πολλῶ μᾶλλον σαυτῷ. *Καὶ μὴ λυπεῖτε*, φησὶ, *τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Φρικωδέστε-

ρον καὶ φοβερότερον τοῦτο, ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρῇ Θεσσαλονικίᾳ Ἐπιστολῇ φησὶ· καὶ γὰρ ἐκεῖ τοιοῦτόν τι λέγει· *Ὁ γὰρ ἀθετῶν, οὐκ ἀνθρώπων ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν*. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ἄν εἴπῃς ὑβριστικὸν ῥῆμα, ἂν πλήξῃς τὸν ἀδελφόν, οὐκ ἐκείνων ἐπληξῃς, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα ἐλύπησας. Εἶτα καὶ ἢ προσθήκη τῆς εὐεργεσίας, ἵνα μεῖζων γένηται ἡ κατηγορία. *Καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, φησὶν, *ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως*. Τοῦτο ἡμᾶς ἔδειξεν ἀγέλην βασιλικὴν, τοῦτο ἡμᾶς πάντων τῶν πρώτων ἀπέστησεν, τοῦτο οὐκ ἀφῆκε κείσθαι μετὰ τῶν ὑπεθυμένων τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ σὺ αὐτὸ λυπεῖς; Ὅρα πῶς ἐκεῖ μὲν φοβερῶς, *Ὁ γὰρ ἀθετῶν, φησὶν, οὐκ ἀνθρώπων ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν*· ἐνταῦθα δὲ ἐντροπετικῶς, *Μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, φησὶν, *ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε*. Ἡ σφραγὶς αὕτη ἐπὶ τοῦ στόματος; κείσθω· μὴ ἀλέης τὰ σήμαντρα. Στόμα πνευματικὸν οὐδὲν τοιοῦτον φθέγγεται. Μὴ εἴπῃς, Οὐδὲν ἐστίν, ἂν αἰσχροὺν εἶπω, ἂν τὸν δεινά ὕβρισω. Διὰ τοῦτο μέγα ἐστὶ κακόν, ἐπειδὴ οὐδὲν εἶναι δοκεῖ. Τὰ γὰρ μηδὲν εἶναι δοκοῦντα, εὐκόλως καὶ καταφρονεῖται, τὰ δὲ καταφρονούμενα καὶ αἰσθεται, τὰ δὲ αὐξόμενα καὶ ἀνίατα γίνεσθαι. Στόμα ἔχεις πνευματικόν; Ἐνόησον τί ἐφθέγγω εὐθέως ῥῆμα τευθῆς, ποῖα ἀξία τοῦ στόματός σου. Πατέρα καλεῖς τὸν Θεόν, καὶ τὸν ἀδελφὸν εὐθέως ὕβρίζεις; Ἐνόησον πόθεν Πατέρα καλεῖς τὸν Θεόν. Ἀπὸ φύσεως; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔγοις. Ἀπὸ ἀρετῆς; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. Ἄλλὰ πόθεν; Ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνως, ἀπὸ εὐσπλαγχνίας, ἀπὸ ἔλλου πολλοῦ. Ὅταν οὖν Πατέρα καλῆς τὸν Θεόν, μὴ τοῦτο μόνον ἐνόησι, ὅτι ἀνάξια τῆς εὐγενείας ἐκείνης πράξεις ὕβρίζων, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἔχεις τὴν εὐγένειαν. Μὴ τοίνυν αὐτὴν καταισχύνῃς, ἀπὸ μὴν φιλανθρωπίας λαθὼν, ὠμότητι δὲ κεχρημένος πρὸς τοὺς ἀδελφούς. Πατέρα καλεῖς τὸν Θεόν, καὶ ὕβρίζεις; Ἄλλ' οὐ ταῦτα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ ἔργον τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἔχθροῖς ἀφιέναι, ὑπὲρ τῶν σταυρούμενων εὐχέσθαι, ὑπὲρ τῶν μισούντων τὸ αἷμα ἐκχεῖν. Ταῦτά ἐστίν· ἀξία τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῖς ἔχθροῦς, τοὺς ἀγνώμονας, τοὺς κλέπτας, τοὺς ἔχθρους, τοὺς ἐπιβουλεύοντας, τοῦτους ἀδελφούς ποιεῖσθαι καὶ κληρονόμους, οὐχὶ τοὺς ἀδελφούς γινόμενους, τοῦτους ὡς ἀνδράποδα ὕβρίζεις.

δ'. Ἐνόησον τίνα ἐφθέγγετο ῥήματα τὸ στόμα τὸ [108] σὸν, ποῖας ἀξία τραπέζης· ἐνόησον τίνοι ἀπτεται, τίνοι γεύεται, ποῖας ἀπολαύει τροφῆς. Οὐδὲν ἡγῆ ποιεῖν δεινὸν τὸν ἀδελφὸν κατηγορῶν; Πῶς οὖν καλεῖς ἀδελφόν; Εἰ δὲ οὐκ ἐστὶν ἀδελφός, πῶς λέγεις, *Πάτερ ἡμῶν*; τὸ γὰρ, *Ἡμῶν*, πολλῶν ἐστὶ προσώπων σηματικόν. Ἐνόησον μετὰ τίνοι ἐστηκας κατὰ τὸν καιρὸν τῶν μυστηρίων, μετὰ τῶν Χερουδιμ, μετὰ τῶν Σεραφίμ. Τὰ Σεραφίμ οὐχ ὕβρίζει, ἀλλὰ μίαν αὐτοῖς χρεῖαν μόνον τὸ στόμα πληροῖ, τὸ δοξολογεῖν, τὸ δοξάζειν τὸν Θεόν. Πῶς οὖν δυνήσῃ σὺ μετ' ἐκείνων λέγειν, Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος, εἰς ὕβριν τῷ στόματι κεχρημένος; Εἰπέ δὴ μοι, εἰ σκευὸς εἶη βασιλικὸν, καὶ ἀεὶ ἐδεσμάτων ἐμπλεων βασιλικῶν, καὶ εἰς τοῦτο ἀποτεταγμένον, εἰτά τις αὐτῷ τῶν οἰκετῶν χρήσαιο εἰς κόπρον, ἔρα τολμησεὶ πάλιν μετ' ἐκείνων τῶν σκευῶν τῶν εἰς ἐκεῖνα ἀποτεταγμένον αὐτὸ ἀποτίθεσθαι τῆς κόπρου ἐμπλησμένον; Οὐδαμῶς. Τοιοῦτόν τι ἐστὶν ἡ κακῶς φησὶ,

• Παθεῖν ἐν mallet Dunæus.

τοιούτων ἐστὶν ἡ ὕβρις. *Πάτερ ἡμῶν*. Καὶ τί; τοῦτο μόνον; Ἄκουε καὶ τῶν ἐξῆς· Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἐθθέως εἶπες, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, καὶ ἀνέστησέ σε τὸ ῥῆμα, ἐπέτρωςέ σου τὴν διάνοιαν, ἔδειξεν ὅτι Πατέρα ἔχεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲν πράττε, μηδὲν λέγε τῶν ἐπὶ γῆς. Εἰς ἐκείνην σε τὴν τάξιν ἔστησε τὴν ἄνω, ἐκείνω σε ἐνέκρινε τῷ χορῷ· εἰ σαυτὸν κάτω καθέλκεις; παρὰ τὸν θρόνον ἔστηκας τὸν Βασιλικὸν, καὶ ὑβρίζεις; Οὐ δέδοικας μὴ ὕβριν πρὸς τὸν Πάτριον ἡγήσῃται ὁ βασιλεὺς; ἀλλ' ἂν μὲν οἰκέτης ἐφ' ἡμῶν τὸν ὀμόδουλον τύπτῃ, ἢ ὑβρίξῃ, κἄν δικαίως τοῦτο ποιῆ, εὐθέως ἐπιτιμῶμεν, ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἡγοῦμενο· σὺ δὲ μετὰ τῶν Χερουθιμ ἐστῶς παρὰ τὸν θρόνον τοῦ Βασιλέως, ὑβρίζεις τὸν ἀδελφόν; Οὐχ ὄρξῃ τὰ ἅγια ταῦτα σκεύη; οὐχὶ πρὸς ἕν ἐστιν αὐτῶν διαπαντὸς ἡ χρεῖα; μὴ τις τολμᾷ πρὸς ἄλλο τι χρῆσασθαι αὐτοῖς; Σὺ τῶν σκευῶν ἀγιώτερος εἶ τούτων, καὶ πολλῷ ἀγιώτερος· τί τοίνυν ῥυπαίνειν σαυτὸν καὶ μολύνεις; Ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔστηκας, καὶ ὑβρίζεις; μετὰ ἀγγέλων πολιτεύῃ, καὶ ὑβρίζεις; φιλήματος ἡξίωσαι Δεσποτικοῦ, καὶ ὑβρίζεις; τοσοῦτος σου τὸ στόμα ἐκόσμησεν ὁ Θεὸς ὕμνοις ἀγγελικοῖς, τροφῇ οὐκέτι ἀγγελικῇ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀγγελικῆν, φιλήματι τῷ αὐτοῦ, περιπλοκαῖς ταῖς πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑβρίζεις; Μὴ, παρακαλῶ. Μεγάλων τὸ πρᾶγμα αἴτιον κακῶν, πόρρω ψυχῆς Χριστιανῆς. Οὐ πείθο-

μέν σε λέγοντες, οὐδὲ ἐντρέπομεν; Οὐκοῦν ἄξιον φοβῆσαι λοιπὸν· ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὁ εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, *Μωρὸς, ἐνοχος ἐσται τῇ γενέγγῃ τοῦ πυρός*. Εἰ δὲ τὸ κουφότερον πάντων γένεναν προξενεῖ, ὁ τὰ τολμηρὰ λέγων, τίνας οὐκ ἐσται ἀξιος; Παιδεύομεν ἡμῶν πρὸς εὐφημίαν τὸ στόμα· μέγα ἀπὸ τούτου κέρδος, μεγάλη ἀπὸ τῆς ὕβρεως ἡ βλάβη· οὐκ ἐστὶν ἐν ταῦθα χρήματα δαπανῆσαι. Ἐπιθῶμεν θύραν καὶ μοχλόν, [109] κατεσθίωμεν ἑαυτοὺς, ἐὰν ῥῆμά ποτε φορτικὸν ἐκπηδήσῃ τῶν ὁδόντων· παρακαλῶμεν τὸν Θεόν, παρακαλῶμεν τὸν ὑβριζόμενον, μὴ ἀναξιοπαθῶμεν· ἑαυτοὺς ἐπλήξαμεν, οὐκ ἐκείνον· ἐπιθῶμεν τὸ φάρμακον τὴν εὐχὴν καὶ τὴν πρὸς τὸν ὑβριζόμενον καταλλαγὴν. Ἄν ἐν τοῖς ῥήμασι τοσαύτην ποιῶμεθα πρόνοιαν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πράγμασι νόμους τιθῶμεν ἑαυτοῖς. Κἄν φίλους ἔχωμεν, κἄν οὐστινασοῦν, καὶ εἴποιεν κακῶς τινα, ἢ ὑβρίσαιεν, ἀπαίτησον αὐτοὺς καὶ εἰσπραξοὶ δίκην. Μανθάνομεν ὅλους, ὅτι κἄν ἀμάρτημα τὸ τοιοῦτόν ἐστιν· ἂν γὰρ μάθωμεν, ταχέως ἀποστησόμεθα. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης φυλάξοι ὑμῶν καὶ τὸν νοῦν, καὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ τεχίλοισι ἀσφαλεῖ τευχίῳ τῷ αὐτοῦ φόβῳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

*Πᾶσα πικρία καὶ θυμὸς, καὶ ὀργή, καὶ κραυγή, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.*

α'. Ὅσπερ εἰς σκευὸς ἀκάθαρτον οὐκ ἂν ποτε ἑαυτὰς καθέιναι αἱ μέλισσαι· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ θυμιάμασι καὶ μύροις καὶ εὐωδίας τὸν τόπον καταρβαίνουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, ὄνοις τε εὐώδεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν τοῖς καλαθίσκουσι, ἐν οἷς ἂν μέλλουσιν ἄρτι τῶν σμηνῶν ἐξιοῦσαι ἐνιζάνειν, ὥστε μὴ τὴν ἀηδῆ ὄσμην λυπήσασαν αὐτὰς ἀποστησῆσαι πάλιν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος ἐστὶ τοῦ ἁγίου. Ἄγγειόν τί ἐστὶν ἡ ἡμετέρα ψυχὴ καὶ καλαθίσκος, τὰ σμῆνη τῶν χαρισμάτων τῶν πνευματικῶν ὑποδέξασθαι δύναμένη· ἀλλ' ἐὰν ἢ ἔνδον χολὴ καὶ πικρία καὶ θυμὸς, τὰ σμῆνη ἀφίπταται. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος οὗτος καὶ σοφὸς γεωργὸς διακαθαίρει καλῶς ἡμῶν τὰ σκεύη, οὐ δρέπανον, οὐδέ τι ἄλλο σκευὸς σιδηροῦν κατέχων· καὶ καλεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν τοῦτο σμῆνος, καὶ συνάγων αὐτὸ διακαθαίρει εὐχαῖς καὶ πόνους καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Ὅρα οὖν πῶς ἡμῶν ἐκκαθαίρει τὴν καρδίαν· ἀπήλασε τὸ ψεῦδος, ἀπήλασε τὴν ὀργὴν. Δείκνυσιν πάλιν πῶς ἂν μᾶλλον πρόρρίζον ἀνασπασθεῖ τὸ κακόν· ἂν μὴ ὤμεν, φησί, πικροὶ τὴν διάνοιαν. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς χολῆς συμβαίνειν εἰθεθε τῆς ἡμετέρας, ἂν μὲν ὀλίγη τύχη τις οὖσα, ὀλίγη καὶ ἡ κίνησις γίνεται ἐκραγέντος τοῦ ταμιείου· ὅταν δὲ πλεονάσῃ τὸ σφοδρὸν τῆς τοιαύτης ποιότητος καὶ δηκτικόν, οὐκέτι στέγει τὸ φέρον αὐτὴν πρότερον ἀγγεῖον, ἀλλὰ καθάπερ πυ-

ρὸς ἂ σφοδροῦ διαβρωθὲν οὐκέτι οἶόν τέ ἐστι στέγειν αὐτὴν καὶ κατέχειν ἐν τοῖς ὠρισμένοις ὄροις, ἀλλὰ διασπασθὲν ἐπὶ τῆς ἀμέτρου δριμύτητος ἀφίησιν ἐξεληθοῦσαν παντὶ τῷ σώματι λυμαίνεσθαι· καὶ καθάπερ εἰς πόλιν ἐνεχθὲν θηρίον [110] χαλεπώτατον καὶ ἀφόρητον, ἕως μὲν ἂν ἔνδον ἐν ταῖς πεποιημέναις εἰρκταῖς κατέχηται, οὐδὲν, κἄν ἀργαίῳ, κἄν κρᾶζῃ, οὐδένα βλάβαι δυνήσεται· ὅταν δὲ τῷ θυμῷ κρατηθῇ, καὶ διακλάσας τοὺς διὰ μέσου βεβλημένους κανόνας ἐκπηδήσῃς δυνήσῃ, παντὸς θορύβου τὴν πόλιν ἐμπύπλησι καὶ ταραχῆς, καὶ πάντας ἀπελαύνει· οὕτω δὴ καὶ τῆς χολῆς ἡ φύσις· ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς οἰκείοις ὄροις κατέχηται, οὐδὲν μέγα ἡμᾶς ἐργάζεται κακόν· ἐπειδὴν δὲ ἐκραγέντος τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕμενος, οὐδὲν ἢ τὸ κωλύον λοιπὸν εἰς πᾶσαν διαχυθῆναι τὴν φύσιν, τότε δὴ, τότε, καίτοι οὕτω σφόδρα μικρὸν ὄν τῆ ποσότητι, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐν τῇ ποιότητι δύναμιν πάντα τὰ ἄλλα στοιχεῖα τῆς οἰκείας ἀναχρώννυσιν κακίας. Τότε γὰρ δὴ αἷμα εὐρούσα πλησίον τῆς ἐς τόπον καὶ τῆ ποιότητι, καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ θερμότητά δριμυτέραν ἐργαζομένη, καὶ τὸ ἐγγύθεν πᾶν ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ὑγρότητα συμμετρίας ὑπερβαίνειν τοὺς ὄρους καὶ χολὰς ἐργαζόμενον, μετὰ τούτου λοιπὸν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιστρατεύεται μέλεσι, καὶ οὕτω πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἐνθεῖσα πονηρίαν, ἀφωνον ἐργάζεται τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀποπνεῖν ποιεῖ, τὴν ψυχὴν ἀπελαύνουσα. Τί δὴ ταῦτα ἡμῖν ἅπαντα οὕτω

\* I.ege ὑπὸ πυρός.



est frater, quomodo dicis, *Pater noster*? illud enim *noster*, multas significat personas. Cogita cum quibus stes tempore illorum mysteriorum; cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim enim contumelia non afficiunt, sed os eorum unum solum implet munus, nempe Deum laudandi et glorificandi. Quomodo ergo poteris cum illis dicere, *Sanctus, sanctus, sanctus*, qui ore usus es ad contumeliam? Dic, quæso, si esset vas regium, regis semper tibi refertur, et ad hoc constitutum; deinde aliquis ex famulis eo uteretur ad stercora, auferretne amplius reponere cum vasis, quæ sunt ad illa destinata, ipsum stercore repletum? Nequaquam. Hujusmodi res est maledicentia, hujusmodi res est contumelia. *Pater noster*. Et quid? estne hoc solum? audi etiam quæ sequuntur: *Qui es in cælis*. Statim dixisti, *Pater noster qui es in cælis*, et verbum te erexit, et menti tuæ alas addidit, et ostendit te Patrem habere in cælis. Nihil agas, nihil dicas ex iis quæ sunt in terra. In supernum illum ordinem te retulit, in choro illo te inseruit: cur te deorsum detrahis? apud thronum stas regium, et contumelia afficis? Non extimescis ne Rex eam rem existimet contumeliam? Sed si famulus quidem coram nobis conservum verberet aut contumelia afficiat, etiamsi hoc juste faciat, statim increpamus, rem esse contumeliam putantes; tu autem cum Cherubinis stans apud thronum Regis, contumelia fratrem afficis? Non vides hæc sancta vasa? annon ad unum eis semper est opus? num audet quispiam eis uti ad aliquid aliud? Tu es his vasis sanctior, et multo saucior: cur ergo te ipsum polluis et inquinis? Stas in cælis, et contumelia afficis? cum angelis versaris, et con-

tumelia afficis? Dominico osculo dignatus es, et contumelia afficis? Deus os tuum ornavit tam multis hymnis angelicis, alimento non utique angelico, sed superangelico, sui osculo et suis amplexibus, et contumelia afficis? Noli, quæso. Res hæc, causa magnorum malorum, procul sit ab animo Christiano. Dicendo tibi non persuademus, neque tibi pudorem incutimus? Restat ergo ut te terreamus: audi enim Christum dicentem, *Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis (Matth. 5. 22)*. Si autem quod est omnium levissimum, gehennam conciliat: qui dicit quæ sunt nimis audaciæ, quæ non merebitur? Eru diamus os nostrum ad benedicendum: ex hoc magnum est lucrum; ex contumelia magnum est damnum: non sunt hic pecuniæ impendendæ. Imponamus ostium, vectem et repagulum: nos ipsos exedamus, si grave aliquod verbum aliquando e nostris dentibus exsilierit: rogemus Deum, rogemus eum qui est affectus contumelia; ne id nobis indignum censeamus: nos ipsos, non illum percussimus: adhibeamus medicamentum, preces, et reconciliationem cum eo qui est affectus contumelia. Si in verbis tantam curam gerimus, multo magis in rebus nobis leges imponamus. Et si habeamus amicos, quicumque tandem sint illi, et quempiam maledicto appetierint, aut injuria affecerint, postula ab ipsis ut pœnas dent. Discimus omnino hoc esse peccatum: nam cum didicerimus, cito desistemus. Deus autem pacis custodiat mentem et linguam vestram, et muniat tuto muro, nempe sui metu, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri gloria simul cum sancto Spiritu.

## HOMILIA XV.

CAP. 4. v. 31. *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.*

1. Quemadmodum in vas et vestimentum immundum numquam se dimiserint apes: ideo enim et suffutibus et unguentis bonisque odoribus locum aspergunt, harum rerum periti, vasisque suave olentibus, et aliis omnibus illinunt calathiscos, in quibus sunt incessuræ exeuntes ex alveis, ne ingratus odor eas rursus abigat: ita etiam in sancto Spiritu. Vas quoddam et quidam calathiscus est nostra anima parata ad excipienda examina gratiarum spiritualium; sed si sit intus bilis et amaritudo et ira, evolant examina. Propterea beatus hic et sapiens agricola pulchre purgat vasa nostra, non falcem tenens, neque ullum aliud instrumentum ferreum: et nos vocat ad examen hoc spirituale, ac congregans ipsum purgat precibus et laboribus et aliis omnibus. Vide ergo quomodo expurgat et emundat cor nostrum: expulit mendacium, expulit iram. Ostendit rursus quomodo malum radicibus evelli possit: si mente quidem non simus amari, inquit. Ut enim solet accidere in bile nostra, si modica fuerit, motus etiam parvus efficitur rupto receptaculo; cum autem vehementia ejus creverit, et mordacior effecta fuerit, vas quod illam prius

ferebat, quasi a vehementi igne exesum, non ultra potest illam cohibere, et in definitis terminis continere; sed ab immodica divulgum acrimonia dimittit eam, et sinit egressam totum corpus perdere: et sicut in urbem importata quædam sævissima et immanissima bellua, quamdiu quidem continetur in carceribus, etiamsi efferetur et vociferetur, neminem poterit lædere; quando autem ira invaluerit, si per fractis quæ interjecta erant repagulis, possit exsilire, ingenti tumultu et conturbatione replet civitatem, et omnes abigit: ita etiam in bili, quamdiu quidem continetur suis finibus, nullum nobis magnum infert malum; posteaquam autem, rupta quæ eam continebat membrana, nihil vetat quominus de cætero in universam diffundatur naturam, tunc, etiamsi sit res admodum parva in quantitate, propter exsuperantem in qualitate vim, omnia alia elementa suo inflcit vitio. Nam et invento sanguine, qui est propinquus et loco et qualitate, calorem qui est in illo acriorem efficiens, et quidquid est propinquum, ab ea quæ est in humore: symmetria et moderatione terminos transiliens, et bilem reddens, his freta auxiliis, deinceps etiam in alia membra bellum gerit: et deinde cum omnibus suam indiderit amaritudinem, mutum efficit hominem, et animam expellens, exspirare cogit. Cur hæc

a nobis omnia adeo exacte et accurate dicta sunt? Ut cum ex sensili amaritudine senserimus intolerabile vitium amaritudinis, quæ cadit sub intelligentiam, et quod toti quæ eam parit animæ primum affert interitum, omnia sursum et deorsum pervertens, vitemus ejus experientiam. Nam ut ipsa totum elementum, ita illa incensis cogitationibus, eum qui captus fuerit abducit in gehennæ barathrum. Ut hæc ergo exacte perscrutantes, hoc malum fugiamus, et belluam frenemus, vel potius radicitus-evellamus, pareamus Paulo qui dicit, *Omnis amaritudo, non expurgetur, sed, tollatur a vobis*. Quid enim opus est ut eæ res mihi negotium exhibeant, et eas teneam? quid opus est ut custodiam belluam, cum liceat ab anima amandare, et procul abductam abigere? Pareamus ergo Paulo qui dicit: *Omnis amaritudo tollatur a vobis*. Sed proh dolor, quæ nos tenet perversitas! cum oporteret propter hoc omnia facere, sunt quidam adeo dementes, ut se quoque hac in re beatos censeant, et in malo voluptatem accipiant et glorientur, et alii eos æmulentur. Ille, inquit, est homo acerbus et asper, est scorpium, est serpens, est vipera; terribilem eum existimant. Quid ergo acerbum illum et asperum times, o homo? Ne me lædat, inquit, ne me perdat: sum illius malitiæ imperitus: timeo ne si me hominem acceperint simplicem, et quæ sunt ejus nihil prævidentem, in suos injiciat laqueos, et suis impediatur retibus, ab illo paratis ad nos decipiendos. Nunc rideo. Cur rides? Quoniam hæc sunt verba puerorum timentium, quæ non sunt timenda. Atque neminem quidem ita oportet despiciere, neminem ita irridere ut hominem acerbum et malum. Nihil est enim æque imbecillum atque acerbitas: stultos illa facit et amentes.

2 Non videtis quod res cæca sit vitium? non audistis quod qui vicino fodit foveam, sibi fodit? Quid ergo? non est timendus animus plenus perturbatione? Si quidem tamquam dæmones et furiosos, oportet etiam acerbos timere, et tamquam stultos (illi enim temere et inconsiderate omnia faciunt), ego quoque id dico: si autem ut qui recte intelligant quomodo sint res gerendæ, in hoc non assentior. Nam ad res administrandas et dispensandas nihil est æque aptum atque prudentia; prudentiam autem nihil æque impedit, atque pravitas et vitium, fraude et insidiæ. Non videtis biliosa corpora quam sint injucunda, cum omnis flos in eis emaruerit? quam sint imbecilla et gracilia et inepta ad omnia? Tales etiam sunt hujusmodi animæ. Non est enim animæ alius morbus regius quam vitium et pravitas. Non ergo, non est res fortis ac valida improbitas. Vultis rursus etiam ut exemplo perspicuum faciam id quod dico, adductis vobis imaginibus scelerati hominis et hominis simplicis et non ficti? Sceleratus et vafer erat Absalon, et omnes ad suas alliciebat partes: vide ergo quanta ejus esset astutia et malignitas. Circumiens, inquit, dicebat: Num est tibi judicium? volens unumquemque sibi conciliare (2. Reg. 15. 3). David autem erat simplex et non

fictus. Quid ergo? Vide amorum finem, vide quanta ille plenus fuit amentia. Nam quoniam non alio spectabat quam ut noceret patri, in aliis omnibus erat excæcatus. Sed non David: *Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter* (Prov. 10. 9); id est, qui curiose nihil quærit, qui nullum malum molitur. Pareamus ergo beato Paulo et misereamur ac deſſeamus homines acerbos, et omnia agamus et faciamus, ut ex eorum animis exhauriamus improbitatem. Nam quomodo non est absurdum, cum in nobis iusit bilis (etsi utile sit elementum: nam absque bile fieri non potest ut sit homo, de hac loquor bile elementari): quomodo, inquam, non est absurdum hæc quidem evacuare pro viribus, etiamsi plurimum ab ea juvemur; eam autem quæ est in anima nihili facere, neque studium ponere ut evacuemus, cum minime sit utilis, sed etiam maxime lædat? *Qui vult, inquit, inter vos esse sapiens, stultus fiat ut sit sapiens* (1. Cor. 3. 18). Audi rursus Lucam quoque dicentem: *Sumbant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, colaudantes Deum, et habebant gratiam ad omnem plebem* (Act. 2. 46. 47). Annon videmus nunc quoque simplices et non fictos communem honorem assequi ab omnibus? Nemo ei qui est ejusmodi invidet, si res suas recte gerat; nemo ei insultat, si sint ei res adversæ; sed licet sint ei res secundæ, gratulantur, et si lapsus sit, miserentur. Sin autem homini acerbis successerint quandoque res secundæ, perinde ac si aliquod malum contigerit, omnes ingemiscunt: sin autem ei fuerint res adversæ, omnes lætantur. Eorum ergo misereamur; habent enim inimicos communes undique circumveantes. Jacob erat non fictus; sed vafrum et malignum vicit Esaü: *Nam in pravam et malignam animam non intrabit sapientia* (Sap. 1. 4). *Omnis amaritudo tollatur a vobis*: ne maneat quidem reliquæ. Nam etiam hoc si motum fuerit, solet ut ab aliqua scintilla integrum intus excitare rogam. Quid sit ergo amaritudo, accurate consideremus. Exempli causa sit homo fraudulentus et insidiosus, dolosus et ad male faciendum paratus, suspiciosus: ab eo semper nascitur ira et indignatio. Fieri enim non potest ut tranquillus sit ejusmodi animus: nam iræ et indignationis radix est acerbitas et amarulentia. Qui est ejusmodi, et ad gravem iram propensus, numquam reinmittit animum, ut qui sit semper cogitabundus, semper tristis. Nam ipsi, ut dixi, primi sua mala sentiunt. *Et clamor, inquit, Curnam? tollis etiam clamorem? Nam eum qui est mitis oportet esse talem. Clamor enim est equus ferens ascensorem, nempe iram et indignationem: equum impedi, et evertisti ascensorem. Audiant hæc maxime mulieres, quæ in re qualibet clamant et vociferantur. In uo solo utile est clamare, nempe in prædicando et docendo: nusquam autem alibi, neque in precatione. Et si vis per res ipsas discere: nunquam clames, et nunquam irasceris: ecce modum evacuandæ iræ. Sicut enim fieri non potest ut qui non clamat irascatur, ita fieri non potest ut qui clamat non irascatur. Ne mihi enim objeceris gravi ira percitum,*

ς'. [151] Δευτέρα ἐστὶν ἀρχὴ αὕτη, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ πολλὴν τὴν ὁμοτιμίαν· ἀλλ' ὁμῶς ἔχει τι πλέον ὁ ἀνὴρ. Τοῦτο σωτηρία μεγίστη οἰκίας. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ τοῦ Χριστοῦ παρέλαθεν, οὐκ εἰς τὸ δεῖν ἀγαπᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βυθμίζειν. Ἰνὸν ἦ, φησὶν, ἀνὴρ καὶ ἄμωμος· τὸ δὲ, τῆς σαρκὸς, εἰς τὸ ἀγαπᾶν, καὶ τὸ, Προσκολληθήσεται, ὁμοίως εἰς τὸ ἀγαπᾶν. Ἄν

<sup>a</sup> Alius habet βιωτικῶν.

<sup>b</sup> Dunsus probabiliter conficit γεγονός ἑλλίπεις.

<sup>c</sup> Voblet Dunsus adici μίτως vob συμπλοκῆς.

que peribit : sed afferat dilectionem quæ tamquam in æquilibrio respondeat obedientiæ. Sicut caput, ita et corpus : hoc illi ad ministerium præbeat manus, pedes et reliqua omnia membra ; illud autem huic invigilet omni instructum intelligentia. Nihil est hoc conjugio melius et præstantius. Et quomodo, inquit, fuerit dilectio, si est metus ? Maxime tunc fuerit. Nam quæ timet, etiam diligit ; quæ diligit, timet tamquam caput, diligit tamquam membrum : nam caput quoque est membrum totius corporis. Propterea illam quidem subiecit, hunc vero præfecit et supra posuit, ut esset pax. Ubi enim est honoris æqualitas, pax numquam fuerit, neque si domus populari regatur imperio, neque si omnes imperent, sed necesse est ut sit unus principatus. Et hæc ubique in corporalibus : nam si sint viri spirituales, erit pax. Erant quinquies mille animæ, et nemo quidquam ex suis facultatibus dicebat esse proprium (Act. 4. 32), sed inter se subjecti erant alter alteri. Hoc est indicium sapientiæ et timoris Dei. Atque ostendit quidem modum dilectionis, timoris autem nondum.

5. Et vide quidem eum dilatare et amplificare quæ sunt dilectionis, de Christo narrantem, et de carne propria, et dicentem, *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem* : quæ sunt autem timoris non dilatare nec amplificare. Quanam de causa ? Quoniam vult dilectionem magis obtinere dominatum. Nam si hæc sit, sequuntur omnia alia ; et ille sit, non omnino. Nam qui diligit uxorem, etsi non admodum morigeram, omnia tamen sustinebit : adeo res est difficilis et ardua concordia, quando non fuerint colligati tyrannide dilectionis : timor autem non omnino in hoc se recte geret. Et ideo magis immoratur in hoc, quod est forte ac validum. Et mulier, cui videtur afferri damnum, quod iubeatur timere, lucratur : viro enim est præceptum id quod est præcipuum, nempe diligere. Quid vero, inquit, si non timeat uxor ? Tu dilige, imple quod tuum est. Nam si non sequantur quæ præstanda sunt ab aliis, oportet ut sequantur quæ præstanda sunt a nobis. Exempli causa : *Subjecti*, inquit, *invicem in timore Christi*. Quid ergo, si alter non subjiatur ? Tu pare legi Dei. Ita hic quoque : Mulier quidem, etiamsi non diligatur, timeat tamen, ne nihil ab ipsa fiat ; et maritus, etiamsi uxor non timeat, tamen diligit, ut ipse in nullo deficiat : unusquisque enim accepit quod est proprium. Hoc ergo matrimonium est secundum Christum, matrimonium spirituale, et generatio spiritus, non ex sanguine, nec ex dolore partus. Talis est etiam Isaaci generatio : audi Scripturam dicentem. *Et desiderunt Sarræ fieri ejus muliebria* (Gen. 48. 14). Et matrimonium non ex sensili motu nec ex corporibus, sed totum spirituale, Deo conjuncta anima conjunctione ineffabili, et quam ipse solus novit. Propterea dicit, *Qui adhæret Domino, est unus spiritus* (1. Cor. 6. 17). Vides quomodo ponit studium ut carnem carni uniat, et spiritum spiritui. Ubi sunt hæretici ? Si matrimonium esset ex iis quæ vituperantur, non sponsum et sponsam vocavisset, non adhortans illud addu-

xisset, *Relinquet homo patrem et matrem* ; nec rursus subjunxisset : *Dictum est, in Christo et Ecclesia*. De hac enim dicit etiam psalmographus : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui : et concupiscet Rex pulchritudinem tuam* (Psal. 44. 11) Propterea Christus quoque dicebat : *Ego exivi a Patre, et veni* (Joan. 16. 28) Sed quando dico eum reliquisse Patrem, ne tale quicquid existimes, quale apud homines, locorum transitum et transmutationem. Sicut enim exivisse dicitur, non quoniam exivit, sed propter carnem : ita etiam illud, *Relinquit Patrem*. Cur ergo non dixit de uxore, *Adhærebit marito suo* ? quanam de causa ? Quoniam dicebat de dilectione, et loquebatur cum viro. Nam cum illa quidem loquens de timore dicit, *Vir est caput uxoris suæ* ; et Christus rursus, *caput Ecclesiæ* : cum viro autem de dilectione loquitur, et ea quæ ad ipsam spectant illi tradit ; ac de dilectione cum illo verba facit, cum constringens et conglutinans et faciens adhærere. Qui enim patrem dimisit propter uxorem, et ipsam rursus postea dimittit et relinquit, quam merebitur veniam ? Non vides quantum Deus honorem eam velit consequi, cum te a patre abductum ei affligeret ? Quid vero, inquit, si facta sint a nobis quæ sunt facienda, illi autem non sequantur ? *Si autem infidelis discedit, discedat* (1. Cor. 7. 15). Non est servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi. Sed quando audis timorem, exige timorem qui convenit liberæ, non tamquam ab ancilla : est enim corpus tuum : nam si hoc feceris, te ipsum probro afficis, tuum corpus afficiens ignominia. Quis est autem timor ? Ut non contradicat, ut non insurgat, ut primas partes non amet : ad hæc usque satis est timorem consistere. Sin autem diligis, ut jussa es, etiam majora facies ; imo vero non timore hoc facies, sed ipsa etiam dilectio faciet aliquid. Est sexus tuus quodammodo imbecillior, multo egens auxilio, multa indulgentia, ut tuæ infirmitatis habeatur ratio. Quid dixerint qui secundis conjunguntur nuptiis ? Non dico condemnans, absit : Apostolus enim id concessit ; sed valde adeo ad ejus infirmitatem me demittens : ei omnia præbe, omnia pro illa gere et patere : incumbit tibi necessitas. Illic non vult externis exemplis admonitionem inducere, quod sæpe facit. Sufficiebat enim Christi exemplum, ut quod sit magnum et vehemens, maxime autem ad rationem subjectionis. *Relinquet*, inquit, *patrem et matrem*. Ecce ab externis. Sed non dixit, *Et cohabitabit*, sed, *Adhærebit*, seu agglutinabitur, exactam significans conjunctionem, dilectionem utique vehementem. Neque hoc fuit contentus, sed et per id quod subjungit sic ostendit subjectionem, ut duo non amplius duo appareant. Non dixit, *In spiritu* ; non dixit, *In anima* ; nam illud est manifestum, et hoc potest quilibet ; sed ita ut sit, *In carne una*.

6. Illic est secundus principatus, habens imperium et multam honoris æqualitatem ; sed tamen vir habet aliquid amplius. Hoc est maxima salus domus. Nam illud quidem, quod sit Christi, accepit, non solum ut debeat diligere, sed etiam ut eam instituat et moderetur : *Ut sit*, inquit, *sancta et immaculata* : hoc

vero, Carnis, ad diligendum; et etiam illud, *Adhærebit*, ad diligendum. Nam si eam effeceris sanctam et immaculatam, sequuntur omnia. Quare quæ sunt Dei, et sequentur humana cum multa facilitate. Compone et moderare uxorem, et sic componitur domus. Audi Paulum dicentem: *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent* (1. Cor. 14. 35). Si domos nostras sic administremus, apti etiam erimus ad Ecclesiam administrandam: domus enim est parva Ecclesia. Sic, cum viri et uxores probi fuerint, possunt omnes antecellere. Cogita Abrahamum, Sarram et Isaac, et trecentos decem, et octo vernas, quomodo tota domus constituta fuerit et composita, quomodo tota fuerit plena pietate. Illa præceptum implevit apostolicum, et virum timebat: audi enim ipsam dicentem, *Nondum mihi evenit hactenus: dominus autem meus est senior* (Gen. 18. 12): et ille ipsam sic diligebat, ut jubenti in omnibus pareret. Et puer erat virtute præditus, et vernæ ipsi quoque erant admirabiles, qui non dubitarunt etiam periculum adire cum domino, non distulerunt neque causam inquisierunt; sed unus ex iis qui præerat, adeo erat admirandus, ut ejus fidei sit commissum unici filii matrimonium, necnon extra fines regionis peregrinatio. Sicut enim quando sub duce belli recte compositus fuerit exercitus, bellum nulla ex parte ingruit: ita hic quoque, quando maritus et uxor et filii et famuli eadem curant, magna est domus concordia. Alioqui si non ita sit, sæpe per unum nequam servum universum evertitur, et dissolvitur; et unus sæpe totum delet et perdit. Magnam ergo curam geramus et uxorum et liberorum et servorum, scientes quod principatum nobis ipsis reddemus facile: clemensque et benigna erit nobis rationis redditio, et dicemus: *Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus* (Isai. 8. 18). Si sit vir admirandus, et bonum caput, reliquum quoque corpus nullam vim patietur.

*Quomodo se gerere debeat vir erga uxorem.* — Quomodo quidem recte se habeant res uxoris et res viri, exacte et accurate dixit, ut qui illi quidem suaserit ut timeat tamquam caput; huic autem ut diligat tamquam uxorem: sed, Quomodo, inquit, hæc fiet? Nam quod oporteat quidem, ostendit; quomodo autem, ego vobis dicam: si pecunias despiciamus, si unum expectemus, nempe virtutem animæ, si Dei metum habeamus ante oculos. Quod enim dicebat, cum dissereret de servis: *Quodcumque fecerit unusquisque bonum aut malum, hoc recipiet a Domino*; hoc hic quoque. Non ergo propter illam tantum, quantum propter Christum oportet eam diligere. Hoc ergo quoque subindicavit, dicens: *Tamquam Domino*. Tamquam Domino ergo obsequens, et propter ipsum omnia faciens, sic gere omnia: hoc sufficit ad inducendum et persuadendum, et non sinendum ut sit ulla lis et dissensio. Nullus fidelis maritum apud uxorem calumniatur: sed neque vir leviter et inconsiderate credat adversus uxorem; neque uxor leviter et curiose scrutetur ingressus et exitus; sed nec maritus seipsum præbeat dignum suspitione. Cur enim,

dic mihi, toto die te das amicis, uxori autem vespere; et nec sic ipsi potes satisfacere, nec amovere suspicionem? Et si te accuset uxor, ne ægre feras: est id amicitiae, non arrogantiae: ardentis amoris sunt illæ accusationes et ferventis affectus ac timoris. Timet enim ne quis suffuretur cubile suum, ne quis in bonorum summa ei detrimentum afferat, ne caput auferat, ne lectum perfodiat. Est aliud quoque argumentum dissensionis: nemo præter modum famulos curet, nec puellam maritus, neque uxor famulum: hæc enim satis sunt ad parietas suspiciones. Mihi enim cogita justos illos: ipsa Sarra jussit patriarcham accipere Agar; ipsa imperavit, nemo coegit, nec eam invasit maritus; sed quamvis longum tempus protraxisset sine liberis, elegit potius nunquam esse pater, quam esse molestus uxori. Sed tamen post hæc omnia quid dicit Sarra? *Judicet Deus inter me et te* (Gen. 16. 5). Annon, si fuisset quispiam alius, motus esset ad iram? non etiam manus extendisset, propemodum dicens, Quid dicis? nolebam ego consuetudinem habere cum muliere: totum a te profectum est; et quis accusas? Sed ille nihil dixit ejusmodi; sed quid? *Ecce ancilla in manibus tuis, ea utere ut tibi placuerit* (Ibid. v. 6). Dedit lecti sociam, ne Sarram molestia afficeret. Atqui nihil est hoc majus ad rationem benevolentiae. Nam si mensæ fuisse socios, efficit ut etiam latrones sint unanimes cum adversariis (et dicit psalmographus: *Qui simul dulces tecum capiebas cibos* [Psal. 54. 15]); unam jam factam esse carnem (hoc enim est cubilis esse sociam), multo magis sufficit ad attrahendum. At nihil ejusmodi justum potuit expugnare, sed eam tradidit uxori, ostendens nihil factum fuisse sua culpa: et quod est majus, eam emisit gravidam. Quis non esset misertus ejus, quæ ex ipso conceperat filium? Sed non flexus est ille justus: nam dilectionem in uxorem præferebat omnibus.

7. *Consilia ad conjugatos pauperes. Domus et familia quomodo ornandæ.* — Hunc nos quoque imitemur: nemo proximo exprobrat paupertatem, nemo amet pecunias; et soluta sunt omnia. Neque dicat uxor marito, Ignave et timide, torpore plene et hebentudine, piger et somnolente: ille humilis et abjectus et humili loco natus, aditis periculis et susceptis peregrinationibus, magnas paravit facultates, et uxor ejus gestat aurum, et in curru mulorum alborum progreditur, in omnem partem circumfertur, habet greges famulorum et agmina eunuchorum: tu autem metuis, frustra que vivis et inutiliter. Ne hæc vel similia dicat uxor; est enim corpus, non ut imperet capiti, sed ut pareat et obediat. Quomodo ergo, inquit, feret paupertatem? unde inveniet solatium? Eligat quæ sunt se pauperiores, reputet quot rursus puellæ nobiles et nobili loco natæ non solum a maritis nihil acceperunt, sed etiam eis dederunt, et sua omnia consumpserunt; cogitet quæ ex his divitiis nascuntur pericula, et amplectetur vitam quæ nullæ agitur negotiis. In summa, si sit in maritum benevola et bene affecta, nihil dicet ejusmodi, sed ma-

γάρ αὐτὴν κατασκευάσης ἄγιαν καὶ ἄμωμον, πάντα ἐπειταί. Ζήτει τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀκολουθήσει μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας. Ῥύθμιζε τὴν γυναῖκα, καὶ οὕτως συγκροτεῖται ἡ οἰκία. Ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος· *Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν εὐκω τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν*. Ἄν οὕτω εἰς οἰκίας διοικῶμεν τὰς ἑαυτῶν, καὶ πρὸς Ἐκκλησίας ἐπιστοαίαν ἐσόμεθα ἐπιτήθειοι· καὶ ἡ οἰκία γὰρ Ἐκκλησία ἐστὶ μικρά. Οὕτως ἐνὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας γενομένους ἀγαθοῦς, πάντας ὑπερβαλέσθαι. Ἐνόησον τὸν Ἀβραάμ, τὴν Σάρραν, τὸν Ἰσαάκ, τοὺς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκογενεῖς· πῶς πᾶσα ἡ οἰκία συγκεκρότητο, πῶς ἅπαντα εὐλαβείας ἔγεμεν. Ἐκείνη καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐπλήρου παράγγελλμα, καὶ τὸν ἄνδρα φρονεῖτο· ἄκουε γὰρ αὐτῆς λεγούσης· *Ὅπως μὲν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν, ὁ δὲ κύριός μου πρεσβύτερος*· κάκεινος αὐτὴν οὕτως ἠγάπα, ὡς πάντα κελευοσὴ πειθεσθαι. Καὶ τὸ παιδίον ἐνάρετον ἦν, καὶ οἱ οἰκογενεῖς καὶ αὐτοὶ θαυμαστοί, οἳ γὰρ καὶ κινδυνεύσαι μετὰ τοῦ δεσπότου οὐκ ὠκνησαν, οὐκ ἀνεβάλοντο, οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐζητήσαν· ἀλλ' εἰς αὐτῶν ὁ πρῶτος οὕτως θαυμαστὸς ἦν, ὡς καὶ γάμον ἐμπιστευθῆναι τοῦ μονογενοῦς παιδός, καὶ ἀποδημίαν ὑπερρίον. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ στρατηγού, ὅταν καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἦ συγκεκροτημένον, οὐδαμῶδες ὁ πολέμιος ἐπεισέρχεται· οὕτω δὴ καὶ ἐν ταῦθα, ὅταν ἄνθρωπος καὶ γυναῖκα καὶ παιδιά καὶ οἰκέται ὡς τῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενοι, πολλῆ τῆς οἰκίας ἡ ὁμόνοια· ἐπεὶ, ἐάν μὴ οὕτως ἦ, πολλάκις δι' ἐνὸς οἰκέτου φαύλου τὸ πᾶν ἀνατρέπεται καὶ καταλύεται, καὶ ὁ εἰς πολλάκις τὸ πᾶν ἠφάνισε καὶ διέφθειρε. Πολλῶν οὖν πρόνοιαν ποιῶμεθα καὶ γυναικῶν καὶ παιδῶν καὶ δούλων, εἰδότες ὅτι τὴν ἀρχὴν ἡμῖν αὐτοῖς εὐκολον καταστήσομεν, καὶ ὅτι τὰς εὐθύνας ἡμέρους καὶ ἐπιεικέεις ἔχομεν, καὶ ἐροῦμεν· *Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδιά, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός*. Ἐἴν ὁ ἄνθρωπος θαυμαστὸς, καὶ ἡ κεφαλὴ καλὴ, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα οὐδεμίαν ὑποστήσεται βίαν.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν γυναῖκα πῶς ἂν καλῶς διαθεῖται καὶ τὸν ἄνδρα, ἀκριβῶς εἶπε, τὴν μὲν φοβεῖσθαι παραινέσας ὡς κεφαλὴν, τὸν δὲ ἀγαπᾶν ὡς γυναῖκα. Πῶς δ' ἂν ταῦτα γένοιτο; φησὶν· Ὅτι μὲν γὰρ δεῖ, εἰδείν· τὸ δὲ πῶς, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ· ἂν χρημάτων καταφρονῶμεν, ἂν πρὸς ἐν ὁρῶμεν μόνον, ψυχῆς ἀρσθην, ἂν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἔχωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν. Ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς πρὸς τοὺς δούλους διαλεγόμενος ἔλεγεν, *Ὅτι ἐν ἄν ποιήσῃ ἕκαστος ἀγαθόν* [152] *ἡ κακόν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦτο καὶ ἐν ταῦθα. Μὴ δι' ἐκείνην τολῶν τοσοῦτον, ὅσον διὰ τὸν Χριστὸν αὐτὴν ἀγαπᾶν*. Τοῦτο γοῦν καὶ ἠνείκατο ἐπιπῶν· *Ὡς τῷ Κυρίῳ*. — Ὡς τῷ Κυρίῳ τολῶν πειθόμενος, καὶ δι' αὐτὴν πάντα ποιῶν, οὕτω πάντα πράττε· τοῦτο ἱκανὸν ἐναγαγεῖν καὶ πείσαι, καὶ μὴ ἀφείναι ἐρεσχέλιαν τινὰ καὶ διγόνουσαν εἶναι. Μηδεὶς ἔστω πιστὸς συκοφαντῶν ἐπὶ τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ μηδὲ ὁ ἄνθρωπος ἀπλῶς πιστευέτω κατὰ τῆς γυναικὸς, μηδὲ ἡ γυνὴ περιεργαζέσθω ἀδόλους καὶ ἐξόδους· ἀπλῶς· καὶ δι' αὐτὴν πάντα ποιῶν, οὕτω πάντα πράττε· τοῦτο ἱκανὸν ἐναγαγεῖν καὶ πείσαι, καὶ μὴ ἀφείναι ἐρεσχέλιαν τινὰ καὶ διγόνουσαν εἶναι. Μηδεὶς ἔστω πιστὸς συκοφαντῶν ἐπὶ τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ μηδὲ ὁ ἄνθρωπος ἀπλῶς πιστευέτω κατὰ τῆς γυναικὸς, μηδὲ ἡ γυνὴ περιεργαζέσθω ἀδόλους καὶ ἐξόδους· ἀπλῶς· καὶ δι' αὐτὴν πάντα ποιῶν, οὕτω πάντα πράττε· τοῦτο ἱκανὸν ἐναγαγεῖν καὶ πείσαι, καὶ μὴ ἀφείναι ἐρεσχέλιαν τινὰ καὶ διγόνουσαν εἶναι. Μηδεὶς ἔστω πιστὸς συκοφαντῶν ἐπὶ τῆς γυναικὸς τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ μηδὲ ὁ ἄνθρωπος ἀπλῶς πιστευέτω κατὰ τῆς γυναικὸς, μηδὲ ἡ γυνὴ περιεργαζέσθω ἀδόλους καὶ ἐξόδους· ἀπλῶς· καὶ δι' αὐτὴν πάντα ποιῶν, οὕτω πάντα πράττε· τοῦτο ἱκανὸν ἐναγαγεῖν καὶ πείσαι, καὶ μὴ ἀφείναι ἐρεσχέλιαν τινὰ καὶ διγόνουσαν εἶναι.

διαθέσει πεπερωμένης καὶ φόβου· δέδοικε γὰρ μὴ τις αὐτῆς ἔκλεψε τὴν εὐνήν, μὴ τις αὐτὴν περὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἐξημίωσε, μὴ τις αὐτῆς τὴν κεφαλὴν ἀφείλετο, μὴ τις διώρυσε τὴν εὐνήν. Ἔστι καὶ ἄλλη μικροψυχίας ὑπόθεσις· μηδεὶς πέρα τοῦ μέτρου τῶν οἰκετῶν ἀντιποιείσθω, μήτε τῆς κόρης ὁ ἄνθρωπος, μήτε τοῦ οἰκέτου ἡ γυνὴ· καὶ γὰρ ταῦτα ἱκανὰ τεκεῖν ὑποψίας. Ἐνόησον γὰρ μοι τοὺς δικαίους ἐκείνους· αὐτὴ ἡ Σάρρα ἐκέλευσε τῷ πατριάρχῃ λαθεῖν τὴν Ἄγαρ· αὐτὴ προσέταξεν, οὐδεὶς ἠνάγκασεν, οὐδὲ ἐπὶ ἔληθεν ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καίτοι μακρὸν χρόνον ἐλύσας ἐν ἀπαιδίῳ, εἴλετο μηδέποτε γενέσθαι πατὴρ, ἢ τὴν γυναῖκα λυπήσθαι. Ἄλλ' ὅμως μετὰ ταῦτα πάντα, τί φησιν ἡ Σάρρα; *Κρίναι ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ σου*. Ἄρα εἰ τις ἦν τῶν ἄλλων, οὐκ ἂν εἰς ὄργην ἐκινήθη; οὐκ ἂν καὶ χεῖρας ἐξέτεινε, μονονουχὶ φάσκων· τί λέγεις; οὐκ ἐβουλόμην ἐγὼ συγγενέσθαι τῇ γυναικί, σὸν τὸ πᾶν γέγονε, καὶ πάλιν ἐγκαλῆς; Ἄλλ' οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν ἐκεῖνος· ἀλλὰ τί; *Ἰδοὺ ἡ παιδίσκη ἐν ταῖς χερσὶ σου*· ἡ αὐτῆς ὡς ἂν σοὶ ἀρστόν ἦ. Τὴν κοινῶν τῆς εὐνῆς ἐξέδωκεν, ἵνα μὴ λυπήσῃ τὴν Σάρραν. Καίτοι γε οὐδὲν τοῦτο μείζον εἰς εὐνοίας λόγον ἔστιν. Εἰ γὰρ τὸ τραπέζης κοινωνῆσαι καὶ ληστὰς ὁμοψυχίαν ποιεῖ πρὸς τοὺς ἐναντίους (καὶ ὁ Ψαλμῶδὸς φησιν· Ὅς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐβλύκατέ μοι δόξαματα)· τὸ μίαν σάρκα γενέσθαι λοιπὸν (τοῦτο γὰρ ἐστὶ κοινωνῆσαι τῆς εὐνῆς), πολλῶ μᾶλλον ἱκανὸν ἐπισπάσασθαι. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ἴσχυσε τὸν δίκαιον εἶναι, ἀλλ' ἐξέδωκε τῇ γυναικί, δεικνύς ὅτι οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ αἰτίαν τι γεγένηται· καὶ τὸ δὴ μείζον, κύουσαν ἐξέπεμψεν αὐτῆν. Τίς οὐκ ἂν ἠλέησε κησάσαν ἐξ αὐτοῦ παιδίον; Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος ἐπεκάμψθη· πάντων γὰρ τὴν ἀγάπην προὔθειρε τὴν πρὸς τὴν γυναῖκα.

Ζ'. Τοῦτον μιμώμεθα καὶ ἡμεῖς· μηδεὶς ὀνειδιζέτω πενίαν τῷ πλησίον, μηδεὶς χρημάτων ἐράτω, καὶ πάντα λέλυται. Μηδὲ λεγέτω γυνὴ πρὸς τὸν ἄνδρα· [153] *Ἄνανδρος καὶ δεῖλε, δίκου γέμων καὶ νωθείας* καὶ ὑπνον πολλοῦ, ὁ δεῖνα ταπεινὸς καὶ ἐκ ταπεινῶν, κινδύνους ἀράμενος καὶ ἀποδημίας στείλαμενος, πολλὴν τὴν οὐσίαν ἐποίησε, καὶ ἡ γυνὴ χρυσοφορεῖ, καὶ ἐπὶ ζεύγους λευκῶν ἡμιόνων πρόβεισι, περιφέρεται πανταχοῦ, οἰκετῶν ἀγέλας ἔχει καὶ εὐνοῦχων ἐσόν· σὺ δὲ κατέπτηχας, καὶ εἰκὴ ζῆς. Μὴ λεγέτω ταῦτα γυνὴ, καὶ τὰ τοῦτοις ὅμοια· σῶμα γὰρ ἔστιν, οὐχ ἵνα διατάτῃ τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ἵνα πείθῃται καὶ ὑπακούῃ. Πῶς οὖν οἶσαι, φησὶ, τὴν πενίαν; πόθεν εὐρήσει παραμυθίαν; Ἐκλεγέσθω παρ' ἐαυτῆς τὰς πεινεστέρους, ἀναλογιζέσθω πῶσαι πάλιν εὐγενεῖς καὶ ἐξ εὐγενῶν κόραι οὐ μόνον ἐξ ἀνδρῶν οὐδὲν προσέλαβον, ἀλλὰ καὶ προσέδωκαν, καὶ τὰ αὐτῶν ἅπαντα ἀνάλωσαν· ἐνοεῖτω τοὺς ἐκ τοιοῦτων πλοῦτων κινδύνους, καὶ τὸν ἀπράγμονα ἀσπάσεται βίον. Καὶ ὅλοι· εἰ φιλοστόργως πρὸς τὸν ἄνδρα διακείτο, οὐδὲν τοιοῦτον ἐρεῖ, ἀλλ' αἰτείσεται πλησίον αὐτῆς ἔχειν αὐτὸν μηδὲν πορίζοντα, ἡ μυρία τάλανα χρυσοῦ μετὰ μερίμνης καὶ φροντίδος τῆς ἐκ τῶν ἀποδημιῶν ταῖς γυναῖξιν ἐγγινομένης ἀεὶ. Ἄλλὰ μηδὲ ὁ ἄνθρωπος ταῦτα ἀκούων ὡς ἀρχὴν ἔχων, ἐπὶ ὕβρεις τρεπέσθω καὶ πλτηγᾶς, ἀλλὰ παραινέτω, νουθεσίτω, ὡς ἀτελεστέρων λογισμοῖς ἀναπειθέτω, χεῖρας μηδέποτε ἐντεινέτω· πῆρρον ἐλευθέρας ψυχῆς ταῦτα· ἀλλὰ μηδὲ ὕβρεις, μηδὲ ὀνειδίτω, μηδὲ λοιδορίας· ἀλλ' ὡς ἰσοπύροτον δικαιομένην βυθιμίζετω. Πόθεν

δὲ τοῦτο ἔσται; Ἐν τὴν ἀληθῆ πλοῦτον μανθάνη, ἔαν τὴν ἄνω φιλοσοφίαν, οὐδὲν ἐγκαλέσει τῶν τοιούτων\*. Διδασκῆται αὐτὴν, ὅτι πενία κακὸν οὐδὲν διδασκῆται, μὴ δι' ὧν λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ποιεῖ διδασκῆται δόξης καταφρονεῖν, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἢ γυνὴ οὔτε ἔρει οὔτε ἐπιθυμῆσει. Καθ' ἕνα ἀγαλμα δαχόμενος, οὕτω; ἀπὸ τῆς ἐσπέρας ἐκείνης; ἢς ἂν αὐτὴν εἰς τὴν θάλαμον δέχεται; διδασκῆται σωφροσύνην, ἐπιεικείαν, ὅπως βιώσεται; σεμνῶς, ἐκ προσιμίων εὐθιῶς καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προθύρων καταβάλλων τῶν χρημάτων τὸν ἔρωτα· καὶ φιλοσοφίαν παιδεύεται, καὶ παραινεῖται ὅπως μὴ εἴη χρυσία κρεμάμενα ἐπὶ τῶν ὤτων καὶ κατὰ τῶν παρεῖων καὶ ἐπὶ τοῦ τραχήλου περικείμενα, μήτε κατακείμενα περὶ τὸν θάλαμον, μήτε ἱμάτια χρυσᾶ καὶ πολυτελῆ ἀποκείμενα; ἀλλ' ἔστω μὲν φαῖδρος ὁ κόσμος, μὴ μὴν εἰς ὕβριν ἢ φαῖδρότης ἐκπιπέτω· ἀλλὰ ταῦτα ἀφείλι τοῖς ἐπὶ τῆς σκηνῆς, αὐτὸς μετὰ πολλῆς τῆς κοσμιότητος καλλώπιζε τὸν οἶκον, σωφροσύνης πνέοντα μᾶλλον, ἢ ἄλλης τινὸς εὐδοκίας. Δύο γὰρ ἐκ τούτου ἔσται, καὶ τρία τὰ καλά· πρῶτον μὲν, οὐκ ἀλγήσει ἢ νόμψη, λυθισίων τῶν πασδάων, καὶ ἀποπεμπομένων ἐκάστῳ καὶ τῶν ἱματίων καὶ τῶν χρυσίων καὶ τῶν σκευῶν τῶν ἀργυρῶν δευτέρον, οὐ φροντίσει ὁ νυμφίος ὑπὲρ τῆς ἀπωλείας, καὶ τῆς φυλακῆς τῶν συμπορισθέντων. Τρίτον πάλιν πρὸς τοῦτοίς, τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ἐξ αὐτῶν τούτων ἐνδείξεται τὴν αὐτοῦ γνώμην, ὅτι δι' αὐτῶν οὐδὲν χαίρει [54], καὶ ὅτι καὶ τὰ λοιπὰ πάντα καταλύσει, καὶ μήτε ὀρχήματα, μήτε ἀσέμνους ἰσθῆδες γενέσθαι συγχωρήσει ποτέ. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι δοκῶ καταγέλαστος εἶναι ἴσως τοῖς, τὰ τοιαῦτα νομοθετῶν· πλην ἀλλ' ἔαν πεισθῆτέ μοι, τοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀπολαύοντες ὠφελείας, τότε τὸ κέρδος εἰσεσθεῖ· καὶ ὁ μὲν γέλως ῥυθίζεται, καὶ καταγελάσασθε τοῦ νῦν ἔθους, καὶ ὑψέσθε ὅτι δντως παίδων ἀνοήτων, καὶ ἀνδρῶν μεθυόντων ἐστέ τὰ γινόμενα νῦν· ἃ δὲ παραινῶ, σωφροσύνης καὶ φιλοσοφίας, καὶ τῆς ἀνωτάτω πολιτείας ἐστέ. Τί οὖν φημι δεῖν; Πάντα τὰ ἄσπρα τὰ αἰσχρὰ, τὰ σατανικά, τὰς ἀτέμνους, τὰς συνδρομὰς τῶν ἀκόλαστων β νέων περιέλε τοῦ γάμου, καὶ ταῦτα τὴν νύμφην σωφρονίσαι δυνήσεται. Εὐθιῶς γὰρ παρ' αὐτῆς λογισαίται, Βαβαί! ποῖος οὗτος ὁ ἀνὴρ; φιλόσοφος ἐστίν, οὐδὲν τὸν παρόντα ἠγείται βίον, ἐπὶ παιδοποιῶν καὶ παιδοτροφίαν με ἠγάγεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ, ἐπὶ οἰκουρίαν. Ἄλλ' ἀπὸ τῆς ταύτης τῆς νύμφης; Μέχρι τῆς πρώτης ἡμέρας, καὶ τῆς δευτέρας; λοιπὸν δὲ οὐκ, ἀλλὰ καὶ μεγίστην καρπύεται τὴν ἡδονήν, πάσης ἐαυτὴν ὑποψίας ἀπαλλάττουσα. Ὁ γὰρ μήτε αὐτῶν μήτε ὀρχουμένων μήτε ἄσπρατων εκκλασμένων ἀνασχόμενος, καὶ ταῦτα παρὰ τὸν τοῦ γάμου καιρὸν, σχολῆ γ' ἂν οὕτως ἀνέξεται ποτε πρῶται ἢ εἰπεῖν τι αἰσχρόν. Μετὰ δὲ τοῦτο, ὅταν πάντα περιέλης ταῦτα τοῦ γάμου, παραλαβὼν αὐτὴν, πλάττει καλῶς, τὸ μὲν αἰσχρὸν ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου ἐξάγων, καὶ μὴ διαλλῶν ταχέως. Κἂν γὰρ ἀναισχυντοτέρα ἢ ἡ κόρη, μέγρι καιρῷ σιγᾶν οἶδεν, αἰδομένη τὸν ἄνδρα, καὶ ξενίζομένη πρὸς τὰ πράγματα. Σὺ τοῖνον οὗτο τὸ αἰσχρὸν μὴ διαλύσῃς ταχέως, ὑπερὸ ἀκόλαστοι ποιοῦσι: τῶν ἀνδρῶν, ἀλλ' ἐπεξάγαγε ἐπὶ πολὺν χρό-

νον· μέγα γὰρ σοι τοῦτο ἔσται κέρδος. Οὐκ ἐγκαλέσει τέως, οὐ μέμψεται ἐφ' οἷς διατυπώσης.

ἦ. Πάντα τοῖνον κατ' ἐκείνον νομοθετεῖ τὸν χρόνον, καθ' ὅν ἢ αἰσχύνη, καθ' ἕνα τις χαλινὸς ἐπικείμενος τῇ ψυχῇ. οὐκ ἀφήσιν οὐδὲν μέμψασθαι, οὐδὲ ἐγκαλεῖν τοῖς γινόμενοις. Ὅταν γὰρ παρρησίας ἐπιλάβηται, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας πάντα ἀνατρέπει καὶ συγγεῖ. Πότε τοῖνον ἐστίν ἕτερος οὕτω καιρὸς ἐπιτήδειος πρὸς τὸ πλάττειν γυναῖκα, ὡς ἐκείνος, καθ' ὅν αἰδεῖται τὸν ἄνδρα, καὶ δέδοικεν ἔτι καὶ δυσωπεῖται: Τότε αὐτῇ τίθει τοὺς νόμους ἅπαντας, καὶ πάντως πεισθῆσεται, καὶ ἐκούσα καὶ ἄκουσα. Πῶς δὲ τὴν αἰσχύνην οὐ λύσεις; Ὅταν φαῖνη καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἤττον ἐκείνης αἰσχυρόμενος, ὀλίγα μὲν προσδιαλεγόμενος, καὶ αὐτὰ δὲ μετὰ πολλῆς τῆς ἐμβριθείας καὶ τῆς συστροφῆς· τότε αὐτῇ τοὺς περὶ φιλοσοφίας κατάθες λόγους· δέχεται γὰρ ἢ ψυχῇ· εἰς τὴν καλλίστην ἔξιν αὐτὴν καταστήσον, τὴν αἰσχύνην λέγω. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ὑποδείγματος ἕνεκεν ἐρῶ, τίνα πρὸς αὐτὴν διαλέγεσθαι χρῆ. Εἰ γὰρ Παῦλος οὐ παρητήσατο εἰπεῖν, *Μὴ [155] ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, καὶ νυμφευτριάς ἐφθέγγασθε ῥήματα, μᾶλλον δὲ οὐ νυμφευτριάς, ἀλλὰ πνευματικῆς ψυχῆς*· πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς οὐ παρητησόμεθα εἰπεῖν. Τί τοῖνον αὐτῇ διαλέγεσθαι χρῆ; Μετὰ πολλῆς μέντοι χάριτος λέγειν πρὸς αὐτὴν· Ἡμεῖς, ὦ παιδίον, τοῦ βίου σε κοινωνῶν ἐλάβομεν καὶ εἰσηγάγομεν ἐν τοῖς τιμιωτέροις καὶ ἀναγκασιτέροις ἡμῖν κοινωνήσασαν, ἐν παιδοποιῆσιν, καὶ οἰκίας προστασίᾳ. Τί οὖν δὴ σε παρακαλοῦμεν; Μᾶλλον δὲ πρὸς τούτου τῆς ἀγάπης διαλέγου· οὐδὲν γὰρ οὕτω συμβάλλεται πρὸς τὸ πείσαι τὸν ἀκούοντα δέξασθαι τὰ λεγόμενα, ὡς τὸ μαθεῖν, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς ἀγάπης λέγεται. Πῶς οὖν δέξῃς τὴν ἀγάπην; Ἄν εἴπῃς, ὅτι Πολλὰς ἐνὸν λαβεῖν, καὶ εὐπορωτέρας καὶ γένους λαμπροῦ, οὐκ εἰλόμην, ἀλλὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς ἡράσθη ἀναστροφῆς, τῆς κοσμιότητος, τῆς ἐπιεικειᾶς, τῆς σωφροσύνης. Εἶτα ἀπὸ τούτων εὐθύς παρασκευάσον ὁδὸν τῶν λόγων τῶν περὶ φιλοσοφίας, καὶ κατηγόρει τοῦ πλοῦτου μετὰ τινος περιόδου. Ἄπλως μὲν γὰρ ἔαν κατατείνης λόγον κατὰ πλοῦτου, φορτικὸς ἔσῃ· ἂν δὲ ὑποθέτως λαβόμενος, πάντα ἀνύσεις. Δόξεις γὰρ ἐν τάξει ἀπολογίας τὸ πρᾶγμα ποιεῖν, οὐκ ὡς αὐστηρὸς τις καὶ ἀχαρὶς καὶ μικρολόγος, ἀλλ' ὅταν ἐκ τῶν αὐτῆς τὴν ὑπόθεσιν λάβῃς, καὶ ἡσθήσεται. Ἐρεῖς οὖν (πάλιν γὰρ τὸν λόγον ἀναλαβεῖν ἀναγκαῖον), ὅτι παρὸν πλοῦσιαν γῆμαι καὶ εὐπορον, οὐκ ἦνεσχόμην. Τί δή ποτε; Οὐχ ἄπλως, οὐδὲ εἰχῆ, ἀλλ' ἐπαιδεύτην ἐγὼ καλῶς, ὅτι πλοῦτος οὐδὲν κτημᾶ ἐστίν, ἀλλὰ πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον, καὶ λησταῖς προσὸν καὶ πόρναις γυναίξιν καὶ τυμβωρύχοις.

Διὸ ταῦτα ἀφεῖς, ἐπὶ τὴν τῆς σῆς ἀρετὴν ἤλθον ψυχῆς, ἣν παντὸς προτιμῶ χρυσοῦ. Συνετῆ γὰρ καὶ ἐλευθέρᾳ κόρη νέα, καὶ εὐλαθείας ἐπιμελουμένη, πάσης τῆς οἰκουμένης ἐστὶν ἀνταξία. Διὰ δὲ ταῦτα σε καὶ ἡτπασάμην καὶ φίλω, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ προτιμήμι ψυχῆς. Οὐδὲν γὰρ ὁ παρὸν βίος ἐστὶ, καὶ εὐχομαι καὶ παρακαλῶ καὶ πάντα ποιῶ, ὥστε ἡμᾶς οὕτω καταξιοθῆναι τὸν παρόντα στήσαι βίον, ὥστε δυνηθῆναι καὶ ἐκεῖ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας ἀλλήλοις συνεῖναι. Ὁ μὲν γὰρ χρόνος οὗτος βραχύς καὶ ἐπίκρητος· εἰ δὲ, καταξιοθεῖναι μὲν εὐαρεστήσαντες τῷ Θεῷ οὕτω τὸν βίον μετε-

\* Eunus, τῶν τοιούτων φιλοσοφούσα.

† Marg. Savil., ἀκαθάρτων.



let eum habere prope se nihil acquirentem, quam decies mille talenta cum curis et sollicitudinibus, quæ semper adsunt mulieribus ex peregrinationibus. Sed neque maritus hæc audiens, ut qui habet principatum, convertatur ad contumelias et plagas, sed hortetur, admoneat, tamquam imperfectiori rationibus persuadeat, manus in eam non extendat: procul hæc a libera anima; sed nec contumelias, nec probra nec maledicta ingerat, sed ut quæ sit insipientior eam componat. Quomodo autem hoc erit? Si veris discat divitias, si supernam philosophiam, nihil eorum damnabit. Doceat eam quod paupertas nullum sit malum; doceat non solum per ea quæ dicit, sed et per ea quæ facit; doceat despiciere gloriam, et nihil hujusmodi dicet mulier nec concupiscet. Ac si imaginem acciperet, ab illa vespera qua eam excipit thalamo, eam doceat temperantiam, modestiam, lenitatem, ut statim ab exordio, et ab ipsis vestibulis honeste vivat, pecuniæ amorem dejiciens: et in philosophia erudiat et suadeat ne sit ei aurum pendens ex auribus, nec eo ornatur in genis et collo, nec id repositum habeat in thalamo, neque vestes aureas et sumptuosas; sed sit quidem elegans ornatus, at non ad probum et contumeliam recidat elegantia; verum his dimissis histrionibus in scenica, orna domum cum multa honestate ac decore, spirantem temperantiam potius, quam alium suavem odorem. Ex hoc enim erunt duo aut tria bona: primum quidem non dolebit sponsa, dum solutis nuptialibus thalaminis remittuntur ad singulos vestes et vasa aurea et argentea: secundo, quod sponsus non erit sollicitus ne pereant, et ut custodiantur quæ sunt comparata. His accedit tertium, quod est summa honorum: ex his ipsis ostendet mentem suam, se nullo horum delectari, et se etiam cætera omnia dissoluturum, neque unquam concessurum ut fiant saltationes et canantur impudica cantica. Et scio quidem me videri quibusdam esse ridiculum, qui has leges feram; sed si mihi credideritis, procedente tempore, et succedente rei utilitate, tunc lucrum scietis: et effluet quidem risus, et irridebitis eam quæ nunc est consuetudinem; et videbitis ea quæ nunc fiunt, esse puerorum insipientium et virorum ebriorum; quæ autem suadeo, esse modestiæ et philosophiæ et supernæ vitæ agendæ rationem. Quid ergo dico oportere? Omnia turpia cantica quæ sunt satanica, inhonestas cantilenas, immundorum juvenum circuitiones aufer a nuptiis, et hæc poterunt castigare sponsam et modestam reddere. Statim enim apud se considerabit: Papæ, qualis est hic vir! est philosophus: hanc vitam nihili ducit; ad procreandos liberos et educandos me in ædes duxit, et ad domum custodiendam. Sed hæc sponsæ erunt injucunda? Ad primum usque et secundum diem, non autem deinceps; sed et maximam capiet voluptatem, se ab omni suspitione liberans. Nam qui neque tibias, neque saltantes, neque fractos cantus sustinuerit, idque tempore nuptiarum, vix ipse in animum induxerit ut turpe aliquid umquam aut faciat aut dicat. Post hæc autem, quando hæc

omnia abstuleris a matrimonio, recte te geras, pudorem quidem in longum tempus extendens, et non cito dissolvens. Nam etsi inverecundior sit puella, scit ad tempus silere, mariti mota reverentia, et rerum quibus non assuevit novitate. Hunc ergo pudorem non cito dissolvas, quod faciunt viri impudici, sed extendas ad longum tempus: hoc enim tibi magnum afferet lucrum. Interim non accusabit, nec queretur de iis quæ tu statueris.

8. Leges ergo constitue toto illo tempore, quo pudor tamquam quoddam frenum animæ impositus, non sinit de aliquo conqueri, nec ea quæ sunt redarguere. Nam quando fiduciam et dicendi libertatem apprehenderit, cum multa securitate omnia evertit et confundit. Quando ergo erit aliud tempus æque aptum ad fingendam et formandam uxorem, atque illud quo reveretur maritum et adhuc timet et pudore detinetur? Tunc ei impone leges omnes, et parebit, et lubens et invita. Quomodo autem non solves pudorem? Quando cerneris ipse quoque non minus quam illa erubescens, pauca quidem loquens, eaque cum magna gravitate et animadversione: tunc apud eam philosophiæ verba depone; ea enim accipit anima: ad pulcherrimum et optimum habitum, nempe pudorem, eam redige. Si vultis, etiam ex emphasi causa dicam quænam illi dicere oporteat. Nam si Paulus non recusavit dicere, *Nolite fraudare invicem* (1. Cor. 7. 5), et pronubæ verba est loquutus, imo vero non pronubæ, sed spiritualis animæ; multo magis nos non recusabimus dicere. Quid est ergo ei dicendum? Cum multa gratia oportet ei dicere: Nos, o filiola, te vitæ sociam accepimus, et te introduximus ad societatem in iis quæ sunt præstantissima et maxime necessaria, nempe in liberorum procreatione, et domus cura et administratione. Quid ergo te rogamus? Imo vere antea loquere quæ pertinent ad dilectionem: nihil enim æque confert ad persuadendum auditori ut accepta ei sint quæ dicuntur, atque scire quod ea dicantur ex multa dilectione et benevolentia. Quomodo ergo ostendes dilectionem? Si dixeris, Cum multas liceret accipere et ditiores et ex illustri genere natas, non eas elegi, sed amavi tuam vitæ agendæ rationem, honestatem, modestiam, temperantiam. Deinde statim ab his para viam ad dicendum de philosophia, et reprehende divitias cum quadam ambage et circuitione. Nam si orationem solum extendas in vituperandis divitiis, eris gravis et importunus: sin arrepta occasione, omnia efficies: videris enim id facere pro defensione et excusatione, non tamquam austerus quispiam, injucundusque et illiberalis et sordidus; sed quando ex iis quæ sunt ejus, sumpseris occasionem, etiam gaudebit. Dices ergo (necessario enim rursus repetenda est oratio): Cum liceret ducere divitem et locupletem, non induxi in animum. Quæ obrem? Non temere nec inconsiderate; sed recte didiceram divitias nullam esse possessionem, sed rem contemnendam, et quæ adest et latronibus et meretricibus et sepulcrorum effossoribus.

*Puella quamnam optima habenda est. . . Propterea*

his missis veni ad tuæ animæ virtutem, quam cuius auro præfero. Sapiens enim et ingenia puella, pietatis curam gerens, toti orbi terræ pretio est æquiparanda. Propterea et te sum amplexus et te diligo, et meæ etiam animæ præfero. Nihil est enim vita præsens, oroque et hortor et omnia facio, ut nos ita digni habeamur qui præsentem agamus vitam, ut illic etiam possimus in futuro sæculo cum magna securitate simul versari. Nam præsens quidem tempus est breve, caducum et fragile: sin autem digni fuerimus habiti ut Deo acceptam vitam hic transigamus, semper erimus et cum Christo et cum nobis invicem cum majori voluptate. Ego dilectionem tuam præfero omnibus; neque est quidquam mihi æque molestum quam a te unquam dissidere: etiamsi me oporteat omnia amittere, etiamsi Iro esse pauperiorem, et extrema subire pericula, et quidvis pati, mihi sunt omnia ferenda et toleranda, donec tu in me bene fueris affecta; et mihi tunc optabiles erunt liberi quando tu benevole in me affecta fueris. Oportebit autem te quoque hoc facere. Deinde admisce etiam verba apostolica, quod Deus sic vult esse conjunctam inter nos benevolentiam. Audi enim Scripturam dicentem: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ (Ephes. 5. 31)*. Nulla sit nobis simultatis occasio: valeant pecuniæ, et multitudo servorum, et honores externi: hoc mihi est omnibus præferendum. Quo non auro, quibus non thesauris erunt hæc verba uxori magis desiderabilia? Ne timeas, ne quando dilecta adversus te insolescat, sed confitere te eam diligere. Nam meretrices quidem quæ nunc cum hoc, nunc cum illo junguntur, merito extollentur adversus amatores, quando hæc verba audierint: mulier autem libera et puella ingenia his verbis nunquam extolletur, sed multo magis his inflectetur. Ostende te magni facere cum ipsa consuetudinem, et malle te domi esse propter ipsam quam in foro; et eam præpone omnibus amicis et liberis, quos ex ea suscepisti; et ipsi quoque a te propter ipsam diligantur. Si boni quid fecerit, lauda et admira; si quid contingat absurdi, et quod puellis accidere soleat, suade et admone. Omni ex parte accusa pecunias et sumptus magnificos, et doce eam ornamentum quod paritur ex decore et modestia, et quod ex honestate: et assidue doce ea quæ conferunt.

9. *Uxor quomodo erudienda.* — Sint preces vobis communes; unusquisque eat ad ecclesiam: et eorum quæ illic dicuntur et leguntur, maritus ab uxore partem domi exigat et illa a marito. Si premit paupertas, produca in medium sanctos viros Paulum et Petrum, qui in majori fuerunt existimatione quam omnes reges et divites, et quomodo vitam egerunt in fame et siti: erudi eam nihil in vita esse terribile præterquam Deum offendere. Si quis sic et propter hæc uxorem duxerit, monachis non erit valde minor, nec is qui uxorem duxit, iis qui non duxerunt. Si etiam facere prandia, et convivia celebrare velis, nullum inhonestum, neminem indecorum, sed si sanctum quempiam inveneris, qui possit domui vestræ benedicere,

et pedum ingressu valeat universam inferre Dei benedictionem, eum voca. Dicam etiam aliud: nemo vestrum studeat uxorem ducere ditiozem, sed potius pauperiorem. Non enim ingredietur afferens ex divitiis tantam occasionem voluptatis, quantam introducet molestiam ex probris, ex eo quod plura exigat quam intulerit, ex contumeliis, ex magnis sumptibus et impensis, ex verbis molestis et importunis. Fortasse enim dicet: Nihil adhuc consumpsi ex tuis, meis adhuc induor, ex iis quæ mihi donarunt parentes. Quid dicis, o mulier? tuis es adhuc induta? et quid hoc verbo fuerit miserius? corpus non habes proprium, et pecunias habes proprias? Non estis amplius duæ carnes post matrimonium, sed facti estis in unam; et duæ sunt facultates, non una. O amor pecuniæ! unus homo, unum ambo facti estis animal, et adhuc dicis mea? Exsecrandum hoc verbum et sceleratum a diabolo est invectum. Deus omnia nobis fecit communia, quæ sunt his magis necessaria, et hæc non sunt communia? Non licet dicere, Lux est mea, Sol est meus, Aqua mea: quæ sunt majora, omnia nobis sunt communia, pecuniæ autem non erunt communes? Pereant millicies pecuniæ, imo vero non pecuniæ, sed animi instituta, quæ nesciunt uti pecuniis, sed eas omnibus præferunt. Et hæc doce cum aliis, sed cum multa gratia. Nam quoniam ipsa per se ad virtutem exhortatio multum habet tristitiæ, maxime apud puellam teneram et juvenulam; quando verba fient de philosophia, multam excogita gratiam; et hoc maxime ex illius anima exterrina et amanda, meum et tuum. Si dixerit, Mea, dic: Quænam dicis tua? nescio enim, cum ego nihil habeam proprium: quomodo ergo dicis, Mea, cum omnia sint tua? Condone ei hoc verbum. Non vides, quod in parvis pueris hoc facimus? quando nobis tenentibus aliquid puer rapuerit, et vult aliquid aliud accipere, concedimus et dicimus: Certe tuum est hoc et illud. Hoc etiam faciamus in muliere: est enim mens ejus magis puerilis: et si dicat, Mea, dic, Omnia sunt tua, et ego tuus. Non est verbum adulationis, sed multæ prudentiæ. Sic poteris ejus iram reprimere, extinguere animi ægritudinem. Est enim adulatio, quando propter malum aliquid feceris indecorum et illiberale; hoc autem est maxima philosophia. Dic ergo, Ego quoque sum tuus, o filiola. Hoc mihi suavit Paulus, dicens: *Vir proprii corporis potestatem non habet (1. Cor. 7. 4), sed mulier.* Si mei corporis non habeo potestatem, sed tu multo magis pecuniæ. Sedabis eam, si sic fueris loquutus, flammam extinguens, diabolum probro afficies, ancillam magis eam facies, quam quæ est empta pecunia: his verbis eam alligabis. Quamobrem ex iis quæ loqueris, doce eam nunquam dicere, Meum et tuum. Nec eam inconsiderate voces, sed cum blanditiis, cum honore, cum multa dilectione. Honora eam, et non opus habebit ut honoretur ab aliis: non egebit gloria ab aliis danda, si ea fruatur qua tu eam affeceris. Eam præpone omnibus, propter omnia, et propter pulchritudinem et sapientiam, et eam orna laudibus. Ita et persuade-

Θεῖν τοῦτον, ἀεὶ καὶ μετὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ μετ' ἀλλήλων ἐσόμεθα μετὰ πλείονος τῆς ἡδονῆς. Ἐγὼ πάντων τὴν σὴν ἀγάπην προτίθημι, καὶ οὐδὲν οὕτω μοι δύσκολον οὐδὲ ἐπαχθὲς, ὡς τὸ ποτε διενεχθῆναι πρὸς σέ· κἂν πάντα ἀπολέσαι θέῃ, κἂν Ἴρου πέντεστέρον γενέσθαι, κἂν κινδύνους ὑποστῆναι τοὺς ἐσχάτους, κἂν ὀτιοῦν παθεῖν, ἐμοὶ πάντα οἰστά καὶ φορητὰ, ἕως ἂν τὰ πρὸς σέ εὖ μοι διακέηται· καὶ τὰ παιδία μοι ποθεινὰ τότε ἔσται, ἕως ἂν εὐνοικῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένη ᾖ. Λήθσει δὲ καὶ σέ παῦτα ποιεῖν. Εἶτα παραμύθινε καὶ τὰ ἀποστολικά ῥήματα, ὅτι οὕτως ὁ [156] Θεὸς βούλεται τὴν εὐνοίαν ἡμῶν συγκεκολληθῆναι. Ἄκουε γὰρ τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Ἄντι τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Μηδεμία μικροφυχίας ἔστω πρόφασις ἡμῶν· ἐβρέτω χρήματα, καὶ ἀνδραπόδων πληθεῖς, καὶ τιμαὶ αἰ τῶν ἐξωθεν· ἐμοὶ πάντων τοῦτο προτιμότερον. Πόσου χρυσοῦ, πόσων θησαυρῶν οὐχὶ ποθεινότερα ταῦτα τὰ ῥήματα ἔσται τῇ γυναίκε; Μὴ φοβηθῆς μὴ ποτε ἀπονοηθῆ κατὰ σοῦ φιλουμένη, ἀλλ' ὅτι φιλεῖς ὁμολογεῖ. Αἱ μὲν γὰρ ἑταῖραι νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δὲ ἐκείνῳ προσπλεκόμεναι, εἰκότως· ἂν ἐπαίροιντο κατὰ τῶν ἐραστῶν ὅταν τοιαῦτα ἀκούοιεν ῥήματα· ἐλευθέρᾳ δὲ γυνὴ καὶ κόρη εὐγενῆς οὐκ ἂν ποτε τούτοις ἐπαρθεῖται τοῖς ῥήμασι, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον καὶ κατακάμπτεται. Ἐνδεικνυσο δὲ τὴν πρὸς αὐτὴν συνουσίαν πολλοῦ τιθόμενος, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῆς οἰκίας εἶναι βουλόμενος δι' αὐτὴν, ἢ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς· καὶ πάντων τῶν φίλων προτίμα, καὶ παίδων τῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὰ δὲ διὰ ταύτην φιλεῖσθω παρὰ σοῦ. Ἄν ἀγαθὸν τι πράξῃ, ἐπαινεῖ καὶ θαύμαζε· ἂν ἄτοπόν τι καὶ ὄϊον νεανίας συμβαίνει, παραίνεσι καὶ ὑπομίμησκει. Ἄνω καὶ κάτω χρημάτων κατηγορεῖ καὶ πολυτελείας, καὶ ὑποδείκνυσι τὸν κόσμον τὸν ἀπὸ τῆς κοσμιότητος καὶ ἀπὸ τῆς σεμνότητος, καὶ δίδασκει διηλεκτικῶς τὰ συμφέροντα.*

Θ'. Εὐχαὶ γενέσθωσαν ὑμῖν κοιναί· ἕκαστος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προίτω, καὶ τῶν λεγομένων καὶ τῶν ἀναγιγνωσκομένων ἐκεῖ, καὶ ὁ ἄνθρωπος τὴν γυναῖκα ἀπαιτεῖται ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸ μέρος, κἀκεῖνη τὸν ἄνδρα. Εἰ πένια τις κατέχοι, πάραγε εἰς μέσον τοὺς ἀγίους ἄνδρας, τὸν Παῦλον, τὸν Πέτρον, οἱ πάντων μᾶλλον καὶ βασιλέων καὶ πλουσιῶν εὐδοκίμησαν, καὶ πῶς δὲ καὶ ἐν λιμῶν καὶ ἐν δίψει τὸν βίον διήγαγον· παίδευε αὐτὴν, ὅτι οὐδὲν φοβερὸν τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἢ μόνον τὸ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ. Ἄν οὕτω τις γῆμη, ἂν ἐπὶ τούτοις, τῶν μοναζόντων οὐκ ἔσται πολλῶ ἐλάττων, οὐδὲ τῶν μὴ γεγαμηκότων ὁ γεγαμηκός. Εἰ βούλει καὶ ἄριστα ποιεῖν καὶ ἐστίασις ἐπιτελεῖν, μηδένα ἄσπεμον, μηδένα ἄκοσμον, ἀλλ' εἴ τινα ἅγιον πένητα εὐροῖς δυνάμενον ὑμῖν εὐλογῆσαι τὴν οἰκίαν, δυνάμενον μετὰ τῆς τῶν ποδῶν ἐπιθάσεως πᾶσαν εἰσενεγκεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν εὐλογίαν, τοῦτον κάλει. Εἶπω δὲ καὶ ἕτερον; Μηδεὶς ὑμῶν σπουδαζέτω εὐποριωτέραν γαμεῖν, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον πενεστέραν. Οὐ γὰρ τοσαύτην ἀπὸ τῶν χρημάτων εἰσελεύσεται εἰσφέρειν ἀφορμὴν ἡδονῆς, ὅσην ἀηδίαν ἀπὸ τῶν ὀνειδιῶν, ἀπὸ τῶν πλείονα ἀπαιτεῖν ἴν εἰσῆγαγεν, ἀπὸ τῶν ὕβρεων, ἀπὸ τῆς πολυτελείας, ἀπὸ τῶν φορητικῶν ῥημάτων. Ἐρεῖ γὰρ Ἰσως· Οὐδέπω τῶν σῶν ἀνάλωσα οὐδὲν, ἔτι τὰ ἐμὰ περικίμαι, ἐξ ὧν οἱ γονεῖς μοι δωδῶρηται. Ἴτι λέγεις, ὦ γύναι; ἔτι τὰ σὰ περικίμαι; καὶ τί πούτου τοῦ ῥήματος γέ-

νοι; ἂν ἀθλιώτερον; σῶμα οὐκέτι ἔχεις ἴδιον, καὶ χρήματα ἔχεις ἴδια; Οὐκέτι δύο ἔστέ σάρκες μετὰ τὸν γάμον, ἀλλ' ἐγένεσθε εἰς μίαν· καὶ αἱ οὐσαὶ δύο, καὶ οὐ μία. Ὡ τοῦ τῶν χρημάτων ἔρωτος! εἰς ἄνθρωπος, [157] ἐν ζῶων ἀμφοτέροις γεγένησθε, καὶ ἔτι λέγεις, Τὰ ἐμὰ; Ἐπάρατον τοῦτο τὸ ῥήμα καὶ μιανὴν ἀπὸ τοῦ διαβόλου εἰσηνέχθη. Πάντα ἡμῶν κοινὰ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ τούτων ἀναγκαϊότερα, καὶ ταῦτα οὐ κοινὰ; Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, τὸ ἐμὸν φῶς, ὁ ἐμὸς ἥλιος, τὸ ἐμὸν ὕδωρ· πάντα ἡμῖν κοινὰ τὰ μείζονα, τὰ δὲ χρήματα οὐ κοινὰ; Ἀπολλύσθω τὰ χρήματα μυριάκις, μᾶλλον δὲ μὴ τὰ χρήματα, ἀλλ' αἱ προαιρέσεις αἱ μὴ εἰδυῖαι χρήμασι χρῆσασθαι, ἀλλὰ πάντων αὐτὰ προτιμῶσαι. Καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ἄλλων δίδασκει· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς χάριτος. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν τῆς ἀρετῆς ἢ παραίνεσις πολὺ τὸ σκυθρωπῶν ἔχει, καὶ μάλιστα πρὸς κόρην ἀπαλὴν καὶ νέαν, ὅταν περὶ φιλοσοφίας λέγοιντο λόγοι, πολλὴν ἐπινοεῖ τὴν χάριν, καὶ τοῦτο μάλιστα ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐξόριστον ἐκείνης, τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ σὸν. Ἄν εἴπῃ, Τὰ ἐμὰ, εἰπέ αὐτῇ· Ποῖα λέγεις σὰ; οὐδὲ γὰρ οἶδα· οὐδὲν ἔχω ἐγὼ ἴδιον· πῶς οὖν λέγεις, Τὰ ἐμὰ, πάντων ὄντων σῶν; Χάρισαι αὐτῇ τὸ ῥήμα. Οὐχ ὀρθᾶ ἐπὶ τῶν παιδίων ὅτι τοῦτο πράττομεν; ὅταν ἡμῶν κατεχόντων τι ἀρπάσῃ, καὶ τὸ ἕτερον· πάλιν βούληται λαβεῖν, συγχωροῦμεν καὶ λέγομεν· Ναί, τοῦτο σὸν ἐστί, κἀκεῖνο. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς ποιῶμεν· παιδικωτέρα γὰρ αὐτῆς ἢ διανοῖα ἐστί· κἂν λέγῃ, Τὰ ἐμὰ, εἰπέ· Πάντα σὰ ἐστί, καὶ ἐγὼ σός. Οὐκ ἔστι κολακείας τὸ ῥήμα, ἀλλὰ πολλῆς συνέσεως. Οὕτως αὐτῆς δυνήσῃ χαλᾶσαι τὸν θυμὸν, καὶ τὴν ἀθυμίαν σέσαι. Κολακεία γὰρ ἐστίν, ὅταν τις ἀγεννῆς τι πράξῃ κακοῦ ἕνεκεν· τοῦτο δὲ φιλοσοφία μεγίστη. Λέγε οὖν· Καὶ ἐγὼ σός. ὦ παιδίον· τοῦτό μοι Παῦλος παρήνευσεν εἰπὼν· *Ὁ ἀνὴρ τὸ ἴδιον σώματος οὐκ ἔξουσιάζει, ἀ.λ.λ' ἡ γυνή.* Εἰ τοῦ σώματος μου οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, ἀλλὰ σὺ, πολλῶ μᾶλλον τῶν χρημάτων. Ἀνεπαυσας αὐτὴν ταῦτα φθεγγόμενος, ἔσθεσας τὴν πυρᾶν, κατήσχυνας τὸν διάβολον, δούλην ἐποίησας· μᾶλλον ἀργυρώνητον ἢ τοῖς ῥήμασι τούτοις κατέδησα; αὐτὴν. Ὡστε ἀφ' ὧν σὺ φθέγγῃ, διδάξων αὐτὴν μηδέποτε λέγειν, Ἐμὸν καὶ Σόν. Καὶ μηδέποτε ἀπλῶς αὐτὴν κάλει, ἀλλὰ μετὰ κολακείας, μετὰ τιμῆς, μετὰ πολλῆς ἀγάπης. Τιμα αὐτὴν, καὶ οὐ δεῖσεται τῆς παρ' ἐτέρων τιμῆς, οὐ δεῖσεται τῆς παρ' ἐτέρων δόξης, ἂν ἀπολαύῃ τῆς παρὰ σοῦ. Πάντων αὐτὴν προτίθει, πάντων ἕνεκεν, καὶ κάλλους, καὶ συνέσεως, καὶ ἐγκωμιάζε. Οὕτως αὐτὴν πείσεις μηδὲν τι προσέχειν τῶν ἐξωθεν, ἀλλὰ πάντων τῶν ἄλλων καταγελᾶν. Δίδασκει τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον, καὶ πάντα ὡσπερ ἀπὸ πηγῆς ἐπιβρέουσαι, καὶ μυρίων ἔσται ἡ οἰκία τῶν ἀγαθῶν γέμουσα. Ἄν τὰ ἀφθαρτα ζητῶμεν, καὶ ταῦτα ἐπελεύσεται τὰ φθαρτά. *Ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Οἷους εἶναι χρῆ νομίζειν τοὺς παῖδας τῶν τοιοῦτων πατέρων; οἷους τοὺς οἰκέτας τῶν τοιοῦτων δεσποτῶν; οἷους τοὺς ἄλλους ἄπαντας τοὺς πλησιάζοντας; ἄρα οὐχὶ μυρίων τῶν ἀγαθῶν καὶ αὐτοὺς [158] γέμειν συμβήσεται; Ὡς γὰρ

<sup>a</sup> Recte conjicit Savil. ἀργυρώνητος.

τὰ πολλὰ πρὸς τοὺς κρατοῦντας καὶ οἱ δοῦλοι τὰ ἤνθ' ῥυθμίζονται, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐξομοιοῦνται ἐπιθυμίαις, τῶν αὐτῶν ἐρώσιν, ὧν ἂν καὶ διδαχθῶσι, τὰ αὐτὰ φθέγγονται, ἐν τοῖς αὐτοῖς συναναστρέφονται. Ἐν οὕτως ἑαυτοὺς ῥυθμιζόμεν, καὶ ταῖς Γραφαῖς προσέχουμεν, τὰ πλείονα παρ' ἐκείνων παιδευθησόμεθα.

• Unus Codex, ἐπιθυμίαις, ceteri et marg. Savil., γνώμαις.

μεθα • καὶ οὕτω δυνησόμεθα ἀρετὰν τῷ Θεῷ, καὶ τὸν παρόντα βίον ἅπαντα μετὰ ἀρετῆς διεξελθεῖν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τυχεῖν • ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιοῦσθαι, χάριτι καὶ φιλάνθρωπιᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

*Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ • τοῦτο γὰρ ἐστὶ δίκαιον. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, ἧτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ. Ἴνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.*

α'. Καθάπερ τις σῶμα πλάττων, πρῶτον μὲν τὴν κεφαλὴν, ἔπειτα τὸν αὐχένα, εἶτα τοὺς πόδας τίθεισιν, οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τῷ λόγῳ πρόεισιν. Εἶπε περὶ τοῦ ἀνδρὸς, εἶπε περὶ τῆς γυναικὸς, τῆς δευτέρας ἀρχῆς • χωρεῖ λοιπὸν ὁδῷ βαδίζων ἐπὶ τὴν τρίτην • αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ τῶν παίδων. Τῆς μὲν γὰρ γυναικὸς ἄρχη ὁ ἀνήρ, τῶν δὲ παίδων ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνή. Ὅρα οὖν τί φησι: *Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ* • αὕτη γὰρ ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ. Οὐδὲ ἐνταῦθα περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται, οὐδὲ περὶ τῶν ὑψηλῶν • ἔτι γὰρ πρὸς ἀπαλὰς διαλέγεται διανοίας • διὸ καὶ βραχεῖαν ποιεῖται τὴν παραινέσιν, ἅτε οὐ δυναμένων τῶν παίδων μακρῶν παρακολουθήσαι λόγῳ. Διὰ τοῦτο οὐδὲ περὶ βασιλείας τι διαλέγεται • οὐ γὰρ ἐστὶν τῆς ἡλικίας ἐκείνης ταῦτα ἀκούειν • ἀλλ' ἂ μάλιστα ψυχὴ νηπιώδης ἀκούσαι ποθεῖ, ταῦτά φησιν, ὅτι μακροχρόνιος ἐστὶ. Εἰ γὰρ τις ἐξετάξῃ, διὰ τί μὴ περὶ βασιλείας διελέσθῃ, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ νόμῳ κειμένην ἐντολὴν αὐτοῖς ἔθηκεν, ἐροῦμεν, ὅτι ὡς νηπιωδεστέροις οὔσι, καὶ μάλα εἰδῶς ὅτι, τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς οὕτω διακειμένον κατὰ τὸν νόμον ἔθηκεν, οὐ πολλοῦ καμάτου ἐστὶ τὰ παιδία ὑποτάξαι. Ὅταν γὰρ πρῶτον τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν λάβῃ καλὴν καὶ ἰσχυράν καὶ κοσμίαν, ἰδῶν πάντα καὶ νόμῳ προβαίνει λοιπὸν μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας. Τὴ γὰρ χαλεπώτερον, τὸ θεμέλιον θέσθαι, καὶ τὴν κρηπίδα ὑποβαλεῖν. *Τὰ τέκνα, ὑπακούετε, φησὶ, τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ* • τούτεστι, κατὰ Κύριον. Ὁ Θεὸς, φησὶν, οὕτω προσέταξε. Τὶ οὖν, ἂν [159] ἄτοπα προστάτῃσι; Μάλιστα μὲν οὐδέποτε ἐπιτάττει πικρὰ ἄτοπα, κὰν αὐτὸς ἄτοπος ἦ • πλὴν ἀλλ' ὁμως καὶ οὕτως ἠσφαλίσατο, εἰπὼν • *Ἐν Κυρίῳ* • τούτεστιν, ἐν οἷς ἂν μὴ προσκρούσῃς Θεῷ • ὡς ἐάν Ἑλλην ἦ, ἢ αἰρετικὸς, οὐκέτι πείθεσθαι δεῖ • οὐ γὰρ ἐστὶν ἐν Κυρίῳ τὸ πρῶτον. Πῶς δὲ φησιν • *Ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη; πρώτη γὰρ ἐστὶ τὸ, Οὐ μοιχεύσεις, τὸ, Οὐ φονεύσεις.* Οὐ τῆς τάξεως εἶπεν αὐτὴν πρώτην, ἀλλὰ τῆς ἐπαγγελίας. Ἐκείναις μὲν οὖν οὐ κεῖται μισθός, ἅτε περὶ κακῶν διατεταγμέναις καὶ τῆς τῶν κακῶν ἀναχωρήσεως • ἐν δὲ ταύταις, ἅτε ἀγαθῶν ἐργασίας οὐσας, καὶ ἐπαγγελία κεῖται. Καὶ ὅρα πῶς θαυμαστὴν κρηπίδα ἔθηκε τῆς ἀρετῆς ὁδῷ τὴν εἰς τοὺς γονεῖς τιμὴν καὶ αἰδῶ • καὶ εἰκό-

τως • Ἀπαγαγὼν τῶν πονηρῶν πράξεων, καὶ μέλλον εἰς τὰ ἀγαθὰ ἐμβαίνειν, τοῦτο πρῶτον ἐπέταξε. τὴν εἰς τοὺς γονεῖς λέγω τιμὴν, ἐπειδὴ καὶ πρὸ πάντων τοῦ ζῆν μετὰ τὸν Θεὸν αὐτοὶ γεγόνασιν αἰτίοι. Ὅστε εἰκότως ἂν πρῶτον τῶν ἡμετέρων ἀπολαύσειαν καλῶν, καὶ τότε οἱ ἄλλοι ἅπαντες ἀνθρώποι. Ἄν γὰρ μὴ τοῦτο τις ἔχη, οὐδέποτε περὶ τοὺς ἐξωθεν ἔσται ἐπιεικῆς. Παραινέσας τοῖνυν ἄπερ ἐχρῆν τοῖς παισὶ, μεταβαίνει ἐπὶ τοὺς πατέρας, καὶ φησὶ • *Καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλὰ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νοουθεσίᾳ Κυρίου.* Οὐκ εἶπεν, Ἄγαπάτε αὐτὰ • τοῦτο γὰρ καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἡ φύσις ἐπισπάται, καὶ περιττὸν ἦν περὶ τῶν τοιούτων νόμον τίθεσθαι • ἀλλὰ τί φησι; *Μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν*, οἷον οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν, ἀποκληρονόμους ἐργαζόμενοι, καὶ ἀποκηρύκτους ποιοῦντες, καὶ φορτικῶς ἐπιχειροῦντες, οὐχ ὡς ἐλευθέρους, ἀλλ' ὡς ἀνδραπέδοις. Διὰ τοῦτο φησὶ: *Μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν.* Εἶτα τὸ κεφάλαιον πάντων, πῶς ἂν ὑπακούσαιεν δείκνυσιν, εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν αἰτίαν ἅπασαν ἀγαγόν. Καὶ καθάπερ εἰδείξε τοῦ τὴν γυναῖκα ὑπακούειν αἴτιον τὸν ἀνδρα γινόμενον (διὸ καὶ τὰ πλείονα αὐτῷ διαλέγεται, τῆς τῆς ἀγάπης τυραννίδι παρακαλῶν αὐτὴν ἐπισπᾶσθαι), οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα πάλιν εἰς αὐτὸν τὴν αἰτίαν ἀνάγει, λέγων • *Ἀλλὰ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νοουθεσίᾳ Κυρίου.* Ὅρθως ὅτι τῶν πνευματικῶν ὄντων καὶ τὰ σαρκικὰ εὔφεται; Βούλει εἶναι τὸν υἱὸν πειθηνῶν; ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν ἐκτρέφει ἐν παιδείᾳ καὶ νοουθεσίᾳ Κυρίου • μὴ νομίσης εἶναι περιττὸν τὸ τῶν θείων Γραφῶν αὐτὸν ἐπακούειν • ἐκεῖ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἀκούσεται: *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.* Ὅστε ὑπὲρ σου τοῦτο γίνεται. Μὴ εἴπῃς: Τοῦτο μονάζοντων ἐστὶ • μὴ γὰρ μονάζοντα αὐτὸν ποιῶ; Οὐκ ἐστὶν ἀνάγκη γενέσθαι αὐτὸν μονάζοντα. Τί δέδοικας δέος πολλοῦ κέρδους ἀνάμεστον; Χριστιανὸν αὐτὸν ποίησον. Μάλιστα γὰρ τοῖς κοσμικοῖς ἀναγκαῖον τὰ ἐντεῦθεν εἰδέναι διδάγματα, μάλιστα τοῖς παισὶ. Πολλὴ γὰρ ἡ ἀνοία ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ • τῆς δὲ ἀνοίας προσθήκη γίνεται καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐξωθεν λόγων, ὅταν μάθωσιν ἐκεῖ τοὺς παρ' αὐτοῖς θαυμαζομένους ἥρωας, παθῶν δούλους ὄντας καὶ [160] δειλοὺς πρὸς θάνατον • οἷον ὁ Ἀχιλλεὺς ὅταν μετανοῇ, ὅταν ὑπὲρ παλλακίδος ἀποθῆσκη, ὅταν ἕτερος μεθύῃ, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα. Δεῖ τοῖνυν αὐτῷ τῶν φαρμάκων τούτων.

β'. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον εἰς τέχνας μὲν ἐκπέμπειν καὶ εἰς διδασκαλεῖον, καὶ πάντα πράττειν ὑπὲρ τούτου, ἐν δὲ παιδείᾳ καὶ νοουθεσίᾳ Κυρίου μὴ ἐκτρέφειν τὰ

his ut nulli extraneo animum adhibeat, sed alias omnes irrideat. Doce Dei timorem, et omnia tamquam a fonte affluent, eritque domus referta bonis innumerabilibus. Si incorruptibilia queramus, corruptibilia quoque adventent: *Quærite enim, inquit, primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis (Matth. 6. 33).* Quales putandi sunt filii talium parentum? quales consentaneum est esse famulos talium dominorum? quales eos omnes, qui illis appropinquant? annon continget eos quoque esse plenos bonis innumerabilibus? Nam maxima ex parte ex moribus

dominorum servi mores suos componunt, et assimulantur eorum desideriis: eadem amant, eadem quæ didicerint loquuntur, in iisdem versantur. Si sic nos ipsos componamus, et Scripturis attendamus, plurima ab illis docebimur. Ita poterimus Deo placere, et totam vitam presentem cum virtute transigere, et assequi bona promissa iis qui ipsum diligunt: quæ utinam nos omnes consequamur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XXI.

Cap. 6. v. 1. *Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est. 2. Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, 3. ut bene tibi sit, et sis longævus super terram.*

3. Rem enim ipsam, si libet, expendamus, et intelligemus profecto, etiam si ad eum modum prædicare jussisset, quemadmodum illi prædicabant: non tamen hac ratione hæresi locum dari. Quomodo? Quoniam illi sanam quidem doctrinam prædicabant, propositum vero ac mens, qua id faciebant, corrupta erat, non tamen ut doctrina prædicata variaretur (a). Sed ut eodem modo prædicarent, magna illis imposita necessitas erat. Quapropter? Quoniam, si aliter prædicassent ac Paulus; si aliter docuissent atque ille, profecto Imperatoris iram non auxissent: nunc vero hoc ipso, quod illius prædicationem dilatabant atque eadem docebant, et similes sibi atque ille discipulis comparabant, Imperatorem irritare potuerant, tanta discipulorum multitudine prodeunte in conspectum. Sed importunus quispiam et stolidus hunc locum reprehendens, ita dicit: Imo vero illi contrariam rationem sequuti essent, si Paulum lædere voluissent: non enim fidelium numerum auxissent, sed eos potius qui jam crediderunt, abegissent. Quid igitur respondebimus? Hoc unum illos spectasse, ut Paulum præsentibus periculis circumcingerent, ut ne illum dimitti sinerent; atque hac ratione putabant majorem se illi dolorem allaturos, atque evangelium extincturos, quam si illos abegissent. Aliter enim faciendo ac Imperatoris iram sedassent, et Paulum exire ac rursus prædicare sivissent; hoc autem modo totam se rem evertere existimabant, cum ipsum de medio sustulissent. Neque vero multi huc penetrabant, sed amari quidam homines et improbi. Deinde, *Et in hoc, inquit, gaudeo, sed et gaudebo. Quid hoc est, Sed et gaudebo?* Etiam si, inquit, magis ac magis id agant. Nam vel invitæ actiones meas adjutant, et laborum

quos in hac re impendunt, ipsi quidem pœnam, ego vero qui eo nihil confero, mercedem feram. Estne quidquam diabolo scelestius hoc agente, ut evangelii susceptio iis, quibus suscipere persuaserit, supplicium conciliet? Vides quantis malis undique suos perfodiat? pœnam istis et supplicium ex ipsamet prædicatione et laboribus in ea susceptis fabricatur. Equis alius inimicus atque hostis, quidquid ad illorum salutem faceret, sic disposuisset? Intelligis nihil cum posse, qui adversus veritatem bellum gerit, sed potius seipsam vulnerare, quemadmodum qui adversus stimulum calcitrat? 19. *Scio enim, inquit, quia hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem et subministrationem Spiritus Jesu Christi. Nihil diabolo scelestius: ita ubique infructuosus laboribus suos obruit ac dilaniat: nec solum præciorum compotus esse minime sinit, sed etiam supplicio novit obrucios facere. Non enim solum prædicationem, sed etiam ejusmodi jojunia ac virginitatem ipsis injungit, quæ non modo præmiis sit illos privatura, verum etiam magnam calamitatem iis, qui ipsam amplexi fuerint, invectura. De quibus et alibi inquit: *Cæteritatem habentes suam conscientiam* (1. Tim. 4. 2). Quamobrem hortor, pro omnibus gratias agamus Deo, qui nobis et labores leves fecit, et mercedes auxit. Quas enim mercedes apud nos ii consequuntur, qui caste utuntur matrimonio, eas apud istos ne illi quidem, qui virginitatem servant, assequi possunt; sed qui apud hæreticos virginitatem colunt, eandem ac fornicatores pœnam subeunt. Unde? Quod nihil bono consilio ac proposito faciant, sed ut creaturas Dei immanemque illius sapientiam criminentur. Igitur ne torpeamus negligentia: moderata nobis certamina Deus injunxit, nullius fere laboris plena. Nec tamen propterea despiciamus. Nam si hæretici inutilibus laboribus seipsos misere afficiant; quæ nobis excusatio reliqua erit, si neque tanto minores, quibusque maxima est proposita merces, subire voluerimus? Ecquod enim Christi præceptorum grave? ecquod valde molestum est? Non potes in virginitate degere? licet tibi matrimonio jungi. Non potes tuis te rebus omnibus privare? licet tibi ex bonis tuis alteri suppeditare: *Vestra, inquit, abundantia illorum inopiam suppleat* (2. Cor. 8. 14). Nam ista quidem valde gravia videri possint, pecunias pro nihilo habere, et corporea cupiditate superiore esse; alia vero ut præstes, nullo sumptu, nulla violentia opus est. Quam enim tibi vim efferas oportet, ut ne maledicæ nec crimineris temere? ne cæterorum bonis invidias? ne ambitione capiaris? Tormentis subjici, nec de gradu dejici, patientiæ est; in exercitatione philosophica se continere, patientiæ est; paupertatem ferre, cum fame ac siti luctari, patientiæ est. At ubi nihil horum præstare cogis, sed licet tibi bonis tuis, quatenus Christianum decet, fruentem, alicui non invidere: quam adhibeas violentiam oportet? Certe invidia aliunde non existit, quam quod ex præsentibus rebus pendemus; imo vero neque aliunde omnia mala. Nam si pecuniam et gloriam mundi hujus pro*

(a) Sic ex Coisliniano et ex Nobilio restituimus. Quæ autem hic dicit Chrysostomus, omnino consonant cum iis quæ protulit in Homilia in hunc Epistolæ ad Philippenses locum, *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur* Quæ habetur Tom. III, col. 311-312.

nihilò putes, nequiquam iis quibus suppetunt invidebis.

4. Sed quoniam istis inbias, ista admiraris ac stupes: idcirco invidiæ, idcirco inanis gloriæ stimulis agitaris: ac denique omnia hinc proficiscuntur, ex admiratione, inquam, vitæ presentis rerumque ad illam pertinentium. Invides illi, quem vides discescere? At ille misericordia potius ac lacrymis dignus est. Sed continuo cum risu inquis: Ego lacrymis dignus, non ille profecto. Lacrymis dignus et tu, non ideo quod pauper es, sed quoniam te ipsum miserum ducis. Eos enim, quibus nihil mali adest, ac tamen ægro animo sunt, lacrymis prosequimur, non quod male habeant, sed quod, cum minime male habeant, habere se putant. Etenim, dic mihi, si quis a febre liber mœreat valensque decumbat atque in lectulo circumferatur, nonne iste lacrymis dignior quam febrilaborantes, non quod febrilaboret, sed quod nihil mali habens, habere se putet? Tu quoque lacrymis dignus, quia te ipsum miserabilem ducis; minime vero propter paupertatem; nam paupertas ipsa vel beatissimum te faceret. Quid est quod invideas diviti? quod seipsum pluribus curis subjecit? quod difficiliori servituti? quod sexcentis catenis, veluti canis quispiam, suis pecuniis illigatus est? Advenit vesper, successit nox, huic vero solatii ac requietis tempus fit tumultus, tristitiæ, mœroris, sollicitudinis tempus. Increpuit quid? continuo proripit se. A latronibus spoliatus est quispiam? qui nullum damnum habet majore torquetur sollicitudine quam ille qui passus est. Nam ille quidem semel perdidit, ac dolore accepto curam deposuit; hic vero perpetuo secum illam gerit. Advenit nox, portus malorum nostrorum, nostrarum calamitatum solatium, vulnerum medicamentum; nam et illi qui in luctu aliquo sunt, amicis quidem et cognatis et familiaribus, ac sæpe etiam patribus consolationem afferentibus, non obtemperarunt, neque morem gesserunt, sed etiam illo ipso sermone ad iracundiam sunt provocati: nullus enim æstus est, qui ut acerbitas doloris, animas nostras cruciet, somno autem requiem indidente, ne oculos quidem contra attollere valuerunt. Quemadmodum igitur corpus valde æstuans et sub ferventioribus radiis fatiscens, diversorio quasi cuidam multis irriguo fontibus, et ex levi aura solatium afferenti commendare solemus: ita nox somno tradit animam nostram; vel potius neque nox, neque somnus hoc præstat, sed omnia hæc a Deo profecta sunt, qui miseram humani generis conditionem novit.

*Divitiarum onera.* — Verum non nostri misericordia tangimur; sed perinde, ac nobis ipsi inimici simus, tyrannidem naturali necessitate et solatio superiorem nobis comparavimus, vigiliis, inquam, quæ ex divitiis existunt. *Divitiarum enim, inquit, cura auferit somnum (Eccli. 31. 1).* Ac vide quanta sit Dei providentia. Solatium et requiem hanc non proposito consilioque commisit, sonni usum non electionis nostræ esse voluit; sed naturalis necessitatis vinculiis

adstrinxit, ut vel inviti beneficium accipiamus: dormire enim naturæ est. Nos autem quasi nos ipsos valde oderimus, quasi non nos, sed alienos bello persequamur ac vexemus, hac ipsa naturali necessitate majorem nobis tyrannidem imposuimus, illam minirum quæ ex pecuniis est. Dies illuxit? atque hic sibi metuit a sycophantis. Nox successit? timet latrones. Imminet mors? non tantum ex ipsa morte doloris capit, quam quod sua in aliorum manus devenient. Puerulum habet? tunc vero tanto major cupiditas, tunc se pauperem putat. Non habet? aegritudine conficitur. Hunc igitur beatum judicas, ad quem nullo ex loco affluere potest voluptas? huic fluctibus jactato invides, cum tu in tranquillo portu, paupertate, inquam, conquiescas? Vere et hæc infirmitas est naturæ humanæ, bona generose non ferre, sed ea unde nobis bene est contumeliis incescere. Atque hæc quidem in hoc mundo: verum cum illic abierimus, audi quid dicat dives ille innumerabilium bonorum dominus, ut quidem tu dicis: neque enim ego bona dixerim, sed indifferentia. Hic igitur innumerabilium bonorum dominus, audi quid dicat, et cujus rei necessitate laboret. *Pater, inquit, Abraham, mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quoniam crucior in hac flamma (Luc. 16. 24).* Nam etsi dives iste nihil eorum malorum, quæ supra commemorabam, perpessus erat; etsi omnem vitam sollicitudine et cura liber placidissime egerat; quamquam, quid dico, omnem vitam egerat? unicum illud momentum; momentum enim est unicum, inquit, omnis nostra vita, si cum illo infinito sæculo conforatur: etsi igitur omnia illi ex sententia fluxerant, nonne ex his ipsis verbis, vel potius ex his ipsis rebus miserabilis est? Annon vino tua undique mensa redundabat? nunc vero ne guttam quidem aquæ in potestate habes, cum maxime egēs. Annon pauperem illum ulceribus deformatum despiciebas? nunc vero postulas, ut ipsum possis aspicerere, ac nemo permittit. Ad fores tuas jacebat; nunc vero in sinu Abrahæ est: tu sub amplis laquearibus cubabas; nunc vero in igne gehennæ.

5. Audiant hæc divites, vel potius non divites, sed inhumani: non enim idcirco ille puniebatur, quoniam dives erat, sed quoniam misertus non est. Licet enim diviti, dummodo misericordia se duci sinat, cuiusvis boni esse compotem. Ac sane ideo neminem iste alium vidit, quam illum egentem, ut hinc in memoriam rediens factorum suorum intelligeret juste se hujusmodi pœnis affici. An fortasse deerant sexcenti alii pauperes justi? Sed qui ad fores ipsius jacebat, is illis se spectandum præbet, una erudiens ipsum ac nos, quantum boni sit pecuniis non confidere. Nihil illi paupertas obfuit ad regnum consequendum; nihil huic divitiæ profuerunt ad vitandam gebennam. Quousque pauperes? quousque mendici? Non est, non est pauper ille qui nihil habet, sed qui multa cupit: non est dives qui multa possidet, sed qui nullius eget rei. Quid enim prodest universum quidem terrarum orbem possidere, nihilo vero jucundius iis vivere qui

δ. Ἄλλ' ἐπειδὴ κέχηνας, καὶ θαυμάζεις αὐτὰ καὶ ἐπτόησαι, διὰ τοῦτο σοὶ καὶ τὰ τῆς βατκανία; ἐνοχλεῖ, διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῆς κενοδοξίας· καὶ πάντα ἀπὸ τοῦτου γίνεται, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν τὰ τοῦ παρόντος βίου. Βασκανίαις, ὅτι ὁ δεῖνα πλουτεῖ; Καὶ μὴν ἔλεους καὶ δακρύων ἄξιος ὁ τοιοῦτος. Ἄλλ' ἔρει; εὐθέως γελῶν· Ἐγὼ δακρύων ἄξιος, οὐκ ἐκείνος. Δακρύων ἄξιος καὶ σὺ, οὐχ ὅτι πένη, ἀλλὰ διὰ τὸ σεαυτὸν ἔλειπνόν εἶναι νομίζεις. [208] Τοὺς γὰρ οὐδὲν ἔχοντας κακὸν καὶ δυσφοροῦντας δακρῦομεν, οὐχ ὅτι κακὸν τι ἔχουσιν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἔχοντες, ἔχουν νομίζουσιν. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ τις πυρετοῦ ἀπηλλαγμένος, ἀλύει καὶ περιστρέφεται, ὑγιάνων ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενος, ἄρα τῶν πυρεττόντων μᾶλλον οὐχὶ δακρύων ἄξιος ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἐπειδὴ πυρέττει, οὐδὲ γὰρ πυρέττει, ἀλλ' ἐπειδὴ μηδὲν ἔχων δεινόν, ἔχειν τι νομίζει; Καὶ σὺ δακρύων ἄξιος διὰ τοῦτο, ὅτι σεαυτὸν ἔλειπνόν νομίζεις, οὐ διὰ τὴν πενίαν· τῆς γὰρ πενίας ἔνεκεν καὶ μακαριστός. Τί φθονεῖς τῷ πλουσίῳ; ὅτι φροντιδῶν ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατέστησε πλειόνων, ὅτι δουλεία χαλεπωτέρα; ὅτι μυρίαὶ ἀλύσεις, καθάπερ τις κύων, τοῖς αὐτοῦ δίδεται χρήμασι; Κατέλαθεν ἑσπέρα, κατέλαθε νύξ, καὶ τὸν τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν οὗτος θορύβου καιρὸν καὶ ἀηδίας καὶ λύπης ἔχει καὶ μερίμνης. Ψόφος ἐγένετο; εὐθέως ἀνεπήδησεν. Ὁ δεῖνα ἐσυλήθη; μᾶλλον ἐκείνου φροντίζει τοῦ ἀπολωλεκτός ὁ μὴ ἀπολωλεκτός. Ἐκείνος μὲν γὰρ ἔπαξ ἀπόλυσε, καὶ λυπηθεὶς ἀπέθετο τὴν φροντίδα· οὗτος δὲ αὐτὴν ἔχει διηνεκῶς. Κατέλαθε νύξ, ὁ λιμὴν τῶν ἡμετέρων κακῶν, τὸ παραμύθιον τῶν ἡμετέρων συμφορῶν, τὸ φάρμακον τῶν τραυμάτων. Καὶ γὰρ οἱ περιωδυνίαι τιμὴ κατεχόμενοι τοῖς φίλοις μὲν καὶ συγγενέσι καὶ οἰκείοις, πολλάκις δὲ καὶ πατράσι παραμυθουμένοις οὐκ εἴξαν οὐδὲ ὑπεχώρησαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ῥήματα αὐτὰ ἠγανάκτησαν· παντὸς γὰρ καύματος μᾶλλον τὸ πικρὸν τῆς δόξης τὰς ἡμετέρας θλίβει ψυχός· τῷ δὲ ὑπνω κλειούντι παύσασθαι οὐδὲ ἀντιβλέψαι ἔσχυσαν. Καθάπερ οὖν σῶμα διακαῆς καὶ θερμότερα προσπαλαῖσαν ἀκτεῖνι κατατρυχόμενον, ὥσπερ τιμὴ καταγωγίῳ πολλὰς ἔχοντι πηγὰς καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λεπτιῆς αἵρας παραμυθίαν· οὕτως ἡ νύξ τῷ ὑπνω παραδίδωσιν ἡμῶν τὴν ψυχὴν· μᾶλλον δὲ οὐχ ἡ νύξ, οὐδὲ ὁ ὑπνος τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλ' ὁ Θεός, εἰδῶς τὸ ταλαίπωρον τοῦτο γένος, ἅπαντα ταῦτα εἰργάσατο.

Ἄλλ' ἡμεῖς οὐκ ἐλεοῦμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐπενοήσαμεν, καθάπερ ἐχθροὶ ὄντες ἑαυτῶν, τῆς φυσικῆς ἀνάγκης καὶ ἀναπαύσεως μερίζοντα τυραννίδα, τὴν ἀπὸ τοῦ πλούτου ἀγρυπνίαν. *Μέριμνα* γὰρ, φησί, *πλούτου, ἀφιστά ὕπνου*. Καὶ ὅρα πόση τοῦ Θεοῦ ἡ κηδεμονία· οὐκ ἐπέτρεψε τῇ προθέσει τὴν ἀνάπαυσιν, οὐδὲ προαιρέσει τιμὴ τὴν χρεῖαν τοῦ ὑπνου, ἀλλὰ φυσικαῖς αὐτὴν ἀνάγκαις κατέδησεν, ἵνα καὶ ἄκοντες εὐεργετώμεθα· τὸ γὰρ καθεῦδειν, τῆς φύσεως. Ἡμεῖς δὲ ὡς σφῆδρα ἑαυτοὺς μισοῦντες, ὡς ἐτέρους πολεμοῦντες καὶ θλίβοντες, τῆς φυσικῆς ταύτης ἀνάγκης μερίζοντα τὴν ἀπὸ τῶν χρημάτων ἐπενοήσαμεν τυραννίδα. Ἡμέρα γέγονε; καὶ δέδοικεν ὁ τοιοῦτος τοὺς συκοφάντας. Ἡ νύξ κατέλαθε; τρέμει ληστὰς. Θάνατος ἐπέστη; τοῦ θανάτου μᾶλλον δάκνεται, [209] ὅτι

ἐτέρων ἐκείνα γίνεται. Παιδίον ἔσχε; πλείων ἢ ἐπιθυμία· καὶ τότε δοκεῖ πένης εἶναι. Οὐκ ἔσχε, μᾶλλον ἰδυνάται. Τοῦτον οὖν μακαρίζεις τὸν οὐδαμῶθεν ἰσθῆναι δυνάμενον; τοῦτω φθονεῖς τῷ κλυδωνιζομένῳ, ἐν λιμένι γαληνῷ τὴν πένιαν ἐσθηκῶς; Ὅπως καὶ τοῦτο ἐλάττωμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ μὴ φέρειν τὰ ἀγαθὰ γενναίως, ἀλλ' εἰς τὰς εὐπραγίας ἐξυθρίζειν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα· ὅταν δὲ ἀπέλωμεν ἐκεῖ, ἀκουσον τί φησὶν ὁ πλούσιος, ὁ μυρίων ἀγαθῶν κύριος, ὥσπερ σὺ λέγεις· οὐ γὰρ ἂν ἐγώ γε ταῦτα εἴποιμι ἀγαθὰ, ἀλλ' ἀδιάφορα. Οὗτος τοίνυν ὁ μυρίων ἀγαθῶν κύριος, ἀκουσον τί φησι, καὶ τίνας ἐν χρεῖζ κατέστηκε· *Πάτερ*, φησὶν, *Ἀβραάμ, πέμψον Ἀάζαρρον, ἵνα ἀκρω τῷ δικτύῳ ἐπιστάξῃ μου τὴν γλώτταν, ὅτι ἀποτηγανίζομαι*. Εἰ γὰρ μηδὲν ὦν εἶπον ἔπασχεν ὁ πλούσιος· ἐκείνος, εἰ γὰρ ἐν ἀδείᾳ καὶ φροντιδῶς χωρὶς τὸν ἅπαντα βίον διήγαγε· τί λέγω τὸν ἅπαντα βίον; τὴν μίαν ῥοπήν ἐκείνην ῥοπήν γὰρ ἐστὶν· ὡς μία γὰρ ῥοπή, φησὶν, ὁ πᾶς ἡμῶν αἰὼν πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν ἄπειρον· εἰ τοίνυν πάντα αὐτῷ κατὰ γνώμην προεκεχωρήκει, ἄρα οὐκ ἔλειπνός ἐστι τούτων τῶν ῥημάτων, μᾶλλον δὲ τούτων τῶν πραγμάτων; Οὐχὶ οἴμω περιεκλύζετό σου ἡ τράπεζα; νῦν δὲ οὐδὲ σταγόνας ὕδατος εἰ κύριος, καὶ ταῦτα ἐν χρεῖζ πολλῇ καθεστηκώς. Οὐχ ἠλκωμένος ὑπερεώρας τὸν πένητα; νῦν δὲ ἄξιοις αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ οὐδεὶς δίδωσι. Παρὰ τὸν πυλῶνα ἦν τὸν σὸν, νῦν δὲ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ· ὑπὸ τὰς μεγάλας σὺ κατέκεισο ὄροφας, νῦν δὲ ἐν τῷ πυρὶ τῆς γέννησης.

ε'. Ἀκουέτωσαν ταῦτα οἱ πλούσιοι· μᾶλλον δὲ οὐχοὶ πλούσιοι, ἀλλ' οἱ ἀνελεῆμονες· οὐ γὰρ, ἐπειδὴ πλούσιος ἦν, ἐκολάζετο, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἠλέησεν. Ἐνεσσι γὰρ πλουτοῦντα καὶ ἐλεοῦντα τυχεῖν παντὸς ἀγαθοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδένα ἄλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ἡ ἐκείνον τὸν δεόμενον αὐτοῦ, ἵνα μάθῃ, ὅτι δικαίως ταῦτα ἔπασχεν, εἰς ὑπόμνησιν ἐλθῶν ὦν ἐπραττε. Μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν μυριοὶ πένητες δίκαιοι; Ἄλλ' ὁ πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ κείμενος, οὗτος αὐτῷ φαίνεται, παιδῶν αὐτὸν καὶ ἡμᾶς, ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν μὴ πεποιεῖσθαι ἐπὶ χρήμασιν. Οὐδὲν ἐκείνον ἐβλαψεν ἡ πενία πρὸς τὸ βασιλείας τυχεῖν· οὐδὲν τοῦτον ὠφέλησεν ὁ πλούσιος πρὸς τὸ γένεσθαι ἐκφυγεῖν. Μέχρι πότε πένητες; μέχρι πότε πτωχοί; Οὐκ ἐστὶν, οὐκ ἐστὶ πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν· οὐκ ἐστὶ πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς δεόμενος. Τί γὰρ ὄφελος πᾶσαν μὲν κεκτησθαι τὴν οἰκουμένην, τοῦ δὲ μηδὲν ἔχοντος μᾶλλον ἐν ἀθυμίᾳ διάγειν; Αἱ προαιρέσεις καὶ τοὺς πλουτοῦντας καὶ τοὺς πενομένους ἐργάζονται, οὐχ ἡ τῶν χρημάτων περιουσία οὐδὲ ἡ ἔνδοξα. [210] Βούλει γενέσθαι πλούσιος σὺ ὁ πένης; Ἐξεστὶ σοὶ βουλομένῳ, καὶ ὁ κωλύων οὐδεὶς καταφρόνησον τῶν τῷ κόσμῳ χρημάτων· νόμισον εἶναι μηδὲν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐστὶν; ἐκβαλε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλούτου, καὶ ἐπλούτησας. Οὗτός ἐστιν ὁ πλουτῶν, ὁ μὴ θέλων πλουτεῖν· ὁ μὴ θέλων πένεσθαι, οὗτός ἐστιν ὁ πενόμενος. Καθάπερ ἐκείνος νοσῶν ὁ καὶ ἐν ὑγείᾳ ἀλύων, οὐκ ἐκείνος ὁ πάσης ὑγείας εὐκολώτερον τὴν νόσον φέρων, οὕτως καὶ ἐνταῦθα πένης ἐστὶν ὁ μὴ δυνάμενος πενίαν ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἐν πλούτῳ τῶν πενομένων μᾶλλον ἠγούμενος εἶναι πένης, οὐκ ἐκείνος ὁ

τῶν πλουτουμένων μᾶλλον τὴν πενίαν εὐκολώτερον φέρων· οὗτος γάρ ἐστι μᾶλλον ὁ πλουσιώτερος. Εἶπε γάρ μοι, τὴν πενίαν διὰ τί δέδοικας; διὰ τί τρέμεις; οὐχὶ διὰ λιμόν; οὐχὶ διὰ εἶψος; οὐχὶ διὰ ψυχός; ἢ οὐ διὰ ταῦτα; Ἄλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδείς ὁ τούτων ἀπορήσας ποτέ. Ἐμβλέψατε γὰρ εἰς ἀρχαίους γεγεῆς, καὶ ἴδτε· τίς ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἠλπισεν ἐπ' αὐτόν, καὶ κατασχύνθη; καὶ πάλιν, Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. Οὐδένα ἂν ἔχοι τις ἡμῖν δεῖξαι τίνα ταχέως διὰ λιμόν καὶ ψυχός ἀπολωλότα. Τίνας οὖν ἕνεκεν τρέμεις τὴν πενίαν; Οὐκ ἔχεις εἰπαίν. Εἰ γὰρ εὐπορεῖς; τῶν ἀναγκαίων, τί δήποτε τρέμεις αὐτήν; ὅτι πλῆθος οὐκ ἔστι σοι οἰκετῶν; Τοῦτο δεσποτῶν ἔστιν ἀπαλλαγῆναι, τοῦτο μακαριότης διηνεκής, τοῦτο φροντικός ἐλευθερία. Ἄλλ' ὅτι καὶ σκευή, καὶ κλίμα, καὶ ἐπιπλά οὐκ ἔστιν ἐξ ἀργυρίου κατασκευασμένα σοι; Τί γὰρ σου πλέον ἔχει κατὰ τὴν ἀπόλαυσιν ὁ ταῦτα κεκτημένος; Οὐδέν· τὰ γὰρ τῆς χρήσεως ἴσα, ἂν τε ἀπὸ ταύτης, ἂν τε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὕλης ἦ. Ἄλλ' ὅτι φοβερός οὐκ εἶ τοι; πολλοί; Μηδὲ γένοιό ποτε· ποία γὰρ ἦδονή τρέμειν καὶ δεδοικέναι σέ τινας; ἄλλ' ὅτι ἐτέρους φοβῆ; ἄλλ' οὐκ ἔστι φοβηθῆναι\*. Θέλεις γὰρ μὴ φοβείσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Ἄλλ' ὅτι εὐκαταφρόνητοί ἐσμεν, φησί, καὶ

\* Legendum videtur, ἄλλ' ἔστιν οὐ φοβ.

πρὸς τὸ παθεῖν ἔτοιμοι κακῶς; Μάλιστα μὲν οὐχ ἡ πενία τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἡ κακία. Ἐπεὶ πολλῶν πενητῶν ἀπραγμῶν τὸν πάντα βίον διαγόντων, ἀρχόντες, πλουτοῦντες καὶ δυνάσται πάντων κακούργων καὶ ληστῶν καὶ τυμβωρύχων ἀθλιώτερον ἀπήλλαξαν. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ σοῦ ἡ πενία, τοῦτο ἐπ' ἐκείνου ὁ πλοῦτος ἔχει. Ὅπερ γὰρ σε διὰ τὸ καταφρονεῖσθαι ἐνταῦθα ποιούσι κακῶς οἱ κακοῦν βουλόμενοι· οὕτως ἐκείνου διὰ τὸ φθονεῖν καὶ βασκαίνειν· καὶ μᾶλλον οὗτοι, ἢ ἐκείνοι· μᾶλλον αὕτη ἡ ἀνάγκη ἰσχυροτέρα τοῦ κακῶς ποιεῖν. Ὁ μὲν γὰρ φθονῶν, ἰσχυρὸ πάθος καὶ δυνάμει πάντα πράττει, ὁ δὲ καταφρονῶν πολλάκις καὶ ἠλέησε τὸν καταφρονούμενον· καὶ τοῦτο αὐτὸ γέγονεν αὐτῷ αἰτίαν ἀπαλλαγῆς, [211] τὸ πένητα εἶναι, τὸ μὴ δύνασθαι ἔχειν ἰσχύ· Μεγάλα τε κατορθώσεις, λέγοντες πρὸς αὐτόν, ἔαν τὸν δεῖνα ἀνέλη, ἔαν ἀποκτείνης ἕνα πένητα· πόσων οὐκ ἀπολαύση μισθῶν; καὶ οὕτως αὐτῶν τὸν θυμὸν χαλῶμεν. Ἐπὶ δὲ τῶν πλουτουμένων ὁ φθόνος ἐφέστηκεν, οὐ πρότερον λήγων, ἕως ἂν ὅπερ βούλεται ἐργάσθαι, καὶ τὸν ἴην ἐκχέῃ τὸν αὐτοῦ. Ὅρᾳ ὅτι οὐχ ἡ πενία, οὐδὲ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα προαίρεσις; Οὐκοῦν ταύτην ρυθμίζωμεν, ταύτην παιδεύωμεν φιλοσοφείν. Ἄν αὕτη καλῶς ἦ διακειμένη, οὕτε πλοῦτος ἡμᾶς ἐκβαλεῖν τῆς βασιλείας δυνήσεται, οὔτε πενία ἡμᾶς ἐλαττον ἔχειν· ἀλλὰ πρῶτος τὴν πενίαν οἴσομεν, οὐδὲ εἰς τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν παραβλαπτόμενοι, οὐδὲ ἐνταῦθα· ἀλλὰ καὶ τούτων ἀπολαύσομεν, καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰ ἕξῃς.

## ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποθήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἀποκαταδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδερὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ' ἐν πάσῃ παρήσῃα, ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνηθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου. α'. Τὴν μεγάλην καὶ φιλόσοφον ψυχὴν οὐδὲν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπηρῶν δύναται θαλεῖν, οὐκ ἔχθραι, οὐ κατηγορίαι, οὐ διαβολαί, οὐ κίνδυνοι, οὐκ ἐπιβουλαί. Ὅπερ γὰρ εἰς μεγάλην τινὰ ἀκώρειαν καταφυγοῦσα, ἄληπτος πᾶσιν ἔστι τοῖς κάτωθεν ἀνιούσιν ἀπὸ τῆς γῆς. Τοιαύτη ἦν ἡ τοῦ Παύλου ψυχὴ, πάσης ἀκωρείας ὑψηλότερον τόπον τὸν τῆς φιλοσοφίας καταλαβοῦσα τῆς πνευματικῆς, τῆς ὄντως φιλοσοφίας. Τὰ γὰρ τῶν ἐξωθεν, ῥήματα μόνον ἔστι καὶ παιδῶν ἀθύρματα. Ἄλλ' οὐ περὶ τούτων λόγος νῦν, τὰ δὲ Παύλου φεγγόμεθα τέως. Ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ τὸν βασιλεία ἔχων πολεμουῖντα αὐτῷ, πρὸς τούτῳ εἶχε καὶ ἐτέρους ἐχθρούς διαφόρους· αὐτὸν λυποῦντας, καὶ μετὰ πικρᾶς διαβολῆς· καὶ τί φησιν; Οὐ μόνον οὐκ ἀλγῶ τούτοις οὐδὲ καταπίπτω, ἀλλὰ

καὶ χαίρω καὶ χαρήσομαι· οὐ πρὸς καιρὸν, φησὶν, ἀλλ' ἀεὶ ὑπὲρ τούτων χαρήσομαι. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποθήσεται εἰς σωτηρίαν τὴν μέλλουσαν. Πῶς γὰρ οὐκ ἀποθήσεται, ὅταν καὶ ἡ ἐχθρα μου τὸ κήρυγμα ὠφελῆ καὶ ὁ πρὸς ἐμὲ ζῆλος; Διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, φησὶ, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἀποκαταδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου. Ὅρα τὴν ταπεινοφροσύνην τοῦ μακαρίου τούτου· ἐν [212] τοῖς ἄθλοις ἦν ἀγωνιζόμενος, μυρία κατωρθώκει, πρὸς αὐτῷ τῷ στεφάνῳ λοιπὸν ἔκειτο· Παῦλος γὰρ ἦν· τί γὰρ ἂν τις εἴποι πλέον; καὶ Φιλιππησίους γράφει, ὅτι διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως δύναμαι σωθῆναι, ὁ ἀπὸ μυρίων κατορθωμάτων κτημένος τὴν σωτηρίαν. Καὶ ἐπιχορηγίας, φησὶ, τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί ἔστιν, Ἐπιχορηγίας; Ἄν διὰ τῶν ὑμετέρων εἰχῶν, φησὶ, καταξωθῶ τῆς χάριτος. Τὸ γὰρ, Ἐπιχορηγίας, τοῦτό ἐστιν, ἀνεπιχορηγηθῆ, ἂν πλέον ἐπιδοθῆ μοι πνεῦμα· Εἰς σωτηρίαν, τουτέστι, τὴν ἀπαλλαγὴν, καὶ τὸν παρόντα διαφεύξομαι, ὡς τὸν πρῶτον κίνδυνον. περὶ τούτου γὰρ φησὶν· Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογία οὐδεὶς μοι συμπαρηγόρητο· μὴ αὐτοῖς λογισθεῖν· ἀλλ' ὁ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδύ-

nihil habent? Electiones ipsæ et vitæ instituta sunt, quæ divites et pauperes faciunt, non pecuniarum abundantia aut inopia. Vis tu, o pauper, ditescere? Si velis, licet tibi: nemo est, qui prohibeat: contemne mundi pecunias, pro nihilo illas habe, ut revera nihil sunt, abjice divitiarum cupiditatem, et factus es dives. Qui ditari non vult, hic est qui ditatur: qui minime vult in paupertatem incidere, is incidit. Nam ut is vere ægrotat, qui etiam in sanitate languet seque afficiat, non ille qui morbum nihilo difficiliter fert quam integram sanitatem: ita etiam pauper est qui paupertatem ferre non potest, atque undique affluentibus divitiis se præ omnibus pauperem putat: non ille qui paupertatem facillime ferens, hilarior vivit quam divites: hic enim longe ditior est. Dic enim mihi, cur paupertatem times? cur tremis? nonne propter famis periculum? nonne propter periculum sitis et frigoris? nonne ob alias hujusmodi causas? At nemo, vemo, inquam, est, qui in tantam inopiam redactus sit. *Respicite enim in antiquas generationes, et videte: quis credidit Deo, et derelictus est? vel quis speravit in ipso, et confusus est (Eccli. 2. 41)* et rursus, *Respicite volatilia cæli, quæ non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et Pater vester cælestis pascit illa (Matth. 6. 26)*. Nemo nobis quempiam protulerit, qui cito fame aut frigore perierit: cur ergo paupertatem timeas? Nihil habes quod respondeas. Nam si necessaria tibi suppetunt, cur denique illam times? quod non tibi adest famulorum multitudo? Id vero nihil aliud est, quam a dominis esse liberum, quam perpetua quædam beatitudo, quam curarum vacuitas et libertas. An quod vasa, lectos, suppellectilem non habes ex argento fabricata? Et quid plus habet quam tu, quod ad fruendum pertinet, is cui ista suppetunt? Nihil: usus enim idem est, sive ex hac sive ex illa materia con-

stent. An quod multis non es terrori? Absit, ut id tibi umquam eveniat: quæ enim voluptas, esse qui te metuant ac formident? An quod alios formidas? At licet non formidare. *Vis enim non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa (Rom. 13. 3)*. At enim dicis, Facile contemnimur, facile malis afficimur? Quinimo id potissimum facit improbitas, non paupertas. Etenim cum multi pauperes vitam agant sine molestia; non defuerunt principes abundantes divitiis, ac dynastæ, qui quovis facinoroso, latrone et sepulcrorum effossore deterius multati discesserunt. Quod enim in te paupertas, id in illo divitiæ faciunt. Nam qui malefacere volunt, ut tibi ex contemptu, ita diviti ex invidia et livore malefaciunt; atque magis invidi quam malefici: hi enim validiore impetu ad malefaciendum impelluntur. Etenim qui invidet, omnem animi vim et facultatem in agendo adhibet: at qui contemnit, sæpe etiam illius quem contemnit miseretur; atque hoc ipsum causa illi salutis fuit, pauperem, inquam, esse, nihil habere virium. Ita enim adversus eum qui pauperi imminet, dicere soliti sumus: Magnum vero quiddam effeceris, si hunc sustuleris, si pauperem unum interfeceris: en quanta et quam ampla consequeris præmia: atque his verbis furorem illius cohibemus. At adversus divites invidia ita insurgit, ut non ante desinat, quam quod vult effecerit, suumque venenum evomerit. Vides non in paupertate aut divitiis sitam esse boni naturam, sed in nostro arbitrio? Hanc igitur componamus, doceamusque philosophari. Si hæc bene se habuerit, neque divitiæ nos excludere a regno poterunt, nec quidquam nobis adimet paupertas; sed æquo ipsam feremus animo, nullum ex ea detrimentum aut ad futura bona consequenda, aut in hac vita reportantes; sed et his fruemur et cælestibus illis potiorem bonis: quibus utinam digni efficiamur, etc.

### HOMILIA III.

CAP. I. v. 18. *Et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. 19.*

*Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi, 20. secundum expectationem et spem meam, quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.*

1. Magnam et philosophicam animam nihil, quod in hac vita moleste accidat, ledere potest: non inimicitia, non accusationes, non calumnia, non pericula, non insidia. Nam perinde atque si in excelsum quoddam montis cacumen se receperit, nihil ad illam ex iis quæ de inferiore loco de terra jaciuntur, pervenire potest. Talis erat Pauli anima: quovis fastigio altiorem locum prehenderat, locum philosophiæ spiritualis, veræ philosophiæ. Nam ea in quibus ethnici versantur, verba tantum sunt et puerorum lusus. Verum de his nunc sermo non est; sed de Pauli rebus verba facimus. Beatus ille et Imperatorem sibi adversantem habebat, et alios præterea inimicos,

qui variis et acerbissimæ calumniæ plenis modis ipsum vexabant: et quid ait? Non modo propterea non doleo neque animo concido, sed etiam gaudeo, et gaudebo: non ad tempus, inquit, sed semper de his gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem futuram. Et quomodo non proveniat, quando et inimicitia et zelus adversum me susceptus prædicationem juvant? *Per vestram orationem, inquit, et subministrationem Spiritus Jesu Christi secundum expectationem et spem meam.* Vide beati hujus humilitatem: in certationibus laborabat, innumerabilia erant ipsius benefacta, jamjamque coronam ipsam tenebat; Paulus enim erat: nam quid majus dici potest? ac tamen Philippensibus ad hunc modum scribit, *Per vestram orationem possum salutem consequi: ille, inquam, cui sexcenta benefacta salutem comparabant. Et subministrationem, inquit, Spiritus Jesu Christi.* Id est, si per vestras preces dignatus fuero gratia. Vox enim ista, *Subministrationem*, hoc significat, Si subministretur, si mihi plus Spiritus

tributum fuerit : *ad salutem* ; id est , ad hoc ut liberer , et ex presenti periculo perinde atque ex primo eiciar . De primo enim dixit , *In prima mea defensione nemo mihi adfuit : non illis imputetur : Dominus autem mihi adstitit , et confortavit me* ( 2. Tim. 4. 16. 17 ). Hoc igitur et nunc propheticæ prædicit : *Per vestram orationem et subministrationem Spiritus Jesu Christi secundum expectationem et spem meam* . Ita enim , inquit , spero . Nam ut non ita totum committamus , precibus , quæ pro nobis funduntur , ut nihil ipsi afferamus ; vide quomodo exponat quid ipse attulerit , nimirum spem omnium honorum causam : quemadmodum propheta inquit , *Fiat misericordia tua , Domine , super nos , quemadmodum speravimus in te* ( Psal. 32. 22 ) ; ut et alibi alius , *Respice in antiquas generationes , et videte : quis speravit in Domino , et confusus est* ( Eccli. 2. 11 ) ? Et rursus beatus hic ait , *Spes autem non confundit* ( Rom. 5. 5 ). *Secundum expectationem* , inquit , *et spem meam , quia in nullo confundar* . Hæc est Pauli spes ; sperare nusquam se confusum iri . Vides quantum valeat sperare in Deo ? Quidquid , inquit , eveniat , non confundar : id est , non hi me superabunt . *Sed in omni fiducia sicut semper , et nunc magnificabitur Christus in corpore meo* . Sperabant illi dolo suo veluti laqueo quodam hoc se efficere posse , ut Paulum quidem e medio tollerent , prædicationem vero exstinguere , dolo nempe suo prævalente . Id igitur nunc futurum negat : Non nunc , inquit , moriar ; *Sed sicut semper , et nunc magnificabitur Christus in corpore meo* . Quomodo ? Sæpe in pericula incidit , in quibus de nobis non modo alii , sed nos ipsi desperabamus ; *Ipsi enim in nobismetipsis responsum mortis habuimus* ( 2. Cor. 1. 9 ) ; ac tamen ex omnibus nos eripuit Deus . Ita et nunc magnificabitur in corpore meo . Verum ne quis ita cogitet , ac dicat : Quid si tu obieris , non magnificabitur ? Probo , inquit , novi ; atque ideo non dixi , per solam vitam magnificari Dominum , sed addidi etiam , *Per mortem* . Sed interea , inquit , *Per vitam* ; non enim me tollent : quod si tollant , nihilominus ita etiam magnificabitur Christus . Quomodo ? Per vitam quidem , quoniam me eripuit ; per mortem vero , quoniam neque mors , ut illum negarem , mihi persuasit . Quoniam ille tantum mihi alacritatis largitus est , meque morte superiorem fecit : ibi quidem , quoniam nre a periculis liberavit ; hic vero , quoniam me a mortis tyrannide metuere non sivit . Ita per vitam et mortem magnificabitur .

2. *Pauli charitas et constantia* . — Hæc vero dicit , non quod mortem esset obiturus , sed ne illi , ubi mortem obierit , humana quædam patiantur . Etenim ne putarent tamquam obiturum hæc dixisse , quod magna illos argritudine affecisset ; vide quomodo adhibeat consolationem ; talibus prope verbis usus : Hæc autem loquor , inquit , non quasi mihi moriendum sit . Propterea et in progressu illa adjungit , *Et hoc confidens scio , quia manebo , et permanebo omnibus vobis* . Illud autem , *In nullo confundar* , id est , nullam mihi ignominiam , sed magnum lucrum affe-

ret mors . Quare ? Immortalis quidem minime sum , sed clarior ero quam si immortalis etiam essem : non enim par laus est , si immortalis mortem contemnat , ac si mortalis . Quamobrem etsi moriendum nunc mihi esset , nullum hinc subirem dedecus ; verumtamen non moriar . *In nullo confundar* ; neque si vivam , neque si moriar : utrumque enim generosæ feram , sive vivendum , sive moriendum sit . Pulchre : hoc christianæ animæ est . *Sed in omni* , inquit , *fiducia* . Vides quomodo non confundar ? Nam si quidem mortis timor meam mihi ademisset fiduciam , pudendum sane fuisset mori ; nunc vero , cum illa impendens me nihil terruit , nullum profecto in ea dedecus esset . Sed sive vivam , ex vita non confundar ; prædico enim evangelii prædicationem : sive moriar , ex morte non confundar ; non enim coerces me timor ; eandem fidentiam atque animi libertatem præ me fero . Neque enim , quod vinculorum mentionem feci , rem istam turpem putetis . Tamen mihi bonorum causa fuerunt , ut cæteris etiam animum addiderint , quo confidant . Non enim vincum esse pro Christo , sed vinculorum metu prodere quidpiam eorum quæ Christi sunt , id turpe est : quamdiu istud minime accidit , fidentiorum animum vincula faciunt . Non quoniam sæpe ex periculis evasi ; atque inde est , cur adversus infideles glorier : si quid simile non accidat , jam vos ignominia notari existimetis : nam et hoc etiam non minus vobis fidentiae præbet , quam illud . Vide , quomodo sub persona sua hanc rem pertractet : quod et sæpe alibi facit , quemadmodum erga Romanos , *Non enim erubescio evangelium* ( Rom. 1. 16 ) ; ut erga Corinthios , *Hæc autem transfigurari in me , et Apollo* ( 1. Cor. 4. 6 ) . *Sive per vitam , sive per mortem* . Non hoc veluti ignorans dicit : noverat enim minime tunc sibi moriendum esse , sed in sequenti tempore , atamen jam ipsorum animam præparat : 21. *Mihi enim* , inquit , *vivere Christus , et mori lucrum* . Nam et moriendo , inquit , non moriar , vitam habens in meipso . Tunc me sustulissent , si per metum potuissent ex anima mea fidem exturbare : quamdiu vero Christus mecum fuerit , etiamsi mors ingruerit , vivam . Atque in hac etiam vita , non hoc mihi vivere est , sed Christus . Quod si dum hic vivo , non hoc mihi vivere : *Quod vero nunc* , inquit , *in carne vivo , in fide vivo* : hoc et ibi dico : *Vivo autem jam non ego , vivit vero in me Christus* ( Gal. 2. 20 ) . Talem oportet Christianum esse . Non vivo , inquit , communem vitam . Quomodo igitur vivis , beate Paule ? non solem aspicias ? non communem aerem respirando ducis ? non iisdem atque omnes alimentis nutritis ? non terram , quemadmodum nos facimus , calcas ? non somni egres ? non vestium , non calceorum ? Quid ducis , *Non vivo ?* quomodo non vivis ? Quid sibi vult iste verborum tumor ? Non sunt hæc ostentationis . Etenim nisi res ipsæ testimonium darent , merito illa quispiam tumori ac vanitati adscriberet : nunc vero

<sup>1</sup> Hic in Græca serie quidpiam desideratur , quod sic exprimit Nobilius : .... *mibi vivere : quid in altero sæculo futurum est ?* Manuscripti nostri nihil habent .

*νάμισέ με. Τοῦτο γοῦν καὶ νῦν ἦδη προφητεύει, Διὰ τῆς ὁμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγων, κατὰ τὴν ἀποκαταδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου. Οὕτω γάρ, φησίν, ἐλπίζω. Ἵνα γὰρ πάλιν ἡμεῖς μὴ τὸ ἴδιον ταῖς ἐκείνων ἐπιτρέπωμεν εὐχαίς, αὐτοὶ μηδὲν εἰσφέροντες, ὅρα πῶς τίθησι τὸ αὐτοῦ, τὴν ἐλπίδα, τὴν πάντων αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν, καθάπερ ὁ προφήτης φησὶ· Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἐλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπισαμεν ἐπὶ σοί· καθάπερ καὶ ἐτέρωθι φησιν, Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε· εἰς ἠλπισσεν ἐπὶ Κύριον, καὶ κατησχύνθη; καὶ πάλιν ὁ μακάριος οὗτος φησιν, Ἡ δὲ ἐλπίς οὐ κατασχύνει. Κατὰ τὴν ἀποκαταδοκίαν, φησὶ, καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. Αὕτη ἡ τοῦ Παύλου ἐλπίς, τὸ ἐλπίζειν, ὅτι Οὐδαμοῦ αἰσχυνθήσομαι. Ὁρᾷ; ὅσον ἐστὶν ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεόν; Κἂν ὀτιοῦν γένηται, φησίν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι· τοῦτο ἐστίν, οὐ περιέονται οὗτοι. Ἄλλ' ἐν πάσῃ παρρησίᾳ, καθὼς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου. Προσιδέσκων ἐκείνοι διὰ τῆς παγίδος ταύτης δῆθεν ἐλεῖν μὲν τὸν Παῦλον, σβένυσσθαι δὲ τὸ κήρυγμα, ὡς τοῦ δόλου τοῦ αὐτῶν ἰσχύοντος. Τοῦτο οὖν φησίν, ὅτι Οὐκ ἔσται τοῦτο, οὐ νῦν ἀποθανοῦμαι· Ἄλλ' ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου. Πῶς; Πολλάκις εἰ; κινδύνους ἐνέπεσον, ἐν οἷς πάντες ἡμεῖς ἀπηγόρευσαν, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμεῖς ἑαυτούς· Ἐν ἑαυτοῖς γὰρ τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχίκαμεν· ἀλλ' ἐκ πάντων ἡμεῖς ἐβρύσατο ὁ Κύριος. Οὕτω καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται ἐν τῷ σώματί μου. Ἵνα δὲ μὴ τις νομίση καὶ εἴπη, Ἄν σὺ ἀποθάνῃς, οὐ μεγαλυνθήσεται; Ναί, φησίν, οἶδα· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο οὕτως εἶπον, ὅτι ἡ ζωὴ μόνη μεγαλυνεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ θάνατος. Τέως δὲ, Διὰ ζωῆς, φησίν· οὐκ ἀναιρουσί με, ἀλλὰ καὶ εἰελόν με, καὶ οὕτω μεγαλυνθήσεται ὁ Χριστός. Πῶς; Διὰ μὲν ζωῆς, ὅτι ἐξελίετο· διὰ θανάτου δὲ, ὅτι οὐδὲ θάνατος ἐπεισέ με ἀρνήσασθαι αὐτόν. Ὅτι μοι τοσαύτην προθυμίαν ἐχαρίσατο, καὶ θανάτου ἐποίησεν ἰσχυρότερον· ἐκεῖ μὲν, ὅτι με ἀπήλλαξε κινδύνων· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι με οὐκ εἴλασε φοβηθῆναι τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα. Οὕτω μεγαλυνθήσεται διὰ ζωῆς καὶ θανάτου.*

[213] β'. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς μέλλων ἀποθανεῖσθαι, ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃ, ἵνα μηδὲν ἀνθρώπινον πάθωσιν. Ὅτι γὰρ οὐχ ὡς μέλλων ἀποθανεῖσθαι, ἢ μάλιστα αὐτούς ἐλύπει, ταῦτα εἰλεγεν, ὅρα πῶς αὐτὸ παραμυθεῖται, μονονοχὶ λέγων· Ταῦτα δὲ λέγω, φησίν, οὐχ ὡς ἀποθανοῦμενος. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγε προῖων· Καὶ τοῦτο πεποιθώς οἶδα ὅτι μενῶ, καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν. Τὸ δὲ, Ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, τοῦτό ἐστιν, ὅθ' φέρει μοι αἰσχύνῃν τὸ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ μέγα κέρδος. Διὰ τί; Οὐ γὰρ ἀθάνατός εἰμι, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερος ἔσομαι, ἢ εἰ καὶ ἀθάνατος ἦμην· οὐ γὰρ

ἐστὶν ἴσον ἀθάνατον ὄντα καταφρονεῖν θανάτου, καὶ θνητόν. Ὅστε οὐδὲ τοῦτο αἰσχύνῃ, τὸ νῦν ἀποθανεῖν· πλὴν οὐκ ἀποθανοῦμαι. Ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, οὔτε ἐν τῷ ζῆν, οὔτε ἐν τῷ ἀποθανεῖν, φησίν· ἀμφοτέρα γὰρ γενναίως ὑπόλω, εἴτε ζῆν, εἴτε ἀποθανεῖν. Καλῶς· τοῦτο Χριστιανῆς ψυχῆς. Ἄλλ' ἐν πάσῃ, φησὶ, παρρησίᾳ. Ὁρᾷ; πῶς οὐκ αἰσχύνομαι; Εἰ μὲν γὰρ ὁ τοῦ θανάτου φόβος περιέκοπτε μου τὴν παρρησίαν, αἰσχύνῃς ἄξιον τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδὲν οὗτος ἐπελθὼν ἐφόβησεν, οὐκ αἰσχύνῃ τοῦτο· ἀλλ' εἴτε ζῶ, διὰ τοῦ ζῆν οὐκ αἰσχυνθήσομαι· κηρύττω γὰρ τὸ κήρυγμα· εἴτε ἀποθάνω, διὰ τοῦ ἀποθανεῖν οὐκ αἰσχυνθήσομαι· οὐ κατεῖχε με γὰρ φόβος· τὴν γὰρ αὐτὴν παρρησίαν ἐπιδείκνυμαι. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ δεσμὰ εἶπον, αἰσχύνῃν τὸ πρᾶγμα νομίσητε. Τοσοῦτων ἀγαθῶν αἰτίον μοι γέγονεν, ὅτι καὶ ἐτέροις ἰδωκε θαρρεῖν. Οὐ γὰρ τὸ δεθῆναι διὰ Χριστόν, ἀλλὰ τὸ φοβηθέντα τὰ δεσμὰ, προδοῦναι τι τῶν τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο αἰσχύνῃ· ὡς, ἂν τοῦτο μὴ ἦ, καὶ παρρησίας πρόξενον τὰ δεσμὰ. Μὴ ἐπειδὴ πολλάκις διέφυγον κινδύνους (καὶ ἔχω ἐπὶ τούτοις καυχᾶσθαι πρὸς τοὺς ἀπίστους), ἂν μὴ συμβῆ τι τοιοῦτον, ἦδη νομίζετε αἰσχύνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο οὐχ ἦτον ἐκείνου διδωσιν ὑμῖν τὴν παρρησίαν. Ὅρα πῶς ἐπὶ τοῦ οικείου προσώπου αὐτὸ προάγει· ὅπερ πολλοῦ ποιεῖ καὶ ἀλλαχοῦ, καθάπερ ἐπὶ Ῥωμαίων, Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον, φησὶ· καθάπερ ἐπὶ Κορινθίων· Ταῦτα δὲ μετ' ἐσχιστάσια εἰς ἑμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ. Εἴτε διὰ ζωῆς εἴτε διὰ θανάτου. Οὐχ ὡς ἀγνοῶν τοῦτο φησίν· οἶδε μὲν γὰρ, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται τότε, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα· πλὴν αὐτῶν προπαρασκευάζει τὴν ψυχὴν ἦδη· Ἐμοὶ γάρ, φησὶ, τὸ ζῆν Χριστός, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Καὶ γὰρ ἀποθανῶν, φησίν, οὐ τεθνήξομαι, τὴν ζωὴν ἔχων ἐν ἑμαυτῷ. Τότε με ἀνείλον ἂν, εἰ ἴσχυσαν διὰ τοῦ φόβου τὴν πίστιν ἐκβαλεῖν τῆς ἐμῆς ψυχῆς· ἔως δ' ἂν Χριστὸς ἦ μετ' ἐμοῦ, κἂν θάνατος ἐπέλθῃ, ζῶ. Καὶ ἐν τῇ [214] ζωῇ δὲ ταύτῃ οὐ τοῦτό ἐστὶ μοι τὸ ζῆν, ἀλλὰ ὁ Χριστός. Εἰ τοίνυν οὐδὲ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ τοῦτό ἐστιν· Ὁ δὲ πῦρ ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ· τοῦτο κακεῖ λέγω· Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Τοιοῦτον χρὴ εἶναι τὸν Χριστιανόν. Οὐ ζῶ, φησὶ, τὴν κοινὴν ζωὴν. Πῶς οὖν ζῆς, ὦ μακάριε Παῦλε; οὐχὶ τὸν ἥλιον ὀρᾷ; οὐχὶ τὴν κοινὴν ἀέρα ἀναπνεῖς; οὐχὶ ταύταις ταῖς ἀπάντων τρέφῃ τροφαῖς; οὐχὶ τὴν γῆν κατεῖς, ὡσπερ ἡμεῖς; οὐχὶ ὕκνου δέη; οὐχὶ ἐνδυμάτων; οὐχὶ ὑποδημάτων; Τί λέγεις, Οὐ ζῶ; Πῶς οὐ ζῆς; τί μεγαλυνεῖς; Οὐκ ἔστι μεγαληγορία ταῦτα. Εἰ μὲν γὰρ μὴ τὰ πράγματα ἐμαρτύρει, εἰκότως ἂν τις εἴποι μεγαληγορίαν εἶναι· εἰ δὲ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ, ποῖα μεγαληγορία; Πῶς οὖν οὐ ζῆ, μάθωμεν· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησίν, Ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἐσταύρωμαι, καὶ ἐμοὶ ὁ κόσμος. Πῶς· οὖν φησίν, Οὐκέτι ζῶ, καὶ πῶς πάλιν, Ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός, ἀκούσατε·

Τὸ τῆς ζωῆς ὄνομα πολυσήμαντόν ἐστιν, ἀγαπητοί, τουτέστι, πολλά σημαίνει, ὡσπερ καὶ τὸ τοῦ θανάτου. Ἔστι ζωὴ αὕτη ἢ τοῦ σώματος, καὶ ἐστι ζωὴ ἢ τῆς ἀμαρτίας· καθὼς φησιν αὐτὸς ἀλλαχοῦ· *Εἰ δὲ ἀπειλόμοιεν τῇ ἀμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ*; Ἄρα ἐστι ζῆν τὴν τῆς ἀμαρτίας ζωὴν· προσέχετε ἀκριβῶς, παρακαλῶ, ἵνα μὴ εἰκῆ κοπιώμεθα· ἐστι ζωὴ ἢ αἰδιος καὶ ἀθάνατος, μετὰ δὲ ταύτης ἢ οὐράνιος· *Ἡμῶν γάρ, φησὶ, τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει*. Ἔστι ζωὴ ἢ τοῦ σώματος, ἦν φησὶ, *Δὲ αὐτοῦ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν*. Οὐ τὴν φυσικὴν οὖν φησὶ μὴ ζῆν ζωὴν, ἀλλὰ ταύτην τὴν τῶν ἀμαρτημάτων, ἦν ἅπαντες ἄνθρωποι ζῶσιν· εἰκότως. Ὁ γὰρ μὴ ἐπιθυμῶν τῆς παρουσίας ζωῆς, πῶς ταύτην ζῆ; ὁ πρὸς ἑτέραν σπεύδων, πῶς ταύτην ζῆ; ὁ θανάτου καταφρονῶν, πῶς ταύτην ζῆ; ὁ μηδενὸς τῶν ἐνταῦθα ἐπιθυμῶν, πῶς ταύτην ζῆ; ὡσπερ γὰρ ὁ ἐξ ἀδάμαντος συγκείμενος, κἂν μυριάκις πλήττοιο, οὐκ ἂν ἐπιστραφεῖ ποτέ· οὕτως οὐδὲ ὁ Παῦλος· *Ζῶ δὲ, φησὶν, οὐκέτι ἐγὼ, τουτέστιν, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου*; Οὕτως ὁ μηδὲν διὰ τροφὴν ποιῶν, ὁ μηδὲν δι' ἔνδυμα, ὁ μηδὲν διὰ τι τῶν παρόντων, πῶς οὕτως ζῆ; Οὕτως οὐδὲ τὴν φυσικὴν ζωὴν ζῆ· ὁ μηδενὸς φροντίζων τῶν βιωτικῶν, οὐ ζῆ. Ἡμεῖς ζῶμεν τοῦτον τὸν βίον, οἱ πάντα ὑπὲρ τούτου πράττοντες· ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐξῆ· οὐδὲν γὰρ ἐπραγματεύετο τῶν ἐνταῦθα. Πῶς οὖν ἐξῆ; Οὕτω καὶ ἡμεῖς; ἐπὶ τινῶν λέγομεν· Ἐμοὶ ὁ δεῖνα οὐ πάρεστιν, ὅταν μὴδὲν πράττῃ τῶν ἀνηχόντων εἰς ἐμέ· ἐμοὶ ὁ δεῖνα οὐ ζῆ, πάλιν ὁμοίως. Ὅτι γὰρ οὐ τὴν φυσικὴν παραιτεῖται ζωὴν, φησὶν ἀλλαχοῦ· *Ὁ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ ἢ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός [215] με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ*. Τουτέστι, καινὴν τινα ζωὴν ζῶ, ἐξηλλαγμένην.

γ'. Ταῦτα δὲ πάντα πρὸς παραμυθίαν τῶν Φιλιππησίων λέγει. Μὴ νομίσατε, φησὶν, ὅτι τῆς ζωῆς ἀποστεροῦμαι ταύτης· ἐπεὶ μὴδὲ ζῶν, ταύτην ἐζων τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἔκεινην, ἦν ὁ Χριστὸς ἐβούλετο. Εἰπέ γὰρ μοι, ὁ χρημάτων καταφρονῶν, ὁ τρυφῆς, ὁ λιμοῦ καὶ δίψης, ὁ κινδύνων, ὁ ὑγείας, ὁ σωτηρίας, ταύτην ζῆ τὴν ζωὴν; ὁ μηδὲν ἐνταῦθα ἔχων, ὁ πολλάκις αὐτὴν ρίψαι βουλόμενος, ἀνάγκης οὐστος, καὶ μὴ ἀντιποιηθεὶς, ταύτην ζῆ τὴν ζωὴν; Οὐδαμῶς. Ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος δὲ ὑμῖν χρὴ τοῦτο ποιῆσαι φανερόν· οἶον, ἔστω τις ἐν πλούτῳ πολλῷ, καὶ οἰκέτας ἔχῃ καὶ χρυσίον, καὶ μηδὲν τούτων κεχρήσθω· ἄρα οὗτος πλουτεῖ τὸν πλούτον ἐκεῖνον; Οὐδαμῶς. Ὅρατω δὲ καὶ διασπαθῶντας\* τὰ ὑπάρχοντα τοὺς παῖδας, εἰκῆ ῥεμβομένους, καὶ μηδενὸς αὐτῶν φροντιζέτω· εἰ βούλει δὲ, καὶ τυπτόμενος μὴ ἀλγείτω· ἄρα φήσομεν αὐτὸν εἶναι ἐν πλούτῳ; Οὐδαμῶς· καίτοι γε αὐτοῦ ἐστιν. Οὕτω καὶ Παῦλος, Ἐμοὶ, φησὶ, τὸ ζῆν Χριστός. Εἰ βούλει τὴν ζωὴν ἔξετάσαι τὴν ἐμὴν, ἐκεῖνός ἐστι. *Καὶ τὸ ἀποθαρῆν κέρδος*. Διὰ τί; Ὅτι· σαφέ-

στερον αὐτῷ συνέσομαι μᾶλλον· ὥστε μᾶλλον ἐστὶ ζῆσαι τὸ ἀποθαρῆν. Οὐδὲν δεῖνον ἐργάσονται με οἱ ἀποκτενοῦντές με, τῇ ζωῇ παραπέμποντες τῇ ἐμῇ, καὶ ταύτης τῆς οὐ προστηκούσης; ἀκαλλάττοντες. Τί οὖν; ἐνταῦθα ὦν, οὐκ ἦς τοῦ Χριστοῦ. Καὶ σφόδρα. *Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἰρήσομαι οὐ γνωρίζω*. Ἴνα μὴ τις εἴποι· *Εἰ τοίνυν ἐκεῖνο ζωὴ, τίνας ἔνεκεν ὁ Χριστὸς εἶασέ σε ἐνταῦθα; Καρπὸς ἔργου, φησὶν, ἐστίν*. Ὅποτε ἔνεστι καὶ τῇ παρουσίᾳ ζωῇ εἰς δέον χρῆσασθαι, μὴ ζῶντας αὐτὴν, ὡς οἱ πολλοί. Τοῦτο ὁ φησὶν, ἵνα μὴ νομίσης διαθεβλήσθαι τὴν ζωὴν, μηδὲ εἴπης· *Εἰ γὰρ οὐδὲν χρησιμεύει [ ] μεν ἐνταῦθα, τίνας ἔνεκεν οὐκ ἀναίρουμένον ἑαυτοῦς, οὐδὲ ἀποκτείνομενος; Μηδαμῶς, φησὶν· ἔνεστι καὶ ἐνταῦθα ὄντα κερδαίνειν, ἐὰν μὴ ζῶμεν τὴν ζωὴν ταύτην, ἀλλ' ἑτέραν*. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· *Τοῦτο καρπὸν σοι φέρει*; Ναί, φησὶ. Ποῦ νῦν οἱ αἰρετικοί; Ἰδοὺ νῦν τὸ, *Ζῆν ἐν σαρκὶ*, τοῦτό φησι καρπὸν ἔργου· καὶ γὰρ ἔργου. Πῶς καρπὸς ἔργου; *Ὁ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ*. Διὰ τοῦτο καρπὸς ἔργου. *Καὶ τί αἰρήσομαι, οὐ γνωρίζω*.

Βαβαί, πόση ἦν ἡ φιλοσοφία! Πῶς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐξέβαλε τῆς παρουσίας ζωῆς, καὶ οὐ διέβαλεν αὐτήν! Τῷ μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι *τὸ ἀποθαρῆν κέρδος*, τοῦτ' αὖ τὴν ἐπιθυμίαν ἐξέβαλε· τῷ δὲ εἶπεν, ὅτι *τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, καρπὸς ἔργου*, τοῦτ' αὖ εἰδείξε καὶ τὴν παρούσαν ἀναγκαίαν ζωὴν. Πῶς; Ἐὰν εἰς δέον αὐτῇ χρώμεθα, ἐὰν καρποφορῶμεν· ὡς ἐὰν ἄκαρπος ᾖ, οὐκ ἔστιν ἔτι ζωὴ. Καὶ γὰρ τῶν δένδρων τὰ μὴ [216] φέροντα καρπὸν, ὁμοίως τῶν ξηρῶν ἀποστρεφόμεθα, καὶ πυρὶ παραδίδομεν. Τὸ γὰρ ζῆν πάλιν τῶν μέσων ἐστὶ καὶ ἀδιαφόρων· τὸ δὲ καλῶς ἢ κακῶς, ἐν ἡμῖν ἐστίν. Ὅποτε οὐ μισθῶμεν τὸ ζῆν· ἔνεστι γὰρ ζῆν καὶ καλῶς· ὡς ἐὰν κακῶς αὐτῷ χρησαίμεθα, οὐδὲ οὕτω διαβαλοῦμεν αὐτό. Διὰ τί; Ὅτι οὐκ αὐτὸ αἴτιον γέγονεν, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τῶν κακῶς χρωμένων αὐτῷ. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς σε ἐποίησε ζῆν, ἵνα αὐτῷ ζῆς· σὺ δὲ ὑπὸ τῆς κακίας τῇ ἀμαρτίᾳ ζήσας, ὑπεύθυνον σαυτὸν πάσης αἰτίας ποιεῖς. Τί λέγεις, εἰπέ μοι, ὦ Παῦλε; οὐ γνωρίζεις τί αἰρήση; Ἐνταῦθα μέγα ἀπεκάλυψε μυστήριον, ὅτι κύριος ἦν τοῦ ἀπελθεῖν· ὅταν γὰρ αἰρέσις ᾖ, κύριός ἐστιν. *Τί αἰρήσομαι, φησὶν, οὐ γνωρίζω*. Ἐν σοὶ οὖν ἐστι; Ναί, φησὶν, εἰ βουλομένη αἰτῆσαι τὸν Θεὸν χάριν. *Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων*. Ὅρα τὴν φιλοστοργίαν τοῦ μακαρίου τούτου· καὶ ταύτη αὐτοῦ παραμυθεῖται, ὅταν βῶσιν, ὅτι αὐτὸς κύριός ἐστι τῆς αἰρέσεως, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ πονηρίᾳ τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ Θεοῦ οἰκονομίᾳ. Τί τοίνυν ἀλγείτε, φησὶν, ἐπὶ τῷ θανάτῳ; πολλῷ κρείττον ἦν πάλαι ἀπελθεῖν. *Τὸ ἀναλῦσαι γὰρ, φησὶ, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρείσσον· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαίστερον δι' ὑμᾶς*. Ταῦτα προταρασκευαστικὰ τῆς μελλούσης αὐτοῦ τελευτῆς, ἵνα φέρωσιν αὐτὴν γενναίως· ταῦτα φιλοσοφίας διδασκτικά. Καλὸν, φησὶ, τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· καὶ γὰρ ὁ θάνατος τῶν ἀδιαφόρων ἐστίν. Οὐ γὰρ κακὸν ὁ θάνατος, ἀλλὰ κακὸν τὸ ἀποθανόντα

\* Savil. habet καὶ διασπαθίζοντας, in margine autem διασκορπίζοντας, ἄλ. διασπαθῶντας.



cum res ipsæ testimonium dent, quam ostentationis speciem habebunt? Discamus igitur quomodo non vivat: nam et alibi dicit, *Ego crucifixus sum mundo, et mihi mundus* (Gal. 6. 14). Quomodo igitur dicit, *Non jam ego vivo*, et quomodo rursus, *Mihi vivere Christi*, audiatis.

*Vitæ genera quædam.* — Vitæ nomen multiplex est, dilecti: id est, multa significat, ut mortis etiam nomen. Est vita hæc corporis; est etiam vita quædam peccati, quemadmodum Paulus alibi dicit, *Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo* (Rom. 6. 2)? Est igitur vivere peccati vitam: attendite, obsecro, diligenter, ne frustra laboremus: est vita æterna et immortalis, quæ etiam cælestis est: *Nostra enim, inquit, conversatio in cælis est* (Philipp. 5. 20). Est etiam vita corporis, de qua dicit, *Per ipsum vivimus, et movemur, et sumus* (Act 17. 28). Non igitur negat naturalem se vitam vivere, sed eam quæ peccatorum est, quam vivunt omnes homines. Et merito quidem negat. Nam qui præsentis vitæ cupidus non est, quomodo hanc vivit? qui ad alteram festinat, quomodo hanc vivit? qui mortem contemnit, quomodo hanc vivit? qui nihil ex iis quæ in mundo sunt concupiscit, quomodo hanc vivit? Nam quemadmodum qui ex adamante constat, ne si millies quidem percussatur, quidquam commovebitur: ita etiam Paulus: *Vivo autem, inquit, non jam ego*, id est, non jam vetus homo: et rursus alibi, *Miser ego homo! quis me liberabit ex corpore mortis hujus* (Rom. 7. 24)? Ita qui nihil alimenti, nihil vestium, nihil ullius rei præsentis causa facit, quomodo hic vivit? Hic profecto ne naturalem quidem vitam vivere dicendus est: ut nihil eorum quæ ad vitam faciunt curat, is nec vivit. Nos hanc vitam vivimus, qui pro hac omnia facimus; ille vero non vivebat, neque in rebus ullis inferioribus versabatur. Quomodo igitur vivebat? Ita etiam de quibusdam dicimus, Ille mihi non adest; ubi nihil agat, quod ad me pertineat: ita etiam rursus, Ille mihi non vivit. Quod enim naturalem hanc vitam non rejiciat, alibi his verbis ostendit: *Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit seipsum pro me* (Gal. 2. 20). Id est, novam quandam vitam vivo atque ab usitata diversam.

3. Hæc sane omnia ad Philippensium consolationem dicit. Ne putetis, inquit, fore ut hac vita spoliæ: quandoquidem ne vivens quidem hanc vivebam vitam, sed illam, quam volebat Christus. Dic enim mihi, qui pecunias contemnit, qui cibum, qui famem et sitim, qui pericula, qui sanitatem, qui salutem; isne hanc vitam vivit? qui nihil in terris habet, qui sæpe profundere ipsam cupit, si opus sit, neque reluctatur; isne hanc vivit vitam? Nentiquam. Sed istud vobis quasi exemplo quodam perspicuum faciendum est. Esto quispiam divitiis multis, famulis, auro abundantis; nulla autem harum rerum utatur: num is divitiis istis dives erit? Minime. Sed videat præterea *bona* a filiis dissipari temere circumcursantibus, nec quidquam curet; adde etiam si vis, percussus non

doleat: an hunc dicenus in divitiis esse? Nequaquam, tametsi ipsius sunt divitiæ. Ad hunc etiam modum se habebat Paulus: *Mihi*, inquit, *vivere Christus*. Si meam velis vestigare vitam, ille mihi est. *Et mori lucrum*. Cur? Quoniam major mihi illius notitia erit, et cum ipso versabor. Quare hoc nihil aliud est quam moriendo ad vitam pervenire? Nihil mihi durius facient qui interfecerint, ad meam me emittentes vitam, et ab hac quæ mihi apta non est liberantes. Quid igitur? dum hic es, Christi non eris? Et valde quidem. 22. *Quod si vivere in carne, hoc mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro*. Ne quis dicat: Si igitur illud est vita, cur Christus hic te inanere sinit? *Fructus*, inquit, *operis est*. Quamobrem licet præsentem etiam vitam eo, quo oportet, modo uti, si ipsam minime vivamus eo modo, quo vulgus vivit. Hoc ideo dicit, ne putes vitam ipsam tibi dari; neque dicas, Si igitur hic nulla nobis comparatur utilitas, quid est cur nos non e medio tollamus et occidamus? Neutiquam, inquit: licet ex hac etiam mansione lucrum reportare, si hanc vitam non vivamus, sed alteram. Sed quispiam fortasse interroget: Hocne tibi fructum affert? Certe, inquit. Ubi nunc hæretici? Vide nunc, *Vivere in carne*, hoc dicit fructum operis: operis enim est. Quomodo fructus operis? *Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo*. Hinc fructus operis. *Et quid eligam ignoro*.

*Pauli philosophia.* — Papæ! quanta est philosophia! Quomodo præsentis vitæ cupiditatem abiecerat, nec tamen illam criminabatur? nam his quidem verbis, *Mori lucrum*, cupiditatem abiecit; illis vero, *Vivere in carne fructus operis*, ostendit præsentem quoque vitam esse necessariam. Quomodo? Si ipsa ut oportet utamur, si fructum feramus: etenim si infructuosa sit, neque vita amplius est. Nam et arbores quæ fructum non ferunt, perinde atque aridas aversamur et in ignem conjicimus. Rursus etiam vita est ex earum rerum numero, quæ mediæ sunt et indifferentes; bene autem vel male vivere, in nobis est situm. Igitur ne displiceat vita: nam licet etiam honeste vivere: si male vita utamur, non etiam propterea ipsam accusare debeamus. Quare? Quoniam non ipsa causa fuit, sed electio eorum, qui male ipsa sunt uti. Nam Deus quidem ideo te vivere concessit, ut ipsi vivas: tu vero propter vitiositatem peccato viveas, omnem in te hæreret culpam voluisti. Quid ais, quæso, Paule? ignoras quid eligas? Hoc loco magnum patefecit mysterium, nempe factam sibi esse potestatem decedendi: quando enim nobis eligendi copia datur, potestatem habemus. *Quid eligam, inquit, ignoro*. Ergo in te situm est? Certe, inquit, si a Deo hanc postulare gratiam voluero. 25. *Coarctor enim, duobus, desiderium habens*. Attende beati hujus paternum affectum: hæc etiam ratione ipsos consolatur, ubi intellexerint id in ipsius voluntate situm esse, neque ab hominum improbitate, sed a Dei providentia proficisci. Cur ergo, inquit, mors vobis mœrorem affert? multo satius erat jampridem decessisse: *Dissolvi enim, inquit, et esse cum Christo multo melius; 24. manere autem in carne magis necessarium propter*

ros. Hæc præparabant ad futuram ipsius mortem generose ferendam : hæc philosophiam docebant. Bonum, inquit, est dissolvi, et esse cum Christo : nam et ipsa mors in numero rerum indifferentium est. Non enim mors malum est, sed post mortem pœnas dare, hoc malum est, neque etiam bonum est mori, sed postquam decesseris, cum Christo esse, id bonum est : quæ post mortem, ea demum sunt vel bona vel mala. Igitur non generatim eos qui moriuntur, lugeamus, neque de viventibus generatim gaudeamus; sed quid? Lugeamus peccatores non solum morientes, sed etiam viventes : de justis gaudeamus, non solum dum vivunt, verum etiam postquam mortui fuerint. Nam illi quidem etiam dum vivunt, mortui sunt : hi vero etiam cum mortui fuerint, vivunt. Illi etiam dum hic sunt, omnium elicere misericordiam debent, quoniam Deum offendunt : hi vero illic etiam translati beati sunt, quoniam ad Christum sunt profecti. Peccatores, ubique sunt, procul a Rege sunt; propterea lacrymis digni : justus autem sive hic, sive ibi, cum Rege sunt; atque ibi quidem multo magis ac propius, non per speciem, non per fidem, sed *Facie*, inquit, *ad faciem* (1. Cor. 13. 12).

4. *Qui mortui sint lugendi. Exsequiarum modus. Mortuorum memoria in mysteriis.* — Non igitur omnes ploremus mortuos, sed eos qui in peccatis; hi lamentis digni, hi ejulatu, hi lacrymis. Quæ enim, dic mihi, spes est una cum peccatis eo discedere, ubi peccata exuere non licet? Donec enim hic erant, magna forsitan erat spes, fore ut converterentur, ut meliores evaderent : at si in infernum abierint, ubi nihil lucri ex pœnitentia reportari potest; nam, *In inferno*, inquit, *quis confitebitur tibi* (Psal. 6. 6)? quomodo non lamentis digni? Lugeamus eos, qui hoc modo decedunt, non id impedio; lugeamus, sed non præter decorum, non vellentes capillos, non brachia nudantes, non lacerantes faciem, non pullas vestes induentes; sed solum in anima lacrymas amaras quiete fundamus. Etenim sine hac etiam pompa licet amare flere, et non tantum ludere. Nam quæ a nonnullis fiunt, a puerorum lusibus nihil differunt. Illi enim stectus forenses non ex dolore, quem quidam naturæ consensus attulerit, proficiscuntur, sed ex ostentatione et ambitione et vanæ gloriæ studio : ideo multæ inveniuntur mulieres, quæ hujus rei artem exercent. Amare fleas, domi plores, nemine vidente; id misericordiæ fuerit, id tibi etiam profuerit. Nam qui illum hoc modo lugeat, multo magis ipse studium adhibebit, ne in eadem incidat mala : terrorem tibi posthac peccatum incutiet. Luge infideles, luge eos qui nihil ab infidelibus differunt, qui sine illuminatione, sine signaculo decesserunt : hi vere lamentis digni, hi lacrymis : extra regiam sunt una cum iis, qui pœnæ sunt ohnoxii, una cum damnatis. *Amen dico vobis, nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non introibit in regnum cælorum* (Joun. 3. 3). Luge eos qui in divitiis sunt mortui, cum ex divitiis nullum animabus suis solatium comparassent : eos quibus ablucendi peccata sua potestas facta erat, et

notuerunt. Hos quidem nos omnes et publice et privatim lugeamus, sed ita, ut a decoro ne recedatur, ut gravitatem tueamur, ut ne nos ipsos ludicri exponamus. Hos lugeamus non unum aut alterum diem, sed per omne vitæ nostræ tempus. Lacrymæ hæc non sunt amentis perturbationis, at veri ac germani amoris; illæ vero amentis plane affectionis : propterea etiam cito arescunt. Quæ enim ex Dei timore proficiscuntur, semper durant. Hos igitur lugeamus, opem pro viribus feramus, aliquid ipsius auxilium comparemus, exiguum illud quidem, sed quod tamen auxiliari queat. Quomodo, quæve ratione? Cum ipsi preces fundentes, tum alios ut pro ipsis fundant obsecrantes, ac pro ipsis frequenter dantes eleemosynas pauperibus. Afferit hæc res aliquid solatii : audi enim Deum ita dicentem : *Protegam urbem hanc propter me, et propter David servum meum* (4. Reg. 20. 6). Si sola justus memoria tantum valuit, ubi opera præterea pro mortuo fiant, quid non poterunt? Non frustra hæc ab apostolis sunt legibus constituta : ut in venerandis, inquam, atque horridis mysteriis memoria eorum fiat, qui decesserunt : noverant hinc multum ad illius lucri accedere, multum utilitatis. Eo enim tempore, quo universus populus stat manibus passis ac cœtus sacerdotalis, et illud horrorem incutiens sacrificium; quomodo Deum non placabimus pro istis orantes? Atque id quidem de iis, qui in fide decesserunt : catechumeni vero neque hac dignantur consolatione, sed omni auxilio sunt destituti, uno quodam excepto. Quale vero hæc? Licet pauperibus pro ipsis dare, atque hinc aliquid percipiunt refrigerationis : vult enim Deus, ut nobis mutuum auxilium asseramus. Ecquid enim aliud causæ sit, cur pro pace et bono mundi statu precari jusserit? cur pro omnibus hominibus? Nam hic quidem inter omnes sunt etiam latrones, sepulcrorum effossores, fures, atque alii sexcentis scatentes malis : at tamen pro omnibus precamur : erit enim fortasse quædam ipsorum conversio. Quemadmodum igitur pro viventibus istis precamur, qui nihil a cadaveribus differunt : ita pro illis etiam precari licet. Job pro filiis sacrificia faciebat, et ipsos a peccatis liberabat; *Ne quid forte*, inquit, *cogitaverint in cordibus suis* (Job 1. 5). Hoc modo consulitur liberis. Non dicebat, quod plerique nunc homines solent, *Opes illis relinquam* : non dicebat, *Gloriam illis comparabo* : non dicebat, *Mercabor principatum* : non dicebat, *Agros emam* : sed quid? *Ne quid cogitaverint in cordibus suis*. Quæ enim ex rebus illis utilitas, cum hic restent? Nulla. Illum, inquit, omnium Regem propitium ipsis reddam; et nihil ipsis posthac deerit. Inquit enim, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit* (Psal. 22. 1). Hæc est magna opulentia, hic thesaurus est : si Dei timorem habeamus, nullius rei egebimus; sin minus, tametsi regnum obtineamus, omnibus hominibus magis pauperes sumus. Nihil ei par inveniri potest, qui Deum timet : nam *Timor*, inquit, *Domini, super omnia se superposuit* (Ecclesi. 25. 12). Hunc nobis comparemus, pro hoc omnia

κολάζεσθαι· οὐδὲ καλὸν ὁ θάνατος, ἀλλὰ καλὸν τὸ ἀπελθόντα σὺν Χριστῷ εἶναι· τὰ μετὰ θάνατον, ἢ καλὰ ἢ κακὰ. Μὴ τοίνυν ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι πενθῶμεν ἀπλῶς, μηδὲ ἐπὶ τοῖς ζῶσι χαίρωμεν ἀπλῶς· ἀλλὰ τί; Πενθῶμεν τοὺς ἁμαρτωλοὺς μὴ ἀποθνήσκοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντας. Χαίρωμεν δὲ ἐπὶ τοῖς δικαίοις, μὴ ζῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τετελευτηκόσιν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ ζῶντες τεθνήκασιν, οὗτοι δὲ καὶ ἀποθανόντες ζῶσιν· ἐκεῖνοι καὶ ἐνταῦθα θντες ἔλειπον πᾶσιν εἰσιν, ἐπειδὴ Θεῷ προσκρούουσιν· οὗτοι καὶ ἐκεῖ μεταστάσαντες μακάριοι, ὅτι πρὸς τὸν Χριστὸν ἀπήλθον. Οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὅπου ἂν ᾦσι, πόρρω τοῦ βασιλέως εἰσὶ. Διὰ τοῦτο δακρῦν ἄξιοι· οἱ δὲ δίκαιοι, ἂν τε ἐνταῦθα, ἂν τε ἐκεῖ, μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσὶ, κάκει μᾶλλον καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰδους, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ, *Πρόσωπον*, φησὶ, *πρὸς πρόσωπον*.

δ. Μὴ τοίνυν ἀπλῶς κλαίωμεν τοὺς ἀποθανόντας, ἀλλὰ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις· οὗτοι θρήνων ἄξιοι, οὗτοι κοπετῶν καὶ δακρῦν. Ποία γὰρ ἐλπίς, εἰπέ μοι, μετὰ ἁμαρτημάτων ἀπελθεῖν, ἐνθα οὐκ ἔστιν ἁμαρτη· αὐτὰ ἀποδύσασθαι; Ἔως μὲν γὰρ ἦσαν ἐνταῦθα, ἴσω; ἦν [217] προσδοκία πολλή, ὅτι μεταβαλοῦνται, ὅτι βελτίους ἔσονται· ἂν δὲ ἀπέλθωσιν εἰς τὴν ᾗδην, ἐνθα οὐκ ἔστιν ἀπὸ μετανοίας κερδᾶναι τι (*Ἐν γὰρ τῷ ᾗδῃ*, φησὶ, *τίς ἐξομολογήσεται σοι;*), πῶς οὐ θρήνων ἄξιοι; Κλαίωμεν τοὺς οὕτως ἀπερχομένους, οὐ κωλύω, κλαίωμεν, ἀλλὰ μὴ ἀσχημόνως, μὴ τρίχας ἐλλοττες, μὴ βραχίονας γυμνοῦντες, μὴ ὄψιν σπαράττοντες, μὴ μελανεῖμονοῦντες, ἀλλὰ μόνον κατὰ ψυχὴν ἠρέμα δάκρυον ἀφιέντες πικρὸν. Ἐνεστι γὰρ καὶ ταύτης χωρὶς τῆς πομπῆς κλαῦσαι πικρῶς, καὶ μὴ παιζαί μόνον· παιγνίων γὰρ οὐδὲν διενηνοχε τὰ ὑπὸ τινων γινόμενα. Καὶ γὰρ οὐ συμπαθείας ἐκεῖνοι οἱ κοπετοὶ οἱ ἐπ' ἀγορᾶς, ἀλλ' ἐπιδειξέως καὶ φιλοτιμίας καὶ κενοδοξίας εἰσὶ· πολλὰ διὰ τέχνην τοῦτο ποιοῦνται. Κλαῦσον πικρὸν, στέναξον κατ' οἰκίαν, μηδενὸς ὀρώντος· τοῦτο συμπαθείας ἐστὶ, τοῦτο καὶ σὲ ὠφέλει. Ὁ γὰρ ἐκεῖνον πενθῶν οὕτω, πολλῶ μᾶλλον αὐτὸς σκουδάσει μηδέποτε τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν· φοβερά σοι ἔσται ἡ ἁμαρτία λοιπόν. Κλαῦσον τοὺς ἀπίστους, κλαῦσον τοὺς οὐδὲν ἐκείνων ἀπέχοντας, τοὺς χωρὶς φωτίσματος ἀπερχομένους, τοὺς χωρὶς σφραγίδος· οὗτοι θντως θρήνων ἄξιοι, οὗτοι ὄυρμῶν· ἔξω τῶν βασιλείων εἰσὶ μετὰ τῶν καταδικῶν, μετὰ τῶν κατεγνωσμένων. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, *ἐὰν μὴ τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσελθῇ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Κλαῦσον τοὺς ἐν πλοῦτῳ τετελευτηκότας, καὶ μηθεμίαν ἀπὸ τοῦ πλοῦτος παραμυθίαν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ἐπινοήσαντας, τοὺς λαβόντας ἐξουσίαν ἀπολοῦσασθαι αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ μὴ βουληθέντας. Τούτους κλαίωμεν καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντας, ἀλλὰ μετὰ κοσμιότητος, ἀλλὰ μετὰ σεμνό-

τητος, ἀλλὰ μὴ ὥστα παραδειγματίζεσθαι ἑαυτούς. Τούτους κλαίωμεν μὴ μίαν ἡμέραν, μηδὲ δευτέραν, ἀλλὰ τὸν πάντα βίον ἡμῶν. Τοῦτο οὐκ ἔστι πάθους ἀλόγου τὸ δάκρυον, ἀλλὰ φιλοστοργίας· ἐκεῖνο δὲ πάθους ἀλόγου· διὰ τοῦτο καὶ ταχέως σθέννυται. Ὅταν γὰρ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον γίνηται, ἀεὶ παραμένει. Κλαίωμεν οὖν τούτους, βοηθῶμεν αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, ἐπινοήσωμεν αὐτοῖς τινα βοήθειαν, μικράν μὲν, βοηθεῖν δὲ ὅμως δυναμένην. Πῶς καὶ τίνοι τρώψω; Αὐτοὶ τε εὐχόμενοι, καὶ ἐτέρους παρακαλοῦντες εὐχὰς ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖσθαι, πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόντες συνεχῶς. Ἐχει τινὰ τὸ πρᾶγμα παραμυθίαν· ἄκουε γὰρ τοῦ Θεοῦ λέγοντος· *Ἐπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμέ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου*. Εἰ μνήμη μόνον δικαίου τοσοῦτον ἰσχυσεν, ὅταν καὶ ἔργα γένηται ὑπὲρ αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἰσχύσει; Οὐκ εἰκὴ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων· ἴσασι αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. Ὅταν γὰρ ἐστὴν λαὸς ὀλόκληρος χειρὰς ἀνατείνοντες, πλήρωμα ἱερατικῶν, καὶ προκίηται ἡ φρικτὴ θυσία, πῶς οὐ δυσωπήσωμεν ὑπὲρ τούτων [218] τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων· οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης καταξιοῦνται τῆς παραμυθίας, ἀλλὰ ἀπεστέρηται πάσης τῆς τοιαύτης βοήθειας, πλὴν μιᾶς τινος. Ποίας δὴ ταύτης; Ἐνεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι· ποιεῖ τινα αὐτοῖς παραψυχὴν τὸ πρᾶγμα· καὶ γὰρ παρ' ἀλλήλων ἡμᾶς ὠφελείσθαι βούλεται ὁ Θεός. Διὰ τί γὰρ ὑπὲρ εἰρηγῶν καὶ εὐσταθείων τοῦ κόσμου ἐκέλευσεν εὐχεσθαι; διὰ τί ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων; Καίτοι γε ἐνταῦθα ἐν πᾶσιν εἰσὶ καὶ ληστοὶ καὶ τυμβωρύχοι καὶ κλέπται, καὶ μυρίων κακῶν γέμοντες· ἀλλ' ὅμως ὑπὲρ πάντων εὐχόμεθα· ἴσως γὰρ ἔσται τις αὐτῶν ἐπιστροφή. Ὅσπερ οὖν ὑπὲρ τῶν ζώντων εὐχόμεθα τῶν οὐδὲν διαλλαττόντων τῶν νεκρῶν, οὕτως ἔνεστι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων εὐχεσθαι. Ὁ Ἰῶθ ὑπὲρ τῶν παιδῶν ἐποίησε θυσίας, καὶ ἀπήλαττεν αὐτοῦς τῶν ἁμαρτημάτων· *Μὴ ποτε ἐνερόθησαν*, φησὶ, *τὴ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν*. Οὕτω τινε προνοεῖται παίδων. Οὐκ εἶπε, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων· Καταλείπω αὐτοῖς ὑπάρχοντα· οὐκ εἶπε· Δῶ αὐτοῖς δόξαν· οὐκ εἶπεν· Ἀρχὴν ὠνήσομαι· οὐκ εἶπεν· Ἀγροὺς πρίωμαι· ἀλλὰ τί; *Μὴ τι ἐνερόθησαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν*. Τί γὰρ ὄφελος ἐκείνων πάντων ἐνταῦθα μενόντων; Οὐδέν. Τὸν Βασιλέα πάντων ἴλεων ποιήσω, φησὶν, αὐτοῖς, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς λείπει λοιπόν· Κύριος γὰρ, φησὶ, *ποιμαίνει με, καὶ οὐδὲν με ὑστερήσει*. Οὗτος πλοῦτος μέγας, οὗτος θησαυρός· ἂν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἔχωμεν, οὐδενὸς ἡμῖν δεῖ· ἂν δὲ τοῦτο μὴ ἔχωμεν, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆν ἐὰν ἔχωμεν, πάντων ἐσμεν πενέστεροι. Οὐδὲν ἴσον τοῦ φοβούμενου τὸν Κύριον· Ὁ φόβος γὰρ, φησὶ, τοῦ Κυρίου πάντα ὑπερέβαλε. Τουτον κτησόμεθα, ὑπὲρ τούτου πάντα πράττωμεν· κἂν τὴν ψυχὴν ἀποδόσθαι δέη, μὴ φεισόμεθα, κἂν τὸ σῶμα κατακόψαι· πάντα πράττωμεν, ἵνα τοῦ φόβου τούτου ἐπιτύχωμεν. Οὗτοι γὰρ ἐσόμεθα πάντως εὐπορώτε-

\* Editi habent οὐ διὰ εἰσόδου. Savilius legendum suspicatus est οὐ δι' εἰσόδου. Veram lectionem profert Colberlinus codex οὐ διὰ εἰδους.

τεροι, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ

ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[219] ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

*Καὶ τί αἰρήσομαι, οὐ γνωρίζω. Συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχωρ εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῶ γὰρ μᾶλλον κρείσσον. Τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Καὶ τοῦτο πεποιοῦσθε οἶδα, ὅτι μενῶ, καὶ συμπαραμενῶ πάντιν ὑμῖν, εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως· ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας· ἀλλ' ἄλλοι πρὸς ὑμᾶς.*

α'. Οὐδὲν τῆς Παύλου ψυχῆς μακαριώτερον, ἐπειδὴ μὴδὲ γενναίότερον. Ἀλλὰ νῦν τὸ ἐναντίον εὐκαιρον εἶπεν περὶ πάντων· οὐδὲν ἡμῶν ἀσθενέστερον, οὐδὲ ταλαιπωρότερον. Διὰ τοῦτο πάντες πεφρίκαμεν τὸν θάνατον, οἱ μὲν διὰ τὸ τῶν ἀμαρτημάτων πλῆθος, ὧν καὶ αὐτοὶ εἰς εἶμι, οἱ δὲ διὰ τὴν φιλοψυχίαν καὶ ταλαιπωρίαν, ὧν μήποτε γενοίμην ἐγὼ· ψυχικοί γὰρ οἱ τοῦτον δεδοικότες τὸν φόβον. Τοῦτο τοίνυν, ὃ πάντες πεφρίκαμεν, ἐκεῖνος ἠύχετο, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἠπειλεγτο, *τὸ ἀναλῦσαι*, λέγων, *πολλῶ μᾶλλον κρείσσον, καὶ τί αἰρήσομαι, οὐκ οἶδα*. Τί λέγεις; μέλλον ἐνταῦθεν πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθίστασθαι, καὶ μετὰ Χριστοῦ εἶναι, οὐ γνωρίζεις τί αἰρήσῃ; Ἀλλὰ πόρρω τῆς Παύλου ταῦτα ψυχῆς. Τίνι γὰρ εἰ τις εἶπε τοῦτο καὶ διεβεβαίωσαστο, οὐκ ἂν εὐθέως ἤρπασε; Ναί, φησὶν· ἀλλ' ὡσπερ οὐκ ἔστιν ἡμῶν τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· οὕτως οὐδὲ τὸ, παρὸν τοῦτου τυχεῖν, μένειν ἐνταῦθα ἡμῶν· ἀλλ' ἀμφοτέρω Παύλου καὶ τῆς ἐκεῖνου ψυχῆς. Τί λέγεις; οἶδας καὶ πέπεισαι, ὅτι μετὰ Χριστοῦ μέλλεις εἶναι, καὶ ἀμφιβάλλεις λέγων, *οὐκ οἶδα τί αἰρήσομαι*; καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνταῦθα αἰρῆ, τὸ ἐπιμένειν λέγω τῇ σαρκί; Τί ποτε τοῦτο ἔστιν; Οὐχὶ κατάπικρον ἔζης βίον; ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν ναυαγίοις, ἐν λιμῇ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι, ἐν μερίμναις, ἐν φροντίσει; μετὰ τῶν ἀσθενούντων ἡσθάνεις, καὶ ὑπὲρ τῶν σκανδαλιζομένων ἐπυροῦ. Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, φησὶν, *ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν νηστεσίαις, ἐν ἀγρότητι· πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον, τρις ἐβραβδίσθη, ἅπαξ ἐλιθάσθη, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποιοῦκα· κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις ληστῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις*. Οὐχὶ, ὅτε τὸ Γαλατῶν ἅπαν ἔθνος ἐπὶ τὴν τοῦ νόμου παρατήρησιν ἐπανήλθεν, ἐδόξας λέγων, *οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε*; πόσα τότε οὐκ ἐπένησας, καὶ εἰ μᾶλλον τοῦτον ποθεῖς τὸν ἐπίπικρον βίον; Εἰ γὰρ μὴδὲν σοι τοῦτων συμβεδήκει, ἀλλὰ πάντα, ἅπερ κατωρθώκεις, κατώρθωσας μετὰ ἀδείας, μετὰ τρυφῆς, [220] οὐκ ἔχρησεν τὸ δῆλον τοῦ μέλλοντος δεδοικότα πρὸς τινα λιμένα σπεύδειν; Τίς ἔμπορος, εἰπέ μοι, θησαυρῶν μυρίων πλήρη τὴν οἰκᾶδα ἔχων, παρὸν εἰς λιμένα καταδραμεῖν καὶ ἀναπαύε-

σθαι, ἔλοιτο θαλαττεύειν ἔτι; τίς ἀγωνιστής, παρὸν στεφανωθῆναι, ἔλοιτο ἀγωνίζεσθαι; τίς πυκτεύων, παρὸν ἀναδῆσασθαι τὸν στέφανον, ἔλοιτο πάλιν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσεῖναι, καὶ κατακόπτειν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν; ποῖος στρατηγός, ἐξὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ πολέμου μετὰ εὐδοξίας καὶ τροπαίων, καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναπαύεσθαι, καταδέξαιτο ἂν ἔτι καὶ ἰδροῦν καὶ παρατάττεσθαι; Πῶς οὖν τὸν οὕτω κατάπικρον ζῶν βίον, ἔτι ἐνταῦθα μένειν βούλει; οὐχὶ σὺ ἔλεγες, *φοβοῦμαι μὴ πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτοὺς ἀδοκίμους γένομαι*; Εἰ καὶ διὰ μὴδὲν ἕτερον, διὰ τοῦτο γοῦν ἐχρῆν ἐπιθυμεῖν τῆς ἀπαλλαγῆς· εἰ μυρίας ἦν ἀγαθῶν μετὰ τὰ παρόντα, διὰ γοῦν τὸν Χριστὸν τὸν ποθοῦμενον ἔδει ποθεῖν τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν. Βαβαί τῆς τοῦ Παύλου ψυχῆς! οὐδὲν ἴσον ἐκεῖνης γέγονεν, οὐδὲ ἔστα. Φοβῆ τὸ μέλλον, μυρίαὶ ἐνέχθη δεινοίς, καὶ οὐ βούλει εἶναι πρὸς τὸν Χριστόν; Οὐ, φησὶ· καὶ τοῦτο διὰ τὸν Χριστόν, ἵνα οὐς εἰργασάμην αὐτοῦ δούλους, εὐνουστέρους καταστήσω· ἵνα ὅπερ ἐφύτευσα γεώργιον, καρποφορῆσαι ποιήσω. Οὐκ ἤκουσάς μου οὐχὶ τὸ ἔμαυτοῦ ζητοῦντος συμφέρον, ἀλλὰ τὸ πῶν πλιτσίον; οὐκ ἤκουσας, ὅτι ἀνάθεμα ἠυχόμην γενέσθαι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τοῦ πολλοῦς αὐτῷ προσελθεῖν; Ὅ ἐκεῖνο ἐλόμενος, οὐ πολλῶ μᾶλλον τοῦτο αἰρήσομαι, ἢ δέως ἔμαυτὸν ζημιῶν διὰ τῆς ἀναβολῆς καὶ ὑπερθέσεως, ἵνα ἐκείνοις γένηται τις σωτηρία;

*Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας σου*, Κύριε, ὅτι Παῦλον οὐκ ἀφήκας λαθεῖν, ὅτι ἐδειξας τῇ οἰκουμένῃ τοιοῦτον ἄνδρα; ἤμεσάν σε πάντες ἀγγελοὶ ὁμοθυμαδὸν, ὅτε τὰ ἄστρα εἰργάσω, οὐκοῦν καὶ ὅτε τὸν ἥλιον· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὡς ὅτε τὸν Παῦλον ἐδειξας ἡμῖν καὶ τῇ οἰκουμένῃ πάση. Διὰ τοῦτο λαμπρότερα γέγονεν ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ, φαιδρότερος οὗτος τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἀφήκε λαμπρότερας τὰς μαρμαρυγὰς, φαιδρὰς τὰς ἀκτῖνας ἠπλώσεν. Ἥλιον ἡμῖν οὗτος ἔτεκε τὸν καρπὸν, οὐκ ἀστάχως πιαίνων, οὐδὲ ροῖας τρέφων, ἀλλὰ τὸν τῆς εὐσεβείας καρπὸν καὶ τίκτων, καὶ εἰς ἀκμὴν ἄγων, καὶ διαπίπτοντα συνεχῶς ἀνακτώμενος; Εἰκότως· οὗτος μὲν γὰρ ἥλιος τὸ ἅπαξ διασαπὲν τῶν ἀκροδρύων οὐδὲν ὄνησαι δύνησεται. Παῦλος δὲ τοὺς μυρίας ἔχοντας σηπεδῶνας, ἐξ ἀμαρτημάτων ἀνεκαίετο· καὶ οὗτος μὲν παραχωρεῖ τῇ νυκτὶ, ἐκεῖνος δὲ τοῦ διαδόλου περιεγένετο. Οὐδὲν εἶλεν· ἐκεῖνον, οὐδὲν ἐσεβείας καρπὸν· Ἐκεῖνος ἀπ' ὕψους· φερόμενος, κάτω τὰς ἀκτῖνας ἀφίησιν· αὐτοὺς δὲ κάτωθεν ἀνατέλλων, οὐχὶ τὴν μέσον οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τοῦ φωτὸς ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ ἅμα τὸ στόμα ἀνέψξε, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐνέπλησε πολλῆς τῆς ἡδονῆς. Πῶς; Εἰ γὰρ ἐπὶ ἐνὶ ἀμαρτωλῶ μετα-

• Savil. conj. ἐπ' ὕψους.

faciamus; etiamsi reddenda anima sit, etiamsi corpus trucidandum, non ideo refugiamus; omnia quæ decent faciamus, ut hunc timorem consequamur. Hoc enim modo et omnibus erimus opulentiores, et

futura consequemur bona, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA IV.

CAP. I. 22. *Et quid eligam, ignoro.* 25. *Coarctor autem duobus, desiderium habens dissolvi et esse cum Christo; multo enim magis melius: 24. permanere autem in carne magis necessarium propter vos.* 25. *Et hoc confidens scio quia manebo, et commanebo omnibus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei: 26. ut gloria vestra abundet in Christo Jesu in me per meum adventum iterum ad vos.*

1. Nihil Pauli anima beatus, quoniam nihil etiam magis generosum. Nunc vero contra de omnibus dici potest: nihil nobis infirmius, nihil miserius. Propterea omnes horremus mortem, partim quidem peccatorum multitudine gravati, quorum ego quoque unus sum; partim vero vitæ cupidi, et mori miserum ducentes: quibus ego utinam numquam adnumerem! animales enim sunt, qui hunc timorem timent. Ergo hoc, quod omnes horremus, ille optabat, eoque incumbebat, ita dicens: *Dissolvi multo magis melius, et quid eligam, ignoro.* Quid ais? cum hinc abiens ad cælum sis migraturus, et cum Christo futurus, ignoras quid eligas? Sed longe hæc absunt a Pauli anima. Quis enim fuerit, cui si hæc vere offeratur conditio, non illam quamprimum arripit? Certe, inquit, nemo: sed quemadmodum minime nostrum est posse illud dicere, Cupio dissolvi, et esse cum Christo: ita cum id assequi liceat, minime nostrum est, hic manere velle; sed utrumque Pauli est, et illius animæ. Quid est, quod dicis? nosti ac pro comperto habes futurum te esse cum Christo, et hæsitās ac dicis, *Quid eligam nescio?* neque hoc tantum, sed etiam hic manere eligis? *Manere, inquam, in carne?* Quid ita? nonne acerbam vitam ducebas? in vigiliis, in naufragiis, in fame et siti et nuditate, in curis et sollicitudinibus; cum iis, qui infirmabantur, infirmabaris; propter eos, qui in scandalum incidebant, urebaris. *In multa, inquit, patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in jejuniis, in castitate* (2. Cor. 6. 4. 5). *Quinquies quadragenas una minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, nocte et die in profundo maris sui; periculis fluminum, periculis latronum, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus* (2. Cor. 11. 24. 26). Nonne cum tota Galatarum gens ad legis observationem reversa esset, clamabas dicens: *Qui in lege justificamini, a gratia excidistis* (Gal. 5. 4)? Quem tunc luctum non hausisti? atque adhuc fluxam hanc vitam desideras? Nam tametsi nihil horum tibi accidisset, et quibuscumque recte fugebaris, quiete et cum voluptate functus esses: nonne tamen oportebat incerta futuri temporis pertimescentem ad portum aliquem contendere? Ecquis mercator navi vectus innumerabilium thesaurorum plena, si liceat

subire portum ac requiescere, mari adhuc jactari malit? ecquis athleta, cum liceat corona potiri, adhuc certare postulet? ecquis pugil, cum coronam possit accipere, malit rursus in certamen descendere, et suum ipsius caput concidendum præbere? ecquis dux, qui a bello cum gloria et tropæis liberari queat, et cum rege in regia quietus degere seque oblectare, adhuc et sudare præoptet, et in aciem prodire? Quomodo igitur adeo acerbam vitam vivens adhuc vis in terris manere? annon tua sunt ista verba? *Timone forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* (1. Cor. 9. 27). Si nihil aliud præterea cause fuisset, hæc satis erat, quo liberatio desideraretur: si innumerabilibus bonis præsens vita abundasset, ab hac tamen liberari optandum erat, ob Christum, quem desiderabas. O Pauli animam! nihil illi par aut fuit, aut futurum est. Times si in hac vita permanças, quid futurum sit; innumeris malis implicatus es, et tamen recusas apud Christum esse? Recuso, inquit, idque propter Christum: ut quos illi paravi servos, firmius in illius amore stabiliam: ut ex agro, quem plantavi, fructus decerpi curem. Non audisti, me non querere quod mihi utile est, sed quod proximis? non audisti, mihi in optatis fuisse anathema fieri a Christo, quo multi ad illum venirent? Qui illud elegi, non multo magis hoc eligam, ut damnum ipse ex hac mora et dilatione patiar, quo illis aliqua ad salutem accessio fiat?

*Pauli laudes.* — *Quis loquetur potentius tuas* (Psal. 105. 2), Domine, qui Paulum minime latere siveris, qui talem virum orbi ostenderis? Laudarunt te omnes angeli uno animo, cum astra fabricatus es et solem (Job 58. 7); sed non perinde atque eo tempore, quo nobis totique orbi Paulum ostendisti. Hinc terra facta est splendidior cælo, pulchrior hic solis lumine splendidiore emisit fulgores, ketos effudit radios. Quantum hic nobis peperit fructum, non spicas pinguefaciens, aut arbores nutriens, sed ipsum pietatis fructum et procreans et ad vigorem adducens, et eos qui concidebant, assidue recreans? Jure: nam hic quidem sol, quod semel in arborum fructibus conputruerit, restituere nequaquam poterit; Paulus autem eos etiam, qui sexcenta ultra habebant, a peccatis revocavit: atque hic nocti dedit; ille vero diabolo superior fuit. Nihil illum evertit, nihil superavit. Hic de sublimi loco dum fertur, radios deorsum emittit: Paulus vero de infero loco exoriens, non cæli ac terræ dimidium lumine complexit, sed simul atque os aperuit, angelos etiam ipsos magna replevit voluptate. Nam si uno homine pœnitentiam agente gaudium existit in cælis (Luc. 15. 10); cum Paulus a prima cœcione multos vocatus fuerit, quo-

modo fieri potnit, ut superas potestates gaudio non impleret?

2. Ecquid dico? satis erat Paulum loqui; et hoc ipso cæli exsultabant et letabantur (*Psal.* 13. 7). Etenim si Israelitis ex *Ægypto* exeuntibus, montes exsultarunt ut arietes: quando homines ex terra in cælum transferabantur, quantum gaudii putas fuisse? Propterea igitur *Permanere in carne magis necessarium propter vos*. Et quæ nobis posthac relicta est excusatio? Fit enim persæpe, ut quispiam parvam ac pauperem civitatem nactus, abire tamen alio nolit, cætera omnia præ sua quiete postputans: Paulo abeundum ad Christum erat, et non voluit Christum; Christum illum, quem ita desiderabat, ut pro ipso gehennam etiam eligeret: sed adhuc voluit manere, ac laborare in pugna pro hominibus. Ecqua nobis erit excusatio? Verum estne universe tantum mentio faciendæ Pauli? Attende quid egerit. Dixit melius esse abire, ne illi de ipsius morte dolerent; ostendit etiam, si maneat, idcirco manere ut illis prosit: non enim id ex mala insidiantium mente succedere. Igitur ut illi facilius ad hoc credendum adducantur, causam apposuit. Nam si id necessarium est, omnino adhuc manebo; nec tantum manebo, sed etiam vobiscum manebo. Hoc enim sibi volunt verba illa, *Et commanebo*, id est, videbo vos et vobiscum morabor. Quam ob causam? *Ad profectum vestrum et gaudium fidei*. Hoc loco ipsos excitat, ut sibi attendant. Nam si propter vos, inquit, manebo; videte ne mansionem meam dedecoretis. Cum jam Christus mihi videndus esset, elegi propter vestrum profectum manere. Mea enim presentia et ad fidem vobis facit, et ad gaudium: propterea elegi manere. Quid igitur? Philippensiumne tantum gratia mansit? Non sane illorum tantum gratia mansit, sed his verbis quandam illis adhibet lenem medicinam. Quomodo autem erant illi profecturi in fide? Ut magis magisque vos confirmem: pariunde ac pullos quosdam matris cura egentes, donec ipsis solidiores succrescant aetate. Magnum hoc caritatis indicium. Ad hunc modum a nobis etiam quidam excitari solent, atque ita dicimus: *Tua causa mansi, ut te bonum redderem. Ut gratulatio vestra*, inquit, *abundet in Christo Jesu in me per meum adventum iterum ad vos*. Vides ista voce, *Commanebo*, hoc quod dicebam significatum esse? Considera humilitatem. Quoniam dixit, *Ad profectum vestrum*, ostendit id sibi quoque utilitatem asferre; quod etiam facit ad Romanos scribens his verbis, *Id est, simul consolari in vobis*: antea enim dixerat, *Ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis* (*Rom.* 1. 12. 11). Quid autem hoc est, *Ut gloriatio vestra abundet*? Id est, ut crescat id, quod erat causa gloriandi: hoc autem est corroborari in fide (hæc enim est gloriatio in Christo), recte vivere. Ergo *Gloriatio vestra in me per meum adventum iterum ad vos*? Maxime, inquit, *Quæ enim est spes nostra aut quæ corona gloriationis? nonne et vos* (*1. Thess.* 2. 19)? *Vos enim omnia gloriatio nostra, quemadmodum et nos vestra* (*2. Cor.* 1. 14); id est, ut habeam quo in vobis majorem

in modum glorier. Quomodo? *Ut gloriatio*, inquit, *vestra abundet*. Majorem enim habeo gloriationis materiam, cum vos proficitis. *Per meum adventum iterum ad vos*. Qui igitur? num ad ipsos rediit? Hoc vobis inquirendum relinquo, utrum redierit. 27. *Tantum digne*, inquit, *evangelio Christi conversamini*. Vides omnia quæcumque dixit, huc spectasse, ut ipsos exhortetur ad majores in virtute progressus faciendos? *Tantum digne evangelio Christi conversamini*. Quid est quod inquit, *Tantum*? Idem valet ac si diceret: Hoc solum est, quod requiritur; præterea nihil: si hoc adsit, nihil vobis molesti obtinget. *Ut sive cum venero et videro vos, sive absens audiam de rebus vestris*. Non hæc dicit, quasi mutarit sententiam, neque ad ipsos redire amplius velit; sed, Etiam si hoc accidat, inquit, absens quoque letari possum. *Si audiero, quia statis in uno spiritu et una anima*.

3. Hoc est, quod maxime fideles conjungit, et caritatem ipsam continet: hinc illa Domini verba, *Ut sint unum* (*Joan.* 17. 11). Nam *Regnum*, inquit, *in se divisum, non poterit stare* (*Matth.* 12. 25). Propterea et Paulus multus ubique est in concordia suadenda: ideo et Christus inquit, *In hoc cognoscat omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (*Joan.* 13. 35). Ne igitur, inquit Paulus, mei adventus expectatione pendentes interea obdormite; ut cum quod expectabatis, successerit, meque videritis, deinceps diligentiam remittatis ac dissolvamini. Nam etiam ex auditu eandem capere voluptatem possum. Quid istuc est, *In uno spiritu*? Id est, eadem illa gratia concordiae, alacritatis. Unus etiam est spiritus: atque id ex eo ostenditur, quod sæpe hoc modo dictum sit: ita enim est et in una stare animi, cum omnes unum spiritum habeamus. Vide voce illa, *μὴ ψυχῆς*, id est, una anima, concordiam esse significatam: vide multas animas unam dici. Ita se habebat antiquitus: *Omnium*, inquit, *erat cor et anima una* (*Act.* 4. 32). *Collaborantes fidei evangelii*. Num tamquam fide laborante in certamine, mutuo, inquit, *collaborantes*? qua ratione id stare possit? Non enim inter se pugnant; sed quod vult Paulus, hoc est: *Mutuum*, inquit, *vobis auxilium afferte, dum fides evangelii in certamine versatur*. 28. *Et in nullo terri ab adversariis, quod quidem ipsis est argumentum perditionis, vobis autem salutis*. Optime dixit, *Terri*: talia enim sunt, quæ ab adversariis proficiscuntur: terrent tantummodo. Dicit igitur, *In nullo*: quidquid evenerit, etiam si pericula proposita sint, etiam si insidiæ: hoc enim est recte stantium. Illi enim terrere dumtaxat possunt; præterea nihil. Quia enim verisimile erat illos valde perturbari, cum animadvertent Paulum innumerabiles subire calamitates: Non dico, inquit, *Ne fluctuetis, sed, Ne terrcamini*; sed etiam illos valde contemnatis. Nam si hoc modo animati sitis, hinc jam et ipsorum perditionem, et vestram salutem perspicuam facietis. Etenim cum viderint sexcenta se artificia comminisci, ac ne terrere quidem vos posse, certa sui ipsorum interitus argumenta capient. Quando enim vexatores iis quos

νοῦντι χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, αὐτὸς δὲ ἐκ πρώτης δημιουργίας πολλοὺς ἐθήρευσε, πῶς οὐκ ἐμπλήσει χαρὰς τὰς ἄνω δυνάμεις ;

[221] β'. Καὶ τί λέγω; ἀπλῶς ἀρκεῖ Παῦλον φθέγεσθαι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἐπὶ τοῦτῳ σκιρτᾶν καὶ εὐφραίνεσθαι. Εἰ γάρ, ὅτε ἐξ Αἰγύπτου ἐξήεσαν οἱ Ἰσραηλῆται, ἐσκήρτησαν τὰ βῆρα, ὡς κριοί· ὅτε ἀπὸ τῆς εἰς οὐρανὸν μετέστησαν ἄνθρωποι, πόσῃν οἰεῖν εἶναι χαρὰν ; Διὰ ταῦτα, τὸ ἐπιμείναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαϊότερον εἶ· ὑμᾶς. Ποίαν ἔχομεν ἀπολογίαν λοιπὸν ἡμεῖς ; Πολλάκις γάρ ἄνθρωπος κληροῦται πῶλιν μικρὰν καὶ πανυχρὰν, καὶ οὐχ αἰρεῖται ἀπελθεῖν ἐτέρωθεν, τὴν οἰκίαν προκρίνων ἀνάπαισιν· πρὸς τὸν Χριστὸν εἶγεν ἀπελθεῖν ὁ Παῦλος, καὶ οὐκ ἠθέλησε τὸν Χριστὸν· Χριστὸν, ὃν οὕτως ἐπόθει, ὡς εἶ· αὐτὸν καὶ γένναν αἰρεῖσθαι· καὶ ἔμεινεν ἐπι ἀγωνιζόμενος διὰ τοὺς ἀνθρώπους. Τίς ἔστιαι ἡμῖν ἀπολογία ; Ὅλων δὲ μεμῆσθαι χρῆ Παύλου ἀπλῶς ; Ὅρα τί εἰργάσατο· Ἐδειξεν, ὅτι κρείσσον τὸ ἀπελθεῖν, περὶ αὐτοὺς μὴ ἀλγεῖν· ἔδειξεν, ὅτι κἂν μὲν, διὰ τοῦτο μένει, εἰ· ἐκείνους, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς πονηρίας γίνεται τῶν ἐπιβουλευόντων. Ἴνα τοίνυν ἀξιοπίστους αὐτοὺς· ἐργάσεται, καὶ τὴν αἰτίαν ἔθηκεν. Εἰ γάρ ἀναγκαῖον τοῦτό ἐστι, πάντως ὅτι μενῶ, καὶ οὐκ ἀπλῶς μενῶ, ἀλλὰ μεθ' ὑμῶν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, καὶ συμπαραμενῶ, τουτέστιν, Ὅψομαι ὑμᾶς. Τίνος ἔνεκεν ; Εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Ἐνταῦθα αὐτοὺς καὶ διανίστησιν, ὥστε προσέχειν ἑαυτοῖς. Εἰ γάρ εἰ· ὑμᾶς, φησί, μενῶ, ὄρῃτε μὴ καταισχύρητέ μου τὴν παραμονήν. Μέλλων Χριστὸν ὄρᾶν, εἰδόμην ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ προκοπῇ μένειν. Ἐπειδὴ ἡ ἐμὴ παρουσία καὶ πρὸς πίστιν ὑμῖν συμβάλλεται καὶ πρὸς χαρὰν, διὰ τοῦτο εἰδόμην μένειν. Τί οὖν ; Φιλιππησίων ἔνεκεν ἔμεινε μόνων ; Οὐκ ἔκείνων ἔνεκεν ἔμεινε μόνων· λέγει δὲ τοῦτο, ἵνα αὐτοὺς θεραπεύσῃ. Πῶς δὲ ἦν τῇ πίστει προκόψαι ; Ὡστε στηριχθῆναι μᾶλλον ὑμᾶς ; καθάπερ νεοττοὺς δεομένους τῆς μητρὸς, ἕως ἂν αὐτοῖς παγῆ τὰ περᾶ. Πολλῆς ἀγάπης τοῦτο τεκμήριον. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τινὰς διεγείρομεν, ὡς ὅταν εἰπωμεν· Διὰ σὲ ἔμεινα, ἵνα σε ποιήσω χριστόν. Ἴνα τὸ καύχημα ὑμῶν, φησί, περισορήσῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας [222] πάλιν πρὸς ὑμᾶς ; Ναί, φησί. Τίς γάρ ἡμῶν ἐλπίς, ἢ στέφανος καυχῆσεως ; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ; Ὅτι καύχημα ἡμῶν ἡμεῖς ἐστε, καθάπερ ἡμεῖς ὑμῶν· τουτέστιν, Ἴνα ἔχω καυχᾶσθαι ἐν ὑμῖν μειζόνως. Πῶς ; Ἴνα περισσορήσῃ τὸ καύχημα ὑμῶν. Μειζόνως γάρ ἔχω

καυχᾶσθαι, ὑμῶν ἐπιδόντων. Διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς. Τί οὖν ; ἦλθε πρὸς αὐτοὺς ; Τοῦτο ζητεῖτε, εἰ ἦλθε. Μόνον ἀέλιος, φησί, τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε. Ὅρα εἰ διὰ τοῦτο εἶπε πάντα, ἵνα εἰς τοῦτο αὐτοὺς προτρέψῃ ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετὴν ; Μόνον ἀέλιος τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε. Τί ἐστὶ τὸ, Μόνον ; Τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον μόνον, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἂν τοῦτο ἦ, οὐδὲν λυπηρὸν ἡμῖν συμβῆζεσσι. Ἴνα εἶτε ἐλθῶν καὶ ἰδῶν ὑμᾶς, εἶτε ἀπὸν ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐχ ἄς μεταθέμενος, οὐδὲ ὡς οὐκέτι ἤξω, ταῦτα λέγει· Ἄλλ' ἐὰν τοῦτο γένηται, φησί, καὶ ἀπὸν εὐφραίνεσθαι δύναμαι. Ἐὰν ἀκούσω, εἰ στήκετε ἐν ἐπὶ πνεύματι καὶ μὴ ψυχῇ.

γ'. Τοῦτό ἐστιν ὁ μάλιστα συγκροτεῖ τοὺς πιστοὺς, καὶ τὴν ἀγάπην συνέχει· διὰ τοῦτο, Ἴνα ὦσιν ἐν, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ γάρ Βασιλεία μερισθεῖσιν ἐφ' ἑαυτήν, οὐ σταθῆσθαι. Διὰ τοῦτο πολλὴν ὑπὲρ ἁμενοῦς ποιεῖται πανταχοῦ τὴν συμβουλήν, καὶ ὁ Παῦλος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησιν, Ἐν τούτῳ γινώσονται πάντες, ὅτι μαθηταὶ μου ἐστε, ἐν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Τουτέστι, Μὴ εἰς τὴν προσδοκίαν τὴν ἐμὴν ἀφορῶντες καθυβδέτε, οἷον προσηκουόντες ἤξω· εἶτα, ἐπειδὴν ἴδῃτε μὴ ἐρχόμενον<sup>b</sup>, ἐκλυθῆτε. Καὶ γάρ ἐξ ἀκοῆς εὐφραίνεσθαι δύναμαι ὁμοίως. Τί ἐστίν, Ἐν ἐπὶ πνεύματι ; Τουτέστι, τῷ ἀπὸν χάρισματι, τῷ τῆς ὁμοιοῦς, τῷ τῆς προθυμίας. Ἐν γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα, καὶ δείκνυσσι τοῦτο, τὸ παραγοῦ οὕτως εἰρησθαι. Οὕτω γάρ ἐστι καὶ ἐν μὴ ἐστῆκεναι ψυχῇ, ὅταν ἐν πνεύμα οἱ πάντες ἔχωμεν. Ἰδοὺ τὸ, Μὴ, ἐπὶ ὁμοιοῦς εἰρηται· Ἰδοὺ πολλὰ μὴ λέγονται. Οὕτως ἦν τὸ παλαιόν· Ἦν ἡ καρδία πάντων, φησί, καὶ ἡ ψυχὴ μία. Συνθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου. Ἄρα ὡς τῆς πίστεως ἀθλοῦσης, συναθλοῦντες, φησὶν, ἀλλήλοις ; πῶς ἂν ἔχοι λόγον ; μὴ γάρ πρὸς ἀλλήλους ἐπάλατον ; Ἀλλὰ ὁ λέγει, τοῦτό ἐστι· Συμπαρалаμβάνετε ἀλλήλους, φησὶν, ἐν τῇ ἀθλήσει τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδερὶ ἐπὶ τῶν ἀντικειμένων, ἧτις ἐστὶν αὐτοῖς μὲν ἐνδείξεις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας. Πτυρόμενοι, καλῶς εἶπε· τοιαῦτα γὰρ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν· μόνον πτύρεται. Ἐν μηδερὶ οὖν, φησί, [223] κἂν ὀτιοῦν γένηται, κἂν κίνδυνος, κἂν ἐπιβουλαί· τοῦτο γάρ ἐστι τῶν ὀρθῶς ἐστῶτων. Ἐκεῖνοι γάρ οὐδὲν δύνανται, ἀλλὰ πτύραι μόνον. Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν θορυβεῖσθαι αὐτοὺς, ἅτε τοῦ Παύλου μυρία πάσχοντες. Οὐ λέγω, φησὶν, εἰ· Μὴ σαλεύεσθε, ἀλλὰ Μὴ πτύρεσθε, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῶν καταφρονεῖτε. Ἄν γάρ· οὕτω διακλήσθε, ἐντεῦθεν ἤδη καὶ τὴν αὐτῶν ἀπώλειαν, καὶ τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν δέλην ποιήσατε. Ὅταν γάρ ἴδωσιν, εἰ μυρία τεχνάζονται, καὶ οὐδὲ πτύραι ὑμᾶς δύνανται, τεκμήρια λήψονται τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας. Ὅταν γάρ οἱ διώκοντες τῶν διωκομένων μὴ περιγέωνται, οἱ ἐπιβουλεύοντες τῶν ἐπιβουλεύομένων,

<sup>b</sup> Coislinianus vero legit ἰδῆτέ με ἐρχόμενον, et hanc lectionem secutus est Flaminius : prior tamen lectio veritatis accommodatio videtur.

<sup>c</sup> Cois. in., μὴ πτύρεσθε, ὁ σφόδρα καταφρονούντων ἐστὶ ἂν γάρ.

<sup>a</sup> Idem conj. ἀξιοπίστον ἑαυτῶν.

οὐ κρατοῦντες τῶν κρατουμένων, οὐκ αὐτόθεν ἔσται δῆλον αὐτοῖς, ὅτι ἀπολοῦνται, ὅτι οὐδὲν ἰσχύουσιν, ὅτι τὰ αὐτῶν ψευδῆ, ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ; *Καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ, φησὶν ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.* Πάλιν αὐτῶν παιδεύει τὸ φρόνημα μετριάξεν, τὸ πᾶν ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ χάριν εἶναι λέγων καὶ χάρισμα καὶ δωρεάν τὸ πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ. *"Ὅστε μὴ αἰσχύνεσθε χάρισμα· καὶ γὰρ ἔστιν δυνατὸς τοῦ νεκροῦ ἀνίσταν πολλῶ καὶ σημεῖα ποιεῖν θεομαστότερον.* Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὀφειλέτης εἰμί, ἐνταῦθα δὲ ὀφειλέτην ἔχω τὸν Χριστόν. *"Ὅστε οὐ μόνον αἰσχύνεσθαι οὐ χρῆ, ἀλλὰ καὶ ἀγάλλεσθαι, ὡς χάρισμα ἔχοντας.* Τὰς ἀρετὰς χαρίσματά φησιν, οὐχ ὁμοίως μέντοι, ὡς καὶ τὰ ἄλλα· ἐκεῖνα μὲν γὰρ ὀλόκληρα τοῦ Θεοῦ, ταῦτα δὲ καὶ ἡμῶν. Ἄλλ' ἐπειδὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ πλεόν τοῦ Θεοῦ ἔστι, διὰ τοῦτο δλον αὐτοῦ φησιν εἶναι, οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀνατρέπων, ἀλλὰ μετρίφρονος καὶ εὐγνώμονος κατασκευάζων. *Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὅλον εἶδετε ἐν ἑμοί.* Τούτῃστι, Καὶ τὸ παράδειγμα ἔχετε. Πάλιν αὐτοὺς ἐπαίρει ἐνταῦθα. Δείκνυσι γὰρ πανταχοῦ τὰ αὐτὰ ἀγωνιζομένους αὐτῷ, τὰ αὐτὰ ἀθλοῦντας, καὶ ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτοὺς τῷ συνδιαφέρειν αὐτῷ τοὺς πειρασμούς. Οὐκ εἶπεν, Ἀκηκόατε, ἀλλ', *Εἶδετε*· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἤθλησεν ἐν Φιλιπποῖς. *"Ἄρα μεγάλη ἀρετὴ τοῦτο ἔστι. Διδὲ καὶ πρὸς Γαλάτας γράφων ἔλεγε, Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκλή, εἰ γε καὶ εἰκλή· καὶ Ἑβραίοις πάλιν γράφων ἔλεγεν, Ἄναμιμησκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας. ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἀθλήσιν ὑπεμείνατε παθημάτων, τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφόμενων γενηθέντες.* Καὶ Μακεδῶσι πάλιν, τούτῃστι, Θεσσαλονικεῦσι γράφων ἔλεγεν· *Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπυγγέλλουσιν, ὅποιαν εἰσοδοὺν ἔσχομεν πρὸς ὑμῖν· καὶ πάλιν· Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοί, τὴν εἰσοδοὺν ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονε.* Καὶ πᾶσιν ὁμοίως τὸ αὐτὸ μαρτυρεῖ, ἀθλους καὶ ἀγῶνας. Ἄλλ' οὐ νῦν τοῦτο εὐρήσετε παρ' ἡμῖν· νῦν γὰρ ἀγαπητὸν τὸ κἄν ἐν χρήμασι [224] τινὰ τι παθεῖν. Καὶ ἐν χρήμασι δὲ μεγάλη αὐτοῖς μαρτυρεῖ· τοῖς μὲν γὰρ φησιν, ὅτι *τὴν ἀρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε*· τοῖς δὲ φησιν, ὅτι *Εὐδούκησαν Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι*· τοῖς πτωχοῦς· καὶ πάλιν, *Ὁ εἰς ὑμῶν κληρὸς ἠρέδισε τοὺς πλείους.*

δ'. Ὅρα· τὰ ἐγκώμια τῶν τότε ἀνδρῶν; Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ μέχρι βαπτισμάτων, οὐδὲ μέχρι πληγῆς φέρομεν, οὐδὲ ὕβριν οὐδὲ χρημάτων ζημίαν ὑπομένομεν. Ἐκεῖνοι ἤδη ζήλωται, καὶ μάρτυρες πάντες ἦσαν ἀγωνιζόμενοι· ἡμεῖς δὲ τὴν ἀγάπην ἐψύξαμεν τὴν εἰς τὸν Χριστόν. Πάλιν ἀναγκάζομαι κατηγορεῖν τῶν παρόντων πραγμάτων. Καὶ τί πάθω; οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ' ἀναγκάζομαι. Εἰ μὲν γὰρ ἦν σιγήσαντα, καὶ μηδὲν εἰπόντα, τῶν γενομένων ἀφανίσαι διὰ τῆς σιγῆς τὰ γινόμενα, ἔδει σιγᾶν· εἰ δὲ τοῦναντίον γίνεται (οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἀφανίζεται, ἡμῶν σιγῶντων, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερα γίνεται), ἀναγκαῖον εἶπεν. Ὁ γὰρ κατηγορῶν τῶν ἀμαρτανόντων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον,

οὐκ ἀφήσει περαιτέρω προελθεῖν. Οὐδεμία γὰρ ἔστιν οὕτως ἀναίχυντος ψυχῆ καὶ ἰταμῆ, ὡς συνεχῶς ἀκούουσα κακιζόντων αὐτὴν τινων, μὴ ἐντρέπεσθαι, μηδὲ καθυφεῖναι τῆς κακίας; τῆς πολλῆς. Ἐνὶ γὰρ, ἐνὶ καὶ τοῖς ἀναίχυντος μικρῶν τι αἰδοῦς· ὁ Θεὸς γὰρ ἐνέσπειρε τὴν αἰδῶ τῆ φύσει τῆ ἡμετέρᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔρκει ὁ φόβος ρυθμίσει ἡμᾶς, καὶ πολλὰς ἑτέρας κατεσκευάσεν ὁδοὺς τοῦ μὴ ἀμαρτάνειν· ὅλον, τὸ κατηγορεῖσθαι παρὰ ἀνθρώπων, τὸ δεδοικέναι νόμους τοὺς κειμένους, τὸ δόξας ἔρᾶν, τὸ φιλίας ἀντιποιεῖσθαι. Πᾶσαι γὰρ αὗται αἱ ὁδοὶ τοῦ μὴ ἀμαρτάνειν εἰσὶ. Πολλάκις γὰρ ἂ διὰ τὸν Θεὸν οὐκ ἐγένετο, δι' αἰδῶ γέγονε· καὶ ἂ διὰ τὸν Θεὸν οὐκ ἐγένετο, διὰ φόβον ἀνθρώπων ἐγένετο. Τὸ γὰρ ζητούμενον τοῦτο ἔστι· Πρότερον, μὴ ἀμαρτάνειν μαθεῖν· εἶτα, τὸ διὰ τὸν Θεὸν τοῦτο ποιεῖν ὑστερον κατορθώσομεν· ἐπεὶ διὰ τί Παῦλος τοὺς μέλλοντας κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, οὐκ ἀπὸ τοῦ φόβου προτρέπει τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τὴν ἐκδικίαν ἀναμένειν; *Τοῦτο γὰρ ποιῶν, φησὶν, ἀνθρακα πύρρος σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* Τέως γὰρ τοῦτο βούλεται, κατορθωθῆναι τὴν ἀρετὴν. Ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐνεστί τι αἰσχυντηρὸν ἐν ἡμῖν· πολλὰ γὰρ καὶ φυσικὰ ἀγαθὰ ἔχομεν πρὸς τὴν ἀρετὴν· ὅλον πρὸς τὸ ἔλεειν ἀπὸ φύσεως κινούμεθα πάντες ἀνθρωποι, καὶ οὐδὲν οὕτως ἀγαθὸν ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ἔστιν ἄλλο, ὡς τοῦτο. Ὅθεν ἂν τις εἰκότως καὶ ἐξετάσειε, διὰ τὸ τοῦτο μάλιστα τῇ φύσει ἡμῶν ἐνέσπαρται, τὸ κατακλᾶσθαι λέγω δάκρυσι, τὸ ἐπικάμπτεσθαι, τὸ ἐτόλμους εἶναι πρὸς ἔλεον. Οὐδεὶς φύσει ἔστιν ἀργός, οὐδεὶς φύσει ἔστιν ἀκονόδοξος, [225] οὐδεὶς φύσει ἔστι ζήλου κρείττων· ἀλλὰ τὸ ἔλεειν πᾶσιν ἐγκείται φύσει, κἄν ὡμὸς τις ἦ, κἄν ἀπληγῆς. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ ἐπὶ ἀνθρώπων τοῦτο ἐπιδεικνύμεθα; καὶ θηρία ἐλεοῦμεν· οὕτως ἐκ περιουσίας ἡμῖν ὁ ἔλεος ἐγκείται. Κἄν σκύμον ἴδωμεν λένοντας, πάσχομεν τι· ἐπὶ δὲ ὁμοφύλου πολλῶ πλέον. Ὅρα πόσοι ἀνάπηροι, πολλάκις λέγομεν, εἰδότες ὅτι καὶ τοῦτο ἱκανὸν εἰς ἔλεον ἡμᾶς ἀγαγεῖν.

Οὐδὲν οὕτως εὐφραίνει τὸν Θεόν, ὡς ἐλεημοσύνη<sup>α</sup>. Διὸ οἱ ἱερεῖς τοῦτω ἔχροντο, καὶ οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ προφήται· τῆς γὰρ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας εἶχον σύμβολον τὸ ἔλαιον. Πάλιν ἐμάνθανον, ὅτι τὸν ἀρχοντα πλέον ἐλέου δεῖ ἔχειν· ἐδήλου ὅτι τὸ πνεῦμα εἰς ἀνθρώπον δι' ἔλεον μέλλει ἐρχεσθαι· ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐλεεῖ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ φιλανθρωπεύεται· Ἐλεεῖς γὰρ, φησὶ, πάντας, ὅτι πάντα δύνασαι. Διὰ τοῦτο ἔλαιον<sup>β</sup> ἔχροντο. Καὶ γὰρ καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀπὸ ἐλέους ἐποίησε. Καὶ ὁ βασιλεῖς ἔλαιον ἔχροντο. Κἄν ἀρχοντὰ τις ἐπαινεῖ, οὐδὲν οὕτως αὐτῷ πρότερον ἐρεῖ, ὡς ἔλεος· τοῦτο γὰρ ἀρχῆς ἴδιον, τὸ ἔλεειν. Ἐννόησον ὅτι δι' ἔλεον ὁ κόσμος συνεστάθη, καὶ μιμηταὶ τὸν Δεσπότην. *Ἐλεος ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, ἔλεος δὲ Κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα.* Πῶς, *Ἐπὶ πᾶσαν σάρκα;* Κἄν ἀμαρτωλοὺς εἴπῃ, κἄν

<sup>α</sup> Si Dunxο fides, adjiaciendum foret ἐπὶ νόμος ὁδοὶ ἔλαιου.

<sup>β</sup> Hic ἔλαιον, oleum, et ἔλεον, misericordiam, quasi unum vocabulum indiscriminatim adhibet Chrysostomus, quia tunc eodem pene modo ambæ voces pronuntiantur, quod etiam alibi observatur.



vexant superiores non evadunt, non insidiatores iis quos in potestate habent: nonne ex hoc ipso perspicue intelligent, se ad interitum ruere, nihil posse, sua esse falsa et infirma? *Et hoc a Deo*, inquit: 29. *quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Rursus illos componit, ut de se modeste sentiant, totum Deo adscribens, et gratiam et charisma et donum esse dicens pati pro Christo. Itaque ne vos pudeat de charismate: est enim longe admirabilius, quam mortuos ad vitam revocare, ac cætera miracula facere. Nam ibi quidem ego sum debitor; hic vero debitorem habeo Christum. Quare tantum abest, ut probri loco id habendum sit, ut potius sit exsultandum ac gaudendum, quippe qui charisma habeamus. Virtutes vocat charismata et dona, non tamen eodem modo, atque alia: illa enim tota Dei sunt; hæc vero etiam nostra. Veruntamen quoniam et hic major ac potior pars Dei est, propterea totum ipsius esse inquit, non voluntatis libertatem evertens, sed ipsos apparans ut moderati et grati sint. 30. *Idem certamen habentes, quale vidistis in me.* Id est, Exemplum etiam habetis. Rursus hoc loco ipsos extollit. Ubique enim eos ostendit in iisdem secum certaminibus versari, eosdem impetus ferre, privatim etiam, atque apud seipsos: eo quod eadem atque ipse tolerant tentationes. Non dixit, *Audistis*, sed, *Vidistis*: nam et illic, id est in Philippensium urbe, certaverat. Hoc igitur magnæ virtutis est. Quamobrem et ad Galatas scribens dicebat: *Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa (Gal. 3. 4)*; et Hebræis rursus scribens dicebat, *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti (Hebr. 10. 32. 33)*. Et rursus Macedonibus, id est, Thessalonicenibus scribens dicebat, *Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos*; et rursus, *Nam et ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit (1. Thess. 1. 9. et 2. 1)*. Omninoque de omnibus id ipsum similiter testatur, certamina et pugnæ. At minime hoc nunc apud nos invenietur: nunc enim satis bene agitur, si quis vel in pecuniis quidpiam detrimenti ferat. Ac sane in pecuniis quoque præclarum de illis testimonium dat Paulus: nam de aliis quidem ita dicit, *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis (Hebr. 10. 34)*; de aliis vero, *Proba-verunt Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes (Rom. 15. 26)*; et iterum, *Vestra amulatio provocavit plurimos (2. Cor. 9. 2)*.

4. Vides illius temporis virorum encomia? Nos vero ne ad alas quidem et plagas usque sapientiam adhibemus; imo non contumeliam, non pecuniarum jacturam ferimus. Illi jam omnes æmulatores erant, et martyres in certamen descendentes; nos vero caritatem in Christum refrigeravimus. Rursus cogor præsentem rerum statum accusare. Et quid faciam? nollem quidem, sed plane cogor. Nam si fieri posset,

ut tacendo, nec quidquam ex iis quæ gesta fuissent commemorando, silentio ipso, ea quæ geruntur e medio tollerentur, tacendum certe erat: sin autem contra sit, et nobis tacentibus non modo non tolluntur, sed graviora etiam fiunt, dicendum necessario est. Nam qui peccata accusat, ut nihil aliud præstet, certe longius ille progredi non sinit. Nulla enim est tam impudens anima ac temeraria, quæ si assidue se reprehendi audiat, non suffundatur pudore, non remittat aliquid de summa illa improbitate. Inest enim, inest etiam in impudentibus paululum quid verecundiæ: naturæ enim nostræ Deus ipse pudorem iniecit. Etenim quando non satis poterat timor ad nos componendos, multas alias non peccando rationes apparavit: ut reprehensiones hominum, metum humanarum legum, amorem gloriæ, amicitiarum studium. Omnia enim hæc eo nos adducunt, ut peccandum non putemus. Sæpe enim quæ propter Deum minime fiebant, propter pudorem sunt facta; et quæ Dei causa, ut velimus non adducimur, ea timore hominum suscipimus. Quod enim petitur, hoc est, primum, ut discamus non peccare; deinde vero illud etiam, ut Dei causa hoc agamus, consequemur. Alioqui quid causæ fuisset, cur Paulus eos, quibus superandi adversarii per patientiam erant, non a timore Dei cohortatur, sed inde, quod supplicium de illis sumpturi essent? *Hoc enim faciens*, inquit, *carbonis ignis congeres super caput ejus (Rom. 12. 20)*. Interea enim hanc progressionem fieri vult ad virtutem. Inest igitur, quod antea dicebam, in nobis nescio quid verecundi, multa que naturalia habemus bona ad virtutem: exempli causa, ad misericordiam omnes a natura movemur, nec quidquam aliud in natura nostra arque bonum est atque hoc. Quamobrem merito etiam quispiam quæsierit, quam ob causam id potissimum nostræ naturæ sit insitum, ut frangamur lacrymis, flectamur et ad misericordiam propensissimus. Nemo natura strenuus est, nemo natura ab inanis gloriæ cupiditate liber, nemo natura superior æmulatione: sed misereri omnibus a natura inditum est, quantumvis crudelis sit quis et sævus. Et quid mirum, si erga homines hanc propensionem ostendamus? ferarum etiam miseremur: adeo nobis indita est misericordia. Vel leonis catulum aspicientes, nonnihil commoveamur: quanto igitur magis erga id, quod ejusdem nobiscum generis est? Nem quod caeci et corporibus mutilatis, sæpe dicimus, non ignorantes id satis aptum esse, quod nos ad misericordiam adducat.

*Nihil æque Deum delectat ut misericordia et elemosyna.* — Nihil æque Deum delectat, ut misericordia. Quamobrem sacerdotes, reges, prophete oleo ungebantur: oleum enim pro symbolo Dei misericordiæ habebant. Præterea discebant in principe plus misericordiæ requiri: item ostendebatur spiritum propter misericordiam venturum esse in hominem. Deus enim hominum miseretur, et benigne cum ipsis agit: *Misereris enim civitatem*, inquit, *quia omnia potes (Sap. 11. 21)*. Propterea oleo inungebantur. Nam et sacer-

deum ipsam ex misericordia instituit. Verum reges etiam oleo inungebantur. Et si quis principem laudet, nihil quod aequè ipsum deceat afferet, ac misericordiam : principatus enim proprium est misereri. Cogita ex misericordia esse conditum mundum, et imitare Dominum. *Miseratio*, inquit, *hominis circa proximum suum : misericordia autem Dei super omnem carnem (Ecclesi. 18. 12)*. Quomodo, *Super omnem carnem* ? Sive peccatores, sive justos protuleris, omnes egemus misericordia Dei, omnes ipsa fruimur, sive ipse sit Paulus, sive Petrus, sive Joannes. Atque audi ipsorum verba : quid enim nostris opus est ? Quid igitur inquit beatus hic ? *Sed misericordiam consequuntur sum, quia ignorans feci (1. Tim. 1. 13)*. Quid ergo ? postea non egebat misericordia ? Audi quid dicat : *Abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum (1. Cor. 15. 10)* ; ac rursus de Epaphrodito inquit, *Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed Deus miseratus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem (Philipp. 2. 27)* ; et rursus, *Gravati*, inquit, *sumus supra modum, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui de tantis mortibus eripuit nos, et eripiet (2. Cor. 1. 8. 9-10)* ; et rursus, *Liberatus sum de ore leonis, et liberavit me Dominus (2. Tim. 4. 17. 18)*. Atque ubique ipsum invenimus id gloriantem, quod misericordia salutem sit consequuntur.

1. Dixit quæ sibi evenerant ad evangelii progres- suum conduxisse, *Ita ut vincula mea manifesta fierent in omni prætorio (Philipp. 1. 13)*: dixit, *Sed et ei immolator supra sacrificium et obsequium fidei vestræ*; ipsosque per hæc confirmavit. Sed forte suspicari poterant priora ista consolationis causa esse dicta. Quid igitur facit, et quomodo suspicionem adimit? Timotheum, inquit, mitto ad vos: aiebant enim de Paulo omnia cognoscere. Cur vero non dixit, *Ut mea cognoscatis, sed, Ut ego cognoscam vestra*? Quoniam Pauli res Epaphroditus ante Timotheum nuntiaturus erat: quamobrem progrediens inquit, *Necessarium autem existinavi Epaphroditum fratrem mittere ad vos (v. 25)*: Sed vestra, inquit, cognoscere cupio. Verisimile enim est diu illum mansisse apud Paulum ob corporis imbecillitatem. Quamobrem necessario, inquit, vestra cupio cognoscere. Vide autem, quam omnia ad Christum referat, et ipsam quoque Timothei missionem, ita dicens, *Spero autem in Domino Jesu*; id est, confido ut hoc mihi Deus gratificetur, idque mihi ex sententia succedat. *Ut et ego bono animo sim, cognitiss quæ circa vos sunt*. Quemadmodum, inquit, recreavi vos dum ea audivistis quæ de me precati estis, nimirum evangelium progressus fecisse, dedecus in illos recidisse, et unde mihi nocere puta- bant, inde lætitiã attulisse: ita cupio de rerum vestrarum statu cognoscere, *Ut et ego bono animo sim, cognitiss quæ circa vos sunt*. His verbis ostendit gaudere debuisse de vinculis, eaque subsequi; multum

enim ipsi voluptatis attulisse: nam illud, *Ut et ego bono animo sim*, hoc significat, quemadmodum vos. Pape! quanto Macedoniam amore complectebatur! Idem vero Thessalonicensibus quoque dicit, ut eo loco, *Nos autem desolati a vobis ad tempus horæ (1. Thess. 2. 17)*. Et hic, *Spero*, inquit, *Timotheum mittere*, ut de rerum vestrarum statu cognoscam: quod quidem maximam indicabat curam. Quando enim ipse adesse non poterat, discipulos mittebat: ita res illorum sibi ignotas esse ne ad breve quidem tempus ferre poterat. Non enim spiritu omnia cognoscebat: idque jure flebat. Etenim si hoc sibi discipuli persua- sissent, impudentes facti essent; nunc vero cum sperarent latere, facilius corrigebantur. Hoc ipso vero illos potissimum attentos reddit, quod inquit, *Ut et ego bono animo sim*, illorum quæ studium ac diligentiã acuit, ita ut, tametsi Timotheus non venerit, alium tamen inventurus sit qui ipsi renuntiet. Hæc autem ipse etiam ratione perspicue usus est, suum- que adventum distulit, ut Corinthii converterentur. Propterea etiam scribebat, *Parcens vobis nondum veni Corinthum (2. Cor. 1. 23)*. Non enim hoc solo ostenditur caritas, quod sua nuntiet, sed etiam quod de illorum statu cupiat cognoscere: hoc enim animæ est valde curantis et satagentis, et in perpetua quadam sollicitudine versantis. Simul vero et honore illos afficit Timotheum mittens. Quid ais? Timotheum mit- tis? quapropter? Sane, inquit; *Neminem enim habeo unanimum*; id est, qui æque atque ego vestra curet; *qui sincera affectione pro vobis sollicitus futurus sit*. Neminem ergo secum habebat, qui eundem atque ipse animum gereret. Neminem. Quid id est? Qui nimirum æque atque ego vos curet, vobisque consu- at. Non facile, inquit, quispiam inveniatur qui hæc de causa tantum itineris velit conficere: qui æque atque

ego vos amat. Timotheus est : erant autem et alii quos mitterem, sed nemo talis est. Ergo hoc est, unanimum esse, discipulos perinde atque ipse amare. *Qui sincera*, inquit, *affectione pro vobis sollicitus futurus sit*; id est, paterna. *Omnes enim quæ sua sunt querant, non quæ Jesu Christi*; id est, jucunditatem suam ac securitatem : quod etiam ad Timotheum scribebat. Sed cur isthæc conqueritur? Nos docens, dum hæc audimus, ne eodem prolabamur; docens auditores, ne oblectationem ac requiem querant. Nam qui requiem querit, non quæ Christi sunt, sed sua querit : oportet enim paratos nos esse ad quemvis laborem, ad quamvis miseriam subeundam. 22. *Experimentum autem*, inquit, *ejus cognoscite, quia sicut patri filius mecum servivit in evangelium*. Ne id a me temere dici putetis, vos quoque, inquit, hoc sciatis, illum mihi ut patri filium in evangelium servisse. Merito hic Timotheum commendat, ut apud illos magno in honore habeatur. Hoc etiam ad Corinthios scribens facit istis verbis, *Ne quis illum spernat : opus enim Domini operatur, sicut et ego* (1. Cor. 16. 10) : non tam illi prospiciens, quam iis qui ipsum recipiunt, ut magnam reportent mercedem. 23. *Hunc igitur*, inquit, *spero mittere, mox ut videro quæ circa me sunt*. Id est, ubi videro quis sit status rerum mearum, quemque sint exitum habituræ. 24. *Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniunt ad vos cito*. Non propterea illum mitto, quod ipse venturus non sim, sed *Ut bono animo sim, cognitis quæ circa vos* : ut ne interea etiam verser in vestrarum rerum ignoratione. *Confido autem*, inquit, *in Domino*; id est, si Deus voluerit.

2. Vide quam ille omnibus in rebus de Deo pendeat, et nihil ex sua sententia pronuntiet. 25. *Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum*. Et hunc rursus iisdem ac Timotheum encomiis ornatum mittit. Illum enim duobus his nominibus commendavit, quod et eos amet; dixit enim, *Qui sincera affectione vestra curaturus sit*; et quod in evangelio valde se probaverit : hunc igitur et iisdem quam illum nominibus laudat. Quomodo? Quoniam appellare fratrem et cooperatorem, neque hoc contentum, addere etiam commilitonem, ostendentis est illi quoque secum communia fuisse pericula, atque eadem de illo ac de se ipso testificantis. Quod inquit *Commilitonem*, plus est, quam *Cooperatorem*. Quidam enim fortasse fuerit, qui in levibus quidem negotiis socium se agendi præbeat, in bello autem ac periculis non item : dum vero dixit, *Commilitonem*, hoc quoque significavit. *Vestrum autem*, inquit, *apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos*. Id est, Vestra vobis donamus, dum vel vestrum hominem ad vos mittimus, vel eum qui vos doceat. Rursus multa de illius caritate subjicit dicens, 26. *Quoniam quidem omnes vos desiderabat; et mæstus erat propterea quod audieratis illum infirmatum*. 27. *Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem*. Hoc loco et aliud quiddam agit

ostendens, Epaphrodito etiam valde exploratum esse, amari se a vobis. Hoc vero non parum ad amandam solet allicere. Quomodo? Ægrotavit, inquit, et mœsti fuistis; convaluit, et vos mœrore liberavit, quem ex ipsius invaletudine capiebatis : nec tamen propterea ipse mœrore desiit, sed dolebat non se, cum valuisset, vos vidisse. Illic et aliud agit, ad sui defensionem causam afferens, ob quam serius ad illos mittat : non enim id ex negligentia fieri, sed Timotheum quidem a se retineri, quoniam neminem habeat; *Neminem enim*, inquit, *habeo unanimum*; Epaphroditum vero ob invaletudinem. Deinde ostendens longam ac diuturnam fuisse, addidit : *Nam et infirmatus est usque ad mortem*. Vides quantum studii adhibeat Paulus, ne discipulis suis quidquam loci se ullius negligentia ac socordia insimulandi relinquat, neque suspicandi ideo, quod ipsos contemneret, non profectum esse? Nulla enim re æque allici discipulus potest, ac persuasionem hac, curæ se esse præceptoris, suaque causa illum mœrore, quod exuberantis caritatis est. *Audieratis*, inquit, *illum infirmatum : nam et infirmatus est usque ad mortem*. Ac ne putes ista mihi per simulationem dici, audi sequentia : *Sed Deus misertus est ejus*. Quid ais, hæretice (a)? Hoc loco misericordiam Dei vocat, retinere illum qui abiturus erat, et ad vitam revocare. Quod si mundus esset in malis, non misericordia hæc esset relinquere in malo. Cæterum adversus hæreticum quidem facile est dicere, erga Christianum autem quid dicemus? Nam hic fortasse hæsitabit, ac dicet : Quid? si dissolvi et esse cum Christo multo præstabilius, cur inquit ipsum misericordiam esse consequutum? Ego vero dicam : Quid est, quod ipse inquit, magis necessarium esse manere propter vos? Nam quemadmodum Paulo hoc necessarium erat, ita et Epaphrodito : quippe qui amplioribus cum divitiis majoreque fidentia ac securitate ad Deum abiturus esset. Et enim illud quidem etiamsi paululum differretur, futurum tamen omnino erat; lucrari vero animas, postquam illuc abiisset, non poterat. Huc accedit, Paulum multa ex communi audientium sensu proferre, neque ubique philosophari : ad mundanos enim homines sermo ipsi erat institutus, mortem adhuc timentes. Præterea ostendit, quanti Epaphroditum faceret : hincque illi reverentiam quamdam conciliat, utpote cujus salutem adeo sibi utilem esse testetur, ut secum quoque ex illius incoluntate misericorditer actum putet. Præterea vero, ut hoc mittamus, aliam quoque ob causam bona est præsens vita. Nam nisi bonum esset, cur loco suppliciorum numeraret immaturas mortes? quemadmodum ubi inquit, *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi* (1. Cor. 11. 50). Futura enim vita improbi hominis non melior, imo mala est; probi autem melior. *Ne tristitiam*, inquit, *super tristitiam haberem*, ne ad mœrorem, quem ex ipsius invaletudine capiebam, accederet mœror ex morte. Ita quanti Epaphroditum

(a) Videtur hic Manichæos rearguere.

πέμψαι, ἀλλ' οὐδεὶς τοιοῦτός ἐστιν. Ἄρα τοῦτο ἰσοψύχου ἐστὶ, τὸ τοὺς μαθητευομένους αὐτῷ ὁμοίως φιλεῖν. Ὅστις, φησὶ, γρησιῶς τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει· τούτέστι, πατρικῶς. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ταυτῶν ζητοῦσιν, οὐ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ· τούτέστι, τὴν οἰκίαν ἀνάπαυσιν καὶ τὸ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Τοῦτο καὶ Τιμοθέῳ γράφων λέγει. Τί δήποτε τὰ ἀποδύρεται ταῦτα; Παιδεύων ἡμᾶς τοὺς ἀκούοντας μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, [265] παιδεύων τοὺς ἀκούοντας μὴ ζητεῖν ἀνεσιν. Ὁ γὰρ ἀνεσιν ζητῶν, οὐ ζητεῖ τὰ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὰ ταυτοῦ· δεῖ γὰρ παρσκευάζεσθαι πρὸς πάντα πόνον, πρὸς πᾶσαν ταλαιπωρίαν. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ, φησὶ, γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Ἐθαγγέλιον. Καὶ ὅτι οὐκ ἀπίκως λέγω, ὑμεῖς, φησὶν, εὐτοὶ ἐπίστασθε, ὅτι, ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Ἐθαγγέλιον. Παρατίθεται ἐνταῦθα ἐν Τιμοθέον, εἰκότως, ὥστε πολλὰς ἀπολαῦσαι παρ' αὐτῶν τιμῆς. Τοῦτο καὶ πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων ποιεῖ, λέγων, Μὴ τις αὐτοῦ καταφρονήσῃ· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς καὶ ἐγὼ· οὐκ ἐκεῖνου κηδόμενος, ἀλλὰ τῶν δεχομένων αὐτὸν, ὥστε πολλὸν ἀπενέγκασθαι τὸν μισθόν. Τοῦτον μὲν οὖν, φησὶν, ἐπέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμέ, ἐξ αὐτῆς. Τουτέστιν, Ὅταν ἴδω ἐν τίνι ἕστηκα, καὶ ποῖον ἔξει τέλος τὰ κατ' ἐμέ. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Οὐ διὰ τοῦτο πέμπω αὐτὸν, ὡς μὴ ἔλευσόμενος, ἀλλ' Ἰνα εὐψυχῶ, γινούς τὰ περὶ ὑμῶν, ἵνα μὴ δὲ τὸν ἐν τῷ μεταξύ χρόνον ὧ ἐν ἀγνοίᾳ. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, φησὶ· τούτέστιν, ἂν ὁ Θεὸς βούληται.

β'. Ὅρα πῶς πάντα ἐξαρτᾷ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲν ἐξ οἰκίας φθέγγεται διανοίας. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγήσαμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου. Καὶ τοῦτον πάλιν μετὰ ἐγκωμίων τῶναυτῶν, ὧν καὶ τὸν Τιμοθέον, ἀποστέλλει. Ἐκεῖνον γὰρ ἀπὸ δύο τούτων συνέστησεν, ὅτι τε αὐτοὺς ἀγαπᾷ, εἰπὼν, Ὅστις γρησιῶς τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει, καὶ ὅτι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἠδοκίμησε· καὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν αὐτῶν πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἦν καὶ ἐκεῖνον, ἐπήνεσε. Πῶς; Τὸ γὰρ εἰπεῖν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν, καὶ μὴ μέχρι τούτου μόνον στήναι, ἀλλὰ καὶ συστρατιώτην προσθεῖναι, δεικνύντος ἐστὶ τὴν πολλὴν αὐτοῦ κοινωνίαν τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ τὰ αὐτὰ αὐτῷ μαρτυροῦντος, ἅπερ καὶ ταυτῶν. Τὸ δὲ, Συστρατιώτην, πλέον ἐστὶ τοῦ, Συνεργόν. Ἴσως γὰρ τις ἐν μὲν φιλοῖς πράγμασι συνήγησεν, ἐν δὲ πολέμῳ καὶ κινδύνοις οὐκέτι· τῷ δὲ εἰπεῖν, Συστρατιώτην, καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν. Ὑμῶν δὲ, φησὶν, ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρεῖας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Τουτέστι, τὰ ὑμέτερα ὑμῖν χαρίζομαι. Ἦτοι τὸν ὑμέτερον ὑμῖν πέμπομεν, ἢ τὸν ὑμᾶς διδάσκοντα. Πάλιν πολλὰ περὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ προστίθησι, λέγων· Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδελφῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἡσθένησε. Καὶ γὰρ ἡσθένησε παραπλήσιον θανάτου· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν, οὐκ αὐτὸν δὲ μόρον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἵνα μὴ λύπην ἐπιλύπῃ σῶ. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ἕτερον κατασκευάζει, δηλών ὅτι καὶ

αὐτὸς σφόδρα οἶδε, φησὶν, ὅτι ἀγαπᾷται παρ' ὑμῶν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς τὸ φιλεῖν ἐπισπάσασθαι. Πῶς; ἡσθένησε, φησὶ, καὶ ἤλεγθε· ὑγίαινε, καὶ ἀπήλλαξεν ὑμᾶς τῆς λύπης, ἦν εἴχετε [266] διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ· οὐ μὴν οὐδὲ οὕτως ἔξω λύπης ἦν, ἀλλ' ἤλεγθε, διότι ὑγίανες οὐκ εἶδεν ὑμᾶς. Ἐνταῦθα καὶ ἄλλο κατασκευάζει, ἀπολογούμενος ὅτι διὰ χρόνον πέμπει πρὸς αὐτοὺς, Οὐ· ἀ διὰ βραθυμίαν, φησὶν, ἀλλὰ τὸν μὲν Τιμόθεον διὰ τὸ μηδένα ἔχειν κατεῖχον· Οὐκ ἔχω γὰρ, φησὶν, ἰσψύχον· τὸν δὲ Ἐπαφρόδιτον διὰ τὴν ἀσθένειαν. Εἶτα δεικνύς, ὅτι μακρὰ αὐτῇ γέγονε, καὶ πολλὸν χρόνον ἀνάλωσε, φησὶ· Καὶ γὰρ ἡσθένησε παραπλήσιον θανάτου. Ὅρξ· ἕσση ποιεῖται Παῦλος σπουδῆν ὑπὲρ τοῦ πάσης βραθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πρόσθεν ἐκκόψαι ἐκ τῆς τῶν μαθητῶν διανοίας, καὶ μὴ ὑποπευθῆναι, ὅτι καταφρονῶν αὐτῶν οὐκ ἤλθεν; Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὸν μαθητὴν ἐπαγαγέσθαι δυνήσεται, ὡς τὸ πεπεισθαι, καὶ ὅτι φροντίζει αὐτοῦ ὁ προσετός, καὶ ὅτι ἀδημονεῖ ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅπερ ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἐστίν. Ἠκούσατε, φησὶν, ὅτι ἡσθένησε· καὶ γὰρ ἡσθένησε παραπλήσιον θανάτου. Καὶ ὅτι οὐ προφασίζομαι, ἀκούσατε· Ἄλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησε. Τί λέγεις, ὡ ἀιρετικῆ; Ἐνταῦθα εἰδὸν φησὶ τοῦ Θεοῦ εἶναι τὴ τὸν μέλλοντα ἀπιεῖν κατέχειν καὶ ὑποστρέψαι πάλιν. Καὶ μὴ εἰ πονηρὸν ὁ κόσμος, οὐκ ἔλεος οὗτός ἐστι τὸ ἐν τῷ πονηρῷ ἀπιεῖναι. Ἄλλα πρὸς μὲν τὸν ἀιρετικὸν εὐκολον εἰπεῖν, πρὸς δὲ τὸν Χριστιανὸν τί ἐροῦμεν; Καὶ γὰρ ὁ αὐτός ἂ ἀμφισβητήσῃ ἰσως, καὶ εἶρε· Εἰ τὸ ἀναλῦσαι σὺν Χριστῷ πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τίος ἔνεκεν φησὶν αὐτὸν ἐλεεῖσθαι; Ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἐρήσομαι· Τίος ἔνεκεν ὁ αὐτός φησὶν ἀναγκαιότερον εἶναι τὸ ἐπιμείναι δι' ὑμᾶς; Ὅσπερ γὰρ αὐτῷ ἀναγκαῖον ἦν ἐκεῖνο, οὕτω καὶ τούτῳ μετὰ πλείονος πλούτου καὶ μείζονος παρῆρησίας μέλλοντι πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιεῖναι. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ κἂν μὴ νῦν· ἐγένετο, ὑστερον ἐμελλε· τὸ δὲ κερδᾶναι ψυχὰς οὐκ ἐνι λοιπὸν ἀπελθόντας ἐκεῖ. Τὰ πολλὰ καὶ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν τῶν ἀκούοντων ὁ Παῦλος φθέγγεται, καὶ οὐ πανταχοῦ φιλοσοφεῖ· πρὸς γὰρ ἀνθρώπους κοσμικοὺς ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, δεδοκίματος ἔτι τὸν θάνατον. Εἶτα δεικνύσιν ἐν ὅσῳ λόγῳ ἐστὶν αὐτῷ ὁ Ἐπαφρόδιτος, καὶ ἀπὸ τούτου ἀιδεῖσθαι αὐτὸν ποιῶν, εἰ γὰρ τὴν ἐκεῖνου σωτηρίαν οὕτω χρησίμην ταυτῶν φησὶν εἶναι, ὡς ἠλεῖσθαι καὶ αὐτὸν δι' ἐκεῖνον. Ἄλλως δὲ, καὶ χωρὶς τούτου καλὸν ἢ παρούσα ζωὴ· ἐπεὶ εἰ μὴ καλὸν, διὰ τί ἐν τάξει τιμωρίας τίθησι τοὺς ἀώρους θανάτους; ὡς ὅταν λέγῃ, Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄβρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Ἡ μὲν γὰρ μέλλουσα ζωὴ οὐχὶ πονηροῦ κρείττων, ἐπεὶ οὐκ ἀγαθὴ, ἀλλὰ καλοῦ κρείττων. Ἴνα μὴ λύπην, φησὶν, ἐπιλύπῃ σῶ, τὴν ἀπὸ τῆς [267] τελευτῆς ἐπὶ τῇ διὰ τὴν ἀβρωστίαν γενομένη αὐτῷ. Διὰ τοῦ-

<sup>a</sup> Unus codex, ἀπολογούμενος. Τίος ἔνεκεν διὰ χρόνον πέμπει; οὐ.

<sup>b</sup> Forte οὕτως.

<sup>c</sup> Mavult Dunæus κἂν εἰ μὴ νῦν.

των δεικνυσιν, ὅσου τιμᾶται τὸν Ἐπαφροδίτου. *Σπουδαιότερως οὖν ἐπεμψα αὐτόν. Τί ἐστι, Σπουδαιότερως; Τουτέστιν, Ἀνυπερθέτως, χωρὶς μελλήσεως, μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, κελεύσας πάντα ὑπερθέμενον ἔλθειν πρὸς ὑμᾶς. Ἴνα τῆς ἀδημονίας ἀπαλλαγῆ. Οὐ γὰρ οὐτως τοὺς ποθομένουσ ἀκούοντες ἐν ὑγείᾳ ὄντας ἄρουμεν, ὡς ὅταν ἴδωμεν, καὶ μάλιστα, ὅταν παρ' ἐλπίδας ἐκβῆ τὸ πρᾶγμα· ὅπερ ἐπὶ Ἐπαφροδίτου τότε γέγονε. Σπουδαιότερως οὖν, φησὶν, ἐπεμψα αὐτόν, Ἴνα ἰδόντες αὐτόν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Πῶς ἀλυπότερος; Ὅτι ἐν ὑμῶν χαίρητε, κἀγὼ χαίρω, καὶ οὗτος χαίρει ἐπὶ τοιαύτῃ ἡδονῇ, καὶ ἐγὼ ἀλυπότερος ἔσομαι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἄλυπος, ἀλλ', Ἄλυπότερος, δεικνύς ὅτι οὐδέποτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἦν λύπης ἐκτός. Ὁ γὰρ λέγων, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; πῶς λύπης ἐκτός ἦν; Ἄσει ἔλγε· Ταύτην ἀποτίθεμαι τῇν ἀθύριαν. Προσδέχεσθε οὖν αὐτόν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς. Ἐν Κυρίῳ, ὃ ἐστι, πνευματικῶς. Τουτέστι, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· μᾶλλον δὲ τὸ, Ἐν Κυρίῳ, τοῦτο ἐστι, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. Ἄξιως τῶν ἁγίων ὑποδέξασθε, καὶ ὡς περ τοὺς ἁγίους ὑποδέχεσθαι προσήχε, Μετὰ πάσης, φησὶ, χαρᾶς.**

γ'. Ταῦτα πάντα ποιεῖ ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνων, οὐχ ὑπὲρ τῶν παμπομένων. Μείζων γὰρ τὸ κέρδος τῷ ποιοῦντι, ἢ τῷ πάσχοντι εὔ. Καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε. Τουτέστι, Προσδέχεσθε αὐτὸν ἀξίως τῶν ἁγίων. Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, Ἴνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς ἐμὲ λειτουργίας. Οὗτος κοινῇ παρὰ τῆς πόλεως ἦν ἀπεσταλμένος τῶν Φιλιππησίων, ὥστε τῷ Παύλῳ διακονεῖν, ἢ καὶ ἰσῶς τι ἀποκομιζῶν αὐτῷ ἐηλύθει. Ὅτι γὰρ καὶ χρήματα ἐκόμισε, δεικνυσὶ πρὸς τῷ τέλει λέγων· *Δεξιόμενος γὰρ παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν. Εἰκόσ οὖν αὐτὸν ἐπιστάντα τῇ πόλει Ῥωμαίων, ἐν οὕτω πολλῷ τὸν Παῦλον κινδύνῳ καταλαβεῖν καὶ σφοδρῶς, ὡς μὴδὲ τοὺς πλησιάζοντας αὐτῷ μετὰ ἀσφαλείας δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐπιφαλῶς προσείναι· ὅπερ εἰσθε γίνεσθαι μάλιστα ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς μεγάλοις, καὶ ταῖς ἄρταις τῶν βασιλέων ταῖς ὑπερβαλλούσαις. Ὅταν γὰρ τις βασιλεὶ προσκεκρουκῶς εἰς δεσμοκτήριον ἐμβληθῆ, καὶ ἐν πολλῇ γέννηται φυλακῇ, τότε καὶ τοῖς οἰκέταις ἢ πρόσθεδος ἀποτετείχισται, ὅπερ εἰκόσ τὸν Παῦλον τότε πάσχειν· ἐν δὲ Ἐπαφροδίτου ἀνδρα γενναῖον ὄντα, παντὸς καταφρονῆσαι κινδύνου, ὥστε προσελθεῖν καὶ ὑπηρετήσασθαι, καὶ πάντα πρᾶξαι, ἄπερ ἐχρῆν. Δύο τοῖνον τίθησιν, ἅφ' ὧν ποιεῖ αὐτὸν αἰδέσιμον· ἐν μὲν, ὅτι μέχρι θανάτου ἐκινδύνευσε, φησὶ, δι' ἐμὲ· δευτέρον δὲ, ὅτι τὸ πρόσωπον [268] τῆς πόλεως περιθέμενος ταῦτα ἔπαθεν, ὡς ἐν τῷ κινδύνῳ ἐκείνῳ τοῖς πέμψασιν λογιῶσθαι τὸν μισθόν, ὡς ἂν ἡ πόλις προσθευῆν ἐπεμψεν. Ὅστε τὸ μετὰ θεραπείας ὑποδέξασθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν γεγεννημένων εὐχαριστήσῃ, μᾶλλον ἐστι κοινωνῆσαι τοῖς τετολημμένοις. Καὶ οὐκ εἶπε, δι' ἐμὲ, ἀλλ' ἀξιοπιστότερον αὐτὸ ποιεῖ λέγων, ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ.*

Οὐδὲ γὰρ δι' ἐμὲ ποιεῖ, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν ἤγγισε μέχρι θανάτου. Τί γὰρ; εἰ μὴ ἀπέθανε, τοῦ Θεοῦ οἰκονομήσαντος, ἀλλ' αὐτὸς παρεβουλεύσατο καὶ ἐξέδωκεν ἑαυτὸν, ὡς κἀν θεοῖον δὲ παθεῖν, οὐκ ἀπασησόμενος τῆς πρὸς με θεραπείας. Εἰ δὲ ὑπὲρ τοῦ Παύλου θεραπεύσαι εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐξέδωκε, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἂν ἔπαθε· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος ἦν, τὸ ὑπὲρ ἐκείνου ἀποθανεῖν. Οὐ γὰρ μόνον ὑπὲρ τοῦ μὴ θῆσαι μαρτυρίου στέφανον ἐστὶν ἀναδηθῆσθαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τοιαῦται προφάσεις μαρτύριον ποιοῦσι· καὶ εἰ δεῖ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, πολλῷ μᾶλλον αἱ τοιαῦται, ἢ ἐκείναι. Ὁ γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἐλάττονος κατατολμῶν τοῦ θανάτου, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ μείζονος. Ὅστε καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἴδωμεν ἁγίους ἐν κινδύνοις, παραβουλεύμεθα. Οὐ γὰρ ἐνὶ μὴ τολμῶντα, γεναῖον τι πρᾶξαι ποτε, ἀλλὰ ἀνάγκη τὸν τῆς ἐνταῦθα ἀσφαλείας προνοούμενον ἔκπεσεν τῆς μελλούσης· Ἴνα ἀναπληρώσῃ, φησὶ, τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρὸς με λειτουργίας. Τί ἐστι τοῦτο; Οὐ παρὴν ἡ πόλις, ἀλλ' ἐλειτούργησέ μοι δι' ἐκείνου πᾶσαν λειτουργίαν τῷ ἐκείνῳ πέμψαι. Τὸ οὖν ὑστέρημα τῆς ὑμετέρας λειτουργίας αὐτὸς ἐνεπλήρωσεν, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο δίκαιος ἂν εἴη ἀπολαῦσαι τιμῆς πολλῆς, ὅτι ὅπερ ἐχρῆν πάντας ποιῆσαι, τοῦτο ἔπραξεν αὐτὸς ὑπὲρ ὑμῶν. Καὶ δεικνυσὶ καὶ πρώτην οὖσαν λειτουργίαν παρὰ τῶν ἐν ἀσφαλείᾳ τοῖς κινδυνεύουσι· Τὸ γὰρ ὑστέρημα τῆς λειτουργίας οὕτως εἴρηται, ὡς πρὸς ἐκείνην. Ὅρᾳς φρόνημα γίνεται, ἀλλὰ ἀπὸ πολλῆς κηδεμονίας. Ἴνα γὰρ μὴ ἐπαίρωνται, ἀλλὰ μετριάζωσι, μὴδὲ μέγα τι παρεσχηχέναι νομιζῶσιν, ἀλλὰ ταπεινῶνται, λειτουργίαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ καὶ ὑστέρημα. Μὴ τοῖνον μὴδὲ ἡμεῖς μέγα φρονῶμεν, τοῖς ἁγίοις παρέχοντες, μὴδὲ χαρίζεσθαι αὐτοῖς· ἐν τούτῳ νομιζόμεν· καὶ γὰρ ὀφείλεται τοῖς ἁγίοις παρ' ἡμῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς χαρίζόμεθα. Ὅπερ γὰρ τοῖς ἐν στρατοπέδῳ ἐστῶσι καὶ πολεμοῦσι παρὰ τῶν ἐν εἰρήνῃ ὄντων καὶ μὴ πολεμοῦντων ὀφείλεται τὰ τελέσματα (ὑπὲρ γὰρ ἐκείνων ἐσθήκασιν οὗτοι), οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Εἰ μὴ γὰρ ἐδίδασκεν ὁ Παῦλος, τίς ἂν αὐτὸν τότε ἐνέβαλεν εἰς δεσμοκτήριον; Ὅστε λειτουργεῖν [269] χρῆ τοῖς ἁγίοις. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τῷ μὲν στρατευσόμενῳ βασιλεῖ τῷ ἐπιγεῖν πάντα εἰσφέρειν, καὶ ἐνδύματα καὶ τροφάς, οὐ κατὰ τὴν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν περισσοῖαν, τῷ δὲ στρατευσόμενῳ βασιλεῖ τῷ ἐπουρανίῳ, καὶ παραταττομένῳ πρὸς πολλῷ χαλεπωτέρου; (Ἦ πάλη γὰρ, φησὶν, οὐ πρὸς ἀλμῶ καὶ σάρκα), μὴδὲ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν χορηγεῖν; πόσις ἀγνωμοσύνης, πόσις τοῦτο ἄχρηστίας, πόσις μικρολογίας;

δ'. Ἄλλ', ὡς ἔοικε, πλέον ὁ τῶν ἀνθρώπων ἰσχύει φόβος παρ' ἡμῖν τῆς γεέννης καὶ τῶν μελλουσῶν κολάσεων. Διὰ δὲ τοῦτο πάντα ἀνατέτραπται, ὅτι τὰ μὲν πολιτικὰ πράγματα μετὰ πολλῆς τῆς ἐντροχίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνύεται, καὶ ἐλλειφθῆναι οὐκ ἐνὶ τῶν δὲ πνευματικῶν οὐδεὶς οὐδαμοῦ λόγος· ἀλλὰ τὰ μὲν μετ' ἀνάγκης ἀπαιτούμενα καὶ βασιάνων, καὶ ὡς παρὰ δούλων καὶ ἀκόντων, κατατίθεται μετὰ πολλῆς;



faciat ostendit. 28. *Festinantius ergo misi illum.* Quid est, *Festinantius*? Sine cunctatione, nulla interposita mora, iubens omnia quaecumque obstant vincendum, quam citissime ad vos venire, ut moreror liberet. Non enim si eos quos amamus valere audiamus, atque latamur ac si videamus, maximeque si id præter spem eveniat, quemadmodum tunc in Epaphrodito evenerat. *Festinantius ergo*, inquit, *misi illum: ut viso eo gaudeatis, et ego magis sine tristitia sim.* Quomodo magis sine tristitia? Quoniam si vos gaudetis, et ego gaudebo, et hic ipse de nostra voluptate gaudebit, et ego a mœrore liberior ero. Neque dixit, *Sine tristitia*, sed, *Magis sine tristitia*, ut ostendat numquam animam suam mœrore vacuam esse. Qui enim ita dicit, *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror* (2. Cor. 11. 29)? quomodo sine mœrore et tristitia sit? Ergo mœrorem, inquit, istum deponam. 29. *Excipite itaque illum in Domino cum omni gaudio.* In Domino, quod idem est ac spiritaliter. Id est, magno cum studio; vel potius hoc significat, Deo volente. Itaque illum excipite pro sanctorum dignitate, ut sanctos excipi par est, *Cum omni*, inquit, *gaudio.*

3. Hæc omnia pro iis facit ad quos mittit, non pro missis. Majus enim facit lucrum, qui beneficium dat, quam qui accipit. *Et ejusmodi homines cum honore habetote.* Id est, Excipite illum ut merentur sancti. 30. *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleat id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.* Hic communiter a Philippensium civitate missus fuerat, qui Paulo ministraret; aut fortasse etiam ideo venerat, ut quidpiam afferret: allatas enim ab illo esse pecunias in extrema epistola ostendit his verbis, *Acceptis ab Epaphrodito quæ misistis* (Phil. 4. 18). Verisimile igitur est illum, cum Romam pervenisset, Paulum in magno hoc gravique periculo reperisse, ut qui adire illum vellent, ipsi quoque minime tuto id posset facere, sed suo periculo accederent: quod evenire maxime consuevit magna commota tempestate, atque ubi regum ira majorem in modum effervescent. Etenim cum quis, quod in regis offensionem incurrit, in carcerem detruitur, arctæque custodiæ traditur: tunc vel famuli ipsi aditu prohibentur, quod quidem Paulo tunc accidisse verisimile est: Epaphroditum vero, magno atque excelso animo virum, omnia contempsisse pericula, ut Paulum adiret eique ministraret, atque omnia quæ opus erant faceret. Duo igitur affert Paulus, ex quibus illi auctoritatem ac reverentiam conciliat: unum quidem, ubi dicit, ad mortem usque mea causa periclitatum esse; alterum vero, quod personam civitatis gerens hæc perpressus fuerit: ut in periculo illo iis qui miserant merces deberetur, perinde ac si civitas legatum misisset. Ergo excipere illum cum quodam obsequio eique gratias agere de officiis ejus, ratio quædam erit qua pericula et facta nostra magis adhuc communia vobis facietis. Neque dixit, *Mea causa*, sed

orationi addens auctoritatem ac fidem, inquit, *Propter opus Dei.* Non enim mea causa facit, sed propter Deum. *Usque ad mortem accessit.* Quid enim? tantetsi minime obiit, Deo id gubernante, ipse tamen nullam vitæ suæ rationem habuit, ac tradidit seipsum; ut, quidquid subeundum fuit, non a præstando mihi ministerio cessaturus. Quod si et Paulo ministraret seipsum morti exposuit, multo magis pro prædicatione id subiisset; imo vero pro Paulo mori, idem erat ac pro prædicatione. Licet enim, non tantum ne idolis sacrifices, martyrii coronam consequi, sed ejusmodi etiam occasiones martyrium faciant; ac, si admirabile quiddam dicendum est, magis hæc quam illæ. Nam qui minore de causa mortem subire audeat, multo magis audebit, ubi res major agatur. Quamobrem et nos, cum sanctos in periculis versari viderimus, vitæ ne parcamus. Non potest enim is, qui nihil cum periculo experiri audeat, præclari quidpiam facere, sed necesse est præsentis vitæ securitati consulentem, amittere futuram. *Ut impleat*, inquit, *id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.* Quid hoc est? Non aderat civitas, sed per illum omni erga me officio ac ministerio funesta est, nimirum quod illum misit. Quidquid igitur vestri ministerii mihi deerat, id ipse explevit, ut hæc etiam ratione dignissimus sit qui multum honoris reportet, quoniam quod omnes facere oportebat, hoc ipse pro vobis præstitit. Atque ostendit Paulus priora quoque officia ab ipsis, qui in tuto erant, exhibita periclitantibus esse: nam hæc verba, *Id quod ex vobis deerat erga obsequium*, indicant respectum quemdam ad illius civitatis obsequium. Vides sensum animi ac spiritum apostolicum? Is vero non ex arrogantia proficiscebatur, sed ex magna quam illorum gerebat cura. Etenim ne efferantur, sed modestiam tucantur, neque magnum quiddam se præbuisse existiment, sed ad humilitatem adducantur, officium illud his vocibus appellat, *Debitum ministerium*, et, *Id quod deerat.* Ergo neque nos magnos spiritus sumamus, cum sanctis aliquid præbemus, neque hæc re nos illis beneficium putemus dare: a nobis enim id debetur, nec quidquam illis donamus. Nam quemadmodum iis qui in exercitu sunt ac bellum gerunt, ab iis qui domi in pace vivunt, debentur cibaria, et quidquid illis necessarium est in sumptum; illi enim pro his in acie stant: ita hæc in causa. Quis enim Paulum, nisi docendi munus obivisset, coniecisset in carcerem? Quamobrem ministrare sanctis oportet. Qui enim non absurdum sit, ei qui terreno Imperatori militat, omnia suppeditare, et vestimenta et cibaria, non solum quantum necessitas postulat, sed etiam plus quam satis est; ei vero qui militat cælesti Imperatori, atque in acie stat adversus hostes longe graviores ( *Quoniam non est colluctatio nobis*, inquit, *adversus sanguinem et carnem* [Ephes. 8. 12]), neque necessaria etiam suppeditare? cujus hoc iniquitatis est? quantum hoc ingrati et parci animi vitium?

4. Cæterum, quantum video, plus apud nos hominum metus potest, quam gehennæ et futurorum sub-

pluriorum. Propterea sane omnia contra quam deceat, se habent, ut civilia quidem negotia singulo quoque die diligentissime administrantur, neque illa umquam omitti videas; spiritualium vero nulla nobis ratio habeatur. Ita, quæ necessitate nobis imposita ac tormentis propositis, omninoque tamquam a servis et invitis exiguntur, magna præstantur cum alacritate: quæ vero a libentibus atque ut a liberis, omnia omittuntur. Non hæc in omnes dico, sed in eos qui hujusmodi sumptus facere recusant. Annon poterat Deus necessitatem faciendi imponere? At non vult: vobis enim magis consulti, quam iis qui aluntur. Ideo non vult isthæc vos ex necessitate facere, quoniam nulla vos maneret merces. Attamen multi eorum qui hic sunt, Judæis sunt inferiores ac viliores. Cogita, quot erant quæ a Judæis dabantur, decimæ, primitiæ, rursus decimæ, et rursus aliæ decimæ, et rursus aliæ decimætertiae, et siclam: nec quisquam erat, qui diceret, sacerdotes multa devorare. Quo plura accipiunt, eo etiam tibi amplior merces. Non dicebant, Multa sumunt, ventri indulgent; quæ nunc quosdam dicentes audio. Atque isti quidem, qui domos ædificant atque agros emunt, nihil putant se habere: quod si sacerdos quispiam paulo splendidiore veste indutus fuerit, aut necessario alimento non egeat, aut famulum habeat, ne ipse cogatur a decore discedere; hoc illi divitias nominant. Vere divitiis abundamus, idque isti vel inviti fatentur. Nos enim etiamsi pauca habeamus, abundamus divitiis; illi vero etiamsi omnia sibi comparant, inopia laborant. Quousque dementes erimus? non satis vobis videtur ad supplicium vobis comparandum, quod nullum opus editis, nisi damnum illud vobis contrahatis, quod de aliis detrahendo accedit? Etenim si tu etiam esses, qui ea quæ habet sacerdoti dedisses, tamen eo ipso mercedem perdidisses, quod ea in crimen vocares, quæ tu ipse dedisses: omninoque si tu dedisti, quid erimaris? Antea quidem pauperem illam fuisse testaris, Quæ habet, inquis, ego dedi: quid ergo criminaris? Dandum minime fuerat, si eras in crimen vocaturus. At cum alter dedit, ista dicis? Gravius sane delictum, cum tu minime dederis, alterius benefacta criminari. Quantam illos mercedem manere putas, qui isthæc audiunt? Dei enim causa hæc patiuntur. Quid ita? Poterant, si voluissent, caupones fieri, tametsi nihil illis a majoribus relictum esset. Nam et hæc multos impudentem dicentes audio, si quando nos ita dicimus, Illic vel ille pauper est: Poterat, inquirunt, si voluisset, ad divitias pervenire. Deinde contumelias addunt, Avus istius et abavus tales fuerunt, hic vero nunc tali veste indutus est. Sed quid? dic mihi, nudumne illum circumire oportuit? Ergo ista quidem tu subtiliter ad calculos revocas; sed vide ne contra teipsum hæc dicas: atque audi illam Christi admonitionem, *Nolite judicare, et non judicabimini* (Math. 7. 1). Poterat igitur, si voluisset, cauponariam ac mercaturam exercere, omninoque non eguisset; sed noluit. Quid igitur, quæso, lucratur? num seriis induitur vesti-

bus? num sectatorum multitudinem per forum incedens circumducit? num equo vehitur? num ædes extruit, habens ubi habitat? Si hæc facit, ego etiam reprehendo, neque illi parco, sed sacerdotio indignum esse affirmo. Nam quomodo monere alios poterit, ne rebus istis inutilibus vacent, qui seipsum monere non potest? Sin autem quod rebus tantum ad vitam necessariis non eget, hoc ipso inique agit; an ipsum circumire oportebat, et mendicare? nec quidquam te; o discipule, puderet? Ac si carnalis pater id faciat, dedecus magnum putes; sin spiritualis eo descendere cogatur, non erubescas, neque te tenebris abdendum putabis? *Dedecus enim, inquit, filiorum pater sine honore* (Eccli. 3. 13). Quid ergo? pereundum illi fame fuerat? Verum neque hoc pii hominis est; neque enim probatur Deo. Cæterum quando hæc adversus istos afferimus, subito philosophantur: scriptum est, inquirunt, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque æs in zonis vestris, neque virgam* (Math. 10. 9). Illi vero terna et quaterna habent vestimenta, et lectos constratos. Hei mihi! cogor ego nunc suspirare, ac nisi mihi decorum tuendum esset, multas etiam profunderem lacrymas. Cur? Quoniam in aliorum quidem festucas adeo diligenter inquirimus, nostras vero trabes, quas in oculis habemus, ne sentimus quidem. Dic mihi, cur isthæc tibi ipsi non dicis? Quoniam hoc, inquit, magistris duntaxat præceptum est. Ergo cum Paulus inquit, *Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus* (1. Tim. 6. 8), ad solos magistros verba facit? Minime; sed ad omnes homines. Idque satis constabit, si a capite locum illum inspexerimus: nam cum dixisset, *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia*; ac deinde addidisset, *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possumus*; continuo subjunxit, *Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum, et desiderium multa stulta et nociva* (Ibid. v. 6. 9).

5. Vides ad omnes orationem haberi? Quid vero, cum rursus inquit, *Carnis curam ne feceritis in desideriis* (Rom. 13. 14); nonne omnibus generaliter loquitur? quid vero, cum inquit, *Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc et has destruet* (1. Cor. 6. 13)? quid vero, ubi inquit, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est*, de vidua loquens? num fortasse et vidua magister est? annon ipse fuit, qui ita dixit, *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum* (1. Tim. 5. 6. et 2. 12)? Quod si vidua, ubi et ætas senilis; senectus enim magno eget obsequio, et natura ipsa; muliebre enim genus majore eget solatio, quia infirmum est: igitur, si ubi ætas et natura obstabat, minime tamen illam sinit delicate et molliter vivere, sed etiam mortuam esse inquit (non enim tantum dixit, Ne delicate vivat, sed, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est*; eamque e medio removit; nam quæ mortua est, e medio sublata est): quam veniam habebit homo ea faciens, quorum causa mulier vetula

τῆς εὐγνωμοσύνης· τὰ δὲ παρὰ ἐκόντων, καὶ ὡς παρὰ ἐλευθέρων, πάντα ἐλλιμπάνεται. Οὐ κατὰ πάντων λέγω, ἀλλὰ κατὰ τῶν τὰ τελέσματα ταῦτα ἐγκαταλιμπανόντων. Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς ἀνάγκη ταῦτα ποιεῖν; Ἄλλ' οὐ βούλεται· ὡμῶν γὰρ φείδεται μᾶλλον, ἢ τῶν τρεφομένων. Διὰ τοῦτο ὁμᾶς οὐκ ἀνάγκη βούλεται κατατιθέναι, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι μισθός. Καὶ ὁμῶς πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα, τῶν Ἰουδαίων εἰσι ταπεινότεροι. Ἐνόησον ὅσα Ἰουδαῖοι εἰδίδουσαν, δεκάτας, ἀπυργάς, πάλιν δεκάτας, καὶ πάλιν ἄλλας δεκάτας, καὶ πάλιν ἐτέρας τρισκαιδεκάτας, καὶ τὸ σίκλον· καὶ οὐδεὶς ἔλεγεν, ὅτι πολλὰ κατεσθίουσιν. Ὅσῳ ἂν πλείονα λάβωσι, τοσοῦτῳ καὶ πλείων ὁ μισθός. Οὐκ ἔλεγον, Πολλὰ λαμβάνουσι, γαστριζονται, & νῦν ἀκούω λεγόντων τινῶν. Καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες οἰκίας, καὶ ἀγρούς κύνουμένοι, οὐδὲν ἠγούναται ἔχειν· ἂν δὲ τις τῶν ἱερέων λαμπρότερον ἱμάτιον περιβάλλεται, ἢ τῆς ἀναγκίας ἀναπορήσει τροφῆς, ἢ τὸν διακονούμενον ἔχη, ἵνα μὴ ἀναγκάζεται αὐτὸς ἀσχημονεῖν, πλοῦτον τὸ πρᾶγμα τίθενται. Ὅντως πλοῦτοῦμεν καὶ ἐν τούτοις, καὶ ἄκοντες ὁμολογοῦσιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μικρὰ ἔχωμεν, πλοῦτοῦμεν· ἐκείνοι δὲ κἂν πάντα περιβάλλονται, πένονται. Μέχρι τίνος ἀνοηταίνομεν; οὐκ ἀρκεῖ τὸ μῆδὲν ποιεῖν εἰς κόλασιν ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κακηγορίας προστιθέναι ζημίαν; Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς ἔδωκας αὐτῷ, ἄπερ κέκτηται, τὸν μισθὸν ἀπέλεσας, ὑπὲρ ὧν ἔδωκας ἐγκαλῶν· ὧλας δὲ εἰ σὺ ἔδωκας, τί ἐγκαλεῖς; Πρότερον μὲν οὖν αὐτῷ πενίαν ἐμαρτύρησας, λέγων ἄπερ ἔχει δεδοκέναι αὐτός· τί τοῖνον ἔγκαλεῖς; Οὐκ ἔχηρὸν δοῦναι, εἰ γε ἐμελλες ἐγκαλεῖν. Ἄλλ' ἑτέροιο δόντος ταῦτα λέγεις; Χαλεπώτερον τὸ πρᾶγμα, ὅτι οὐδὲ διδοὺς ἐγκαλεῖς ὑπὲρ ὧν ἕτερος ποιεῖ εὖ. Πόσον οἶε τούτους ταῦτα ἀκούοντας μισθὸν [270] ἔχειν; Διὰ γὰρ τὸν Θεὸν ταῦτα πάσχουσι. Πῶς καὶ διὰ τί; Ἐξῆν, εἰ γε ἐβούλοντο, καπηλικὸν ἀναδέξασθαι βίον, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ προγόνων εἶχον. Καὶ γὰρ ἀκούω καὶ ταῦτα πολλῶν λεγόντων Ἰταμῶς, ὅταν εἴπωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα πένεται· Εἰ γὰρ ἐβούλετο, φησὶν, ἠδύνατο πλοῦτεῖν· εἴτα ὑβριστικῶς, Ὅ προγόνος αὐτοῦ, καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ, καὶ ὁ δεῖνα, τοῖσδε ἦν· νῦν δὲ τοιαύτην ἐσθῆτα περιβάλλεται. Ἄλλ' ἀντί; εἰπέ μοι, γυμνὸν αὐτὸν ἔχηρῳ περιέναι; Σὺ μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἀκριβολογῆ· ὅρα δὲ μὴ κατὰ σαυτοῦ ταῦτα λέγῃς. Ἄλλ' ἀκούε τῆς παραινέσεως τοῦ Χριστοῦ τῆς λεγούσης, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*. Ἄλλ' ἐξῆν, εἰ γε ἐβούλετο, καπηλικὸν καὶ ἐμπορικὸν βίον ζῆν, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἠπόρησεν· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε. Τί οὖν ἐνταῦθα κερδαίνει, εἰπέ μοι; σαρικὰ ἱμάτια περικίεται; πλῆθος ἀκολουθῶν ἔχων σοθεῖ κατὰ τὴν ἀγοράν; ἐπὶ ἵππου φέρεται; οἰκίας οἰκοδομεῖ, ἔχων ὅπου καταμεῖνῃ; Ἄν ταῦτα ποιῆ, καὶ ἐγὼ κατηγορῶ, καὶ οὐ φείδομαι, ἀλλ' ἀνίσχινον αὐτὸν εἶναι τῆς ἱερωσύνης φημί. Πῶς γὰρ ἑτέροις δυνήσεται παραινεῖν μὴ περιτὰ περιττὰ ταῦτα ἐσχολεῖναι, αὐτὸς ἑαυτῷ παραινέσαι μὴ δυνάμενος; Κί δὲ ὅτι τῆς ἀναγκίας εὐπορεῖ τροφῆς, διὰ τοῦτο ἀδικεῖ· ἀλλὰ περιέναι ἔχηρῳ αὐτῷ, καὶ προσαιτεῖν; καὶ οὐκ ἂν σὺ κατησχύνθης, εἰπέ μοι, ὁ μαθητῆς; Ἄλλ' ὁ μὲν πατὴρ ὁ σαρκικός ἂν τοῦτο ποιῆ, αἰσχύνῃ τὸ πρᾶγμα τῆς· ἂν δὲ ὁ

πνευματικὸς ἀναγκάζηται τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ἐγκαλύψῃ; μᾶλλον οὐδὲ ἠγήθη ἄξιον καταδύεσθαι; Ἄδοξία, φησὶ, πατρός, *δρεῖδος τέκνων*. Ἄλλ' τί; τῷ λιμῷ φείρεσθαι ἔδει; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο εὐσεβοῦς· οὐ γὰρ βούλεται ὁ Θεός. Ἄλλ' ὅταν εἴπωμεν πρὸς αὐτοὺς ταῦτα, εὐθὺς φιλοσοφοῦσι· Ἐγραπται, φησὶ, *Μὴ κτήσησθε χρυσόν, μηδὲ ἀργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ ῥάβδον*. Οὗτοι δὲ καὶ τρία καὶ τέσσαρα ἱμάτια ἔχουσι, καὶ κλίνας ἐστρωμένας. Ἐπῆλθέ μοι στενάξαι πικρὸν νῦν· εἰ δὲ μὴ ἀσχημονεῖν ἐμελλον, κἂν ἐδάχρουσα· τί δῆποτε; Ὅτι περὶ μὲν τὰ τῶν ἄλλων κάρφῃ οὕτως ἐσμέν ἀκριβεῖς ἐξετασταί, τὰς δὲ δοκοὺς ἔχοντες αὐτοὶ ἐν τοῖς ἑρθαλοῖς οὐδὲ αἰσθανόμεθα. Εἰπέ μοι, διὰ τί γὰρ σαυτῷ τοῦτο μὴ λέγεις; Ὅτι τοῖς διδασκάλοις προστέτακται μόνον, φησὶν· ὅταν οὖν ὁ Παῦλος λέγῃ, *Ἐχοντες διατροφάς καὶ σκεπάσματα, τούτους ἀρκεσθησόμεθα*, πρὸς τοὺς διδασκάλους λέγει μόνους; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Καὶ δῆλον ἄνωθεν τὸ χωρίον διεξιοῦσι· εἰπὼν γὰρ, *Ἰκονισμὸς μέγας ἐστίν ἡ εὐσέβεια μετὰ ἀνταρκίας*· εἴτα, *Οὐδὲν εἰσηγήκαμεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενηκεῖν τι δυνατόμεθα*· εὐθὺς ἐπήγαγεν· *Ἐχοντες δὲ διατροφάς καὶ σκεπάσματα, τούτους ἀρκεσθησόμεθα*. [271] *Οἱ δὲ βουλόμενοι πλοῦτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς*.

ε'. Εἶδες ὅτι πρὸς πάντας ὁ λόγος εἴρηται; Τί δέ; ὅταν λέγῃ πάλιν, *Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιῶσθε εἰς ἐπιθυμίαν*, οὐχὶ πᾶσιν ἀπλῶς διαλεγεται; Τί δὲ ὅταν λέγῃ, *Τὰ βρώματα τῆ κοιλιᾶ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν*· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην, καὶ ταῦτα καταργήσει; τί δὲ ὅταν λέγῃ, *Ἡ δὲ σπαταλώσα, ζῶσα τέθνηκε*, περὶ χήρας διαλεγόμενος; μὴ καὶ ἡ χήρα διδάσκαλός ἐστιν; οὐχὶ αὐτὸς εἶπεν, ὅτι *Γυναικὶ διδάσκων οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθετεῖν ἀνδρός*; Εἰ δὲ ἡ χήρα, ἐνθα καὶ ἡ ἡλικία γηραλέα· τὸ γὰρ γῆρας πολλῆς δεῖται θεραπείας, καὶ αὐτὴ ἡ φύσις· τὸ γὰρ τῶν γυναικῶν γένος πλείονος δεῖται ἀναπαύσεως, ἅτε ἀσθενεῖς ὄν· εἰ τοῖνον, ἐνθα καὶ ἡ ἡλικία καὶ ἡ φύσις κύλιωμα, οὐκ ἀφίεται αὐτὴν σπαταλᾶν, ἀλλὰ καὶ τεθνηκέναι αὐτὴν φησιν (οὐ γὰρ ἀπλῶς εἶπε μὴ σπαταλᾶν, ἀλλ', *Ἡ σπαταλώσα, ζῶσα τέθνηκε*· καὶ ἐξέκοψεν αὐτὴν· ἢ γὰρ τεθνηκυῖα ἐκκέκοπται)· ποίαν ἔξει συγγνώμην ἄνθρωπος ταῦτα ποιῶν, ἐφ' οἷς ἡ γυνὴ ἢ γατριχαυτὰ κολάζεται; Ἄλλ' αὐτὰ οὐδεὶς οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λαμβάνει, ταῦτα οὐδεὶς ἐξετάζει. Ἐγὼ δὲ νῦν ταῦτα εἰπεῖν ἠναγκάσθη, οὐχὶ τοὺς ἱερέας ἀπαλλάξαι ἐγκλημάτων βουλόμενος, ἀλλ' ὡμῶν φειδόμενος. Ἐκείνοι μὲν οὖν, ἂν μὲν προστηκότως καὶ δικαίως ταῦτα ἀκούωσιν, ἅτε χρηματιζόμενοι, οὐδὲν παρ' ὡμῶν βλάπτονται· ἀλλ' ἂν τε εἴπητε, ἂν τε μὴ εἴπητε, λόγον τῷ δικαστῇ διδόναι ἐκεῖ· ὥστε οὐδὲν αὐτοὺς τὰ ὑμέτερα βλάπτει βήματα. Ἄν δὲ καὶ ψευδῆ ἢ τὰ παρ' ὡμῶν λεγόμενα, ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐκέρθανον συκοφαντούμενοι εἰκῆ, ὑμεῖς δὲ ἑαυτοὺς ἐνευθεὶν βλάπτετε. Ἐπὶ δὲ ὡμῶν οὐχ οὕτως ἐστίν· ἀλλ' ἂν τε ἀληθῆ ἢ, ἂν τε

ψευδῆ τα κατ' αὐτῶν, λέγοντες αὐτοὺς κακῶς, βλάπτεσθε. Τί δὴ ποῖτε; Ἄν τε γὰρ ἀληθῆ ἦ, καὶ οὕτω βλάπτεσθε, κρινόντες τοὺς διδασκάλους, καὶ τὴν τάξιν ἀνατρέποντες· εἰ γὰρ ἀδελφὸν οὐ δεῖ κρίνειν, πολλῶ μᾶλλον διδασκάλον· ἂν δὲ ψευδῆ, ἀφόρητος ἡ κλίσις καὶ ἡ τιμωρία· πάντος γὰρ βήματος ἀργοῦ δώσετε λόγον. Ὅστε ὑμῶν ἕνεκεν πάντα ποιούμεν καὶ κέκμημεν. Ὅπερ δὲ ἔφην, οὐδεὶς ταῦτα ἐξετάζει, οὐδεὶς ταῦτα πολυπραγμανεῖ, οὐδεὶς λέγει· πρὸς αὐτὸν τοῦτον οὐδέν. Βούλεσθε καὶ ἕτερα προσθῆ; Ἐὰν μὴ τις ἀποτάξῃται, φησὶν ὁ Χριστὸς, πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν, οὗκ ἔστι μου ἄξιος. Τί δταν λέγῃ, *Δύσκολον πλοῦσιον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*; τί δὲ δταν λέγῃ, *Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν*; Οὐδεὶς τοῦτο ἐξετάζει, οὐδεὶς τοῦτο ἔννοεῖ, οὐδεὶς πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑτέρων σφοδροὶ κἀθηναι πάντες ἐξετάσται. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν ἔστι· κοινωνοῦς ποιῆσαι τῶν ἐγκλημάτων. Ἰνα δὲ καὶ αὐτῶν, ὧν φασε τοὺς [272] ἱερεῖς ὑπαυθύνους εἶναι, ἀπαλλάξω δὲ ὑμᾶς, ἀκούσατε· τὸ γὰρ περὶ τούτων πεπεῖσθαι, ὡς παραβαϊνόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, πολλῆ πρὸς τὸ κακὸν ἔστι ῥοπή. Φέρε οὖν κἀκεῖνὰ ἐξετάσωμεν· Εἶπεν ὁ Χριστὸς, *Μὴ κητήσησθε χρυσόν, μηδὲ ἀργυρὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μὴ ζώνην, μὴ ῥάβδον*. Τί οὖν, εἰπέ μοι; Πέτρος παρὰ τὸ πρόσταγμα εἰποῖς; πῶς γὰρ οὐ, ὁ καὶ ζώνην ἔχων καὶ ἱμάτιον καὶ ὑποδήματα; ὅτι· γὰρ εἶχεν, ἄκουσ τοῦ ἀγγέλου λέγοντος πρὸς αὐτὸν, *Περίξωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλια σου*· καίτοι· οὐ τοσαύτην χρεῖαν τοῦτων τῶν υποδημάτων ἦν· ἔνεστι γὰρ κατ' ἐκείνων τὸν καιρὸν καὶ ἀνυπόδατον εἶναι, ἡ δὲ πολλὴ χρεῖα ἐν τῷ χειμῶνι ἔστιν· ἀλλ' ὅμως εἶχε. Τί δὲ ὁ Παῦλος; Ὅταν λέγῃ Τιμοθέῳ γράφων, *Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν*· εἶτα παραγγέλλει καὶ λέγει· *Τὸν φελώνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας*· Ἰδοὺ φελώνην εἶπε· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἕτερον οὐκ εἶχεν, ὃν ἐφόρει. Εἰ μὲν γὰρ μὴ δὲ ὄλω; ἐφόρει, περιττῶ; ἐκέλευσε τοῦτον ἀπνεχεθῆναι· εἰ δὲ οὐκ ἐνῆν μὴ φορεῖν, ὅηλον ὅτι ἕτερον εἶχε. Τί δὲ, ὅτι διετίαν ὄλην ἐν οἰκίῳ μισθώματι ἔμενεν; ἄρα παρήκουσε τοῦ Χριστοῦ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ λέγων· *Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς*; περὶ οὗ ὁ Χριστὸς ἐμαρτύρησε λέγων, ὅτι *Σκεῦος ἐκλογῆς μοὶ ἔστιν οὗτος*; Ἔδει ταύτην ἀρῆναι τὴν ἀμφιβολίαν παρ' ὑμῖν, καὶ μηδεμίαν ἐπαγχεῖν τῷ ζητήματι λύσιν, ἀλλὰ ταύτην ὑμᾶς δίκην εἰσπράξασθαι τῆς περὶ τὰς Γραφὰς ὀλιγορίας· πάντα γὰρ ταῦτα ἐκ τούτου γίνονται. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἑτέρων ἀμαρτημασίῳ ἔσμεν πικροὶ ἐξετασταί, καὶ τῶν ἡμετέρων οὐδὲνα λόγον ποιούμεθα, ὅτι τὰς Γραφὰς; οὐκ ἴσμεν, ὅτι τοὺς θεῖους οὐ παιδεύομεθα νόμους. Ἔδει μὲν οὖν ταύτην ὑμᾶς εἰσπράξασθαι τὴν δίκην· ἀλλὰ τί πάθω; πατήρ εἰμι· πολλὰ καὶ πέρα τοῦ δέοντος οἱ πατέρες χαρίζονται τοῖς παισὶ, τῶν σπλάγγων αὐτοῖς διαθερμαιομένων [ἐκαίνοι] τῶν πατρικῶν κἀν ἰδοῦσι τὸ παιδίον κατηφιάσαν, τηχόμενοι, αὐτοὶ μᾶλλον ἐκείνου δάκνυνται, καὶ οὐ παύον-

ται, ἕως ἂν τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπόθεσιν ἀνέλωσι. Πλὴν κἀν τοῦτο γενέσθω, κἀν κατηφιάσατε ἐπὶ τῷ μὴ λαθεῖν, ἵνα λάθῃτε καλῶς.

ζ'. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; Οὐκ ἠναντιώθησαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἠκολούθησαν τοῖς ἐπιτάγμασι τοῦ Χριστοῦ· τὰ γὰρ ἐπιτάγματα ἐκαίνα πρόσκαιρα ἦν, καὶ οὐ διαπαντός. Καὶ τοῦτο οὐ σταχαζόμενος λέγω, ἀλλ' ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν. Πῶς; Φησὶν ὁ Λουκᾶς εἰρηκέναι τὸν Χριστὸν τοῖς μαθηταῖς, Ὅτε ἀπέστειλε ὑμᾶς ἄτερ βαλαστίου καὶ πήρας καὶ ζώνης καὶ ὑποδημάτων, μήτι ὑστέρησεν ὑμῖν; Ἀέρουσιν [273] αὐτῷ· Οὐ. Οὐκοῦν κοιτῶν κτήσασθε. Ἄλλὰ τί ἔδει, εἰπέ μοι; ἕνα χιτῶνα ἔχειν; Τί οὖν; εἰ πλύνεσθαι τοῦτον ἔδει, γυμνὸν ἐχρῆν οἶκοι καθέζεσθαι; ἢ γυμνὸν περιεῖναι καὶ ἀσχημονεῖν, χρεῖας καλούσης; Ἐνόησον οἷον ἦν Παῦλον τὸν ἐπὶ τοσοῦτοις κατορθώμασι περιτόντα τὴν εἰκομένην διὰ ἱματίου ἔνδειαν οἶκοι καθῆσθαι, καὶ τηλικούτους πράγμασι ἐμποδίζεσθαι. Τί δέ; εἰ κρυμῶ; ἐπετέθει σφοδρῶς, καὶ κατέβρεξεν, ἢ καὶ ἐπάγωσε, πῶς ξηραίνεσθαι ἐνῆν; πάλιν γυμνὸν ἐχρῆν καθῆσθαι; τί δέ; εἰ ψῦχος κατέτεινε τὸ σῶμα, τήκεσθαι ἔδει, καὶ μὴ φθίγγεσθαι; Ὅτι γὰρ οὐκ ἀδαμάντινα σῶματα αὐτοῖς κατεσκεύαστο, ἄκουσον τί φησι περὶ Τιμοθέου· *Οἶσθε ὀλίγω χρόνῳ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς αυκνάς σου ἀσθενεῖας*· καὶ πάλιν περὶ ἑτέρου, *Ἀμυκαῖον ἠγησάμην ἀποστεῖλαι ὑμῖν τὸν ὄμῶν ἀπόστολον καὶ λειτουργόν τῆς χρεῖας μου. Καὶ γὰρ ἠσθένησεν παρακλήσιον θανάτου, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν*· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ. Ὅστε ἀλώσιμοι πᾶσιν ἦσαν τοὺς πάθος. Τί οὖν; ἀπόλλεσθαι ἐχρῆν; Οὐδαμῶς. Τίνος οὖν ἕνεκεν τότε τοῦτο ἐπέταξε; Τὴν δύναμιν αὐτοῦ θέλων δεῖξαι, ὅτι καὶ μετὰ ταῦτα ἐδύνατο οὕτω ποιῆσαι, ἀλλ' οὐκ ἐποίησε. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐποίησε; Πολλῶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἦσαν οὗτοι θαυμασιώτεροι, ὧν τὰ ὑποδήματα οὐ κατετριβετο, οὐδὲ τὰ ἱμάτια, καὶ ταῦτα ἐκαίην τὴν ἔρημον διοδουόντων, ἔνθα θερμότερα ἐπιπίπτουσα ἢ ἀκτίς ἢ ἥλιακὴ καὶ λίθους αὐτοῦς καταφρῦγειν δύναται. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ἐποίησε; Διὰ σέ. Ἐπειθὶ γὰρ οὐκ ἔμελλες ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τραυματίζεσθαι, τῶν φαρμάκων σοι τὴν ὑπόθεσιν παρασίχη· καὶ τοῦτο ὅηλον ἐκαίβην. Εἰπέ γάρ μοι, οὐκ ἠδύνατο αὐτὸς αὐτοῦς θρέψαι; εἰ σοὶ τῷ προσκεκρουκῶτι ἔδωκεν, οὐ πολλῶ μᾶλλον Παῦλῳ ἂν ἔδωκεν; ὁ τοῖς Ἰσραηλιταῖς διδοὺς τοῖς γογγυσταῖς, τοῖς πόρνοις, τοῖς εἰδωλολάτραις, οὐ πολλῶ μᾶλλον ἂν Πέτρῳ τῷ καταλείψαντι ἅπαντα δι' αὐτὸν ἀφῆκεν; ὁ μιαιφροῦς ἀφεις ἔχειν ἄνδρας, οὐ πολλῶ μᾶλλον ἂν Ἰωάννην ἐχαρίσατο, τῷ καὶ τὸν πατέρα δι' αὐτὸν καταλείποντι; Ἄλλ' οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλὰ διὰ σοῦ αὐτοῦς τρέφει, ἵνα σὺ ἀγιασθῆς. Καὶ θέα μοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας. Εἴλετο τοῦς αὐτοῦ μαθητὰς ἐλαττωθῆναι, ἵνα σὺ μικρὸν ἀναπνεύσης. Ἄλλ' εἰ ἐποίησεν αὐτοῦς ἀνενοεῖς, φησὶ, πολλῶ θαυμαστότεροι ἂν ἦσαν, πολλῶ ἐπιδοξότεροι. Ἄλλὰ σοῦ ἡ σωτηρία ἐξεκέκοπτο. Οὐχ εἴλετο τοῖνον ἐκείνους γενέσθαι θαυμαστός, ἀλλ' ἐλαττωθῆναι μᾶλλον, ἵνα σὺ σωθῆς· καὶ ἐλαττωθῆναι ἐκείνους συνεχώρησεν, ἵνα σὺ δυνήθῃς σωθῆναι. Οὐ γὰρ

panitur? Verum hæc nemo ne cogitare quidem aggreditur, hæc nemo examinat. Ego vero ista dicere coactus sum, non sane id agens, ut sacerdotes eliminibus liberem, sed ut vobis consulam. Nam illi quidem, si cum pecunie operam dent, juræ ac merito ista audiunt, nullum a vobis detrimentum reportant; sed sive dixeritis, sive taceritis, rationem illi Judici reddent: quamobrem nihil illis vestra nocent verba. Si autem falso a vobis dicuntur, illi quidem lucrum etiam reportant, sine causa contumelias affecti; vos vero vobis ipsis hinc damnum infertis. De vobis vero non ita res habet; sed sive vera, sive falsa sint, quæ adversus illos dicuntur, hoc ipso, quod illis maledicitis, vos ipsos læditis. Quid ita? Quoniam si vera quidem fuerint, vobis nihilominus nocent, iudicium de magistris ferentes, et ordinem disturbantes; nam si de fratre iudicare non oportet, multo minus de magistro: sin autem falsa, intolerabile omnino supplicium ac poena erit. De omni enim verbo otioso rationem reddetis (*Matth. 12. 36*). Quamobrem vestra causa omnia facimus ac laboramus. Cæterum, quod dicebatur, nemo hæc examinat, nemo in his curiose satagit, nemo quidquam horum sibi ipsi dicit. Vultis et alia addam? *Omnis ex vobis, qui non renantiat, inquit Christus, omnibus quæ possidet, non est me dignus (Luc. 14. 35)*. Quid vero, ubi inquit, *Difficile est divitem intrare in regnum cælorum (Matth. 19. 23)*? quid vero, cum inquit, *Væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram (Iac. 6. 24)*? Nemo hoc perpendit, nemo cogitat, nemo eum ipse rationes subducit, sed tantum in res alienas vehementer sumus. At hoc nihil aliud est, quam participes criminum fieri. Verum, ut præterea vestra causa, quibus criminibus affines esse sacerdotes dicitis, ea diluam, audite: hanc enim de illis opinionem induissè, nimirum illos violare legem Dei, non leve habet ad improbitatem momentum. Age igitur, et illa expendamus. Dixit Christus, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, non zonam, non virgam (Matth. 10. 9)*. Quid igitur? dic mihi: num Petrus contra præceptum faciebat? quomodo enim non, cum et zonam haberet et vestimentum et calceamenta? audi enim angeli ad ipsum verba, *Præcingere, et calcea te caligas tuas (Act. 12. 8)*. Quamquam hujusmodi calceorum ne magna tunc quidem aderat necessitas: nam illo quidem tempore vel nudis ire pedibus licet: hieme tantum necessarii sunt: attamen caligas habuit. Quid vero Paulus? Cum ad Timotheum scribens dixisset, *Festina ante hiemem venire (2. Tim. 4. 21)*, deinde mandata dat, atque inquit, *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas (Ib. v. 13)*. Eum penulam memoravit, nec quisquam dixerit, aliam illi non fuisse, quam gestaret. Et enim si omnino solitus erat non gestare, supervacaneum plane erat ut hæc afferretur jubere: sin autem fieri nequit, quin gestarit, aliam quoque illi fuisse manifestum est. Quid vero, quod integrum biennium in mercenario labore con-

linuit? Ergo repugnavit Christo vasa illud electionis, ille qui dicebat, *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (Gal. 2. 20)*? ille de quo testificatus est Christus, ita dicens, *Quoniam vasa electionis est mihi iste (Act. 9. 15)*? Oportebat vos in hæc dubitatione relinquere, nullamque asserte questionis explanationem, sed hanc a vobis poenam exigere pro ea, quæ in Scripturis utimini, negligentia: inde enim omnia hæc existunt. Propterea in aliorum peccatis acerbi inquisitores sumus, de nostris autem ne cogitamus quidem, quoniam Scripturas non tenemus, quoniam in divinis legibus non erudimur. Erat igitur hæc a vobis poena repetenda. Sed quid agam? Pater sum: multa etiam ultra, quam oportet, filii gratificantur patres, dum paterna ipsorum incalescunt viscera; et si filium tristem ac tabescentem videant, ipsos quoque plus quam illum pungit dolor, nec quiescunt, donec morboris causam sustulerint. Cæterum licet hoc evenit, licet paulisper vos morere siverim ex eo quod non accepistis: nimirum, ut bene nunc accipiat.

6. Quid igitur dicendum est? Non repugnant, absit, sed valde consentiunt cum præceptis Christi: præcepta enim illa ad tempus erant et non perpetua. Neque id ex conjectura, sed ex divinis Scripturis dico. Quomodo? Narrat Lucas dixisse Christum discipulis, *Quando misi vos sine sacculo et pera et zona et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil (Luc. 22. 35. 36)*. Ergo posthac vobis comparate. Sed quid facto opus fuit? dic mihi; unam habere tunicam? Quid ergo? cum lavanda hæc erat, domi nudum sederè oportuit, vel nudum circumire necessitate invitante, nullamque decori habere rationem? Cogita, cujusmodi id fuisset, Paulum qui orbem terrarum ideo peragrabat, ut tot præclara opera ederet, inopia vestis coactum domi sedere, ac tantis robis impedimentum afferri. Quid vero, si vehemens ingruisset hiems, ac pluisset aut etiam conglaciasset, quomodo eam siccare licuisset? num rursus nudum sedere oportuit? quid vero, si frigoris vi corpus collaberetur, num tabescendum fuit atque obmutescendum? Ne enim putes adamantina illis fuisse corpora: audi quid de Timotheo dicat, *Modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates (1. Tim. 5. 25)*; ac rursus de altero, *Necessarium existimavi mittere ad vos vestrum apostolum, et ministrum necessitatis meæ. Nam et infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misericors est ejus: non solum autem ejus, verum etiam et mei (Philipp. 2. 25. 27)*. Itaque cuius morbo atque invaletudini erant expositi. Quid igitur? pereundumne illis erat? Nequaquam. Quid igitur causæ tunc fuit cur id præciperet? Potentiam suam volebat ostendere, idque postea etiam præstari a se posse. Cur non præstitit? Multo erant hi admirabiliores Israelitis, quorum tamen neque calcei neque vestes usu consumebantur: quamquam solitudinem illam peragrarent, ubi ardentes incidebant solis radii, qui vel lapides ipsos possent in cinerem vertere. Qua igitur de causa hoc fecit? Tui causa. Nam quoniam futurum erat, ut non perpetuo valeres, sed vulnera acciperes; pro-

pterea facultatem tibi medicamentorum parandorum præbuit : quod hinc satis constare potest. Dic enim mihi, annor ipse poterat illos nutrire? quomodo qui tibi prævaricanti dedit, Paulo non daret? qui Israelitis dedit murmuratoribus, scortatoribus, idololatriis, nonne multo magis Petro permitteret, qui omnia propter ipsum reliquerat? qui sceleratis hominibus potestatem habendi fecit, non multo magis Joanni gratificaretur, qui ejus causa patrem quoque ipsum reliquerat? Attamen noluit, sed per te ipsos nutrit, ut tu sanctificeris. Et animadvertite mihi benignitatis exsuperantiam. Voluit discipulos suos egere, ut tu aliquantulum respirares. Sed si illos nullius indigos præstitisset, inquit, multo sane admirabiliores futuri erant, multo clariores. At salutis tuæ subsidium detractum esset. Noluit igitur illos fieri admirabiles, sed maluit indigere, ut tu salutem nanciscaris, et egere illos passus est, ut tu salutem consequi posses. Non enim æque se venerandum præbet doctor qui accipit; sed ille potissimum honore afficitur, qui non accipit: verum interea non juvatur discipulus, sed fructum amittit. Vides sapientiam hominum amanti Dei? Nam quemadmodum ipse propriam gloriam non quæsit, nec sua spectavit, sed cum in gloria esset, voluit tua causa vilis fieri; idem etiam in doctoribus servavit; ut cum eos venerandos præstare posset, maluerit abjectos esse tua causa, ut tu haberes unde ditesce-

res: ut abundares enim in spiritualibus, propterea ille eget in iis, quæ ad hanc vitam pertinent. Potuisse igitur Deum illos nullius indigos præstare, multis argumentis docui: tua tamen causa in egestate relictos esse similiter ostensum est. Hæc igitur cognoscentes, non ad accusationes, sed ad beneficia conferenda nos convertamus: non aliorum mala curiose scrutemur, sed nostra recenseamus: aliorum benefacta cogitemus, de nostris autem peccatis recogitemus, atque ita placebimus Deo. Nam qui aliorum quidem peccata videt, et sua recte facta, duplex damnus reportat: his enim in arrogantiam tollitur, illis in negligentiam incidit. Dum enim cogitabit illum atque illum peccasse, facile et ipse peccabit: dum cogitabit se bene officio functum, facile superbia effegetur. At qui sua quidem recte facta oblivioni mandat, sola autem peccata aspicit, aliorum vero non peccata, sed virtuti consentaneas actiones studiose scrutatur, multis modis lucrum faciet. Quomodo, audi. Nam cum illum recte se gessisse viderit, æmulatione ad imitandum movetur; cum se peccasse animadvertit, demittit animum, ac modestiam tuebitur. Hanc rationem si teneamus, atque hoc modo nostra disponamus, promissa poterimus consequi bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

CAP. 3. v. 1. *De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum.* 2. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.* 3. *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes.*

1. Mœrores et sollicitudines, cum præter modum animum distrahunt, suo robore illam privant. Propterea Paulus etiam, cum Philippenses in magno mœrore essent, eos excitat et relevat. Mœrebant autem, quod quomodo se res Pauli haberent ignorabant; mœrebant, quod ipsum obiisse existimabant; mœrebant ob prædicationem, ob Epaphroditum. Igitur de omnibus his rebus animum illis explens, subjungit: *De cætero, fratres mei, gaudete.* Non habetis, inquit, posthac, cur mœreatis: habetis Epaphroditum, ob quem dolebatis; habetis Timotheum; ego etiam advenio: evangelium procedit. Quid jam vobis deficit? *Gaudete.* Ac Galatas quidem filios vocat (*Gal. 4. 19*), hos autem fratres. Nam quotiescumque vel corrigere aliquid vult vel vehementem amoris affectum ostendere, filios vocat: ac cum plus honoris iis, quibuscum verba facit, habendum est, fratres. *De cætero, fratres mei,* inquit, *gaudete in Domino.* Recte dixit, *In Domino,* non mundano gaudio: nam hoc non est gaudere. *Ærumnæ,* inquit, quæ secundum Christum, ipsæ gaudium habent. *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum. Videte canes.* Videt non ipso exordio inductam esse admonitionem,

sed postquam illos multis nominibus laudavit, postquam suspexit, tunc hoc facit, ac rursus etiam laudat. Videbatur enim hoc orationis genus esse molestius: quamobrem undique lenit. Quos autem dicit canes? Hic erant aliqui, quos in omnibus epistolis subindicat, Judæi, impuri, execrandi, turpis lucri et principatus cupidi, qui cum multis ex fidelibus ad se allicere velent, et Christianismum et Judaismum prædicabant, corruptentes evangelium. Quoniam igitur difficiles ad deprehendum erant, propterea inquit, *Videte canes.* Jam non Judæi sunt filii. Olim isto canum nomine ethnici vocabantur, nunc autem illi. Cur? Quoniam, quemadmodum ethnici et a Deo et a Christo alieni erant, ita Judæi nunc se abalienaverunt: atque hinc illorum impudentiam et improbitatem, magnamque a filiis disjunctionem ac dissidium ob oculos ponit. Nam olim quidem ethnicos vocatos esse canes, audi quid Chananæa dicat: *Etiam, Domine: nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum (Matth. 15. 27).* Cæterum, ut neque hoc isti assequantur; nam canes quidam sunt, qui circa mensam stant; addit hæc, quibus ipsos omnino abigat: *Videte malos operarios.* Ac mirifice dixit, *Videte malos operarios:* nam operantur quidem, inquit, sed malam in partem; opusque otio longe deterius est, dum quæ recte sunt constituta disjiciunt. *Videte,* inquit, *concisionem.* Honorandum quiddam erat apud Judæos circumcisio, quandoquidem et lex ei decedebat, et sabbatum circumcisioe vilius erat. Etenim ut circumcisio

ὁμοίως αἰδεσίμους ἐστὶ διδάσκαλος λαμβάνων, ἀλλ' ἐκεῖνος μάλιστα τιμᾶται ὁ μὴ λαμβάνων· ἀλλ' ὁ μαθητῆς οὐκ ὠφελείται, ἀλλὰ τὸν καρπὸν ἐγκόπτεται. Ὁρᾷς τὴν σοφίαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ; Ὡςπερ γὰρ [274] αὐτὸς οὐχὶ τὴν ἰδίαν δόξαν ἐζήτησεν, οὐδὲ τὸ ἑαυτοῦ ἐσκόπησεν, ἀλλὰ ἐν δόξῃ ὧν εἴλετο ἀτιμασθῆναι διὰ σέ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν διδασκάλων· δυνάμενος αὐτοὺς ποιῆσαι αἰδεσίμους, εἴλετο εἶναι εὐκαταφρονήτους διὰ σέ, ἵνα σὺ ἐξῆς κερδαίνῃς, ἵνα σὺ ἐξῆς πλουτῇς. Ἴνα γὰρ σὺ εὐπορήσῃς ἐν τοῖς πνευματικοῖς, διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ἀπορεῖ ἐν τοῖς βιωτικοῖς. Ὅτι τοῖνον ἐδύνατο ποιῆσαι αὐτοὺς ἀνευδείς, εἰδείξεν διὰ πολλῶν·, ὅτι δὲ διὰ σέ ἀφῆσιν αὐτοὺς ἐν ἐνδείᾳ εἶναι, καὶ τοῦτο δείκνυται ὁμοίως. Ταῦτα οὖν εἰδότες, μὴ πρὸς κατηγορίας, ἀλλὰ πρὸς εὐποιίας τραπῶμεν· μὴ τὰ ἐτέρων κακὰ περιεργαζόμεθα, ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἀναλογιζόμεθα· τὰ ἐτέρων κατορθώματα ἐνοῶμεν, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀμαρτήματα ἀναλογιζόμεθα· καὶ οὕτως εὐαρεστήσομεν τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν γὰρ

τὰ ἐτέρων ἀμαρτήματα ὀρῶν, καὶ τὰ αὐτοῦ κατορθώματα, διπλῆ βλάβηται· ἀπὸ τε γὰρ τούτων εἰς ἀπόνοιαν αἱρεται, ἀπὸ τε ἐκείνων εἰς βῆθυσίαν ἐμπίπτει. Ὅταν γὰρ ἐνοήσῃ, ὅτι ὁ δεινὰ ἤμαρτεν, εὐκόλως ἀμαρτήσῃ καὶ αὐτὸς· Ὅταν ἐνοήσῃ, ὅτι αὐτὸς κατώρθωσεν, εὐκόλως ἀπονοεῖται. Ὁ δὲ τὰ μὲν αὐτοῦ κατορθώματα λήθη παραδιδούς, τὰ δὲ ἀμαρτήματα βλέπων μόνον, καὶ τὰ ἐτέρων ἀμαρτήματα μὴ περιεργαζόμενος, ἀλλὰ τὰ κατορθώματα, πολλὰ κερδαίνει. Πῶς, ἀκουε· Ὅταν ἴδῃ, ὅτι ὁ δεινὰ κατώρθωσε, πρὸς τὸν ἴσον αἱρεται ζῆλον· Ὅταν ἴδῃ, ὅτι αὐτὸς ἤμαρτε; ταπεινοφρονῆσαι καὶ μετριάσει. Ἄν οὕτω ποιῶμεν, καὶ οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, δυνασόμεθα τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν αγαθῶν, χάριτι καὶ φιλοanthρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ I.

*Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ· τὰ αὐτὰ γράφει ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν. ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Ἡμεῖς γὰρ ἔσμεν ἡ περιτομή, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ κευχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.*

αἰνιττεται, Ἰουδαῖοι μιᾶροι καὶ κατάπτυστοι, ἀσχροκερδεῖς καὶ φιλαρχοί, οἱ βουλόμενοι τῶν πιστῶν πολλοὺς παρασπάσαι, ἐκῆρτυτον καὶ τὸν Χριστιανισμόν, καὶ τὸν Ἰουδαϊσμόν, παραφθείροντες τὸ Εὐαγγέλιον. Ἐπεὶ οὖν ἦσαν εὐσεβῆτες, διὰ τοῦτο φησι· *Βλέπετε τοὺς κύνας*. Οὐκέτι τέκνα Ἰουδαῖοι. Ποτὲ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ἐκαλοῦντο, νῦν δὲ ἐκείνοι. Διὰ τί; Ὅτι ὡςπερ οἱ ἐθνικοὶ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀλλότριον ἦσαν, οὕτω καὶ οὗτοι γεγονάσι νῦν, καὶ τὸ ἀναιδὲς αὐτῶν καὶ τὸ ἰταμὸν ἐντεῦθεν παρίστησι, καὶ τὴν πολλὴν πρὸς τέκνα διάστασιν. Ὅτι γὰρ οἱ ἐθνικοὶ ποτε κύνες ἐκαλοῦντο, ἀκουσον τῆς Χαναανίας, τί φησι· *Ναί, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψυχῶν τῶν πιετότων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν*. Ἴνα δὲ μὴδὲ τοῦτο ἔχωσιν, ἐπειδὴ καὶ κύνες εἰσὶν ἐπιτραπέζιοι, ἐπάγει, ὅθεν αὐτοὺς καὶ ἀλλοτριοί, λέγων, *Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας*. Καὶ θαυμαστῶς εἶπε, *Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας*· ἐργάζονται μὲν γὰρ, φησὶν, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ, καὶ ἀργίας πολλῶν χεῖρον ἔργον, ἀνασπῶντες τὰ καλῶς κείμενα. *Βλέπετε, φησὶ, τὴν κατατομήν*. Σμνὸν ἦν παρὰ Ἰουδαίους τὸ τῆς περιτομῆς, ὅπου γε καὶ ὁ νόμος αὐτῇ ὑπετίστατο, καὶ τὸ σάββατον ἦν εὐτελέστερον αὐτῆς. Ἴνα μὲν γὰρ περιτομὴ γένηται, ἔλυτο σάββατον· ἵνα δὲ σάββατον φυλαχθῇ, οὐδέποτε ἔλυτο ἡ περιτομή. Καὶ θεὰ μοι τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν· αὕτη ἡ τοῦ σαββάτου αἰδεσιμωτέρα, εὐρίσκειται ἐν τισὶ χρόνοις [μὴ] παρζλειφθεῖσα. Ὅταν οὖν αὕτη λύηται, πολλῶν μᾶλλον τὸ σάββατον. Διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτῆς ὁ Παῦλος κατατέμνει, καὶ φησι· *Βλέπετε τὴν κατατομήν*. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι κακὸν ἡ περιτομὴ, περιττὸν ἡ περιτομὴ, ἵνα μὴ πλῆξῃ τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ

α'. Αἰ ἀθυμία καὶ αἰ φροντίδες, ἔταν ἔρατοῦ μέτρου τὴν ψυχὴν κατατείνωσι, τῆς οἰκείας αὐτῆν ἀποστειροῦσιν ἰσχύος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τοὺς Φιλιππησίους ἐν πολλῇ ὄντας ἀθυμίᾳ ἀνίστησιν. Ἦσαν δὲ ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ μὴ γινώσκῃν πῶς τὰ κατὰ Παῦλον ἦσαν ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ νομίζειν αὐτὸν ἤδη τετελευτηκέναι, διὰ τὸ κήρυγμα, διὰ Ἐπαφρόδιτον. Ἐπεὶ δὲ τούτων ἀπάντων πληροφορῶν αὐτοὺς ἐπάγει· *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε*. Οὐκ ἔχετε, φησὶ, λοιπὸν ἀθυμία· ὑπόθεσιν· ἔχετε Ἐπαφρόδιτον, δι' ὃν ἠλγείτε· ἔχετε Τιμόθεον, ἐρχομαι καγὼ, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπιδίδωσι. Τί ὑμῖν λείπει λοιπόν; *Χαίρετε*. Γαλάτας μὲν οὖν τέκνα καλεῖ, τοὺτους δὲ ἀδελφοὺς. Ὅταν μὲν γὰρ ἡ διορθοῦσθαι τι βούληται, ἡ φιλοστοργίαν ἐνδείξασθαι, τέκνα καλεῖ· ὅταν δὲ μετὰ πλείονος τιμῆς διαλέγηται, ἀδελφοὺς. *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, φησὶ, χαίρετε ἐν Κυρίῳ*. Καλῶς εἶπεν, *Ἐν Κυρίῳ*, οὐ κατὰ τὸν κόσμον· οὐκ ἔστι γὰρ χρῆσθαι τοῦτο. Αἱ θλίψεις αὐταί, φησὶν, αἱ κατὰ Χριστὸν, ἔχουσι χαρὰν. *Τὰ αὐτὰ γράφει ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας*. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ τὴν παραινέσιν εἰσάγει, ἀλλ' ὅτε αὐτοὺς πολλὰ ἐπήνεσεν, ὅτε ἐθαύμασε, τότε τοῦτο ποιεῖ, καὶ πάλιν ἐπαίνει. Δοκεῖ γὰρ οὗτος φορτικώτερος εἶναι ὁ λόγος· ὅθεν αὐτὴν πάντοθεν συσκιάζει. Τίνας δὲ φησι κύνας; Ἐνταῦθα ἦσαν τινες, οὓς ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς

σοφώτερον αὐτὸ [276] οἰκονομεῖ, τοῦ μὲν πράγμα-  
τος ἀπάγων, τῷ δὲ ῥήματι χαριζόμενος, μᾶλλον δὲ  
καὶ τῷ πράγματι πλουσιώτερον. Ἄλλ' οὐκ ἐπὶ Γαλα-  
τῶν οὕτως. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴ νόσος ἦν ἐκεῖ, γυμνῆ  
τῇ κεφαλῇ λοιπὸν μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ἐπάγει  
τὴν τομὴν· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ οὐδὲν τοιοῦτον εἰρ-  
γάσαντο, αὐτοῖς χαρίζεται τὴν ἀπὸ τῆς προσηγορίας  
ἡδονὴν· κάκεινους ἐκβάλλει, καὶ τούτους, καὶ φησὶ·  
*Βλέπετε τὴν κατατομὴν. Ἡμεῖς γὰρ ἐσμεν ἡ  
περιτομή. Πῶς; Οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες,  
καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι δοκι-  
μάζομεν ἐκείνην τὴν περιτομὴν, καὶ ταύτην, εἰς  
ἔστιν ἀμείνων, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ὀνόματος αὐτῇ με-  
τέδωκεν· ἀλλὰ τί φησιν; Ἡ περιτομὴ ἐκείνη κατατο-  
μὴ ἔστι. Διὰ τί; Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ τὴν  
σάρκα κατατέμνουσιν. Ὅταν γὰρ μὴ ἦ νόμιμον τὸ  
γινόμενον, οὐδὲν ἄλλο ἢ σαρκὸς τομὴ ἔστι καὶ κατατο-  
μὴ. Ἡ οὖν διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν εἶπεν, ἢ ὅτι τὴν  
Ἐκκλησίαν ἐπειρῶντο κατατέμνειν. Καὶ ἡμεῖς  
δὲ κατατομὴν λέγομεν ἐπὶ τῶν εἰκῆ καὶ ἀπλῶς καὶ  
ἀνευ τέχνης τοῦτο ποιοῦντων. Εἰ γὰρ δεῖ περιτομὴν  
ζητῆσαι, φησὶ, παρ' ἡμῖν ταύτην ἂν εὐρήσετε. *Οἱ  
πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες*· τούτεστιν, οἱ πνευμα-  
τικῶς λατρεύοντες.

β'. Εἰπέ γάρ μοι, τί βέλτιον, ψυχὴ ἢ σῶμα; Δῆλον  
ὅτι ψυχὴ. Οὐκοῦν καὶ ἡ περιτομὴ ἐκείνη οὐ βελτίων,  
ἀλλ' αὕτη μόνη ἔστι περιτομὴ. Ἔως μὲν γὰρ ὁ  
τύπος εἰστήκει, εἰκότως κατὰ σύγκρισιν προῆγε. *Τὸ  
περιτεμῆσθαι, γράφω, τὴν ἀκροβυστιαν τῆς καρ-  
δίας ὑμῶν.* Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπι-  
στολῇ ἀναίρει αὐτὴν, λέγων· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ  
Ἰουδαῖος ἐστίν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερωῦ  
ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰου-  
δαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ  
γράμμιτι.* Λοιπὸν δὲ καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτὴν ἀπο-  
στερεῖ, οὐδὲ ἔστι περιτομὴ, φησὶ. Καὶ γὰρ ὁ τύπος,  
ἕως ἂν μὲλλῃ ἔρχεσθαι ἡ ἀλήθεια, καλεῖται τοῦτο·  
ἐπειδὴ δὲ ἔλη ἡ ἀλήθεια, οὐκέτι καλεῖται. Οἶον  
ἐπὶ σκιαγραφίας· ὑπέγραφέ τις βασιλέα σκιαγρα-  
φῶν· ἕως ἂν οὐκ ἐπάγηται τὰ ἄνθη, οὐ λέγεται βα-  
σιλεὺς· ἐπειδὴ δὲ ἐπιτεθῆ, κρύπτεται μὲν τῇ ἀλη-  
θειᾷ ὁ τύπος, καὶ οὐ φαίνεται· τότε δὲ καὶ λέγομεν,  
Ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐν ἡμῖν γὰρ ἔστιν ἡ  
περιτομὴ, ἀλλ', *Ἡμεῖς ἐσμεν*· εἰκότως. Τοῦτο γὰρ  
ἔστιν ἄνθρωπος, ἡ περιτομὴ ἡ ἐνάρετος, τοῦτο  
ἔστιν ἀληθῶς ἄνθρωπος. Ἐν ἐκείνοις δὲ οὐκ εἶπεν  
οὕτως, ἀλλὰ, *Βλέπετε τὴν κατατομὴν*· αὐτοὶ γὰρ  
λοιπὸν ἐν ἀπωλείᾳ ἦσαν καὶ κακίᾳ. Εἶτα δηλῶν ὅτι  
οὐκέτι ἐν σώματι γίνεται ἡ περιτομὴ, ἀλλ' ἐν καρ-  
δίᾳ, φησὶ· *Καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, καίπερ  
ἐγὼ ἔχωρ πεποιθήσιν, καὶ ἐν σαρκὶ.* Τί λέ-  
γει ἐνταῦθα *Πεποιθήσιν*, καὶ Ἐν σαρκὶ; Καύ-  
χησιν, παρήρησιαν, σεμνολόγημα· καὶ καλῶς  
τοῦτο προσέθηκεν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἰθύνων ὡν  
κατηγορεῖ τῆς περιτομῆς, οὐ τῆς περιτομῆς δὲ  
μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκαίρων αὐτὴν [277] μετα-  
χειρίζοντων, ἔδοξεν ἂν, ὡς ἀπεσπτερημένος τῆς τοῦ  
Ἰουδαϊσμοῦ εὐγενείας, κατατρέχειν αὐτῆς, ὡς οὐκ

εἰδὸς τὰ σεμνὰ, οὐδὲ μετεσχῆκώς αὐτῶν· νῦν δὲ ὁ  
μετασχὼν καὶ κατηγορῶν, οὐ διὰ τοῦτο κατηγορεῖ,  
ὡς οὐ μετασχὼν, ἀλλ' ὡς κατεγνωκώς, οὐ δι' ἄγ-  
νοίαν, ἀλλὰ δι' ἐπίγνωσιν μάλιστα. Ὅρα οὖν τί  
φησὶ καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας, ἐμπεισὼν εἰς ἀνάγκην  
τοῦ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, πῶς καὶ οὕτω καὶ  
ταπεινοφροσύνην ἐνδείκνυται· *Ἐκούσατε γὰρ,  
φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀνυστροφὴν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαί-  
σμῳ· καὶ κάλιν ἐνταῦθα, Εἰ τις δοκεῖ ἄλλος πε-  
ποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον· καὶ εὐθίως ἐπ-  
ήγαγεν· Ἐβραῖος ἐξ Ἐβραίων.* Οὐκ εἶπε τοῦτο  
προηγούμενος, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, *Εἰ τις ἄλλος,*  
δεικνύς τὴν ἀνάγκην, δεικνύς ὅτι δι' ἐκείνους ἔλεγεν.  
Εἰ πεποιθᾶτε, φησὶ, *καγὼ μᾶλλον.* Τοῦτο νῦν λέγω,  
ἔπει ἐσκώπων. Καὶ ὅρα τὸ ἀνεπαχθὲς τῶν ἐλέγχων·  
τὸ γὰρ μὴ ὀνομαστὶ τοῦτο ποιεῖν, κάκεινους εἰδίδου  
χώραν ἀναδραμεῖν. *Εἰ τις δοκεῖ πεποιθέναι.* Καὶ  
καλῶς εἶπε, *Δοκεῖ*, ἢ ὡς οὐκ ἔχοντων τοσαύτην πε-  
ποιθήσιν, ἢ ὡς τῆς πεποιθήσεως ἐκείνης οὐκ ὄντως  
πεποιθήσεως οὐσης· πάντα γὰρ ἀνάγκης ἦν, οὐ  
προαιρέσεως. *Περιτομὴ ὀκταήμερος.* Καὶ πρῶτον  
τίθησιν ὁ μάλιστα ἡδύον, τὸ τῆς περιτομῆς· εἶτα,  
*Ἐκ γένους Ἰσραὴλ.* Τὰ ἀμφοτέρω εἰδείξεν, ὅτι οὐ  
προσῆλυτος, οὔτε ἐκ προσηλύτων. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ  
ὀκταήμερος περιτεμῆσθαι, οὐχὶ προσῆλυτος· ἀπὸ  
δὲ τοῦ, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ*, οὐδὲ προσηλύτων γο-  
νέων. Ἄλλ' ἵνα μὴ νομίσης, ὅτι, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ*,  
ἐκ τῶν δέκα φυλῶν, φησὶ, *Φυλῆς Βενιαμίν*· ὥστε  
τοῦ δοκιματέρου μέρους· τὰ γὰρ τῶν ἱερῶν ἐν τῷ  
κλήρῳ ταύτης ἦν τῆς φυλῆς. *Ἐβραῖος ἐξ Ἐβραίων.*  
Ἐντεῦθεν δεικνύσιν, ὅτι οὐχὶ προσῆλυτος, ἀλλ'  
ἄνωθεν τῶν εὐδοκίμων Ἰουδαίων. Ἐνῆν μὲν γὰρ  
εἶναι τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐκ Ἐβραῖον ἐξ Ἐβραίων.  
Πολλοὶ γὰρ καὶ διεφθειρον ἤδη τὸ πρᾶγμα, καὶ τῆς  
γλώσσης ἦσαν ἀμύητοι, ἑτέροις μιγνύμενοι ἔθνεσιν.  
Ἡ τοῦτο οὖν, ἢ τὴν πολλὴν εὐγένειαν δεικνύσιν  
ἐντεῦθεν. *Κατὰ νόμον Φαρισαῖος.* Ἐρχεται λοιπὸν  
εἰς τὰ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως· ἐκεῖνα γὰρ πάντα  
ἀπροαίρετα. Καὶ γὰρ τὸ περιτεμῆσθαι οὐκ αὐτοῦ,  
καὶ τὸ, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ*, καὶ τὸ, *Ἐκ φυλῆς Βε-  
νιαμίν*· ὥστε καὶ ἐκ τούτων μᾶλλον πλεονεκτεῖ, εἰ  
καὶ τὰ μάλιστα ἐκονῶνουν αὐτῷ πολλοί. Ποῦ οὖν τὸ,  
*Μᾶλλον*; Μάλιστα μὲν καὶ ἐν τούτῳ τῷ μὴ προσ-  
ῆλυτον εἶναι, καὶ τῷ ἐκ τῆς δοκιμοτάτης φυλῆς, καὶ  
τῷ ἄνωθεν ἐκ προγόνων, ἄπερ οὐ πολλοὶ εἶχον· ἀλλ',  
ἐπειδὴ πάντα ἀπροαίρετα, ἔρχεται εἰς τὰ τῆς προαι-  
ρέσεως, ὅπου τὸ, *Μᾶλλον*, ἔστι. *Κατὰ νόμον Φαρι-  
σαῖος, κατὰ ζῆλον διώκων τὴν* [278] *Ἐκκλησίαν.*  
Τοῦτό φησιν, διότι οὐκ ἀρκεῖ δεῖξαι τὸ, *Μᾶλλον*, μόνον  
ἐκεῖνο· ἔστι γὰρ καὶ Φαρισαῖον εἶναι, καὶ μὴ σφόδρα  
ζηλωτὴν. *Κατὰ δικαιοσύνην.* Ἐπειδὴ ἐνὶ βίφκιν-  
δυνον εἶναι, ἢ φιλαρχίας ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ'  
οὐ τῷ νόμῳ ζηλοῦντα, ὅπερ ἐποίουν οἱ ἀρχιερεῖς·  
Ἄλλ' αὐτὸς οὐ τοιοῦτος· ἀλλὰ, *Κατὰ δικαιοσύνην  
τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμειπτος.* Εἰ τοίνυν καὶ  
εὐγενείας ἕνεκεν, καὶ προθυμίας, καὶ τρόπου, καὶ  
βίου πάντων ἐκράτουν, τίνος ἕνεκεν τὰ σεμνὰ  
ἐκεῖνα εἶσα, φησὶν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μείζονα εὐρεῖν τὰ  
τοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλῷ μείζονα; Διὸ ἐπήγαγεν·



lieret, solvebatur sabbatum : numquam vero ut sabbatum servaretur, solvebatur circumcisio. Atque considera mihi Dei dispensationem : hæc quæ majorem quam sabbatum habebat venerationem invenitur quibusdam temporibus omissa. Cum igitur ipsa soluta sit, multo magis sabbatum. Ideo Paulus ipsius nomen rascocat, et inquit, *Videte concisionem*. Neque dixit, *Malum est circumcisio*, *Supervacua est circumcisio*, ne viros istos pungeret, sed sapientius idem molitur, a re quidem ipsa abducens, nomen autem illis gratificatus; vel potius rem quoque ipsam studiosius. Verum non ita erga Galatas, sed longe secus. Nam quoniam ibi magnus erat morbus, audacter magna cum auctoritate secat : hic vero, quoniam nihil ejusmodi adniserant, ipsis eam quæ ex vocabulo voluptatem gratificatur, hos interea et illos abigens, et inquit, *Videte concisionem*. *Nam nos sumus circumcisio*. Quomodo? *Qui spiritu Deo servimus, et non in carne fiduciam habentes*. Non dixit, *Examinesus circumcisionem illam et hanc, utra sit melior*; sed ne nominis quidem illam participat; sed quid inquit? *Circumcisio illa concisio est*. Quare? *Nihil enim aliud faciunt, quam quod carnem concidunt*. Quando enim quod fit, legitimum non est, nihil aliud quam carnis sectio est et concisio. Vel igitur ob hanc causam ita illam appellavit; vel quod Ecclesiam concidere aggredierentur. Nam et nos concisionis nomine utimur in iis, qui temere et sine arte hoc faciunt. Nam si circumcisio quærenda est, inquit, apud nos eam invenietis. *Qui spiritu Deo servimus, id est, qui spiritualiter servimus*.

2. Dic enim mihi, utrum melius, anima an corpus? Evidenter anima. Igitur circumcisio illa non est melior; quinimo hæc sola circumcisio est. Etenim quamdiu quidem typus manebat, merito comparationi locus erat; *Ut circumcidatur, inquit, præputium cordis vestri (Jer. 4. 4)*. Ita et in Epistola ad Romanos ipsam tollit his verbis: *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne, circumcisio, sed qui in abscondito Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera (Rom. 2. 28)*. Nunc vero et nomine jam illam privat, negatque circumcisionem esse. Nam typus quidem, donec ventura est veritas, veræ rei nomine vocatur; postquam vero adventit veritas, non amplius. Simile quiddam evenit in delinquentia pietura: delinquentis quispiam regem: lineamenta illa adumbrata, quamdiu pigmentorum Bos se in conspectu non dat, regem non vocamus; at ubi iste color accessit, obscuratur veritate typus, neque apparet: tuncque dicimus, *Ecce nunc est rex*. Nec dicit, *In vobis enim est circumcisio*, sed, *Nos sumus*; ac merito quidem. Hoc enim est homo, circumcisio virtuti congruens; hoc est vere homo. In illis autem non dixit sic, sed, *Videte concisionem*: ipsi enim posthac versantur in interitu ac vitio. Deinde ostendens non amplius in corpore fieri circumcisionem, sed in corde, inquit: *Et non in carne fiduciam habentes*; *4. quoniam et ego habeam confidentiam in carne*. Quid dicit hoc loco, *Confidentiam*, et, *In carne?*

Nempe gloriationem, plenam fidentiam, et gravem orationem: ac scite istud addidit. Nam si fuisset ethnicus et accusaret circumcisionem, neque circumcisionem solum, sed eos qui intempestive ipsam reciperent; videretur sane ideo in illam irruere, quod nobilitatis, quæ Judaismi erat propria, expers esset, quod præclara illa et majestatis plena ignoraret, neque ipsorum esset particeps: nunc vero qui particeps est, et reprehendit, certe non ita reprehendit, tanquam is qui non sit particeps, sed tanquam qui condemnaverit, non ex ignorantia, sed maxime ex cognitione. Vide igitur, quid dicat in Epistola ad Galatas, cum incidisset in necessitatem magna de se ipso dicendi, quomodo et humilitatem præ se ferat: *Audivistis enim, inquit, conversationem meam aliquando in Judaismo (Gal. 1. 13)*; et rursus hic, *Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis*; ac statim adjunxit, *Hebræus ex Hebræis*. Non hoc tanquam id quod sibi per se propositum esset, initio dixit, sed postquam dixerat, *Si quis alius*, ostendens necessitatem, illorumque causa hæc a se dici. Si confiditis, inquit, *Ego magis*. Hoc nunc necessario dico, alioqui tacuissem. Attende vero quomodo in arguendo vitet odium, dum non nominatim arguit, et illis locum se recipiendi dat. *Si quis videtur confidere*. Et recte dixit, *Videtur*, vel quod tantum fidentiam non haberent; vel quod vera fidentia non esset: omne enim hoc necessitatis erat, non electionis. 5. *Circumcisus octavo die*. Primum ponit quod maxime optabant, id est circumcisionem; deinde illud, *Ex genere Israel*. Utraque hæc ostendit, neque proselytum se esse, neque ex proselytis oriundum. Nam ex eo, quod octavo die circumcisus sit, ostenditur non esse proselytum; ex eo autem, quod ex genere Israel, ostenditur neque ex parentibus proselytis esse ortum. Deinde ne putet, *Ex genere Israel*, hoc significare esse ipsum ex decem tribubus, inquit, *De tribu Benjamin*; perinde ac si diceret, *Ex probatiore parte*: nam quæ sacerdotum erant, in sorte erant hujus tribus. *Hebræus ex Hebræis*. Hinc ostendit se non esse proselytum, sed antiquitus ex claris Judæis: poterat enim quis Israelitis esse, nec tamen Hebræus ex Hebræis: multi enim jam et rem ipsam corruperant, et linguam non tenebant, aliis admixti gentibus. Vel hoc igitur, vel magnam nobilitatem hinc demonstrat. *Secundum legem Pharisæus*. Accedit deinde ad ea, quæ ad institutum suum pertinebant: superiora enim omnia non erant consilii vel electionis. Neque enim suum opus erat, circumcisum esse, aut ex genere Israel, aut ex tribu Benjamin. Ex his ergo magis excellebat, etsi in hac re multos habebat socios. Quid ergo est illud, *Magis?* Certe in hoc excellebat, quod non erat proselytus, quod erat ex probatissima tribu, quodque antiquitus id haberet a majoribus, quæ quidem non multi habebant. Sed quoniam hæc omnia ab electione sua minime profecta fuerant, accedit ad ea quæ ipsius sectæ sunt, ubi elucet illud, *Magis secundum legem Pharisæus*, 6. *secundum æmulationem persequens Ecclesiam*. Addit hoc, quoniam illud solum non satis

erat ad probandum illud, *Magis* : nam licet Pharisæum etiam esse, nec tamen vehementi zelo afflicti. *Secundum justitiam*. Fieri enim potest ut quis pericula contemnat ex principatus amore, ut principes sacerdotum faciebant, non autem ex legis studio. Ille autem non talis erat, sed, *Secundum justitiam*, inquit, *quæ in lege est, conversatus sine querela*. Itaque si et nobilitatis ergo et studii alacritatisque et morum et vitæ omnes antecellebam, cur præclara illa dimiserim, inquit, nisi quod ea, quæ Christi sunt, repererim majora, ac longe quidem majora? Quamobrem addidit : 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta*.

3. *Amor pecuniæ exagitur*. — Paulus quidem hanc vitæ rationem adeo exquisitam et ab ineunte ætate susceptam, tantam nobilitatem, tanta pericula, tantas insidias, labores, studia projecit ac damna putavit, cum antea lucra essent, ut Christum lucraretur; nos vero neque pecuniam contemnimus, ut Christum lucraremur, sed malumus futuræ vitæ jacturam facere, quam præsentium rerum : quamquam hæc nihil aliud sunt quam damnum. Cedo enim sigillatim expendamus ea, quæ in divitiis insunt : annon damnum censerem illud debet, quod laborem ingentem habet, lucrum vero nullum? Quid enim, dic mihi, utilitatis ex multis ac pretiosis vestibus? atque istis induti quid lucri facimus? Nihil plane, sed damnum dumtaxat reportamus. Quomodo? Quoniam et pauper vilem tritamque vestem ferens in maximis caloribus, nihilo deterius fert æstum quam tu; quinimo ille facilius : trita enim et unica facilius sinit respirare, ac recreari corpora; quæ autem recens confecta est, etiam si aranearum telis tenuior, non item. Ac tu quidem nimio elatus fastu, et binas ternasque tunicas, sæpe vero et amiculum et zonam et subligacula habes : illi vero nemo crimini dat, quod unica tegatur tunica, lineæque facilius fert æstum. Et ideo divites quidem videmus madentes sudore, pauperes vero minime. Quando igitur homini eumdem vel etiam potiore usum præbent vestimenta vilia, et nullo prope pretio empta; illa vero, in quibus necessario multum auri effundendum fuit, nihil plus efficiunt : nonne damnum est nimirum illud ac supervacaneum? Nihil enim plus afferunt, quod ad usum et commodum pertinet; sed plus auri effusum tibi est, eumdem vero usum et commoditatem habet : tu quidem dives centum, aut forte etiam pluribus aureis emisti; pauper vero pauculo argento. Videtis damnum? Sed fastus videre non sinit. Visne auri etiam, quod et equis et mulieribus circumdant, rationem subducamus? Ad alia enim mala hoc etiam accedit, quod divitiæ amentes faciant. Eodem enim honore et mulieres et equos dignantur : unus est utrorumque ornatus; atque ex iisdem rebus volunt mulieres splendiores apparere, ex quibus et vehicula, ex quibus et pelles cortinarum, in quibus vehuntur.

*Contra luxum. Ædium ornatus*. — Dic mihi, quid lucri est, mulum vel equum auro ornare? mulier vero tanta auri lapidumque mole circumdata, quid amplius

habet? At enim aurea, inquit, non consumuntur. Quinimo et hoc illis accidere affirmant, qui ista calent, quod in balneis et alibi sæpe et lapides et aurea multum de pretio perdunt : verum sit ita sane, ut vis, nihilique lædantur; cedo quid lucri? Quid cum exciderint ac perierint, annon damnum est? Quid vero, cum invidiam atque insidias in se concitarint, nonne damnum? Nam quandoquidem nihil prosunt circumdatae mulieri, inflammant vero invidiorum oculos et latrones magis excitant : nonne damnum afferunt? Quid vero, dic mihi, cum liceret viro his uti ad negotium magno cum emolumento gerendum, nec tamen potest ob sumptuosæ mulieris luxum, cogiturque ipse cum fame conficiari, et in summas adduci angustias, illam vero spectare auro onustam : nonne hoc damnum est? Propterea enim pecuniæ dictæ sunt *χρήματα*, id est utilia, non ut ipsis sic nos utamur, quemadmodum utuntur aurificum prothecæ, sed ut ex illis honesti quidpiam agamus. Quando igitur auri cupiditas id minime permittit, annon res tota damnum est? Nam qui ipsis uti non audet, perinde ac si aliena essent, ita non utitur; sublato autem usu jam non sunt *χρήματα*, id est utilia. Quid vero, cum ædes splendidas et magnas ædificamus, ipsasque et columnis et marmoribus et porticibus et ambulationibus, modisque omnibus exornamus, idola ubique et statuas collocantes? Multi quidem ex his etiam dæmonas vocant; sed omitteram nunc istud. Quid sibi vult et tectum aureum? nonne eundem usum sua illi domus præbet, qui sibi aptam ac modicam habet? At habet, inquit, magnam delectationem. Sane unum aut alterum diem, exinde vero minime. Nam si solem ipsum non valde admiramur, quod ei videndo assuevinus, certe multo minus opera artis; sed nihilo magis quam si lutea essent, attendimus. Quid enim, dic mihi, ad ædificationis commoditatem multitudo columnarum, et signorum pulchritudo, et aurum muris inspersum confert? Nihil, sed omnia luxus, petulantiae, elationis nimiae, ac dementiae sunt. Ubique enim rebus necessariis, quibusque utamur, danda opera est, non inutilibus.

4. Vides rem istam damnum esse? vides supervacaneam et inutilem? Nam si neque majorem usum, neque delectationem affert (procedente enim tempore satietatem parit) : nihil aliud est, nisi damnum. Sed obstans inanis gloriæ studium facit, ne videamus. Ita Paulus quidem quæ lucra esse arbitrabatur, ea reliquit : nos vero neque ea, quæ damna sunt, pro Christo relinquemus? Quousque tandem humi defixi hærebimus? quousque ad cælum non spectabimus? Non videtis senes, quam nullum rerum præteritarum sensum habent? non videtis morientes, cum senes, tum juvenes? non videtis eos, qui in vita ipsa suis rebus spoliati sunt? Cur rebus instabilibus inhiamus? cur infirmis alligamur? quousque non persequemur manentes ac stabiles? Quid non darent senes, quo liceret deponere senectutem? Et tamen quæ isthæc dementia est ad pristinam vell-

Ἄλλ' ἄτινα ἦν μοι κέδη, ταῦτα ἤρημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημία.

γ. Παῦλος μὲν πολιτείαν οὕτως ἠκριωμένην, ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀρξάμενην, τοσαύτην εὐγένειαν, τοσούτους κινδύνους, τοσαύτας ἐπιβουλὰς, πόνους, σπουδὴν ἔρριψε, καὶ ζημίαν ἠγήσατο, πρότερον ὄντα κέρδη, ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ χρημάτων καταφρονοῦμεν, ἵνα Χριστὸν κερδήσωμεν, ἀλλ' αἰρούμεθα μᾶλλον ἐκπεσεῖν τῆς μελλούσης ζωῆς, ἢ τῶν παρόντων πραγμάτων· καίτοι γε οὐδὲν ἄλλο τοῦτό ἐστιν, ἢ ζημία. Εἰπέ γάρ μοι, καθ' ἕκαστον ἐξετάσωμεν τῶν τοῦ πλοῦτου πραγμάτων, εἰ μὴ ζημία τίς ἐστι, πόνον μὲν ἄφατον ἔχουσα, κέρδος δὲ οὐδέν. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τὸ ὄφελος ἀπὸ τῶν πολλῶν τῶν ἱματίων καὶ πολυτελῶν; τί καρπούμεθα κέρδος, ὅταν αὐτὰ ὤμεν περιχειμενοί; Οὐδὲν, ἀλλ' ἢ ζημιούμεθα μόνον. Πῶς; Ὅτι καὶ ὁ πένης εὐτελὲς καὶ ἐκτετριμμένον φορῶν, ἐν τῷ θάλπει οὐδὲν σοῦ χεῖρον φέρει τὸ καῦμα· μᾶλλον δὲ ἐκείνος εὐκολώτερον· τὰ γὰρ ἐκτετριμμένα τῶν ἱματίων καὶ μόνα περιχειμενα, μᾶλλον ἀνίσει τὸ σῶμα· τὰ δὲ νεοκατασκευάστα, κῖν ἀράχνης ἢ λεπτότερα, οὐχ ὁμοίως. Καὶ σὺ μὲν διὰ τὸν τύφον τὸν περιττὸν καὶ χιτωνίσκους δύο, καὶ τρεῖς, πολλάκις καὶ χλανίδα καὶ ζώνην, καὶ ἀναξυρίδας ἔχεις· ἐκείνῳ δὲ οὐδεὶς ἐγκαλεῖ ἕνα περιχειμμένον χιτωνίσκον μόνον· ὥστε εὐκολώτερον φέρει τὸ καῦμα. Ἀπὸ τούτου τοὺς μὲν πλουτοῦντας ὀρώμεν ἰδρῶντας, τοὺς δὲ πένητας οὐδὲν τούτων πάσχοντας. Ὅταν οὖν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, ἢ καὶ κρείττονα παρέχεται χρεῖαν τὰ εὐτελεῖ ἱμάτια καὶ τοῦ μηδενὸς πωλούμενα, ἐκείνα δὲ τὰ πολὺ καταβάλλειν ἀναγκάζοντα χρῆσιον τὸ αὐτὸ ποιῆ, οὐχὶ ζημία τὸ πολὺ περιττὸν; Οὐδὲν γὰρ πλέον εἰσῆγγεκε κατὰ τὸν τῆς χρεῖας λόγον καὶ τῆς διακονίας, ἀλλὰ πλέον μὲν χρυσίον κεκένωται σοι, τὴν αὐτὴν δὲ χρεῖαν καὶ ὑπηρεσίαν ἔχει· σὺ μὲν ὁ πλουτῶν ἡγγόρασας χρυσίων ἑκατὸν τυχόν, ἢ καὶ πλείονων, ὁ δὲ πένης ἀργυρίου ὀλίγου. Εἶδες τὴν ζημίαν; Ἄλλ' ὁ τύφος οὐκ ἀφίησιν ἰδεῖν. Βούλει καὶ ἐπὶ τῶν χρυσίων, ὧν καὶ τοῖς ἵπποις καὶ ταῖς γυναῖκι περιτιθέασαι, τοῦτον ἐξετάσωμεν τὸν λόγον; Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων καὶ ἀνοήτως ποιεῖ τὸ πλουτεῖν. Τῆς γὰρ αὐτῆς τιμῆς τάς τε γυναικίας ἀξιοῦσι καὶ τοὺς ἵππους, καὶ εἷς ὁ κάλωπισμὸς [279] ἀμφοτέρων· καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν βούλονται φαίνεσθαι λαμπρότεροι, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ζεύγη, ἀφ' ὧν καὶ τὰ δέρματα τῶν παραπετασμάτων, ἐνθα φέρονται.

Εἰπέ, τί τὸ κέρδος, ἡμίονον ἢ ἵππον τῷ χρυσῷ κατακοσμεῖσθαι; ἢ δὲ γυνὴ τοσοῦτον ὄγκον χρυσίου περιχειμμένη καὶ λίθων, τί τὸ πλέον ἔχει; Ἄλλ' οὐκ ἐκτριβεται τὰ χρυσία, φησί. Μάλιστα μὲν καὶ τοῦτο πάσχειν φασὶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, ὅτι ἐν βαλανείοις καὶ πολλαχοῦ καὶ λίθοι καὶ χρυσία πολὺ τῆς τιμῆς ἀποτίθεται· πλην ἀλλ' ἐστὶν τοῦτο, καὶ μηδὲν βλαπτέσθω· τί τὸ κέρδος, εἰπέ μοι; τί δὲ; ὅταν ἐκπέσῃ καὶ ἀπόληται, οὐχὶ ζημία; τί δὲ; ὅταν φθόνον ἐπιπάσῃται καὶ ἐπιβουλήν, οὐχὶ ζημία; Ὅταν γὰρ

ὠφελῆ μὲν μηδὲν τὴν περιχειμμένην, ἐκκαίῃ δὲ τοὺς τῶν φθονερῶν ὀφθαλμούς, καὶ τοὺς ληστὰς διεγείρῃ μᾶλλον, οὐχὶ ζημία γίνεται; Τί δὲ, εἰπέ μοι; ὅταν ἐξὸν τῷ ἀνδρὶ χρῆσασθαι τούτοις εἰς πρᾶγμα κέρδος φέρον, μὴ δύνηται δὲ διὰ τὴν τῆς γυναικὸς πολυτέλειαν, ἀλλ' ἀναγκάζεται λιμώττειν καὶ στενοχωρεῖσθαι, κἀκείνην ὀρῶν χρυσοφοροῦσαν, οὐχὶ ζημία τὸ πρᾶγμα; Χρήματα γὰρ διὰ τοῦτο εἰρηται, οὐχ ἵνα οὕτω χρώμεθα αὐτοῖς, καθάπερ αἱ προθήκαι τῶν χρυσοχόων, ἀλλ' ἵνα ἐργαζώμεθα τι καλὸν ἐν αὐτοῖς. Ὅταν οὖν ὁ τοῦ χρυσοῦ πόθος μὴ ἀφῆ, οὐχὶ ζημία ἐστὶ τὸ πᾶν; Ὁ γὰρ μὴ τολμῶν αὐτοῖς χρῆσασθαι ὡς περ ἄλλοτριῶς, οὐ κέχρηται, καὶ οὐκ ἐστὶ χρῆσις οὐδαμῶς. Τί δὲ, ὅταν οἰκίας οἰκοδομῶμεν λαμπράς καὶ μεγάλας, καὶ κίσι καὶ μαρμάρους καὶ στοαῖς καὶ περιπάτοις ταύτας κατακοσμῶμεν, εἰδῶλα πανταχοῦ καὶ ξάνα ἰστῶντες; Πολλοὶ μὲν οὖν ἀπὸ τούτων καὶ δαίμονας καλοῦσι· πλην ἀλλὰ μὴ ταῦτα ἐξετάσωμεν. Τί βούλεται καὶ ὁ χρυσοῦς ὄρεος; οὐχὶ τὴν αὐτὴν τῷ μετὰ συμμετρίας οἰκίαν ἔχοντι παρέχεται τὴν χρῆσιν; Ἄλλ' ἔχει, φησί, τέρψιν πολλήν. Ἄλλὰ μέχρις ἡμέρας μίᾳ καὶ δευτέρας, λοιπὸν δὲ οὐκέτι. Εἰ γὰρ ὁ ἥλιος ἡμᾶς οὐκ ἐκπλήττει διὰ τὸ ἐν συνθηθεῖ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἔργα τῆς τέχνης· ἀλλ' ὁμοίως τοῖς πηλίνοις, αὐτοῖς προσέχομεν. Τί γάρ, εἰπέ μοι, εἰς ἀρίστην οἰκίαν κίωνων πληθὸς καὶ ξοάνων κάλλη καὶ χρυσοῦς τοῖς τοίχοις δισπαρμένος συμβάλλεται; Οὐδὲν, ἀλλὰ βλακείας καὶ ὕβρεως καὶ τύφου περιττοῦ καὶ ἀνοίας ἐστὶ. Πανταχοῦ δὲ ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων εἶναι χρῆ καὶ τῶν ἐν χρεῖα, οὐ τῶν περιττῶν.

δ. Ὅρξῃσι ζημία τὸ πρᾶγμα; ὄρξῃσι περιττὸν καὶ ἀνόνητόν ἐστιν; Εἰ γὰρ μήτε χρεῖαν παρέχει πλεῖονα, μήτε τέρψιν (προσκορῆς γὰρ τῷ χρόνῳ γίνεται), οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ζημία. Ἄλλ' οὐκ ἀφίησι τοῦτο ὄρξῃν ἢ κενοδοξία κωλοῦσα. Εἶτα ὁ μὲν Παῦλος ἄπερ ἐνόμιζεν [280] εἶναι κέρδη, ταῦτα εἴασεν· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν ζημίαν ἀφῶμεν διὰ τὸν Χριστόν; Μέχρι πότε τῇ γῆ προσηλώμεθα; μέχρι τίνος οὐκ ἀναβλέπομεν εἰς τὸν οὐρανόν; Οὐχ ὄρατε τοὺς γεγηρακότας, πῶς οὐδεμίαν τῶν παρελθόντων ἔχουσιν ἀίσθησιν; οὐχ ὄρατε τοὺς τελευτῶντας, τοὺς ἐν γῆρξ, τοὺς ἐν νεότητι; οὐχ ὄρατε τοὺς ἐν τῷ ζῆν ἀπεστερημένους αὐτῶν; Τί τοῖς ἀστάτοις προστετήκαμεν; τί προσδεδέμεθα τοῖς ἀθεθατοῖς; μέχρι τίνος οὐκ ἀντίλαμθανόμεθα τῶν μενόντων; Τί οὐκ ἂν ἔδωκαν οἱ γέροντες, εἰ γε ἐντὴν ἀποξέσαι τὸ γῆρας; Εἶτα πόσης οὐκ ἐστὶν ἀλογίας, βούλεσθαι μὲν ἐπὶ τὴν νεότητα τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν, καὶ πάντα εὐκόλως ἀν' ὑπὲρ τούτου δοῦναι, ὥστε γενέσθαι νεώτερον, παρὸν δὲ νεότητα λαθεῖν οὐδέποτε γῆρας ἔχουσαν καὶ νεότητα μετὰ πλοῦτου πολλοῦ πολὺ πνευματικώτερον, μηδὲ μικρὸν βούλεσθαι προσέσθαι, ἀλλὰ κατέχειν τὰ μηδὲν εἰς τὸ παρὸν ὠφελούντα; Θανάτου σε ἐξελέσθαι οὐ δύναται, νόσον

• Coislin., εἰπέ μοι, τί συμβάλλεται; etc.

ἀπελάσαι οὐκ ἰσχύει, γῆρας ἠ κωλύσαι, οὐδὲν τούτων τῶν ἀναγκαίων καὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον παραγινόμενων· καὶ ἐτι αὐτῶν ἔχη; Τί τὸ κέρδος, εἰπέ μοι; Ἐντεῦθεν μέθη, γαστριμαργία, ἦδοναί ἀτοποι καὶ παντοδαπαί, πικρῶν δεσποτῶν μάλλον ἡμᾶς καταταίνουσαι. Ταῦτα ἀπὸ τοῦ πλοῦτου κερδαίνειν ἐστι μόνον, ἔτερον δὲ οὐδὲν, ἔπειδὴ οὐ βουλόμεθα· ἔπει εἰ γε ἠθέλομεν, τὸν οὐρανὸν ἂν αὐτὸν ἐκληρονομήσαμεν ἀπὸ πλοῦτου. Οὐκοῦν καλὸν ὁ πλοῦτος, φησὶν. Οὐχ ὁ πλοῦτος τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἡ τοῦ κεκτημένου προαίρεσις· ὅτι γὰρ προαίρεσις τοῦτο ποιεῖ, σκόπει ἔντεῦθεν ἔνεστι καὶ τὸν πένητα κατακληρονομήσαι τὴν οὐρανόν. Ὅπερ γὰρ πολλάκις εἶπον οὐ τῷ μέτρῳ τῶν δεδομένων ὁ Θεὸς προσέχει, ἀλλὰ τῇ προαίρεσει τῶν παρεχόντων. Ἐνεστι καὶ ἐν πενήτῳ ὄντα, καὶ ὀλίγα δόντα, τὸ πᾶν ἀπενέγκασθαι. Τὰ γὰρ κατὰ δύναμιν ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ· οὔτε πλοῦτος προξενεῖ τὸν οὐρανόν, οὔτε πενία τὴν γέενναν, ἀλλ' ἐκάτερα προαίρεσις ἀγαθῆ καὶ μοχθηρᾶ. Ταύτην οὖν διορθώσωμεν, ταύτην ἀνακτησώμεθα, ταύτην ρυθμίσωμεν, καὶ πάντα ἡμῖν ἔσται εὐκόλα. Καθάπερ γὰρ ὁ τεχνίτης, ἂν τε σιδηροῦν, ἂν τε χρυσοῦν σκέπαρον ἔχη, ὁμοίως ἐργάζεται τὰ ξύλα, μάλλον δὲ ἐν τῷ σιδηρῷ πλέον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, εὐκολώτερον μάλλον διὰ τῆς πενίας ἢ ἀρτῆ κατορθοῦται. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ πλοῦτου φησὶν ὁ Χριστὸς, *Εὐκολώτερον κἀμνηλον διὰ τρυμναλίας βασιλίδος εισελθεῖν, ἢ πλοῦσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Περὶ δὲ τῆς πενίας οὐδὲν τοιοῦτον ἀπεφήνατο, ἀλλὰ καὶ τοῦναντίον· *Πώλησον τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολουθεῖ μοι, ὡς ἐκ τῆς προαίρεσιως τῆς ἀκολουθήσεως οὗσης*.

ε'. Μὴ τοίνυν φεύγωμεν τὴν πενίαν, ὡς πονηρόν βασιλείας γὰρ ἐστι πρόξενος· καὶ πάλιν μὴ διώκωμεν τὸν πλοῦτον, ὡς ἀγαθόν· τοῖς γὰρ μὴ προσέχοντες ἀπόλλυσιν· ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ δῆμα πρὸς τὸν Θεὸν ἀνατείνοντες, χρώμεθα εἰς δέον τοῖς ὑπεργόμενοις ἡμῖν [281] παρ' αὐτοῦ, καὶ δυνάμει σώματος, καὶ περιουσίᾳ χρημάτων, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπασιν. Ἄτοπον γὰρ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενος, ἔτεροις ταῦτα παρέχειν χρήσιμα, ἀλλὰ μὴ τῷ πεποιηκότῳ ἡμᾶς. Ἐποίησέ σοι ὀφθαλμούς· τούτους αὐτῷ πάρεχε χρήσιμους, μὴ τῷ διαβόλῳ. Πῶς δὲ αὐτῷ παρέξεις; Τὰ κτίσματα αὐτοῦ θεωρῶν, καὶ δοξάζων αὐτὸν, καὶ ἀπάγων τῆς τῶν γυναικῶν ὕψους. Ἄλλ' ἐποίησέ σοι χεῖρας; Ταύτας αὐτῷ κέκτησο, μὴ τῷ διαβόλῳ, μὴ εἰς ἀρπαγὰς καὶ πλεονεξίας, ἀλλ' εἰς ἐντολὰς καὶ εὐποίας, καὶ εἰς εὐχὰς ἐκτενεῖς ἀνατείνων αὐτάς, εἰς τὸ τοῖς πεπνωκόσιν ὀρίγειν χεῖρα. Ἐποίησέ σοι ὦτα; Ταῦτα αὐτῷ πάρεχε, ἀλλὰ μὴ τοῖς διακεκλασμένοις μέλει, μηδὲ ταῖς αἰσχυραῖς ἀκοαῖς· *Πᾶσα γὰρ διήγησίς σου, φησὶν, ἐν νόμῳ Ἐψίστου ἔστω*· καὶ πάλιν, *Ἐκπλήθει, φησὶ, πρῶσθυτέρων στήθητι, καὶ εἰ τις σοφός, αὐτῷ προσκολληθήτη*. Ἐποίησέ σοι στόμα; Τοῦτο μηδὲν πραττέτω τῶν μὴ δοκούντων αὐτῷ,

· Forte οὐ γῆρας.

ἀλλὰ ψαλμῳδίας, ὕμνους, ᾠδὰς πνευματικὰς ἀδείτω· *Ἴνα δῶ χάρις*, φησὶ, *τοῖς ἀκούουσιν*, εἰς οἰκοδομήν, καὶ μὴ εἰς καταστροφήν, εἰς εὐφημίαν, καὶ μὴ εἰς κατηγορίαν, μὴ εἰς ἐπιβουλὰς, ἀλλὰ πᾶν τούναντίον. Ἐποίησέ σοι πόδας, οὐχ ἵνα τρέχῃς ἐπὶ κακίαν, ἀλλ' ἐπὶ ἀγαθὰ· ἐποίησέ σοι γαστέρα, οὐχ ἵνα διαβρῆγγυῖς αὐτήν, ἀλλ' ἵνα φιλοσοφῆς· ἔθρκεν ἐπιθυμίαν πρὸς παιδοποιίαν, ἀλλ' οὐ πρὸς πορνείαν, καὶ μοιχείαν· ἔδωκε σοι νοῦν, οὐχ ἵνα αὐτὸν βλασφημῆς, οὐχ ἵνα λοῖδορος ᾖς, ἀλλ' ἵνα εὐφημῆς· ἔδωκε καὶ χρήματα, ἵνα εἰς δέον αὐτοῖς χρώμεθα· καὶ ἰσχύον, ἵνα καὶ ταύτη εἰς δέον ὦμεν κεχρημένοι. Ἐποίησε τέχνας, ἵνα βίος συνεστήκη, οὐχ ἵνα τῶν πνευματικῶν ἀποχωρισώμεν ἑαυτοὺς, οὐχ ἵνα ταῖς βαναύσοις προσέχωμεν τέχνας, ἀλλὰ ταῖς ἀναγκαίαις· ἵνα ἀλλήλοις ὕπηρετῶμεν, οὐχ ἵνα ἀλλήλοις ἐπιβουλεύωμεν. ἔδωκεν δροφον, ἵνα στέγη τὸν ὕετον τοσοῦτον μόνον, οὐχ ἵνα καλλωπίζεται οὗτος μὲν τῷ χρυσῷ, ὁ δὲ πένης διαφθεῖρηται τῷ λιμῷ· ἔδωκεν ἱμάτια, ἵνα σκεπώμεθα, οὐχ ἵνα ἐπιδεικνυώμεθα, οὐχ ἵνα ταῦτα μὲν ἦ πολὺ ἔχοντα χρυσοῖον, ὁ δὲ Χριστὸς γυμνὸς ἀπολλύηται· ἔδωκε στέγην, οὐχ ἵνα μόνος ἔχης, ἀλλ' ἵνα καὶ ἄλλοις παρέχης· ἔδωκε γῆν, οὐχ ἵνα σὺ τὸ πλέον αὐτῆς ὑποτεμνόμενος εἰς πόρνας καὶ ὄρηστὰς καὶ μίμους καὶ αὐλητὰς καὶ κισθαροφδοῦς ἀναλίσκης τὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ, ἀλλ' εἰς πεινώντων καὶ δεομένων. ἔδωκε σὺ θάλατταν, ἵνα πλήρης, ἵνα μὴ κάμνης ὁδοπορῶν, οὐχ ἵνα περιεργάζῃ αὐτῆς τὰ βάθη, καὶ λίθους καὶ ὄσα τοιαῦτα ἐκείθεν ἀναφέρῃς, οὐδ' ἵνα ἔργον τοῦτο ποιῇ. Τίνος οὖν ἔνεκεν, φησὶν, οἱ λίθοι; Εἰπέ δὴ μοι μάλλον σὺ, τίνος ἔνεκεν οἱ λίθοι, καὶ πῶς οὕτως εἰσὶν ἐκεῖνοι βαρύτεροι; Ἄρα τῇ δυνάμει; Ἄρα τῇ χρήσει; Μᾶλλον μὲν οὖν οἱ μὴ τοιοῦτοι χρήσιμοι. Οἱ μὲν γὰρ κἂν πρὸς οἰκοδομὴν συμβάλλονται, ἐκεῖνοι δὲ πρὸς οὐδέν. Καὶ οὗτοι ἐκεῖνων ἰσχυρότεροι. Ἄλλ' ἐκεῖνοι, φησὶ, κάλλος ἐργάζονται. Πῶς; Ὀπολήφεις ἐστι [282] τὸ ἔργον. Λευκότεροί εἰσι; Ἄλλ' οὐκ εἰσὶ μαρμαῖρου τοῦ σφόδρα λευκοῦ λευκότεροι, ἀλλ' οὐδὲ ἴσοι. Ἄλλ' ἰσχυρότεροι; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχει τις ἂν εἰπεῖν. Ἄλλὰ χρησιμώτεροι; ἀλλὰ μείζους; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο. Πόθεν οὖν ἐθαυμάσθησαν; Ἄλλ' οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἡ ἀπὸ ὑπολήφειας. Εἰ γὰρ μήτε καλλίους εἰσὶν (εὐρήσασμεν γὰρ αὐτῶν περιφανεστέρους καὶ λευκότερους), μήτε χρήσιμοι, μήτε ἰσχυρότεροι, πόθεν οὕτως ἐθαυμάσθησαν; οὐχὶ ἀπὸ ὑπολήφειας μόνης; Τίνος οὖν ἔνεκεν ἔδωκεν αὐτούς; Οὐκ αὐτὸς ἔδωκεν, ἀλλὰ σὺ ἐνόμισας μέγα τι εἶναι. Τί οὖν, φησὶν, ὅτι καὶ ἡ Γραφὴ τούτους θαυμάζει; Πρὸς τὴν ὑπόληψιν λοιπὸν διαλέγεται τὴν σὴν. Ἐπεὶ καὶ διδάσκαλος παιδὶν διωλεγεόμενος, τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πολλαχοῦ θαυμάζει, ὅταν αὐτὸ βούληται ἐπισπάσασθαι· καὶ ὑπαγαγέσθαι. Τί κάλλος ἐπιζητεῖς ἱματίων; Ἰματίῳ σε περιέβαλε καὶ ὑποδήμασιν· τοῦτοις κοσμοῦ, ἐν τοῦτοις ἄρχου. Ἐπιθωμητὰ ὁ Δαυὶδ ὑπὲρ χρυσοῖον φησὶ, καὶ λίθον τίμιον πολὺν τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δὲ ποῦ λόγον ἂν ἔχει; Οὐκ ἐστὶ ταῦτα, ἀγαπητοί, χρήσιμα· εἰ χρήσιμα ἦν, οὐκ ἂν ἐκέλευσεν αὐτῶν καταφρονεῖν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόληψιν τῶν

juventutem redire, atque hujus rei consequendæ causa facile omnia dare; cum vero liceat consequi juventutem, cui non succedat senectus, juventutem multis cum divitiis conjunctam multoque vivaciorem, nec paulum quiddam velle dare, sed ea retinere, quæ etiam in præsentî nihil prosunt? Ex morte eximere te non possunt, non morbum propulsare, non prohibere senectutem, aut quidquam aliud eorum, quæ necessario et secundum naturæ legem accidunt, et adhuc illis hæres? Ecquid lucri? dic mihi. Hinc ebrietas, edacitas, obscœne ac multiples voluptates, quæ magis quam amari domini nos excruciant? Hæc solum ex divitiis lucrari possumus, aliud vero nihil, quandoquidem ita volumus: nam si liberet, cælum sane ipsum divitiis consequeremur. Ergo bonum, inquit, divitiæ. Non hoc divitiæ præstant, sed possessoris consilium et voluntas. Liberum enim arbitrium esse quod hoc faciat, vel hinc licet animadvertere, quod etiam pauper cæli adire hereditatem possit. Etenim, quod sæpe dixi, non mensuram rerum quæ dantur Deus spectat, sed animum dantium: licet et pauperi, et pauca danti totum consequi. Exigit enim Deus pro cuiusque facultate: neque divitiæ regnum conciliant, neque paupertas gehennam, sed utraque bonus, et malus animus. Hunc igitur corrigamus, hunc componamus, hunc talem qualem esse decet præstemus; atque omnia erunt nobis facilia. Nam quemadmodum artifex, sive ferream sive auream securim habeat, æque ligna cædit ac dolat, inio facilius etiam in ferro: ita et hic longe facilius per paupertatem paratur virtus. Nam de divitiis quidem Christus ait, *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum cælorum* (Matth. 19. 24): de paupertate vero nihil hujusmodi pronuntiavit, sed potius contra: *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, et sequere me* (Marc. 10. 21); utpote cum ex voluntatis electione fiat ut sequatur Dominum.

5. Ergo paupertatem ne fugiamus tamquam malum; est enim conciliatrix regni: neque item persequamur divitias ut bonum; incautos enim perdunt: sed ubique oculos ad Deum intendentes, utamur sicut convenit iis, quæ ab illo nobis tributa sunt, et corporis robore, et abundantia divitiarum, cæterisque rebus omnibus. Absurdum enim plane est, cum ab ipso facti simus, non ei qui nos fecit, sed aliis isthæc utenda præbere. Fecit tibi oculos? Hos ipsi præsta, præbe utendum, non autem diabolo. Quomodo autem Deo præbebis? Opera ipsius considerans et ipsum glorificans, abducens vero a mulierum aspectu. Fecit tibi manus? Has ipsi possideto, non diabolo: non eas ad rapinas ac prædas, sed ad mandata faciendâ, ad beneficia conferendâ atque ad preces assiduas extendens, ad eos qui ceciderunt erigendos. Fecit tibi aures? Has ipsi præbe, non infractis ac mollibus cantilenis, non turpium sermonum auditioni; *Omnis enim enarratio tua, inquit, in lege Altissimi; et rursus, In multitudine, inquit, seniorum sta, et si quis sapiens fuerit, ei te adjuuge*

(Eccli. 9. 23. et 6. 35). Fecit tibi os? Ex hoc nihil prodeat, quod Deo non probetur, sed psalmodias, hymnos, odas canat spirituales, *Ut dei gratiam, inquit, audientibus* (Ephes. 4. 29), ad fulciendum, non ad evertendum; ad benedicendum, non ad maledicendum; non ad struendas insidias, sed contra omnino. Fecit tibi pedes, non ut properes ad vitiositatem, sed ad bona: fecit tibi ventrem, non ut ipsum rumpas, sed ut philosophicam exerceas sobrietatem: induit cupiditatem ad liberorum procreationem, sed non ad scortationem et adulterium: dedit tibi mentem, non ut blasphemiam in ipsum jacias, non ut sis conviciator, sed ut bene dicas; dedit et pecunias, ut quo oportet ipsis utamur; eademque de causa vires dedit. Fecit artes, ut vita sustentetur, non ut a rebus ad spiritum pertinentibus nos ipsos avocemus, non ut sordidis artibus operam demus, sed necessariis, ut nobis mutuam opem feramus, non ut insidiamur. Dedit tectum eo dumtaxat ut arceat pluviam, non ut ipsum quidem ornatur auro, pauper vero pereat fame: dedit vestes, ut tegamur, non ut ostentemus, non ut illæ quidem multo auro ditentur, Christus vero nudus pereat: domum dedit, non ut solus habeas, sed ut aliis etiam præbeas: dedit terram, non ut majore illius parte ad te abstracta, in scorta, et psaltrias, et mimos, et tibicines, et citharædos insumas Dei bona, sed in esurientes atque egenos. Dedit tibi mare, ut naviges, ne itinere faciendo labores, non ut curiose illius fundum scruteris, et lapides et alia hujusmodi inde extrahas, non ut hoc tibi studio habeas. Cur ergo, inquit, sunt lapides? Quinimo dic tu mihi, Quam ob causam lapides illi in tanto pretio sunt? num facultate aliqua? num usu? Quin imo qui e mari non sunt, utiliores sunt. Etenim hi saltem ad ædificationem conferunt, illi vero nusquam: atque hi sunt illis firmiores. At illi, inquit, pulchritudinem afferunt. Quomodo? totum id opinionis est. Sunt candidiores? At non certe marmore valde candido candidiores, quin etiam neque ad illius candorem accedunt. At solidiores? Ne id quidem. At utiliores? at majores? Neutiquam. Unde igitur suspiciuntur? Non aliunde, quam ex sola existimatione. Nam si neque pulchriores sunt; multos enim invenimus illis lucidiores et candidiores; neque utiliores, neque solidiores: unde, inquam, adeo suspiciuntur? annon ex sola existimatione? Quam igitur ob causam illos dedit? Non ipse dedit, sed tu magnum esse quidpiam putasti. Quid igitur est, inquit, quod Scriptura etiam eos celebrat? Nimirum accommodate ad tuam opinionem loquitur. Nam et præceptor ad puerulum verba faciens, eadem atque ille sæpe suspicit, ut illum sibi conciliet, ac paulatim subvehat. Quid pulchritudinem expetis vestium? Vestem tibi circumda et calceos: his te orna, hæc tibi satis sint. *Desiderabilia, inquit David, super aurum et super lapidem pretiosum multum judicium Dei* (Psal. 18. 11). Terræna vero hæc annon parvipendenda? Non sunt hæc, o dilecte, utilia: si utilia essent.

non jussisset contemnere : sed divina Scriptura ad existimationem nostram loquitur. Atque hoc etiam divinæ benignitatis est. Quam igitur ob causam, inquit, purpuram et cætera hujusmodi? Divinæ magnificentiæ hæc sunt opera. Nam aliis quoque ex rebus suas voluit divitias ostendere. Etenim et frumentum ipse dedit solum; tu vero ex hoc multa paras, placentas, bellaria varia ac multa, magnam æfferentia voluptatem. Alioquin et voluptas et inanis gloriæ amor hæc omnia invexit: videbantur enim hæc tibi omnibus rebus præferenda. Cæteroqui, si peregrinus quispiam aut agricola harum rerum imperitus te interroget, teque illum suspicientem vi-

dens, dicat: Cur ista suspicis atque admiraris? quid habebis quod respondeas? pulchra esse aspectu? Sed non ita est. Deponamus igitur hanc opinionem, verisque reapse bonis inhaereamus. Hæc enim minime sunt, sed temere transeunt tantum, instar fluminis dilabentia. Quamobrem, obsecro vos, caveamus; supra petram nos colloceamus, ne facile circumferamur, ut futura etiam consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XI.

CAP. 3. v. 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimentum.* 8. *Verumtamen et existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et arbitror quisquillas esse, ut Christum lucrifaciam, 9. et inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Jesu Christi, quæ ex Deo est justitia in fide, 10. ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus.*

¶ In certaminibus, quæ adversus hæreticos suscipiuntur, vegetam adhibere mentem oportet, atque assidue in ea cogitatione defixam. Ita enim disturbare illorum ordines poterimus, et plenissimam reportare victoriam, nullum illis respirandi spatium dantes. Propterea cum velim vos ex Scripturis ad hujusmodi certamina instruere, ut hinc etiam eos qui contradicunt obmutescere faciatis: hujus, quæ nunc in manibus est, disputationis initium sumam a sine superioris. Quis autem erat ille finis? Cum collegisset Judaica omnia quæ gloriandi causam dabant, ea quæ a natura, ea quæ a consilio et electione addiderat: *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc existimo detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror quisquillas esse, ut Christum lucrifaciam.* Insultant hoc loco hæretici. Nam et hoc sapientiæ est Spiritus, spes illis victoriæ submittere, ut pugnam capessant. Etenim si aperte loquutus esset, fecissent et in istis, quod in aliis fecerant: deleverunt enim literas, repudiarunt Scripturam, cum adversos illius radios ferre non possent. Sed quod in piscibus fit, ut illud, unde sunt capiendi, non manifesto illis objiciatur, sed occultetur, ut accurrere non vereantur; id et hoc loco accidit, ubi a Paulo lex damnium dicta est. Sane, quod Paulus dicit, hujusmodi est: Quisquillas, et damnium legem vocat: non licebat Christum lucrari, nisi hanc damnium putassem. Hæc omnia alliciunt hæreticos, ut locum recipiant, existimantes pro se facere: quando vero receperunt, tunc illos retibus undique constringit. Quid igitur isti dicunt insultantes (a)? En lex est damnium, en quis-

(a) Manichæos significare videtur.

Ὅρᾳ τὸ ταπεινὸν Παύλου; ὄρᾳ τὸ εὐγενές; Ὅτε ἔδειξεν οὐδὲν δεόμενον τῶν παρ' ἐκείνων αὐτοῦ ἔνεκεν, τότε λοιπὸν ἀδεῶς καὶ ταπεινὰ φθέγγεται ῥήματα, καὶ ἄπερ οἱ προσαιτοῦντες λέγουσιν, Ὡς ἔθος ἔχεις δίδοναι. Οὐδὲν γὰρ παραιτεῖται οὔτε ποιεῖν, οὔτε λέγειν, πρὸς τὸ μόνον, ὃ βούλεται, κατορθῶσαι. *Τί δὲ τοῦτό ἐστι*; Μὴ νομίσητε, φησὶν, ἀναισχυντίας εἶναι τὰ ῥήματα, τὸ ἐγκαλεῖν, καὶ λέγειν, *Ἥδη ποτὲ ἀρεθάλεστε*, καὶ τοῦ ἐν χρεῖᾳ εἶναι· οὐ γὰρ δεόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τί; Ἐκ τοῦ σφόδρα θαρβέειν ὑμῖν· καὶ τούτου δὲ ὑμεῖς αἴτιοι. Ὅρᾳ πῶς αὐτοὺς θεραπεύει, καὶ πῶς φησὶν, Ὑμεῖς αἴτιοι, πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιπηδήσαντες τῷ πρᾶγματι, καὶ παρβύσιαν ἡμῖν δόντες ὑπὲρ τῶν τοιούτων ὑπομιμήσκειν ὑμᾶς; Καὶ θεὰ τὸ σεμνόν· μὴ πέμπουσι μὲν οὐκ ἐγκαλεῖ, ἵνα μὴ δόξῃ τὸ ἑαυτοῦ θεραπεύειν· ἐπειδὴ δὲ ἐπεμψάν, τότε ἐπέτιμῃσεν ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος χρόνου, καὶ ἤνεγκαν· λοιπὸν [313] γὰρ οὐκ ἄν ἔδοξε τὸ αὐτοῦ θεραπεύειν. *Οἶδατε*, φησὶ, *καὶ ὑμεῖς, Φιλιππησιοί, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι*. Βαβαί, ἡλίκοι τὸ ἐγκώμιον! εἰ γε Κορίνθιοι μὲν ἐκ τοῦ ἀκούειν ἐκεῖνα παρ' αὐτοῦ καὶ Ῥωμαῖοι προτρέπονται, οὗτοι δὲ οὐδεμιὰς Ἐκκλησίας ἀρξαμένης (καὶ γὰρ, *Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου*, φησὶ), τοσαύτην περὶ τὸν ἅγιον ἐπεδείξαντο σπουδὴν, ὡς μηδὲ παραδειγμα ἔχοντες, αὐτοὶ πρῶτοι τῆς καρποφορίας ἄρξασθαι ταύτης. Καὶ οὐκ ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι παραμένοντι αὐτῷ οὐδὲ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἔνεκεν ταῦτα ἐποίουν· Ὅτε ἐξῆλθον γὰρ, φησὶν, *ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι*. Τί ἐστι, λήψεως; τί δὲ ἐστίν, Ἐκοινώνησες; διὰ τί μὴ εἶπεν, ὅτι οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἔδωκεν, ἀλλ', *Ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως*; Κοινωνία γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστιν. *Εἰ γὰρ ἡμεῖς τὰ πνευματικὰ ὑμῖν*, φησὶν, *ἔσπελαμεν, τί μέγα, εἰ ἡμεῖς τὰ σαρκικά ὑμῶν θερίσο-*



multis locis prædicantem, et operantem : *Occupati enim eratis*, inquit. Quid est, *Occupati eratis*? Non id, inquit, vestræ negligentiae erat, sed necessitatis : non enim habebatis in manibus, non abundabatis ; hoc enim significat illud, *Occupati autem eratis*. Idque ex communi loquendi consuetudine accepit : ita enim plerique dicunt, cum non sibi satis ampla res est, sed in angustiis versantur. *Non quasi propter penuriam dico*. Dixi, inquit, *Aliquando tandem*, vosque objurgavi ; non quod rem meam quærerem, neque quod egerem ; non enim propterea quærebam. Sed unde ostendes, Paule, te non magnifice loqui? Corinthiis quidem ita dicebat : *Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis, aut etiam cognoscitis* (2. Cor. 1. 13). Atque istis etiam non ita dicebat, ut refelli posset. Non igitur, si se magnifice jactare voluisset, hæc diceret ; apud eos enim qui norant dicebat, ubi etiam argui turpius fuisset. *Ego enim didici*, inquit, *in quibus sum, sufficiens esse*. Ergo disciplinæ res est et exercitationis et curæ : non enim facilis est ad consequendum, sed valde difficilis, ac multo cum labore conjuncta. *In quibus sum*, inquit, *sufficiens esse : scio et humiliari, scio et abundare : ubique et in omnibus institutus sum*. Id est, Et paucis contentus esse scio, et famem ferre et egestatem. *Et abundare, et egere*. Næ, inquires ; sed hoc scientiæ non est neque virtutis, abundare. Imo vero maxime virtutis est, nec minus quam illud. Quomodo? Quoniam, quemadmodum egestas ad multa mala facienda adducit, ita et abundantia.

2. Multi enim sæpe, cum ad hanc rerum affluentiam pervenissent, socordes facti sunt, prosperitatemque ferre nescierunt : multis rerum copia occasionem cessandi dedit. Non ita Paulus : nam cum acciperet, in alios insumebat et effundebat. Hoc autem est scire uti re sua. Non remittebat diligentiam suam, non de abundantia sua lætabatur, sed eundem se præstabat in egestate et abundantia, neque inde oppressus, neque hinc inflatus. *Scio, inquit, et satiari, et esurire ; et abundare, et penuriam pati*. Multi sunt, qui nesciunt saturari, quemadmodum Israelitæ ; illi enim comedebant, et calcitrabant (Deut. 32. 15). Sed eundem, inquit, moderationem ac decorum servo. Ostendit neque nunc se voluptatem, neque antea dolorem cepisse, aut si ceperit, non sua ipsius, sed ipsorum causa : ipse quippe eodem se habebat modo. *Ubiq̄ enim, et in omnibus institutus sum*. Id est, In hoc longo tempore omnium rerum experientiam cepi, atque hæc omnia mihi bene processerunt. Sed quoniam id magniloquentiam redolebat, vide quo pacto quam primum corrigat : *Omnia, inquit, possum in eo, qui me confortat, Christo*. Non hoc, inquit, meum benefactum est, sed ejus qui vires dat. Sed quoniam, qui benefaciunt, si videant eum qui accipit non valde affici, sed despiciere ea quæ dantur, negligentiores fiunt ; tunc enim libenter dant, cum putant se gratum accipiendi facere, illumque recreare : ne quis diceret, Si hoc solatium despicit Paulus, necesse est et hos negligentiores fieri ; vide quomodo rursus huic rei medeatur. Nam ex iis quæ dixerat, ipsorum spi-

ritus compresserat ; in sequentibus vero alacritatem ipsorum incitat atque inflammat, dicens : *Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ*. Vides quomodo seipsum segregaverit, et quomodo rursus conjunxerit? Hoc germanæ et spirituatius amicitiae est. Non enim quia, inquit, necessitate minime premebar, ideo putetis me rebus vestris non eguisse : egeo propter vos. Quomodo igitur ærumnarum ipsius participes fuerant? Per hoc officium : quod etiam cum in vinculis esset, dicebat, *Socios gratiæ meæ omnes vos esse* (Philipp. 1. 7). Gratia enim est pati pro Christo, quemadmodum et alicubi ipse inquit : *Quia a Deo vobis gratia data est, non solum ut in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini* (Ibid. v. 29). Quoniam enim illa nude dicta, apta erant quæ ipsius dolorem facerent ; propterea fovet et complectitur et laudat, verum et hoc moderate. Non enim dixit, *Dantes*, sed, *Communicantes* ; ostendens ipsos etiam lucrum fecisse, quandoquidem præmiorum facti erant participes. Non dixit, *Leves reddentes ærumnas meas*, sed, *Communicantes tribulationi meæ* ; quod quidem gravius ac decentius erat.

*Pauli humilitas*. — Vides Pauli humilitatem? vides animum generosum? Postquam ostendit se illorum opibus sua causa minime egere, tunc jam fidenter humiliata etiam profert verba, atque ad ea descendit, quibus mendici utuntur, Quæ tua est dandi consuetudo. Nihil enim recusat vel facere vel dicere, dummodo quod vult recte conficiat. Quid autem hoc est? Ne putetis, inquit, impudentiæ fuisse verba, quod objurgarim ac dixerim, *Aliquando tandem refloruitis*; neque etiam necessitatis : non enim quod egeam hæc dico, sed quid? Eo quod vobis valde confidam, atque hujus fidentiæ vos auctores estis. Vides quomodo ipsos curet et leniat? In vobis, inquit, causa est, qui ante alios ad hanc rem accurritis, ac nobis fidentiam datis, ut res hujusmodi vobis in memoriam redigamus. Et vide gravitatem : dum non mittunt, minime objurgat, ne videatur suam causam agere ; postquam vero miserant, tunc eos de præterito tempore objurgavit ; atque illi æquo animo tulerunt : jam enim minime videbatur suum negotium gerere. 15. *Scitis, inquit, et vos Philippenses, quod in principio evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli*. Papæ! quantum encomium! siquidem Corinthii, itemque Romani, eo quod isthæc ab ipso audissent, invitantur : hi vero cum nulla adhuc Ecclesia cœpisset, inquit enim, *In principio evangelii, tantam erga sanctum hunc ostenderunt animi propensionem ac studium, ut cum nullum exemplum propositum haberent, ipsi primi huic ferendo fructui initium darent*. Neque dicendum est hæc illos fecisse, quod Paulus apud se maneret, atque beneficiorum causa quæ ab ipso acciperent : inquit enim, *Quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli*. Quid est, *Accepti*? quid vero est, *Communicavit*? cur non dixit, *Nullam sibi Ecclesiam dedisse, sed, Communi-*

*cavit in ratione dati et accepti?* Res enim hæc communicatio quædam est. Nam *Si nos*, inquit, *vobis spiritualia seminavimus, quid magnum, si nos carnalia vestra metamus* (1. Cor. 9. 11)? et rursus, *Vestra abundantia, ut illorum inopiam suppleat* (2. Cor. 8. 14). Vides quomodo communicaverint, in ratione dati, dando carnalia; et in ratione accepti, accipiendo spiritualia? Etenim quemadmodum vendentes et ementes inter se communicant, alter ab altero vicissim accipiens et dans; hoc enim est communicatio: ita sane et in hac re. Nihil enim, nihil hac negotiatione et mercatura est quæstuosius: nam fit quidem in terra, perficitur autem in cælo: et emptores quidem in terra sunt; emunt vero et paciscuntur ea quæ in cælis, terreno deposito pretio.

3. Verum non desperet quispiam: non sunt cælestia pecuniis proposita venalia: non illa pecuniæ emunt, sed electio atque animus hominis pecuniæ projecientis, sed philosophia, sæcularium rerum despectus, humanitas, misericordia. Cæteroque, si argento emerentur, quæ duo minuta projecit (Luc. 21), nihil sane magnum accepisset: nunc quoniam non argentum, sed electio hanc vim habebat, omnem illa animi propensionem afferens, omnia accepit. Itaque ne dicamus pecuniis regnum emi; non pecuniis, sed electione et voluntate, quæ per pecunias exhibetur. Ergo opus est, inquis, divitiis? Non divitiis opus est, sed certa voluntate: si hanc habeas, vel duobus minutis poteris regnum emere; sin minus, nec mille auri talenta tantundem poterunt, ac duo minuta possunt. Cur? Quoniam cum multa habens pauciora dedisti, eleemosynam quidem fecisti, sed non tantam quantam vidua illa. Non enim tantam adhibuisti alacritatem et animi propensionem, atque illa: illa enim omnia sibi abstulit; potius autem non abstulit, sed omnia sibi ipsi donavit. Non enim aureis talentis regnum pactus est Deus, sed animi propensione; non morte, sed electione: non enim valde magnum est. Quid enim est animam unam dare? Unum hominem dedit; unus autem homo non par pretium est. 16. *Quia et Thesalonicam senel, et bis in usus mihi misistis*. Rursus magnum encomium: quandoquidem, cum in metropoli esset, ab exigua tamen civitate alebatur. Et vide; ne perpetuo se ex necessitate eximens, ipsos, quod antea dicebam, negligentiores redderet, cum tot modis ostendisset se non egere; nunc ex hoc solo id manifestum fecit, ita nimirum dicens, *In usus*. Non enim dixit, *Meos*, sed tantum, *In usus*, gravitatis scilicet et decori rationem habens, non ex hoc solo, sed etiam ex eo quod sequitur. Nam quoniam id humile quiddam esse non ignorabat, rursus correctione quadam communit: 17. *Non quod quæro*, inquit, *datum*: quod antea dixerat, *Non quasi propter penuriam dico*, idem significans: quamquam illud majus est, quam hoc. Aliud enim est, cum desit, non quærere; aliud, cum desit, ne deesse quidem putare. *Non quod quæro*, inquit, *datum, sed requiro fructum abundantem in rationem vestram*, non meam.

Vides fructum illis colligi? Non mea, inquit, causa, sed vestra hæc dico, ad vestram salutem: ego enim dum accipio, nihil lucror; gratia dantium est. Dantibus enim illic est reposita merces, accipientibus vero hic consumuntur quæ accipiunt. Rursus cum encomio, et quodam egestatis sensu. Nam quoniam dixerat, *Non quæro*; ne rursus negligentiores faciat, inquit, 18. *Recepi autem omnia, et abundo*. Id est, per hoc donum quæ etiam omnia fuerant explevistis: quod illorum maxime incitare alacritatem poterat. Nam qui benefaciunt, quanto majores in philosophia progressus fecerunt, eo magis cupiunt eos, quibus benefecerunt, esse gratos. *Recepi omnia, et abundo*. Perinde ac si diceret: non solum quæ præterito tempore omnia fuerant, explevistis, sed etiam majorem in modum explevistis, atque exuberastis. Deinde non hoc illis exprobrare videatur, vide quomodo locum muniat. Quoniam dixerat, *Non quod quæro datum*, et, *Tandem aliquando*, et ostenderit debitum id fuisse: hoc enim significat, ἀπὸ χροῦ, id est, recipio quasi census, et fructus ex agro: rursus ostendit ipsos plus quam deberent præstitisse, et inquit: *Recepi autem omnia, et abundo; repletus sum*. Non absque causa, neque ex animi affectu hæc dico; sed quid? *Acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo*. Papæ! quo istorum munus evexit! Non ego, inquit, accepi, sed Deus per me. Quamobrem, etiamsi non egeam, non hoc tamen spectate: nam neque Deus egebat, et tamen accepit: adeo ut divina Scriptura non reformidaret dicere, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis* (Gen. 8. 2.), quod sane lætantis est. Nostis enim, nostis, quantum ex odoris suavitate afficiatur anima nostra, quantum jucunditatis et voluptatis capiat. Non ergo recusavit Scriptura verbum adeo humanum atque humile Deo tribuere: ut hominibus ostenderet accepta ipsorum dona fuisse: non enim nidor neque funus accepta faciebat, sed animus qui offerebat; alioqui Cain etiam dona fuissent accepta. Dixit igitur lætatum quoque Deum esse; et quomodo lætetur? non enim aliter homines didicissent. Ergo qui nullius rei est indigus, dicit valde se lætari, ut ne ex eo, quod non egeret, negligentes flant. Cum vero sequenti tempore cæteræ virtutis oblitus, his solis hostiis considerent, vide quomodo rursus ipsos corrigit, dicens: *Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo* (Psal. 49. 13)? Hoc et Paulus inquit, *Non quæro, inquit, datum. 19. Deus autem meus impleat omnem necessitatem vestram secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu*.

4. Vide quam etiam pauperum more bene precetur. Quod si Paulus bene precetur dantibus, multo minus nos hoc facere erubescamus, cum accipimus. Ne vero accipiamus, tamquam ipsi egeamus, neque nostra causa gaudeamus, sed ipsorum dantium. Ita et nobis erit merces et accipientibus, si ipsorum causa lætemur: ita neque indignabimur, cum non dederint, sed potius illorum vicem dolebimus: ita etiam alacriores reddemus, si doceamus, non nostra causa hæc a nobis fieri. *Deus autem meus*, inquit,

μεν; και πάλιν, *Τὸ ὕμῶν περισσευμα ἵνα γίνηται εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα*. Ὁρᾷς πῶς ἐκoinώνησαν, εἰς λόγον δόσεως τῶν σαρκικῶν, και λήψεως τῶν πνευματικῶν; Ὅπερ γάρ οἱ πωλοῦντες και ἀγοράζοντες κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, τὰ παρ' ἀλλήλων ἀντιδιδόντες (τοῦτο γάρ ἐστι κοινωνία), οὕτω δὴ και ἐνταῦθα. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐστι ταύτης τῆς ἀγορασίας και ἐμπορίας τι κερδαλεώτερον· γίνεται μὲν γάρ ἐν τῇ γῆ, τελεῖται δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ· οἱ μὲν ἀγοράζοντες ἐν τῇ γῆ ἐσθήκασιν· ἀγοράζουσι δὲ και συμφωνοῦσι τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γῆνην κατατιθέντες τὴν τιμὴν.

γ'. Ἀλλὰ μὴ καταγνῶς· οὐ χρημάτων ἐστὶν ὠνητὰ τὰ οὐράνια, οὐ τὰ χρήματα αὐτὰ ἀγοράζει, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τοῦ τὰ χρήματα καταβάλλοντος, ἡ φιλοσοφία, τὸ τῶν βιωτικῶν ἀνωτέρω εἶναι, ἡ φιλανθρωπία, ἡ ἐλεημοσύνη. Ἐπεὶ εἰ τὸ ἀργύριον ἠγόραζεν, ἡ τὰ δύο λεπτὰ καταβαλοῦσα οὐδὲν ἂν ἔλαβε μέγα· ἐπειδὴ δὲ οὐ τὸ ἀργύριον, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἰσχυροῦς, ἐκρίνη πᾶσαν προαίρεσιν ἐπιδειξαμένη, πάντα ἔλαβε. Μὴ τοίνυν λέγωμεν, ὅτι ὠνητὴ χρημάτων ἐστὶν ἡ βασιλεία· οὐ χρημάτων, ἀλλὰ προαιρέσεως τῆς διὰ χρημάτων ἐπιδεικνυμένης. Οὐκοῦν δεῖ χρημάτων, φησὶν; Οὐ δεῖ χρημάτων, ἀλλὰ προαιρέσεως· ἂν ταύτην ἔχῃς, δυνατὴ και διὰ δύο λεπτῶν ἀγοράσαι τὸν οὐρανόν· μὴ οὕσης δὲ ταύτης, οὐδὲ μυρία τάλαντα χρυσοῦ τοῦτο δυνατὴται, ὅπερ τὰ δύο λεπτὰ. Διὰ τί; Ὅταν γάρ πολλα ἔχων, ἐλάττονα καταβάλῃς, ἐποίησας μὲν ἐλεημοσύνην, οὐ τοσαύτην δὲ ὄσην ἡ χήρα· οὐ γάρ μετὰ τοσαύτης προθυμίας κατέβαλες, μεθ' ὅσης [314] ἐκείνη· πάντων γάρ ἑαυτὴν ἀπεστέρησε, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπεστέρησεν, ἀλλὰ πάντα ἑαυτῇ ἔχαρισάτο. Οὐ τάλαντων χρυσοῦ, ἀλλὰ ποτηρίου ψυχροῦ τὴν βασιλείαν ὑπέσχετο ὁ Θεός, ἀλλὰ προθυμίας· οὐ θανάτου, ἀλλὰ προαιρέσεως· ἐπεὶ οὐδὲ μέγα τί ἐστι. Τί γάρ ἐστι μίαν ψυχὴν δοῦναι; Ἐδῶκεν ἕνα ἄνθρωπον· εἰς δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἐστιν ἀντάξιός. Ὅτι και ἐν Θεσσαλονίκη, και ἀπυξ και δις εἰς τὰς χρείας μοι ἐπέμψατε. Πάλιν μέγα τὸ ἐγκώμιον, εἰ γε ἐν τῇ μητροπόλει καθήμενος, παρὰ τῆς μικρᾶς ἐτρέφετο πόλεως. Καὶ ὅρα· ἵνα μὴ διαπαντός ἐξέλκων ἑαυτὸν τῆς χρείας, ὅπερ εἶπον προλαβόν, βραθυμοτέρους ποιήσῃ, διὰ τοσοῦτων δειξας, ὅτι οὐ δέεται, ἐν μόνῳ τοῦτο ἔηλον ἐποίησεν, εἰπὼν, *Εἰς τὰς χρείας*· και οὐκ εἶπε, *Τὰς ἐμάς*, ἀλλ' ἀπλῶς, τοῦ σεμνοῦ ἐπιμελόμενος· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ και τὸ ἐξῆς. Ἐπειδὴ γάρ συνεῖδε σφόδρα ταπεινὸν ὄν, πάλιν αὐτὸ τῇ ἐπιδιορθώσει ἀσφαλίζεται, λέγων· *Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ*, λέγων, *τὸ δόγμα*. Ὅπερ εἶπεν ἄνω, *Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω*, τὸ αὐτὸ δηλῶν, εἰ και ἐκεῖνο τοῦτου μεῖζόν ἐστιν. Ἐτερον γάρ ἐστιν ὑστεροῦντα μὴ ζητῆσαι, και ἕτερον ἐν ὑστερήσει ὄντα μὴδὲ νομίζειν ὑστερεῖσθαι. *Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόγμα*, φησὶν, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὕμῶν, οὐκ ἐμοῦ. Ὁρᾷς ὅτι ὁ καρπὸς ἐκείνους τίκτεται; Δι' ὕμᾶς ταῦτα λέγω, φησὶ, οὐ δι' ἑμαυτὸν, εἰς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν· ἐγὼ γάρ οὐδὲν κερδαίνω λαμβάνων· τῶν διδόντων ἐστὶν ἡ χάρις. Τοῖς μὲν γάρ διδοῦσιν ἐκεῖ φυλάττεται ἡ

ἀμοιβή· τοῖς δὲ λαμβάνουσιν ἐνταῦθα ἀναλίσκεται τὰ διδόμενα. Πάλιν μετ' ἐγκωμίου και συμπαιθείας, και τὸ χρῆζειν<sup>α</sup>. Ἐπειδὴ γάρ εἶπεν, *Οὐ ζητῶ*, ἵνα μὴ πάλιν βραθυμοτέρους ποιήσῃ, φησὶν· *Ἀπέχω δὲ πάντα, και περισσεύω*. Τουτέστι, διὰ ταύτης τῆς δόσεως και τὰ παραλειφθέντα ἐπληρώσατε, ὅπερ μάλιστα προθυμοτέρους ἦν ποιήσαι. Ὅσῳ γάρ ἂν ὦσι φιλοσοφώτεροι, ζητοῦσι και τὰς παρὰ τῶν εὐπαθόντων χάριτας οἱ εὐποιοῦντες. *Ἀπέχω πάντα, και περισσεύω*. Τουτέστιν, οὐ μόνον ἀνεπληρώσατε τὰ ἐλειφθέντα ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, ἀλλὰ και ὑπερεβάλετε. Ἐἴτα ἵνα μὴ δόξη διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖν, ὅρα πῶς ἐπισφραγίζεται. Ἐπειδὴ γάρ εἶπεν, *Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόγμα*, και ὅτι, *Ἥδη ποτὲ*, και ἐδειξεν ὅτι ὀφειλὴ ἐστι τὸ πράγμα (τοῦτο γάρ ἐστιν, Ἐπέχω) πάλιν δείκνυσιν ὅτι ὑπὲρ ὀφειλὴν ἔπραξαν, και φησιν· *Ἀπέχω πάντα, και περισσεύω, πεπλήρωμαι*. Οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ἀπὸ διαθέσεως ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τί; *Δεξιόμενος παρὰ Ἐσφαροδίτου τὰ παρ' ὕμῶν, ὄσμηρ εὐωδίας, θυσιαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ*. Βαβαί, ποῦ τὸ δῶρον αὐτῶν ἀνήγαγεν! Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἔλαβον, οὐκ ἔλαβον, [315] ἀλλ' ὁ Θεός δι' ἐμοῦ. Ὅστε, κἂν ἐγὼ μὴ χρῆζω, μὴ μελέτω ὑμῖν· ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεός ἐχρῆζε, και ὁμῶς ἀπεδέχετο, οὕτως ὡς μὴδὲ παραιτεῖσθαι εἰπεῖν τὴν θείαν Γραφήν, ὅτι *Ἐσφράνηθ ὁ Θεός ὄσμηρ εὐωδίας*, ὅπερ ἦν εὐφραϊνομένου. Ἰστε γάρ, ἴστε πῶς διατίθεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῖς εὐωδίαις, πῶς εὐφραίνεται, πῶς γάννυται. Οὐ παρητήσατο τοίνυν εἰπεῖν περὶ Θεοῦ ἀνθρώπινον οὕτω ῥῆμα και ταπεινὸν ἡ Γραφή, ἵνα τοῖς ἀνθρώποις δεῖξῃ, ὅτι δεκτὰ τὰ παρ' αὐτῶν δῶρα γέγονεν. Οὐ γάρ ἡ κνίσσα, οὐδὲ ὁ καπνὸς δεκτὰ ἐποίησε, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ προσφέρουσα· ἐπεὶ, εἰ τοῦτο ἦν, και τὰ παρὰ τοῦ Καῖν ἂν ἐδέχθη. Εἶπεν οὖν, ὅτι και εὐφραίνεται, και πῶς εὐφραίνεται· οὐ γάρ ἂν ἄλλως ἔμαθον οἱ ἄνθρωποι, Ὅ τοίνυν μὴ ἐν χρεῖᾳ καθεστῶς λέγει οὕτως εὐφραίνεσθαι, ἵνα μὴ διὰ τὸ ἀνευθεὲς βῆθμοι γένωνται, και ὅτε λοιπὸν τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἀμελήσαντες, ταῦταις ἐθάβρουν, ὅρα πῶς πάλιν διορθοῦται αὐτοῦς, λέγων· *Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίνωμαι*; Τοῦτο και Παῦλός φησιν, *Οὐκ ἐπιζητῶ τὸ δόγμα*. Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρεῖαν ὕμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

δ'. Ὅρα πῶς και ἐπεύχεται, καθάπερ οἱ πένητες. Εἰ δὲ Παῦλος ἐπεύχεται τοῖς διδοῦσι, πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς μὴ ἀσχυνώμεθα λαμβάνοντες τοῦτο ποιεῖν. Μὴ δὴ λαμβάνωμεν, ὡς αὐτοὶ χρῆζοντες, μὴδὲ χαίρωμεν ἡμῶν ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν διδόντων αὐτῶν. Οὕτως ἡμῖν ἔσται μισθός και λαμβάνουσιν, ἂν δι' ἐκείνους χαίρωμεν· οὕτως οὐκ ἀγανακτῆσμεν, μὴ διδόντων, μᾶλλον δὲ ἀλγῆτομεν δι' αὐτοῦς· οὕτω και προθυμοτέρους ἐργασόμεθα, ἂν διδάσκωμεν, ὅτι οὐχ ἡμῶν ἕνεκεν ταῦτα πράττομεν. Ὁ δὲ Θεός μου, φησὶ, πληρώσει πᾶσαν χρεῖαν ἡμῶν, ἢ πᾶσαν χάριν, ἢ πᾶσαν χαράν. Ἄλλ' ἂν μὲν ἦ, *Πᾶσαν χάριν*, μὴ ταύτην μόνον φησὶ,

<sup>c</sup> Interpr. legisse videtur και τοῦ χρῆζειν

την ἐπὶ γῆς ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ πᾶν κατόρθωμα · ἂν δὲ, *Πᾶσαν χρισίαν*, ὅπερ οἶμαι καὶ μᾶλλον λέγεσθαι, τοῦτο ἐστὶν ὃ δηλοῦν βούλεται · ἐπειδὴ ἔμπροσθεν εἶπεν, *Ἥκαιρεῖσθε*, ἐπάγει ἐνταῦθα, ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ποιεῖ λέγων, *Ὁ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπειροῦντι, καὶ ἄρτον εἰς βρώσιν χορηγήσας, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν*. Ἐπεύχεται γὰρ αὐτοῖς, ὥστε εἶναι ἐν ἀφρονίᾳ, καὶ ἔχειν σπεῖρειν · καὶ ἐπέυχεται οὐχ ἀπλῶς ἐν ἀφρονίᾳ εἶναι, ἀλλὰ, *Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ*. Ὅστε καὶ τοῦτο συμμαετρημένως. Εἰ μὲν γὰρ κατ' αὐτὸν ἦσαν, καὶ οὕτω φιλόσοφοι, καὶ οὕτως ἐσταυρωμένοι, οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησεν · ἐπειδὴ δὲ ἄνδρες ἦσαν, χειροτέχαι, πένητες, γυναῖκας ἔχοντες, παῖδας τρέφοντες, οἰκίας προεστώτες, καὶ ἀπὸ ὀλίγων καὶ ταῦτα ἔδοσαν, καὶ τινα εἶχον ἐπιθυμίαν [316] καὶ τῶν παρόντων, ἐπέυχεται συγκαταβατικῶς. Τοῖς γὰρ οὕτω κεκρημένοις οὐδὲν ἄτοπον ἐπεύχεσθαι τὴν αὐτάρκειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην. Ὅρα γοῦν τί καὶ ἐπέυχεται · οὐκ εἶπεν, ὅτι Ποιῆσαι πλοῦσιος καὶ εὐπόρουσ φρόδρα, ἀλλὰ τί; *Πληρώσαι πᾶσαν χρισίαν ὑμῶν*. Ὅστε μὴ εἶναι ἐν ἐνδείᾳ, ἀλλὰ τὰ πρὸς χρεῖαν ἔχειν · ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ὅρον εὐχῆς ἡμῖν διδοῦς, τοῦτο τῇ εὐχῇ ἐνέθηκε, διδάσκων ἡμᾶς, *Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον λέγειν, δὲς ἡμῖν σήμερον. Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ*. Τί ἐστὶ τοῦτο; Κατὰ τὴν δωρεάν αὐτοῦ · τοῦτέστιν, ὃ τι εὐκόλον αὐτῷ καὶ δυνατόν, καὶ ταχέως ποιεῖν. Καὶ ἐπειδὴ *Χρισίαν* εἶπεν, ἵνα μὴ νομισωσιν, ὅτι στενοχωρήσει αὐτοὺς, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, *Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Οὕτω περισσεύσει ὑμῖν ἅπαντα, φησὶν, ὥστε ἐν δόξῃ αὐτοῦ ἔχειν. Ἡ οὖν τοῦτο λέγει, ὅτι Οὐδενὸς ὑστερεῖσθε · *Καὶ χάρις γὰρ μετὰ τῆς, φησὶν, ἡ ἐπὶ πάντας αὐτοὺς· οὐδὲ γὰρ ἐνδείης τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ἡ προτρέπει εἰς δόξαν αὐτοῦ πάντα ποιεῖν· ὡσεὶ ἔλεγεν· Ἴνα εἰς δόξαν αὐτοῦ χρῆσθε τῇ παρουσίᾳ. Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Ἀμήν. Αὕτη δὲ ἡ δόξα οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρὸς γίνεται. Ὅταν γὰρ ὁ Υἱὸς δοξάζεται, τότε ὁ Πατήρ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦτο γενέσθαι, ἵνα μὴ τις νομίῃ αὐτοῦ μόνου, ἐπήγαγε · *Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα*, αὕτη ἡ γενομένη δηλονότι τῷ Υἱῷ. Ἀσπάσασθε πάντα ἄγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο · πολλῆς γὰρ εὐμενείας, καὶ τὸ διὰ γραμμάτων αὐτοὺς ἀσπάζεσθαι. *Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί*. Καὶ μὴν ἔλεγε, ὅτι *Οὐδένα ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει* · πῶς οὖν λέγεις νῦν, *Οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί*, Ἡ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἀδελφοὺς φησι, δηλῶν ὅτι *Οὐδένα τῶν μεθ' αὐτοῦ ἔχει ἰσόψυχον*, οὐ περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει λέγων · ποῖαν γὰρ ἀνάγκην εἶχον ἐκεῖνοι τὰ τῶν ἀποστόλων ἀναδέχεσθαι πράγματα; ἢ ὅτι οὐ

παραίτεται καὶ τοὺτους ἀδελφοὺς καλεῖν. *Ἀσπάζεταιται ὑμᾶς πάντες οἱ ἄγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καισαροῦ οἰκίας. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν*. Ἀνέστησεν αὐτοὺς καὶ ἀνέβρωσε, δεικνύς ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα ἤψατο. Εἰ γὰρ οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις πάντων κατεφρόνησαν διὰ τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, πολλῶ μᾶλλον αὐτοὺς χρῆ τοῦτο ποιεῖν. Καὶ τοῦτο δὲ τεκμήριον ἦν τῆς Παύλου ἀγάπης, τὸ πολλὰ περὶ αὐτῶν διηγεῖσθαι, καὶ μεγάλα λέγειν, ὅθεν καὶ εἰς πόθον ἤγαγε τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὥστε ἀσπάζεσθαι αὐτοὺς τοὺς οὐχ ἑωρακότας. Μάλιστα μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἐν θλίψει ἦσαν οἱ πιστοὶ τότε, πολλὴ ἦν ἡ ἀγάπη. Πῶς; Οἱ τε γὰρ ἀλλήλων διεστηκότες, ἀλλήλοις ἦσαν συγκεκολλημένοι, καὶ οἱ πόρρωθεν, ὡς [317] ἐγγὺς ὄντες, ἀλλήλους ἠσπάζαντο, καὶ ὡς περὶ μέλη οἰκεῖα, οὕτω πρὸς ἑαυτοὺς ἕκαστος διετίθετο. Καὶ ὁ πένης γὰρ πρὸς τὸν πλοῦσιον ὁμοίως διέκειτο, καὶ ὁ πλοῦσιος πρὸς τὸν πένητα · καὶ οὐδεμία ἦν ὑπεροχῆ, τῷ πάντας ὁμοίως μισεῖσθαι καὶ ἐλαύεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς. Ὅσπερ γὰρ οἱ ἐκ διαφόρων πώλειων αἰχμάλωτοί τινες ἀναστάντες, καὶ εἰς μίαν ἐλθόντες πόλιν, σφόδρα ἀλλήλοις συμπλέκονται, τοῦ κοινου τῆς συμφορᾶς συγκαλλώντος αὐτούς· οὕτω δὲ καὶ τότε, τῆς κοινωνίας τῶν παθημάτων καὶ τῶν θλίψεων συναπτώσης αὐτοὺς, πολλὴν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην.

ε'. Δεσμὸς γὰρ τίς ἐστὶν ἡ θλίψις ἀβραάμ, ἀγάπης αἰζηταί, κατανύξεως καὶ εὐλαβείας ὑπόθεσις. Ἄκουε γὰρ τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· *Ἀγαθὸν μοι, Κύριε, ὅτι ἐταπεινώσας με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου* · καὶ πάλιν ἐτέρου προφήτου λέγοντος, *Ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ* · καὶ πάλιν, *Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε* · καὶ ἐτέρου τινὸς λέγοντος, *Μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου* · καὶ ἄλλαχού, *Εἰ προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ, ἐτοιμασον τὴν ψυχὴν σου εἰς πειρασμόν*. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητάς ἔλεγεν, *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔξετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε* · καὶ πάλιν, *Κλαύσετε καὶ θρηνησέτε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται* · καὶ πάλιν, *Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός*. Ὅρᾳ πανταχοῦ τὴν θλίψιν ἐπαινουμένην; πανταχοῦ παραλαβανομένην, ὡς ἀναγκαίαν οὔσαν ἡμῖν; Εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἐξῴθεν ἀγῶσιν οὐδεὶς ἂν ταύτης χωρὶς στέφανον λάθοι, εἰ μὴ καὶ πόνοις καὶ σιτίῳν παραιτήσῃ καὶ νόμῳ διαίτης καὶ ἀγρυπνίαις καὶ μυρίοις ἐτέροις αὐτῶν ὑχυρώσειε, πολλῶ μᾶλλον ἐνταῦθα. Τίνα γὰρ βούλει; τὸν βασιλέα εἰπεῖν; Ἄλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος ἀμερίμνον ζῆ βίον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν θλίψεων καὶ φροντίδων γέμοντα. Μὴ γὰρ εἰς τὸ διάδημα ἴθῃ, ἀλλ' εἰς τὸ κλυδωνίον φροντίδων, δι' οὗ αὐτῷ ὁ θόρυβος τίκεται· μὴ δὲ εἰς τὴν ἀλουργίδα βλέπε, ἀλλ' εἰς τὴν ψυχὴν τὴν μᾶλλον ἐκεῖνης τῆς ἀλουργίδος μελαινομένην · οὐχ οὕτως ὁ στέφανος δεσ-

impleat omnem necessitatem vestram, alias *πάντων χάριν*, vel, *πάντων χάρις*, id est, omnem gratiam, vel, omne gaudium. Ac si quidem legatur, *Omnem gratiam*, hoc significat, non hanc solam eleemosynam quæ in terra, sed omne benefactum; sin, quod magis puto, *Omnem necessitatem*; hoc est, quod significare vult: quoniam dixerat, *Occupati eratis*, subjungit hic: quod etiam facit in Epistola ad Corinthios dicens, *Qui administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstet, et multiplicet semen vestrum, et au-geat germina frugum justitiæ vestræ* (2. Cor. 9. 10). Nam et his hoc precatur, ut abundant et habeant unde seminent; et precatur, non ut quovis modo abundant, sed, *Secundum divitias suas*. Quamobrem et hoc moderate fecit. Nam si Paulo similes omnino suis-ent, adeo philosophi, adeo crucifixi, non hoc sane effecisset: sed quoniam homines erant opifices, pauperes, uxores habebant, filios aiebant, patres familias erant, atque ex tenuitate sua tamen hæc dederant, quadamque rerum præsentium cupiditate minime carebant; ita precatur, ut se ad illorum captum demittat. Iis enim qui hoc modo uterentur, nihil absurdi tantum precari, quantum illis satis sit atque ut abundant. Vide igitur, quid precatur: non dixit, *Faciat divites*, ac valde opulentos, sed quid? *Impleat omnem necessitatem vestram*, ut ne egeatis, sed habeatis quæ vobis opus sunt: quoniam et Christus formulam vobis precandi tradens, hoc precationi adjecit, docens ita dicere, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* (Matth. 6. 11). *Secundum divitias suas*. Quid hoc est? Pro munificentia sua; id est, quod facile et cito possit facere. Ac ne existiment, quoniam dixi, *Necessitatem*, fore ut in angustias concludantur: propterea addidit, *Secundum divitias suas in gloria, in Christo Jesu*. Ita abundant, inquit, vobis omnia, ut in gloria ipsius sitis habituri. Vel igitur hoc sibi vult, fore ut nullius rei egeant; *Gratia enim*, inquit, *magna erat in omnibus illis, neque enim quisquam egens erat inter illos* (Act. 4. 33. 34): vel ut ad ipsius Dei gloriam omnia faciant; ac si diceret, *Ut ad ipsius gloriam copias suis utamini*. 20. *Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen*. Hæc autem gloria non Filii solum, sed etiam Patris est: nam dum tribuitur Filio gloria, tribuitur quoque Patri. Etenim quoniam dixerat in Christi gloriam id fieri, ne quis patet ipsius tantum, addidit, *Deo autem et Patri nostro gloria*: hæc ipsa nimirum, quæ data est Filio. 21. *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu*. Non leve et hoc: magnæ enim benevolentis est per literas etiam ipsos salutare. *Salutant vos qui mecum sunt fratres*. Atamea dicebas, *Neminem habeo unanimum, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit* (Philipp. 2. 20); quomodo igitur nunc dicis, *Qui mecum sunt fratres*? Illos qui cum ipso sunt, fratres vocat, ostendens, vel quod antea dixerat, *Neminem habeo unanimum*, non ad eos pertinere qui in urbe erant; quæ enim illis necessitas imposita erat, ut apostolica negotia susciperent? vel se non

PATROL. GR. LXII.

recusare, quin hos etiam fratres vocet, 22. *Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt*. 23. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis*. Erexit ipsos et confirmavit, ostendens ad Imperatoriam etiam domum pervenisse prædicationem. Nam si qui in regni omnia propter caelorum Regem despexerant, multo magis id faciendum ipsis erat. Atque hoc etiam indieium erat Pauli caritatis, tam multa et magna de ipsis narrare, ut hinc qui in regia erant ad eos salutandos amore addueerentur, quos numquam viderant. Maxime enim, quoniam vexabantur fideles, magna tunc rigeat caritas. Quomodo? Nam qui longe inter se distabant, sibi tamen vicissim conjuncti erant; et qui procul aberant, perinde ac si prope essent, inter se salutabant, et singuli erga singulos veluti erga sua membra affliciebantur, æque pauper erga divitem, ac dives erga pauperem, neque ulla agnoscebatur præstantia, quod omnes æque in odio essent atque ejicerentur, iisdemque de causis. Quemadmodum enim, si ex diversis civitatibus captivi quidam profecti in eandem veniant civitatem, valde se invicem complectuntur, communi illos consociante calamitate: ita etiam tunc societate incommodorum et asperitatem eos conjungente, magnam sibi mutuo caritatem præstant.

5. *Ærumnarum utilitas. Calamitates in aula Imperatoria*. — Ærumna enim et tribulatio vinculum quoddam firmissimum est, caritatis accretio, compactionis et pietatis occasio. Audi enim dicentem Davidem: *Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas* (Psal. 118. 71); et iterum alium prophetam dicentem, *Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua* (Ther. 3. 27); et rursus, *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine* (Psal. 93. 12); et alium quemdam, *Disciplinam Domini ne despicias* (Prov. 3. 11); et, *Ascendens ad servitium Domini, præpara animam tuam ad tentationem* (Eccli. 2. 1). Et Christus rursus discipulis suis dicebat, *In mundo pressuram habebitis, sed confidite* (Joan. 16. 33); et rursus, *Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit* (Joan. 16. 20); et rursus, *Angusta et arcta via* (Matth. 7. 14). Vides ubique laudari tribulationem? ubique commendari, tamquam eam quæ nobis sit necessaria? Nam si in mundanis certaminibus siue ea nemo coronam accipit, nisi et laboribus et ciborum abstinentia et tota victus ratione, et vigiliis et sexcentis aliis incommodis se munierit; multo magis hic. Quem enim tibi offeres? regemne? At neque ille vitam curis solutam vivit, sed multis molestiis atque angoribus refertam. Non enim ad diadema spectes, sed ad sollicitudinum procellam, unde illi tumultus maximus exoritur; non ad purpuram, sed ad animam illa ipsa purpura nigriorem. Non æque corona ligat caput, atque animam sollicitudo. Non ad satellitum numerum spectat, sed ad ægritudinum multitudinem: nullam enim privatam domum tot curis abundantem reperias, quot regiam. Mortes singulo quoque die imminentes a suis etiam ipsis; et ante mensam et ante potum ob oculos ver-

19

satur sanguis. Noctu vero dici non potest quam sæpe somniis ac visis excitati prosiliant. Atque hæc in pace : quod si bellum ingruat, eo magis sollicitudines intenduntur. Quid igitur tali vita miserabilius esse potest? Qualia autem a suis, sive iis qui sub ditione sua sunt, patiuntur? Etiamque certe cognato sanguine redundat semper regale pavimentum. Ac si vultis narrabo etiam quædam, et fortasse rem ita se habere intelligetis : ac potissimum quidem vetera dicam, quæ tamen adhuc memoria non exciderunt, quippe quæ nostris contingere temporibus. Quidam, ut aiunt, uxorem, de cujus adulterio suspicabatur, nudam alligavit montibus, ac feris exposuit, jam matrem sibi factam regum multorum. Quam illam putatis vitam vixisse? non enim nisi vehementi animi motu ductus, ad tantum supplicium sumendum descendisset. Hic vero idem suum ipsius filium interfecit (a); imo et hujus frater seipsum cum filiis suis. Fertur autem hic et fratrem ipsius e medio sustulisse. Atque hic quidem sibi ipse manus attulit a tyranno comprehensus; ille vero sobrinum suum una secum participem regni, quod ipse illi tradiderat. Alius autem uxorem vidit medicamentis e medio sublatam. Quoniam enim parere minime poterat, mulier quædam infelix et misera (infelix enim et misera est, quæ quod a Deo donandum erat, sua se credidit sapientia præstituram) præbitis medicamentis et reginam interemit, et ipsa simul interiit. Alius autem postea pharmacis venenatis sublatus est; poculumque ipsi fuit non jam potus, sed mors : et ipsius etiam filio oculus effossus est, metu sequentis temporis, plane immerenti. Alius vero nec quam ob causam, nec quam miserabiliter e vita excesserit, exponere satis honestum est. Eorum vero qui successerunt, alter quidem, perinde atque infirmus quidam et ærumosus homo esset, combustus est cum equis et trabibus, cæterisque rebus omnibus; et uxorem viduam reliquit. Quas enim molestias in vita habuerit, ne dici quidem potest, quas ex eo tempore, quo arma sumpsit, subire coactus est. Alter vero, qui nunc rerum potitur,

(n) Hoc loco Chrysostomus cædes et strages in Imperatoria aula et sua et patrum memoria peractas recenset, sed ut rumore ferebatur, qui rumor sæpe a rei veritate deflectere solet. Tacitis porro nominibus, Imperatorum gesta memorat. Qui primus autem affertur, uxorem et filium neci tradidit, is est haud dubie Constantianus Magnus, qui filium Crispum, et postea Faustam uxorem interfici jussit. Feris illam nudam exposuisse dicit Chrysostomus. Sed alii scriptores illam in ferventiore balneo inclusam, jussu Constantini suffocatum fuisse narrat. Remitti gesta fuit videre est apud Scriptores plurimos, accuratius vero apud Tillemontium. Sequentia nec cum historia vera, imo nec secum ipsa consistere possunt. Id vero narrare velle Chrysostomus videtur; nempe Crispi fratrem, scilicet Constantium Augustum, patris sui fratrem Julium Constantium, et filios ejus Dalmatium et Annibalianum interfici curavisse. Hi enim a militibus occisi fuere, et ut quorundam fert opinio, instigante Constantio Augusto, Constantini Magni filio. Adit postea fratrem ejus a tyranno comprehensum seipsum interfecisse. Nimirum Constantianus Augustus, Constantii frater, a tyranno Magentio, qui imperium usurpaverat, vel potius a legato ipsius comprehensus occisus fuit : uno autem excepto Chrysostomo, nullus dicit ipsum seipsum interfecisse. Adjicit, ipsam nempe Constantium sobrinum suum occidisse. Is erat Gallus, qui a Constantio consors Imperii factus, ejus jussu anno 345 occisus est.

nonne ex quo diadema gestat, perpetuo versatur in laboribus, in periculis, in molestiis, in mœroribus, in calamitatibus, in insidiis (a)? At non hujusmodi cælorum regnum; sed postquam ipsum obtinueris, pax, vita, gaudium, lætitia. Cæterum quod dicebam, nulla hic vita est ærumnarum expers. Quod si in rebus etiam publicis regalis illa conditio, quæ omnium beatissima videtur, tot redundat calamitatibus : quid putas in privatis ac domesticis? Profecto quot alia mala existant, ne dici quidem potest : multa hinc sæpe fabulæ compositæ sunt : omnes fere tragœdiæ et fabulæ, quæ aguntur in scena, ex regibus contextæ sunt. Pleraque enim, quæ in fabulis repræsentantur, ex veris rebus constant : ita enim et voluptatem habent : qualia Thyestea convivia (b), et quomodo omnis illa domus calamitatibus eversa est.

6. Sed hæc quidem ex ethnicorum libris cognovimus. Verum si vultis, Scripturas etiam, quæ idem doceant, proferemus. Saül primus regnavit : nostris autem et hunc sexcentis pressum ærumnis interiisse. Post illum David, Salomon, Abias, Ezechias, Josias itidem multis modis vexati. Nec omnino potest hæc vita sine laboribus, sine ægritudine, sine ærumnis duci. Sed nos etiam molestiis afficimur, non iisdem ex rebus ex quibus reges, sed unde magnum etiam facere possumus quæstum : *Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur* (2. Cor. 7. 10). Pro his rebus mœrendum est, pro his dolendum, pro his ægritudine suscipienda : ita mœrebat Paulus, qui lugebat pro iis, qui peccabant : *Ex multa enim, inquit, tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas* (2. Cor. 2. 4). Nam quando nihil erat, cur pro suis lugeret, pro alienis hoc faciebat : vel potius quantum ad luctum hauriendum pertinet, propria illa ducebat. Cæteri incidebant in scandalum, et ipse urebatur : cæteri languebant, languebat et ipse. Bona est hæc ægritudo; hæc omnino mundano gaudio potior. Eum qui ita lugeat, omnibus ego hominibus præpono : atque adeo ipse etiam Dominus hos beatos prædicat, hos qui alienum dolorem ut sibi communem lugent. Non æque ego Paulum ob pericula adita miror; imo non minus miror ob illa ipsa pericula, in quibus quotidie commoriebatur, sed hoc me magis evehit. Ab anima enim Dei amante

(a) Quod hic narravit Chrysostomus, tacitis pro more nominibus, de uxore Augusti cujusdam, quæ sterilis cum esset, pharmacis ad fecunditatem obtinendam usa est; ipsaque cum illa paritor, quæ pharmaca dederat, interiit : de alio item Augusto, qui venenatis pharmacis sublatus est, et cujus filio oculus effossus fuit; deque alio, qui infans modo perit : illa, inquam, omnia ad quos pertineant nudum assequi potui. Quod vero subjicit de alio qui cum equis, trabibus cæterisque omnibus combustus est, ad Valentinum Augustum spectat. Qui cum, in pugna Hadrianopolitana victus, in domum quandam se recepisset, cum ipsa domo in cineres redactus est. Quod dicit tandem de illo qui tunc imperabat (is erat Arcadius), verum omnino comprobatur ex historia illius ævi.

(b) Apud poetas et mythologos celebratur Thyesteum convivium. Thyestes enim Pelopis filius, cum Atrei fratris uxore concubuit : Atreus vero proprii filii carnes Thyestæ in epulas apposuit. Similes epulas et *OEdipeos concubitus* Christianis ethnici falso objiciebant, ut videas apud Justinum Martyrem, Athenagoram, Theophilum Antiochenum et Tertullianum.

μετ' ἡν κεφαλὴν, ὡς τὴν ψυχὴν ἢ φροντίς· μηδὲ εἰς τὸ τῶν δαρυφόρων πλῆθος ἴδης, ἀλλ' εἰς τὸ τῶν ἀθυμιῶν πλῆθος· οὐδὲ γὰρ ἔσειν ἰδιωτικὴν οἰκίαν εὐδρεῖν τοσοῦτων γέμουσαν φροντίδων, ὅσων τὰ βασίλεια. Θάνατοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκώμενοι παρ' αὐτοῖς τούτοις, καὶ πρὸ τῆς τραπέζης τὸ αἷμα ὁρᾶται, καὶ πρὸ τοῦ ποτοῦ. Ἐν δὲ ταῖς νυξίν οὐδὲ εἰπεῖν ἔστιν ὁσάκις ἄλλονται καὶ ἀναπηδῶσι φαντασιούμενοι. Καὶ ταῦτα δὴ ἐν εἰρήνῃ· εἰ δὲ πόλεμος καταλάβοι, ἔτι τὰ τῶν φροντίδων ἐπιτείνεται. Τί τοῖνον τοῦ βίου τοῦτου ἐλεεινότερον γένοιτ' ἂν; Τὰ δὲ παρὰ τῶν οὐρανῶν ὅσα; τῶν ἀρχομένων λέγω. Ἄμβλοι καὶ συγγενικῶν αἰμάτων ἀεὶ γέμει τὸ ἐδομαζοῦν βασιλικόν. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τινὰ καὶ διηγήσομαι, καὶ τάχα ἐπιγνώσεσθε ὅτι οὕτως ἔχει· μάλιστα μὲν καὶ τὰ παλαιὰ ἐρῶ, πλὴν ἀλλ' ὁμως ἔτι τῇ μνήμῃ φυλαττόμενα, ἅτε καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων [318] γενόμενα τῶν ἡμετέρων. Ὁ δεῖνα, φησι, τὴν γυναῖκα ὑποπτύσας ἐπὶ μοιχεῖα, γυμνὴν προσέδωκεν δρεσι, καὶ θηρίοις ἐξέδωκεν, ἥδη μητέρα γενομένην αὐτῷ βασιλέων πολλῶν. Οἴαν οἴεσθε ζωὴν ζῆν ἐκεῖνον; οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ σφόδρα κατετάκη τῷ πάθει, εἰς τοσαύτην ἐξέδῃ τιμωρίαν. Ὁ αὐτὸς δὲ οὕτως τὸν υἱὸν ἀπέσφαξε τὸν αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ ὁ τοῦτου ἀδελφὸς ἑαυτὸν μετὰ τῶν παίδων αὐτοῦ. Λέγεται δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν οὕτως ἀνηρηκέναι τὸν αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν ἀνέβλεν, ὑπὸ τυράννων καταληφθεὶς, ὁ δὲ τὸν ἀνεψιὸν τὸν αὐτοῦ κοινωκούντα τῆς βασιλείας αὐτῷ, ἦν αὐτὸς ἐνεχείρισεν. Ἄλλος τὴν γυναῖκα εἶδεν ὑπὸ πεσσῶν διασπαρείσαν· ὡς γὰρ οὐκ ἔτικτε, γυνὴ τις ἀθλία καὶ ταλαίπωρος (ἄθλια γὰρ καὶ ταλαίπωρος, ἢ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄρωρον ἤλπισε δεῖ οἰκίας παρῆξιν σοφίας), πεσοῦσα δοῦσα, διέφθειρε τὴν βασιλίδαν, καὶ συνδιεφθάρη καὶ αὐτή. Ἔτεροι πάλιν μετὰ τοῦτο ὑπὸ δηλητηρίων ἀνήρητο φαρμάκων, καὶ τὸ ποτήριον ἦν αὐτῷ λοιπὸν οὐκέτι πόμα, ἀλλὰ θάνατος· καὶ ὁ υἱὸς αὐτῷ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξωρῦντετο φόβῳ τῶν μελλόντων, οὐδὲν ἠδίκηκως. Ἄλλος, οὐδὲ εἰπεῖν καλόν, ὅπως κατέλυσε τὸν βίον ἐλεεινῶς. Τῶν δὲ μετὰ τούτους ὁ μὲν κατεκάη, καθάπερ εἰς ἀθλιὸς καὶ ταλαίπωρος, μετὰ ἵππων καὶ δοκῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, καὶ τὸ γύναιον ἐν χρεῖσι. Τὰς γὰρ ἐν τῷ ζῆν λύπας οὐδὲ εἰπεῖν ἔστι, ἅς, ὅτε οὕτως ἐπανάστη, ἠναγκάζετο ἔχειν. Οὗτος δὲ ὁ νῦν κρατῶν οὐχὶ ἐξ οὗ τὸ διάδημα περιέθετο, ἐν πόνοις, ἐν κινδύνοις, ἐν λύπαις, ἐν ἀθυμίαις, ἐν συμφοραῖς, ἐν ἐπιβουλαῖς; Ἄλλ' οὐχ ἡ βασιλεία τοιαύτη τῶν οὐραμῶν· ἀλλὰ μετὰ τὸ λαβεῖν αὐτήν, εἰρήνην, ζωὴν, χαρὰν, εὐφροσύνην. Ἄλλ', ὅπερ ἔλεγον, οὐκ ἐνὶ βίῳ ἀταλαιπώρητος. Εἰ δὲ ἐν ταῖς βιωτικαῖς καὶ ὁ μάλιστα μακαριώτερος, ὁ ἐν βασιλείᾳ, τοσοῦτων γέμει συμφορῶν, εἰ οἷε ἐν ταῖς ἰδιωτικαῖς; Καὶ πόσα ἕτερα κακὰ, οὐδὲ εἰπεῖν ἔστι. Πόσοι κολλᾶσι καὶ μῦθοι ἀπὸ τούτων ἐπλάσθησαν, πάσαι σχεδὸν αἱ ἐπὶ [319] τῆς σκηνῆς τραγῳδία ἀπὸ τῶν βασιλέων ὑφαίνονται, καὶ αὐ μῦθοι. Τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν ἐν ταῖς μύθοις ἀπὸ τῶν γενομένων πέπλασται· οὕτω γὰρ ἔχει καὶ ἡβονή· οἶον, τὰ Θεοῦστεια δεῖπνα, καὶ ὡς πᾶσα ἐκείνη ἢ οἰκία βιά συμφορῶν κατέστρεψεν.

ς'. Ἄλλα ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν παρὰ τῶν ἔξωθεν συντεθέντων ἴσμεν· εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ἀπὸ τῶν ἑσφωφῶν ἐροῦμεν. Ὁ Σαοὺλ πρῶτος ἐθασίλευσεν, ἀλλ' ἴστε πῶς καὶ οὗτος ἀπίλυτο μυρίων πειραθεὶς κακῶν. Μετ' ἐκεῖνον ὁ Δαυὶδ, ὁ Σολομῶν, ὁ Ἀβιά, ὁ Ἐζεκίας, ὁ Ἰωσίας ὁμοίως. Οὐ γὰρ ἔστι θλίψις χωρὶς, οὐκ ἔστι πόνων χωρὶς, οὐκ ἔστιν ἀθυμία· ἐκτός τὸν παρόντα βίον διελεῖν. Ἄλλ' ἡμεῖς ἀθυμῶμεν μὴ ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν αἱ βασίλεις, ἀλλ' ὑπὲρ τοιούτων, ὑπὲρ ὧν καὶ κέρδος ἔχομεν μέγα· Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνουεν εἰς σφληνῶν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. Ὑπὲρ τούτων χρὴ λυπεῖσθαι, ὑπὲρ τούτων ἄλγειν, ὑπὲρ τούτων δάκνεσθαι· οὕτως ἐλυπεῖτο Παῦλος ὑπὲρ τῶν ἀμαρτανόντων, οὕτως ἐδάκρυν· Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως, φησι, καὶ συνοχῆς καρδίας ἐγραψα ἑμὶν διὰ πολλῶν δακρῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὲρ οἰκείων οὐκ ἔχει πενθεῖν, ὑπὲρ τῶν ἄλλοτριῶν τοῦτο ἐποιεῖ· μᾶλλον δὲ κάκεινα οἰκεῖα ἡγεῖτο κατὰ τὸν τοῦ πένθους λόγον. Ἔτεροι ἐσκανδαλίζοντο, καὶ αὐτὸς ἐπαρούτο· ἔτεροι ἠσθόουν, καὶ αὐτὸς ἠσθένει. Ἀγαθὸν ἡ τοιαύτη λύπη, πάσης κρείττων αὕτη χαρὰς κοσμηκῆς. Τὸν οὕτω πενθούντα ἐγὼ πάντων τῶν ἀγαθῶν προκρίνω· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς τοῦς οὕτω πενθούντας μακαρίζει ὁ Κύριος, τοὺς συμπαθεῖς. Οὐχ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τοῖς κινδύνοις θαυμάζω· μᾶλλον δὲ οὐχ ἤττον αὐτὸν τῶν κινδύνων θαυμάζω, ὅφ' ὧν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπέθνησκον· ἀλλὰ φουδὸς με μᾶλλον αἰρεῖ. Ἀπὸ γὰρ ψυχῆς φιλοθέου καὶ φιλοσπύργου ἐγένετο, ἀπὸ ἀγάπης, ἦν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐξήγει, ἀπὸ συμπαθείας ἀδελφικῆς καὶ πατρικῆς, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων ἀφορτέρων μερίζων. Οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, οὕτω δακρύνειν· τὰ τοιαῦτα δάκρυα πολλῆς ἔστιν εὐφροσύνης μεστά· τὸ τοιοῦτον πένθος ὑπόθεσις χαρᾶς ἔστι. Καὶ μὴ μοι εἴπης, τί πλέον ἐκ τοῦ θρηνεῖν, ὑπὲρ ὧν τοῦτο ποῶ; Κἂν μὴδὲν ὀνήσωμεν τοὺς θρηγουμένους, ἀλλὰ πάντως ἡμᾶς αὐτοὺς ὠφελήσομεν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἄλλοτριῶν οὕτως ἀλγῶν, πολλῶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἰδίων τοῦτο ποιήσεται· ὁ ἐπὶ ταῖς ἑτέρον οὕτω δακρῶν, οὐκ ἀδακρυτὴ τὰ οἰκεῖα παρελεύσεται πλημμυλῆματα· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀμαρτήσσει ταχέως. Τὸ δὲ δεῖνόν, ὅτι κελουσθέντες οὕτως ἐπὶ τοῖς ἀμαρτανόουσι θρηνεῖν, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις εἰνὰ ἐπιδεικνύμεθα μετάνουεν, [320] ἀλλ' ἀγαλῆτως πταίοντες διακεῖσθαι, καὶ πάντων μᾶλλον φροντίζομεν, καὶ πάντα λογίζομεθα μᾶλλον ἢ τὰ οἰκεῖα ἀμαρτήματα. Διὰ τοῦτο χαίρομεν χαρὰν τὴν ἀνόνητον, τὴν τοῦ κόσμου, τὴν εὐθὺς σβεννυμένην, τὴν μυρίας τίκτουσαν λύπας. Ἀναθηθῶμεν οἶνον λύπην χαρᾶς μητέρα, καὶ μὴ ἠσθῶμεν χαρὰν λύπην τίκτουσαν· ἀφῶμεν δάκρυα σπεύροντα πολλὴν εὐδοκίαν, καὶ μὴ γελῶμεν γέλωτα βρυγμὸν ἡμῶν ὀδόντων εἰκρόντα· θλιδῶμεν θλίψιν, ἀφ' ἧς ἄνεσις βλαστάνει, καὶ μὴ ζητώμεν τρυφήν, ἀφ' ἧς πολλὴ θλίψις καὶ ὀδύνη τίκεται· ἐπὶ τῆς γῆς μικρὸν πονήσωμεν, ἵνα τρυφήσωμεν διηνεκῶς ἐν ταῖς οὐρανοῖς· ἐν τῷ ἐπιτήρῳ βίῳ θλίψομεν ἑαυτοὺς, ἵνα ἐν τῷ ἀπείρῳ τύχωμεν ἀνέσεως· μὴ διαχθῶμεν ἐν τῷ βραχεῖ τούτῳ, ἵνα μὴ στενάξωμεν ἐν τῷ ἀπείρῳ. Οὐχ ὁρᾷτε

πόσοι καὶ ἐνταῦθα θλίβονται βιωτικῶν ἕνεκεν πραγμάτων; Ἐνόησον ὅτι καὶ σὺ εἶς ἐξ ἐκείνων εἶ, καὶ φέρε τὴν θλίψιν καὶ τὴν ὀδύνην, τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων τρεφόμενος· οὐκ εἶ σὺ τοῦ Παύλου βελτίων οὐδὲ τοῦ Πέτρου, τῶν οὐδέποτε ἀνέσεως τυχόντων, τῶν ἐν λιμῶ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι τὸν πάντα βίον διεξελθόντων. Εἰ βούλει τῶν αὐτῶν ἐκείνοις τυχεῖν, τί τὴν ἐναντίαν ὁδεύεις ὁδόν; εἰ βούλει πρὸς τὴν πό-

λιν ἀπαντῆσαι ἐκείνην, ἥς ἐκεῖνοι κατηξιώθησαν, ἐκείνην βάδιζε τὴν ὁδὸν τὴν ἐκεῖ φέρουσαν. Οὐ φέρεται ἡ τῆς ἀνέσεως ὁδὸς ἐκεῖ, ἀλλ' ἡ τῆς θλίψεως· ἐκείνη εὐρύχωρος, αὕτη στενή. Ταύτην βαδίζωμεν, ἵνα τύχωμεν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

---

### MONITUM

Hasce Conciones Constantinopoli habitas fuisse, clare indicat Chrysostomus, cum dicit in fine homiliæ tertiæ se episcopum in throno sedere. Facile quoque videtur esse annum assignare, quo hæc concionatus est sanctus Doctor. Ex iis enim, quæ dicit homilia septima, numero 3, indicare omnino videtur Eutropium eunuchum, licet tacito nomine de illo agat, hoc ipso tempore de gradu dejectum et expulsum. Quis enim alius, quæso, fuerit *ex numero eunuchorum*, qui heri in tribunali sedebat, qui clamantibus et præviis præconibus per forum incedebat, ambitiose sui terrorem incutiens : quique hodie ex tanta fortuna dejectus, ab omnibus desertus, vilis et nudus tanquam pulvis eventilatur? Quis, inquam, alius hic fuerit quam Eutropius eunuchus, cui isthæc omnia acciderunt? Quia vero de Eutropio ille sic tacito nomine loquitur, tanquam post suum ex tanta fortuna lapsum adhuc in vivis versante; Eutropius vero post tantum casum in Cyprum statim relegatus, haud diu postea inde eductus et capite truncatus fuit anno vertente 399 : hinc sequitur in annum 399 conferendam esse hujus homiliæ prædicationem.

Aliud etiam in homilia secunda, num. 4 occurrit, unde temporis notam expiscari possumus. Dicitur namque isthic : *Quis expectasset ea, quæ nunc eveniunt in diversis locis, terræ motus et urbium eversiones?* Hi tauti terræ motus in annum 398 referuntur, ut pluribus dicitur in Vita Chrysostomi. Neque pugnat illud cum anni 399 nota certa quam modo posuimus. Advertendum namque est, illud quod de Eutropio dicitur in homilia septima occurrere; quod autem de terræ motibus in homilia secunda. Potuit autem homilia secunda aliquanto tempore, imo aliquot mensibus homiliam septimam præcessisse, cujus rei exempla non pauca suppetunt. Ad hæc vero illud, *quæ nunc eveniunt*, non ita ad litteram accipiendum est. Illæ enim tantæ calamitates etiam hodierno more diu dicuntur nunc evenire; damna namque importata manent et saltem per annum, nunc, ex recepto more, accidisse dicuntur. Adde verisimile esse illos terræ motus et urbium eversiones aliquanto tempore perseverasse.

Harum homiliarum stylus atque dictio multis in locis concisa est, etiamque intricata, vix ut possit intelligi; sed quia ad auditorum captum accommodata erat, nihil dubium est, ea quæ nobis intercisca et captu difficilia videntur, non perinde Constantinopolitanæ plebi, huic dicendi generi assuetæ, obscura fuisse.



et tenera proficiscerentur, a caritate quam Christus ipse quærebat, ex quodam naturæ consensu fraterno et patrio, ac potius utrisque istis majore. Hoc modo afflicti oportet, hoc modo flere: hujusmodi lacrymæ magno sunt refertæ gaudio; hujusmodi luctus causa lætitiæ est. Ac ne mihi dicas, Quid utilitatis afferunt meæ lacrymæ iis, pro quibus hoc facio? Nam etsi illis nihil prosimus, ac certe nobis ipsis proderimus. Nam qui sic pro alienis dolet, multo magis pro suis dolebit; qui aliena luget, is certe vitia et delicta sua non sine lacrymis abire sinet; imo non cito peccabit. Nos vero, quod omnium gravissimum est, jussi aliena peccata flere, ne in nostris quidem unum pœnitentiæ signum damus; sed sine ullo doloris sensu cadimus, et omnia curamus magis, omnia magis expendimus quam peccata nostra. Ideo gaudemus gaudium hoc inutile: quod cito perit, quod sexcentas parit ægritudines. Mœreamus igitur mœrore gaudii auctore, et ne gaudeamus gaudio ægritudinis parente: emittamus lacrymas multum voluptatis seminantes, et non rideamus risu, qui stridorem nobis dentium gignat:

afflictemus nos afflictione illa unde requies existit, et ne delicias quæramus ex quibus ærumna et dolor. Ad breve tempus in terra laboremus, ut perpetuo nos oblectemus in cælis: in caduca hac vita nos ipsi afflictemus, ut in infinita illa requiem consequamur: non diffuamus deliciis in hac brevi, ne in illa infinita suspiremus. Annon videtis quot homines hic etiam rerum ad hanc vitam pertinentium causa angantur? Existima te quoque unum ex illis esse, et fer ærumnam ac dolorem, spe futurorum bonorum nutritus. Non tu es Paulo melior, non Petro: quibus numquam otium datum est; qui in fame et siti et nuditate totam vitam confecerunt. Si eadem atque illi vis consequi, cur contrariam insistis viam? si ad civitatem illam vis pervenire, qua illi digni facti sunt, illam persequere viam quæ illuc fert. Non illuc otii fert via, sed ærumnæ: illa lata, hæc angusta est. Hac iter faciamus, ut consequamur æternam vitam in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honos, nunc et semper, et in secula sæculorum. Amen.

---

#### AD HOMILIAS S. JOANNIS CHRYSOSTOMI IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

In hisce porro concionibus multa discimus de ritu Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Liturgia; interque alia dicitur pacem innumeris pene vicibus inter orandum petitam fuisse. Quædam etiam occurrunt de Ecclesiæ opinione atque sententia; exempli causa de angelis custodibus, qui singuli singulis hominibus ad tutelam assignantur.

Ut erat Chrysostomus verax, æqui amans, et ad carpenda vitia pronus, ne Imperatori quidem parcat; sed Theodosium Magnum, licet tacito nomine, carpit hom. septima, n. 3, quod Antiochenam civitatem, offensus, perdere ac destruere voluerit. Imperatricem vero, Eudociam nempe, non leviter insectatur hom. decima, num. 4 et 5, ob luxum nimium et profusos in vestes aureas sumptus, qui membris Christi pauperibus tegendis atque fovendis deputandi erant. Ex hac porro tanta dicendi libertate, quid demum sancto Doctori acciderit, ignorat nemo, et nos pluribus recensuimus in ejusdem Vita.

Non deerant oratori strenuo, dicaci, æqui bonique cupido, quæ in Constantinopolitanorum moribus carperet et insectaretur. Nam divitum tantus erat luxus, tanti in mensis apparatus atque sumptus, ut non sine stupore legantur ea quæ ille in homilia prima, num. 4 recenset. Plebem autem, imo Constantinopolitanos omnes jure objurgat et incessit; quod multi omnia humana fato ferri dicerent atque putarent, ideoque Dei providentiam nihil curarent; quod pluriini resurrectionem negarent; quod observationes dierum apud illos vigerent: hoc vero genus superstitionis diu multumque in occidentalibus etiam partibus invaluit, ut alibi demonstravimus. Ligamina etiam, quæ græce *πεπλαττα* dicuntur, et alias multas spuerstitiones apud illos observari dicit hom. octava, num. 5. Morem quoque omnino damnum insectatur, quod nempe Constantinopolitani meretricum cuneos ad nuptias celebrandas advocarent.

Singulare omnino est id quod dicit hom. septima, num. 5, nempe regem Persarum illo ipso quo Chrysostomus concionabatur tempore, barbam habuisse auream. Prolixam certe, densam et adjectitiam fuisse regum Persarum barbam exemplis et schematibus confirmatur in Antiquitate explanata Tom. 3; hic vero adjicitur eam fuisse auream.

Interpretationem Latinam Gentiani Herveti plurimis in locis castigavimus.

---

SANCTI PATRIS NOSTRI

# JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSIS COMMENTARIUS (a).

---

HOMILIA I.

*Cap. 1. v. 1. Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, 2. iis qui sunt Colossis sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu, 3. gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Sanctæ quidem sunt omnes Epistolæ Pauli; aliquid autem habent amplius earum, quæ illo vinculo mittuntur, cujusmodi sunt Epistolæ ad Ephesios, ad Philemonem, ad Timotheum, et hæc præsens: nam ea quoque missa est cum esset in vinculis, sicut scribens dicebat: *Propter quod etiam victus sum; ut manifestem illud ita ut oportet me loqui (Col. 4. 3. 4).* Sed hæc videtur esse posterior Epistola ad Romanos. Nam illam quidem scripsit cum Romanos nondum vidisset, hanc autem cum jam vidisset, et jam esset in fine prædicationis. Illine autem est perspicuum: dicit enim in Epistola ad Philemonem, *Cum sis talis ut Paulus senex (Philem. 9)*, et rogans pro Onesimo: in hac autem mittit ipsum Onesimum, sicut dicit, *Cum Onesimo fidei et dilecto fratre (Col. 4. 9)*; fidelem et dilectum, et fratrem eum vocans. Quamobrem confidenter dicit in hac Epistola: *A spe evangelii quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura quæ sub celo est (Ibid. 1. 23).* Jam enim tempus habebat prædicationis. Hac ergo existimo esse posteriorem

Epistolam ad Timotheum, quæ circiter ejus mortem scripta fuit: illic enim dicit, *Ego enim jam delibor (2. Tim. 4. 6)*. Est vero hæc epistola antiquior illa quæ scripta est ad Philippenses: illic enim tunc erat, vinculo- rum quæ fuerunt Romæ habens initium. Cur ergo dico has epistolas plus habere quam alias? Propterea quod eas scriberet cum esset in vinculis: ut si vir fortis scriberet, a cædibus interm desistens et tro- pæis, sic ipsis quoque faciebat. Sciebat enim ille hoc esse magnum: ad Philemonem enim scribens, dicit, *Quem genui in vinculis meis (Philem. 10)*. Hæc autem dixit, ne in rebus adversis et asperis dolore afficia- mur; sed etiam lætemur. Illic erat apud eos Philemon: etenim illic scribens dicit, *Et Archippo commilitoni nostro (Ibid. 2)*; et hic, *Dicite Archippo (Col. 4. 17)*. Videtur porro huic fuisse mandatam aliquod munus Ecclesiæ. Nec hos autem viderat, neque Romanos, neque Hebræos, quando ad eos scribebat. Atque de illis quidem multis in locis id significat; de his autem audi eum dicentem: *Et quicumque non viderunt faciem meam in carne; et rursus, Et si absun carne, spiritus tamen sum vobiscum (Col. 2. 1. 5)*. Ita noverat ubique rem magnam esse suam præsentiam, et se semper etiam absentem tamquam præsentem exhibet et sistit: et quando punit fornicatorem, vide quomodo se iudicio tamquam præsentem sistit: nam *Ego quidem, inquit, tamquam absens corpore, præsens autem spiritu, jam*

(a) Homiliæ in Epistolam ad Colossenses collatæ sunt tum Codice Regio 1935; et cum Colbertinis 909 et 4122.

## ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

## ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

### ΟΜΙΛΙΑ Α'.

[322] Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, τοῖς ἐν Κολοσσαῖς \* ἀγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

α'. Πᾶσαι μὲν ἅγιοι αἱ ἐπιστολαὶ Παύλου, ἔχουσι δὲ τι πλεόν αἱ δεδεμένοι αὐτοῦ πεμπόμεναι, διὰ ἐστὶν ἡ πρὸς Ἐφεσίους, οἷα ἡ πρὸς Φιλήμονα, οἷα ἡ πρὸς Τιμόθεον, οἷα ἡ πρὸς Φιλιπησίους, οἷα αὕτη ἡ παρῶσα· καὶ γὰρ καὶ αὕτη δεσμίου ὄντος ἐπέμπετο, καθὼς γράφων ἔλεγε· Διδὸ καὶ δέδεμαι, ἵνα φανερώσω αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Ἄλλ' αὕτη μὲν δοκεῖ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ὑστέρα εἶναι. Ἐκείνη μὲν γὰρ οὐδέπω ἰδὼν Ῥωμαίους ἔγραψε, ταύτην δὲ ἤδη τεθεσμένος, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ κηρύγματος ὢν. Καὶ δῆλον ἐκείθεν· ἐν γὰρ τῇ ἐπιστολῇ φησι τῇ πρὸς Φιλήμονα, *Τοιοῦτος ὢν, ὡς Παῦλος πρεσβύτης, καὶ [323] ὑπὲρ Ὀνησίμου ἀξιώων· ἐν ταύτῃ δὲ αὐτὸν πέμπει τὸν Ὀνησίμον, καθὼς φησι, Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, πιστὸν καὶ ἀγαπητὸν, καὶ ἀδελφὸν αὐτὸν καλῶν. Διδὸ καὶ θαρρόντως λέγει ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ· Ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν· ἤδη γὰρ χρόνον εἶχε τὸ κήρυγμα. Ταύτης οὖν ὑστέραν<sup>b</sup> οἶμαι τὴν πρὸς Τιμόθεον εἶναι, καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ τελευτῇ λοιπὸν· ἐκεῖ γὰρ φητιν, Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι. Τῆς μὲν οὖν πρὸς Φιλιπησίους*

ἤδη πρεσβυτέρα· ἐν ἐκείνῃ γὰρ φαίνεται ἀρχὴν ἔχων τῶν δεσμῶν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ. Τίνος δὲ ἕνεκεν λέγω πλεόν ἔχειν ταύτας τὰς ἐπιστολάς; Κατὰ τοῦτο, ὅτι ἐν δεσμοῖς ὢν αὐτὰς γράφει· ὡς ἂν εἰ ἀριστεύς σφαγὰς μεταξὺ καὶ τρόπαια ἰστάς<sup>c</sup> ἐπέστειλεν· οὕτω δὲ ἐποίηε καὶ αὐτός. Οἶδε γὰρ καὶ αὐτός τοῦτο μέγα ὄν· τῷ γὰρ Φιλήμονι γράφων φησὶν, Ὅν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. Ταῦτα δὲ εἶπεν, ἵνα μὴ ἀσχάλλωμεν πρὸς τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ χαίρωμεν. Ἐνταῦθα ἦν παρὰ τοῦτοις Φιλήμων· καὶ γὰρ ἐκεῖ γράφων φησὶ, Καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν· καὶ ἐνταῦθα, Εἶπατε Ἀρχίππῳ. Δοκεῖ μοι οὗτος ἐγχειρίζθαι τινὰ τῆς Ἐκκλησίας. Οὐκ εἶδε δὲ οὔτε τοῦτους, οὔτε Ῥωμαίους, οὔτε Ἑβραίους, ἠνίκα ἔγραψε πρὸς αὐτούς. Καὶ περὶ μὲν ἐκείνων πολλὰ χροῦ δηλοῖ, περὶ δὲ τούτων ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος, Καὶ ὁσοὶ οὐχ ἐωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ· καὶ πάλιν, Εἰ καὶ τῇ σαρκὶ ἀπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι. Οὕτως ἤδει μέγα ὄν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ πανταχοῦ, καὶ δεῖ ἑαυτὸν καὶ ἀπόντα ἐφίστησι· καὶ ὅταν κολάζῃ τὸν πορνεύοντα, ὅρα πῶς ἑαυτὸν ἐφίστησι τῷ δικαστηρίῳ. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν· καὶ πάλιν, Ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν· καὶ πάλιν, Μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναι με πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἐν τῷ ἀπεινᾶι με.

\* Reg. τοῖς ἐν Κολασσεῖς, bis.

<sup>b</sup> Rekius et marg. Savil., πρεσβυτέρων, male: quam lectionem Interpres Latinus secutus fuerat.

<sup>c</sup> Andreas Dunæus legendum putat στάς.

**Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ.** Ἄξιον δὲ καὶ τὴν ὑπόθεσιν εἰπεῖν, ἣν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς εὐρόμεν. Τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; Δι' ἀγγέλων ἠεροσσηγόντο τῷ Θεῷ, παρατηρήσεις εἶχον πολλὰς καὶ Ἰουδαϊκὰς καὶ Ἑλληνικὰς. Ταῦτ' οὖν διωρθοῦται. Διὰ τοῦτο καὶ ἀργόμενός φησι, διὰ θελήματος Θεοῦ. Ἰδοὺ πάλιν τὸ, Διὰ, τέθεικε. Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, φησὶν. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἀπόστολος. Εἰκὸς δὲ καὶ τοῦτον αὐτοῖς γνωρίζεσθαι. *Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἀγίοις.* Ἡ πόλις τῆς Φρυγίας ἦν· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τῆν Λαοδικεῖαν πλησίον εἶναι· καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. Πόθεν, φησὶν, ἅγιος γέγονας, εἰπέ μοι; πόθεν πιστὸς καλῆ; οὐχ ὅτι διὰ τοῦ θανάτου ἠγιασθῆς τοῦ Χριστοῦ; οὐχ ὅτι εἰς [324] Χριστὸν πιστεύεις; Πόθεν ἀδελφός γέγονας; οὐ γὰρ ἐν ἔργῳ, οὐδὲ ἐν λόγῳ, οὐδὲ ἐν κατορθώματι πιστὸς ἐφάνης. Πόθεν τοσαῦτα ἐπιστεύθης, εἰπέ μοι, μυστήρια; οὐ διὰ Χριστόν; *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν.* Πόθεν ἢ χάρις ὑμῖν; πόθεν ἢ εἰρήνη; Ἀπὸ Θεοῦ, φησὶ, Πατρὸς ἡμῶν. Καίτοι ἐν αὐτῇ τὸ τοῦ Χριστοῦ οὐ τίθησιν ὄνομα. Πρὸς τοὺς τὸ Πνεῦμα διαβάλλοντας ἐρῶ, πόθεν ὁ Θεὸς Πατὴρ τῶν δούλων; ταῦτα τὰ μεγάλα τίς κατώρθωσε; τίς ἅγιόν σε ἐποίησε; τίς πιστόν; τίς υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ὁ ποιήσας σε ἀξίόπιστον, αὐτὸς καὶ τοῦ πιστευθῆναι σε ἅπαντα αἴτιος.

β'. Πιστοὶ γὰρ οὐ διὰ τὸ πιστεύειν καλούμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια, ἅπερ οὐδὲ ἄγγελοι πρὸ ἡμῶν ἤδρασαν. Ἀλλ' ἀδιάφορον τῷ Παύλῳ οὕτω ταῦτα τίθεναι. *Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ τῷ Πατρὶ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἐμοὶ δοκεῖ πάντα ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνατιθέναι, ὥστε μὴ εὐθέως αὐτοῖς προστεῖναι τὸν λόγον. Πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι. Οὐ διὰ τῆς εὐχαριστίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διηγενοῦς εὐχῆς τὴν ἀγάπην δείκνυσιν, ὅτι καὶ οὐς οὐχ ἔώρα, τοῦτους εἶχε διὰ παντός ἐν αὐτῷ. *Ἀκούσατε τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Ἀνωτέρω, τοῦ Κυρίου ἡμῶν, εἰπὼν, ἐνταῦθα, Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγει. Αὐτὸς ἐστὶ Κύριος, φησὶν· οὐχ, οἱ δούλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα σύμβολα τῆς εὐεργεσίας· Αὐτὸς γὰρ, φησὶ, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. *Ἀκούσατε τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντα τοὺς ἀγίους.* Ἦδη οικειοῦται αὐτοῦ. Ἐπαφρόδιτος ἐστὶν ὁ ταῦτα ἀπαγγέλλων. Πέμπει δὲ τὴν ἐπιστολὴν διὰ Τυχικοῦ, ἐκεῖνον παρ' ἑαυτοῦ κατασχών. *Καὶ τὴν ἀγάπην,* φησὶ, *τὴν εἰς πάντας τοὺς ἀγίους.* Οὐκ εἰς τόνδε καὶ τόνδε· οὐκοῦν καὶ εἰς ἡμᾶς. *Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Τὰ μέλλοντα, φησὶν, ἀγαθὰ. Τοῦτο πρὸς τοὺς πειρασμούς, ὥστε μὴ ἐνταῦθα ζητεῖν τὴν ἀνεσιν. Ἴνα γὰρ μὴ τις εἴπη, καὶ τί τὸ κέρδος τῆς ἀγάπης τῆς εἰς τοὺς ἀγίους, κοπτομένων αὐτῶν; χαίρομεν, φησὶν, ὅτι μεγάλα ἑαυτοῖς προξενεῖτε ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Διὰ τὴν ἐλπίδα,* φησὶ, *τὴν ἀπο-*

*κειμένην.* Τὸ ἀσφαλές ἔδειξεν. Ἦν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας. Ἐνταῦθα πλήττοντος αὐτοῦς ἐστὶ τὸ ῥῆμα, ὅτι πολὺν χρόνον ἔχοντες μεθέστησαν. Ἦν προηκούσατε, φησὶν, ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου. Καὶ ἀληθεῖαν μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· εἰκότως· οὐδὲν γὰρ ψεύδος ἐν αὐτῷ. Τοῦ Εὐαγγελίου. Οὐ λέγει, τοῦ κηρύγματος, ἀλλ' εὐαγγέλιον καλεῖ, συνεχῶς ἀναμνησκῶν αὐτοῦς τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ πρώτων ἐπαίνεσάς αὐτοῦς, οὕτω τοῦτων ἀναμνησκει. *Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ.* Ἦδη χαρίζεται αὐτοῖς. Παρόντος δὲ μεταφορικῶς εἶπεν· οὐ παρεγένετο, [325] φησὶ, καὶ ἀπέστη, ἀλλ' ἔμεινε καὶ ἐστὶν ἐκεῖ. Εἶτα, ἐπειδὴ μάλιστα οἱ πολλοὶ ἐκ τοῦ κοινωνοῦς ἔχουν πολλοὺς τῶν δογμάτων στηρίζονται, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, *Καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ.* Πανταχοῦ, φησὶ, πάρεστι, πανταχοῦ κρατεῖ, πανταχοῦ ἔστηκε. *Καὶ ἐστὶ καρποφορούμενον, καὶ αὐξανόμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν.* Καρποφορούμενον διὰ τὰ ἔργα, αὐξανόμενον τῷ πολυλεύς παραλαμβάνειν, τῷ μάλλον στηρίζεσθαι. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς τότε πυκνὰ γίνεται, ὅταν στηριχθῇ τὸ φυτόν. *Καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν.* Προκαταλαμβάνει τὸν ἀκροατὴν τοῖς ἐπαίνοις, ὥστε μὴ δὲ ἀκοντα ἀποστῆναι. Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε. Τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ταχέως προσήλθετε καὶ πιστεύσατε, καὶ εὐθέως ἐκ προοιμίων ἐπεδείξασθε τοὺς καρπούς. Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε, καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ. Οὐκ ἐν λόγῳ, φησὶν, οὐδὲ ἐν ἀπάτῃ, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις. Τοῦτο τοίνυν λέγει, *Καρποφορούμενον*· ἦτοι τὰ σημεῖα καὶ τὰ θαύματα ὅτι ἅμα ἐδέξασθε, ἅμα ἐγνώτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Τὸ τοίνυν εὐθέως ἐπιδειχόμενον τὴν οικεῖαν δύναμιν πῶς οὐ χάλεπον νῦν ἀπιστεῖσθαι; *Καθὼς καὶ ἐμάθετε παρὰ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν.* Τοῦτον εἰκὸς ἐκεῖ κηρυχέναι· ἐμάθετε τὸ Εὐαγγέλιον. Εἶτα τὸ ἀξίόπιστον δείκνυς τοῦ ἀνδρός, φησὶ, *Τοῦ συνδούλου ἡμῶν.* *Ὅς ἐστὶ πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι.* Μὴ ἀμφιβάλετε, φησὶ, περὶ τῆς μελλούσης ἐλπίδος· ὅρατε τὴν οἰκουμένην ἐπιστρέφουσαν. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις; τὰ ἐν ὑμῖν αὐτοῖς καὶ χωρὶς τούτων πιστά. *Ἐπέγνωτε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ·* τούτέστιν, ἐν τοῖς ἔργοις. Ὅστε δύο ταῦτα τὰ μέλλοντα βεβαιοῦνται, τὸ τε πάντα πιστεύσαι, τὸ τε καὶ ὑμᾶς· καὶ οὐκ ἄλλα μὲν ἐγένετο, ἄλλα δὲ εἶπεν Ἐπαφρᾶς. *Ὅς ἐστὶ,* φησὶ, *πιστός·* τούτέστιν, ἀληθής. Πῶς δὲ, Ἐπὲρ ὑμῶν διάκονος; Τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ δηλώσαι ἡμῖν, φησὶ, τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι· τούτέστι, τὴν πνευματικὴν· τὴν εἰς ἡμᾶς. Εἰ δὲ οὗτος τοῦ Χριστοῦ διάκονος, πῶς δὲ ἀγγέλιον λέγετε προσάγεσθαι; *Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν,* φησὶ, *τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι.* Αὕτη γὰρ θαυμαστὴ καὶ βεβαία ἡ ἀγάπη· ὡς αἶ γε ἄλλα ὄνομα ἀγάπης ἔχουσι μόνον. Εἰσὶ δὲ τινες οὐ τοιαῦτα· ἀλλ' οὐ φιλιὰ τοῦτο· διὸ καὶ εὐδιάλυτος γίνεται.

γ'. Πολλὰ προξάσεις εἰσὶν αἱ φιλιᾶς ποιῶσαι· καὶ

<sup>α</sup> Reg. χαίρομεν, ἔδιτι χαίρωμεν, p̄rperam.

*judicavi tamquam præsens; et rursus, Veniam ad vos, et cognoscam non sermonem eorum qui sunt inflati, sed virtutem (1. Cor. 5.3. et 3.19); et rursus, Non solum dum adsum apud vos, sed multo magis dum abssum (Gal. 4.18). Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei. Operæ pretium est autem dicere etiam argumentum quod invenimus ex epistola. Quodnam autem est hoc? Per angelos ad Deum accedebant, observationes habebant multas et Judaicas et Græcas seu ethnicas. Hæc ergo corrigit: propterea et in initio dicit, Per voluntatem Dei. Ecce rursus illud, per, posuit. Et Timotheus frater, inquit. Ergo ipse quoque erat apostolus. Consentaneum autem erat eum quoque fuisse notum Sanctis qui sunt Colossis, quæ quidem erat civitas Phrygiæ, idque constat ex eo quod sit propinqua Laodiceæ. Et fidelibus fratribus in Christo. Undenam, inquit, dic, rogo, factus es sanctus? undenam vocaris fidelis? annon quod per mortem Christi fuisti sanctificatus? annon quod credis in Christum? Undenam factus es frater? non enim in opere, neque in sermone, neque in recta actione apparuisti fidelis. Undenam sunt tibi, dic, quæso, tam multa credita mysteria? nonne propter Christum? Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro. Undenam vobis gratia? undenam pax? A Deo, inquit, Patre nostro. Atqui in hac non potuit nomen Christi. Dicam eis qui calumniis insectantur Spiritum: undenam Deus Pater servorum? quis ex servis tam magna gessit et præclara? quis te sanctum fecit? quis fidelem? quis filium Dei? Qui te fecit fide dignum, is quoque fuit causa ut tibi omnia crederentur.*

2. Fideles enim vocamur, non solum propterea quod credamus, sed etiam quod a Deo credita nobis sint mysteria, quæ ne angeli quidem ante nos noverunt. Sed indiscriminatim hæc sic ponebat Paulus. Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Jesu Christi. Mihi videtur omnia Patri attribuere, ita ut non statim eos offendat oratio. Semper pro vobis orantes. Non solum per gratiarum actionem, sed et per perpetuam orationem ostendit dilectionem, quod etiam quos non viderat semper apud se habebat. [4. Audientes fidem vestram in Christo Jesu. Cum superius dixerit, Domini nostri, hic, Jesu Christi, ait. Ipse est Dominus, inquit: neque dixit, Servi Jesu Christi: quæ quidem manifesta sunt beneficii symbola: Ipse enim, inquit, salvabit populum suum a peccatis eorum (Matth. 1.21).] Audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in omnes sanctos. Jam eos sibi conciliat et captat benevolentiam. Epaphroditus est qui hæc renuntiat; mittit autem epistolam per Tychicum, cum illum apud se detinisset. Et dilectionem, inquit, quam habetis in omnes sanctos: non in hunc aut illum: ergo in nos quoque. 5. Propter spem, quæ reposita est vobis in cælis. Futura, inquit, bona. Hoc adversus tentationes, ne hic quoque quærant quietem et otium. Nam ne quispiam diceret: Et quid lucri ad eos redit ex dilectione in sanctos, cum ipsi angantur et dolore afficiantur? Lætatur, inquit, quod in cælis magna et præclara vobis conciliatis. Propter spem, inquit, repositam. Rem ostendit firmam et stabilem.

Quam audistis in verbo veritatis. Hoc dicto carpit illos, quod cum longo tempore eam habuerint, desciverint et sint mutati. Quam prius, inquit, audistis in verbo veritatis evangelii. Et jure verbo fert testimonium veritatis, quod in eo nihil sit falsi. Evangelii. Non dicit, Prædicationis, sed vocat evangelium, perpetuo eis in memoriam revocans Dei beneficia; et cum eos prius laudasset, tunc hæc revocat in memoriam. 6. Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo. Jam eis gratificatur. Quod pervenit autem, dicit metaphorice. Non enim accessit et recessit, sed mansit et est illic. Deinde quoniam maxime confirmantur multi ex eo, quod multos habeant dogmatum socios, propterea subjungit: Sicut et in universo mundo. Ubique adest, inquit, ubique dominatum obtinet, ubique stat. Et fructificat et crescit, sicut in vobis. Fructificat per opera, augetur quod multos assumat, quod magis firmetur ac stabiliat. Etenim plantæ quoque tunc densæ fiunt, quando planta fuerit firmata ac stabilita. Sicut in vobis. Auditorem laudibus præoccupat, ut ne invitatus recedat. Ex ea die qua audivistis. Est mirabile quod cito accessistis et credidistis, et statim a principio fructus ostendistis. A quo die audivistis, et cognovistis gratiam Dei in veritate. Non in sermone, inquit, neque in deceptione, sed in ipsis factis. Hoc ergo dicit, Fructificat; vel signa et miracula quod simul accepistis, et gratiam Dei cognovistis. Cum ergo suam statim ostenderat virtutem, quomodo non est difficile ut ei nunc non credatur? 7. Sicut didicistis ab Epaphra carissimo conservo nostro. Eum verisimile est illic prædicasse: didicistis evangelium. Deinde ostendens eum esse fide dignum, dicit: Conservo nostro. Qui est fidelis pro vobis minister Christi, 8. qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu. Ne dubitetis, inquit, de spe futura: videtis orbem terrarum converti. Et quid opus est dicere quæ fiunt inter alios? quæ sunt inter vos ipsos, sunt ipsa quoque sine illis fide digna. Cognovistis enim Dei gratiam in veritate; hoc est, in factis. Quamobrem duo sunt quæ futura confirmant, et quod omnes crediderint, et quod vos: et non alia quidem facta sunt, alia autem dixit Epaphras. Qui est, inquit, fidelis; hoc est, verax. Quomodo, Pro vobis minister? Quod ad ipsum accesserit, et nobis, inquit, ostenderit vestram dilectionem in spiritu; hoc est, spirituales in nos. Si hic est Christi minister, quomodo dicitis vos adduci et conciliari per angelos? Qui nobis etiam, inquit, manifestavit dilectionem vestram in spiritu. Hæc est admirabilis firmaque et stabilis dilectio: nam aliæ quidem solum habent nomen dilectionis. Sunt autem aliquæ non hujusmodi; sed non est hoc amicitia: quamobrem ea est facile dissolubilis.

3. Amicitiarum varia genera. — Multæ sunt occasiones conciliandæ amicitiae: et turpes quidem prætermittimus: nemo enim nobis objiciet illas non esse malas; sed si vultis, in medium adducamus naturales et quæ ad hanc vitam agendam pertinent. Atque hæc quidem ad hanc vitam pertinent: verbi gratia, cum de aliquo quispiam est bene meritus, cum amicum

paravit a majoribus, cum fuit socius mensæ aut peregrinationis, aut est vicinius : sunt hæc quoque pulchræ et honestæ : aut est ejusdem artis : atque hæc quidem non est sincera ; habet enim æmulationem quamdam et invidiam. Naturales autem, ut puta patris erga filium, filii erga patrem, fratris erga fratrem, avi erga nepotem, matris erga filios ; si vultis autem, uxoris quoque erga maritum : omnes enim matrimoniales sunt ad vitam pertinentes et terrestres. Hæc quidem videntur illis esse vehementiores : videntur autem, dixi, quia sæpe a memoratis superantur. Et aliquando quidem visi sunt amici melius et sincerius affecti quam fratres, et quam filii in parentes : et qui fuit quidem genitus, non opem tulit ; qui autem eum non cognovit, adfuit et opem tulit. Dilectio autem spiritualis est omnium suprema, veluti quædam regina, quæ in suos dominatum obtinet, honestaque est specie pulchroque habitu : nihil enim terrestre eam parit sicut illam, non consuetudo, non beneficium, non natura, non aurum, sed a supernis descendit e cælo. Et quid miraris, si beneficio non eget ut consistat, cum ne si mali quidem quidquam accipiat evertatur ? Quod autem hæc sit illa major, audi Paulum dicentem ; *Optarem ego ipse esse anathema a Christo pro fratribus meis (Rom. 9. 3)*. Quis hoc pater optaverit, esse in malis ? Et rursus : *Resolvi, et esse cum Christo longe est melius ; manere autem in carne est magis necessarium propter vos (Philipp. 1. 23. 24)*. Quænam mater hæc voluisset dicere, ut sua despiceret ? Et rursus audi eum dicentem : *Orbati enim a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde (1. Thess. 2. 17)*. Et hic quidem pater contumelia affectus, solvit amicitiam ; illic autem non itidem, sed et ad illos qui lapidibus appetebant abiit, eos beneficio affecturus. Nihil est enim, nihil æque validum, ut vinculum spiritus. Qui enim quod sit beneficio affectus, evasit amicus ; si hoc perpetuo non fiat, erit inimicus : qui ex consuetudine erat indivulsus, interrupta consuetudine exstinxit amicitiam. Mulier rursus, si fuerit his ac dissensio, dimittit maritum et solvit amorem : filius, si diu viventem viderit patrem, ægre fert. In spiritu autem ejusmodi nihil est : nullo enim horum solvitur, quoniam iisdem non constat ; neque tempus, neque vitæ longitudo, nec malum pati vel audire, non ira, non contumelia, neque quidquam aliud invadit, neque eam potest dissolvere. Et ut scias, lapidibus appetebatur Moses, et pro ipsis rogabat (*Exod. 17*). Quis pater hoc fecisset pro eo qui lapidibus appeteret, et non ipsum obruisset lapidibus ? *Has persequamur et quæramus amicitias quæ sunt ex spiritu : sunt enim fortes et solutu difficiles ; non eas quæ ex mensis oriuntur : nam illas vetamur indulgere. Audi enim Christum dicentem in Evangelio : Non invitaveris amicos tuos, neque vicinos tuos, si feceris convivium, sed claudos et mancos (Luc. 14. 12. 13) ; et merito : est enim magna pro his merces. At non potes, non sustines convivari cum claudis et cæcis ; sed existimas hoc esse grave et molestum, et recusas ? Certe id vitare non oporteret, sed id facere non*

est necesse. Si non feceris eos tecum considere, e mensa tua ad eos mitte cibum. Nam qui amicos invitat, nihil magnum facit ; hic enim accepit mercedem suam : qui autem invitat mutilum et pauperem, habet Deum debitorem. Ne ergo ægre feramus quando non hic acceperimus, sed quando hic acceperimus ; nam illic non accipiemus. Similiter, si homo reddiderit, Deus non reddit ; si hic non reddet, tunc reddet Deus. Ne ergo illos quæramus beneficio afficere qui possunt nobis reddere ; neque hæc spe eis beneficiamus : frigida est hæc cogitatio. Si amicum invitaveris, ad vesperam usque est gratia : propterea temporanea hæc amicitia citius solvitur, quam expensæ diffluunt. Pauperem autem et mancum si invitaveris, numquam peribit gratia : Deum enim qui semper meminit, et numquam obliviscitur, habes ipsum debitorem. Quam pusilli autem et mollis, dic, quæso, est animi, non posse considerare cum pauperibus ? Quid dicis ? Est immundus, inquit, et sordidus. Lava eum, et due ad tuam mensam. At sordida habet vestimenta ? Muta, et da mundam vestem.

4. *Mensa pauperum divitum mensæ anteponenda est. Luxuriosæ mensæ descriptio.*—Non vides quantum sit lucrum ? Christus per ipsum accedit, et tu pro hoc parcus es ? Regem ad mensam invitans, pro his times ? Ponantur duæ mensæ ; et altera quidem his repleatur, et habeat cæcos, debiles et claudos, manibus et tibiis mutilatos, nudis pedibus et absque calceis, una tunica indutos eaque detrita : altera autem habeat potentes, exercituum ductores, toparchas, magnos principes, pretiosis indutos vestibus subtilibusque telis lineis, zonisque cinctos aureis. Rursus hic in mensa pauperum nec sit argentum, nec vini multum, sed quod satis sit et possit exhilarare : pocula autem et vasa relicta confecta sint ex vitro solo. Illic autem in mensa divitum vasa quidem omnia sint ex argento et auro, et ne unus quidem ferat semicircularem mensam (a), sed duo adolescentes vix eam moveant : sit et phiala aurea pondo dimidii talenti, quam vix duo juvenes movere possint ; et ordine sitæ sint amphoræ longe melius quam argento, nempe auro splendentes : sit etiam semicircularis mensa, molli stragula undique strata. Rursus hic quidem sint multi ministri accumbentium, non minus ornati vestibus et splendide amicti, et anaxyridas sen quas braccas vocant laxas habentes, visu quidem pulchri, in ipso autem flore ætatis luxuriantes et bene curata cute, et bonæ habitudinis ; illic autem sint duo soli ministri omnem hunc fastum conculcantes : et sint quidem illis cibi lautissimi et opipari ; his autem quantum satis sit ad satiantium appetitum et se recreandum. Satisne dixi ?

(a) Hic agitur de mensa illa semicirculari, crescentem lunam referente, quam Martialis et quidam alii Sigma vocant, quia literam C. sigma refert : sigma enim sic Martialis tempore ut plurimum exarabatur. Istæ mensæ forma diu post Martialis ævum in usu fuit. Guillelmus enim Dux Normanniæ, qui anno 1066 Angliam subegit, ad hujusmodi mensam accumbens representatur in Monumentis Monarchiæ Franciæ Tomi secundi initio. Vide quæ de hujusmodi mensa dicta sunt in Antiquitate explanata Tom. 5, pag. 111.

τάς τὰς μὲν αἰσχρὰς παρήσημεν· οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ὑπὲρ ἐκείνων ἀντερεῖ, ὡς πονηρῶν οὐσῶν· ἀλλ', εἰ βούλεσθε, τὰς φυσικὰς καὶ τὰς βιωτικὰς εἰς μέσον παραγάγωμεν. Βιωτικὰ μὲν οὖν εἰσιν αὐταί· ὅσον εὖ ἐπαθεῖ τις, ἀπὸ προγόνων ἐκτίησαστο φίλον, ἐκοινωνήσαστο τραπέζης ἢ ἀποδημίας, ἢ γείτων ἐστὶ· καλαὶ καὶ αὐταί· ἢ ὁμότεχνος γέγονεν· αὕτη μὲν οὖν οὐκ ἔστιν εὐλιχρινὴς· ἔχει γὰρ τινὰ καὶ ζῆλον καὶ βασκανίαν. [326] Αἱ δὲ φυσικαί, ὅσον πατρὸς πρὸς υἱόν, υἱοῦ πρὸς πατέρα, ἀδελφοῦ πρὸς ἀδελφόν, πρὸς ἑγγονον πάππου, μητρὸς πρὸς τέκνα· εἰ δὲ βούλεσθε, προσθῶμεν καὶ τὴν τῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα· καὶ γὰρ πᾶσαι αἱ γαμικαὶ εἰσὶ βιωτικαὶ καὶ γήϊναι. Αὗται μὲν οὖν ἐκείνων εἶναι δοκοῦσι σφοδρότεραι· δοκοῦσι δὲ, εἶπον, διὰ τὸ πολλάκις ὑπ' ἐκείνων ἠττηθῆναι. Καὶ γὰρ φίλοι ἀλλαχοῦ γεννησιώτερον ἐφάνησαν ἀδελφῶν διακείμενοι, καὶ υἱῶν πρὸς πατέρας· καὶ ὁ μὲν γεννηθεὶς οὐκ ἐδοθήσαστο, ὁ δὲ μὴ γνοὺς αὐτόν, παρῆσθη. Ἡ δὲ πνευματικὴ ἀγάπη πᾶσῶν ἔστιν ἀνωτέρα, καθάπερ τις βασιλισσα τῶν ἰδίων κρατοῦσα, καὶ λαμπρὸν ἔχει τὸ σχῆμα· οὐδὲν γὰρ γήϊον αὐτὴν τίθει, καθάπερ ἐκείνην, οὐ συνήθεια, οὐκ εὐεργεσία, οὐ φύσις, οὐ χρόνος, ἀλλ' ἀνοθεν κἀταεῖσιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ εὐεργεσίας οὐ δεῖται πρὸς τὸ συνεστάναι, ὅπου γε οὐδὲ τῷ κακῶς παθεῖν ἀνατρέπεται; Ὅτι δὲ αὕτη μείζων ἐκείνης ἐστίν, ἀκουσον Παύλου λέγοντος· *Ἡ ὑπόμνη ἀνίθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου*. Τίς ἂν τοῦτο ἠέξατο πατήρ, ὥστε τὴν κακίαν εἶναι; Καὶ πάλιν, *τὸ ἀναλύσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρείσσον*· τὸ δὲ ἐπιμῆναι ἐν τῇ σαρκὶ ἀναγκασιώτερον δι' ἡμᾶς. Ποία μήτηρ ταῦτα ἂν ἔλοιτο εἰπεῖν, ὥστε τὰ αὐτῆς παριδεῖν; Καὶ πάλιν ἔκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Ἀπορροισθέντες γὰρ ἀπ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὤρας, προσώπω, οὐ καρδίᾳ*. Καὶ ἐνταῦθα μὲν ὁ πατήρ ὑβρισθεὶς ἔλυσε τὴν φιλίαν, ἐκεῖ δὲ οὐκέτι, ἀλλὰ πρὸς τοὺς λιθάζοντας ἀπῆε εὐεργετήσων αὐτούς. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν, ὡς ὁ τοῦ Πνεύματος δεσμός. Ὅ μὲν γὰρ διὰ τὸ παθεῖν εὖ φίλος γεγόμενος, ἂν μὴ διηκεκῶς τοῦτο γίνηται, ἔσται ἐχθρὸς· ὁ ἀπὸ συνηθείας ἀδιάσπαστος ὢν, πάλιν τῆς συνηθείας διακοπεῖσθαι, ἔσθασε τὴν φιλίαν. Ἡ γυνὴ πάλιν, ἂν μάχη γένηται, ἀφῆκε τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν πόθον ἔλυσε· ὁ υἱός, ἂν ἐπιπολὺ ζῶντα τὸν πατέρα ἴδῃ, καὶ βαρύνεται. Ἐπὶ δὲ τοῦ πνεύματος τούτων οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδενὶ γὰρ τούτων λύεται, ἐπεὶ μηδὲ ἐκ τούτων συνῆσθη· οὔτε χρόνος, οὔτε μήκος ὁδοῦ, οὔτε τὸ κακῶς παθεῖν, οὔτε τὸ κακῶς ἀκοῦσαι, οὐ θυμὸς, οὐχ ὕβρις, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἐπιεισέρχεται, οἷδὲ δύναται αὐτὴν διαλύσαι. Καὶ ἵνα μάθης, ἐλιθάζετο ὁ Μωϋσῆς, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἠέξῃ. Τίς ἂν τοῦτο εἰργάσατο πατήρ ὑπὲρ τοῦ λιθάσαντος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ αὐτὸν ἂν κατέλευσε; Ταύτας δὲ μεταδιώκωμεν τὰς φιλίας τὰς ἀπὸ τοῦ πνεύματος· ἰσχυρὰ γὰρ εἰσὶ καὶ δυσδιάλυτοι· μὴ τὰς ἀπὸ τῶν τραπέζων· ἐκεῖ γὰρ καὶ κωλυόμεθα ταύτας εἰσάγειν. Ἄκουσον γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Μὴ καλέσης τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς γείτονας σου, ἐὰν ποιή-*

*σης δοχὴν, ἀλλὰ τοὺς χωλοὺς, τοὺς ἀναπήρους· εἰκότως· πολλὺς γὰρ ὁ ὑπὲρ τούτων μισθός.* Ἄλλ' οὐ δύνασαι, οὐδὲ ἀνέχη μετὰ χωλῶν καὶ τυφλῶν ἐστιᾶσθαι, ἀλλὰ βαρὺ καὶ φορτικὸν ἡγήσῃ τοῦτο, καὶ παραιτῇ; [327] Μάλιστα μὲν οὖν οὐκ ἔδει, πλην ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀνάγκη· κἂν μὴ συγκαθίσσης αὐτοὺς μετὰ σοῦ, τὰ ἐδέσματα αὐτοῖς ἀποστείλον τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης. Καὶ γὰρ ὁ φίλος καλῶν, οὐδὲν μέγα ἐποίησεν· ἀπέλαθε γὰρ ἐνταῦθα τὸν μισθόν· ὁ δὲ ἀνάτηρον καλῶν καὶ πένητα, ἔχει τὸν Θεὸν ὀφειλέτην. Μὴ τοίνυν ἀσχάλλωμεν, ὅταν μὴ ἐνταῦθα ἀπολάβωμεν, ἀλλ' ὅταν ἐνταῦθα ἀπολάβωμεν· ἐκεῖ γὰρ οὐκ ἐτι ἀποληψόμεθα. Ὁμοίως, ἂν ἄνθρωπος ἀποδῷ, Θεὸς οὐκ ἀποδίδωσιν· ἂν οὗτος μὴ ἀποδῷ, τότε ἀποδώσει Θεός. Μὴ τοίνυν ἐκείνους ζητῶμεν εὐεργετῆν τοὺς ἀνταποδοῦναι ἡμῖν δυναμένους, μηδὲ ἐπὶ τοιαύταις αὐτοὺς ἐλπῖσιν εὐεργετῶμεν· ψυχρὰ αὕτη ἡ διάνοια. Τὸν φίλον ἂν καλέσης, μέχρι τῆς ἐσπέρας ἢ χάρις· διὰ τοῦτο τῶν καταβαλλομένων ταχύτερον ἢ τῶν καιρῶν δαπανᾶται φιλία· τὸν μὲν τοι πένητα καὶ ἀνάτηρον ἂν καλέσης, οὐδέποτε ἀπολείται ἡ χάρις· τὸν γὰρ πάντοτε μνημονεύοντα Θεὸν, καὶ οὐδέποτε ἐπιλανθανόμενον, ἔχεις αὐτὸν ὀφειλέτην. Πόσης δὲ καὶ βλακείας, εἰπέ μοι, τὸ μὴ δύνασθαι πένησι συγκαθεῖσθαι; Τί λέγεις; Ἀκάθαρτός ἐστι, φησὶ, καὶ ῥυπαρός. Καὶ λούσον αὐτόν, καὶ ἀνάγαγε ἐπὶ τράπεζαν τὴν σὴν. Ἄλλ' ἱμάτια ἔχει ἐβρῦπωμένα; Καὶ ἄμειψον, καὶ δὸς καθαρὰν στολήν.

δ. Οὐχ ὀρᾶς τὸ κέρδος ὅσον; ὁ Χριστὸς δι' αὐτοῦ παραγίνεται, καὶ σὺ ὑπὲρ τούτου μικρολογῇ; τὸν βασιλέα καλῶν ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ὑπὲρ τούτων δέδοικας; Ὑποκείσθωσαν τράπεζαι δύο, καὶ ἡ μὲν ἐκ τούτων πεπηρώσθω, καὶ ἔχέτω τυφλοὺς, χωλοὺς, κυλλοὺς τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένους, ἀνυποδέτους, ἕνα περιχειμένους χιτωνίσκον, καὶ τοῦτον ἐκτετριμμένον· ἡ δὲ ἕτερα ἔχέτω δυνάστας, στρατηγούς, τοπάρχας, ἀρχοντας μέγλους, ἐνδεδυμένους ἱμάτια πολυτελῆ καὶ ὀθόνας λεπτὰς, ἐξωσμένους χρυσοῦς ζώνας. Πάλιν ἐνταῦθα ἐν τῇ τῶν πενήτων τραπέζῃ μήτε ἀργυρος ἔστω, μήτε οἶνος πολλὺς, ἀλλ' ὁ ἀρχὴν καὶ εὐφρᾶναι δυνάμενος· τὰ δὲ ἐκπώματα καὶ τὰ λοιπὰ σκευὴ ἀπὸ ὑέλου κατεσκευασθῶ μόνῃ· ἐκεῖ δὲ ἐν τῇ τῶν πλουσιῶν τραπέζῃ ἔστω μὲν σκευὴ τὰ πάντα ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, καὶ μηδὲ εἷς φερέτω τὸ ἡμικύκλιον, ἀλλὰ δύο νεανίαι μόλις αὐτὸ κινεῖτωσαν· ἔστω δὲ καὶ φιάλῃ ὑπέχρυσος σταθμὸν ἡμιτάλαντον ἔλκουσα, ὡς δύο νεανίας μόλις αὐτὴν κινεῖν, καὶ οἱ ἀμφορεῖς κείσθωσαν ἐφεξῆς πολλῶ ἀμεινον τοῦ ἀργύρου ἀπολάμποντες τῷ χρυσῷ· ἔστω δὲ καὶ τὸ ἡμικύκλιον ἀπαλῆ στρωμνῇ πάντοθεν ἐστορεσμένον. Πάλιν ἐνταῦθα μὲν ἔστωσαν διάκονοι πολλοὶ, τῶν ἀνακειμένων οὐχ ἤτητον κεκοσμημένοι τοῖς ἱματίοις, καὶ ἐνδεδυμένοι λαμπρῶς, καὶ ἀναξυρίδας ἔχοντες, καλοὶ μὲν ἰδεῖν, αὐτὸ ἀγοντες τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος, σφριγῶντες καὶ εὐσματοῦντες· ἐκεῖ δὲ δύο μόνοι ἔστωσαν [328] διάκονοι, πάντα τὸν τύπον τοῦτον πεπατηγότες· καὶ ἔστω τοῖς μὲν τὰ ἐδέσματα πολυτελῆ, τοῖς δὲ τοσαῦτα ὅσα σέβεται τὴν λιμὴν, καὶ εὐφροσύνης ἐμπλή-

σαι. Ἄρα εἶπον ἀρ. οὐντως; καὶ μετὰ ἀκριβείας κατασκευασμένοι ἀμφοτέρωθεν εἰσιν αἱ τράπεζαι; μὴ τι ἔνδοξοι; Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι· καὶ γὰρ τοὺς κεκλημένους ἐπῆλθον, καὶ τὴν πολυτέλειαν καὶ τῶν σκευῶν καὶ τῶν στρωμάτων καὶ τῶν ἐδεσμάτων. Πλὴν ἀλλὰ, καὶ εἰ τι παρελίπομεν, ἐπεξαγαγόντες τὸν λόγον εὐρήσομεν. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ τὸ πρόσφορον καλῶς ἡμῖν ἀπέλαβε σχῆμα ἐκάστη τράπεζα, ἴδωμεν ποῦ ὑμεῖς κατακλιθήσεσθε. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπ' ἐκείνην ἀπειμι τὴν τῶν τυφλῶν, τὴν τῶν χωλῶν· ὑμῶν δὲ τάχα οἱ πλείους ταύτην αἰρήσονται, τὴν τῶν στρατηγῶν, τὴν φαῖδραν καὶ λαμπράν. Ἰδωμεν οὖν ποῖα πλείονος γέμει τῆς ἡδονῆς· μήπω γὰρ τὰ μέλλοντα ἐξετάσωμεν· ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ αὕτη κρατεῖ ἢ ἐμῆ. Διὰ τί; Ὅτι αὕτη μὲν ἔχει τὸν Χριστὸν ἀνακειμένον, ἐκείνη δὲ ἀνθρώπους· αὕτη τὸν Δεσπότην, ἐκείνη τοὺς δούλους. Ἀλλὰ μήπω ταῦτα, ἀλλ' ἴδωμεν ποῖα πλείονα ἔχει τὴν ἡδονὴν τὴν ἐν τῷ παρόντι. Καὶ κατὰ τοῦτο μὲν οὖν πλείων αὕτη ἢ ἡδονή· τὸ γὰρ μετὰ βασιλείως ἀναπεσεῖν, πλείονα φέρει τὴν ἡδονὴν τοῦ μετὰ τῶν οἰκετῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὑπεξέλωμεν, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν. Οὐκοῦν ἐγὼ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ταύτην ἐλόμενοι τὴν τράπεζαν, μετὰ πολλῆς τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς θυμηδίας καὶ ἐροῦμεν ἅπαντα, καὶ ἀκουσόμεθα· ὑμεῖς δὲ τρέμοντες καὶ δεδοικότες, καὶ τοὺς ἀνακειμένους αἰδοῦμενοι, οὐδὲ ἐκτείναι χεῖρα τολμήσετε, καθάπερ εἰς παιδαγωγεῖον, ἀλλ' οὐκ εἰς ἄριστον εἰσελθόντες, καθάπερ δεσπότης δεινοὺς τρέμοντες. Ἄλλ' οὐκ ἐκείνοι οὕτως. Ἀλλὰ τὰ τῆς τιμῆς, φησὶ, μεγάλα. Καὶ μὴν ἐγὼ ἐν πλείονι εἶμι τιμῆ· ὑμῶν μὲν γὰρ ἡ εὐτέλεια μεζῶν φαίνεται, ὅταν καὶ τῆς αὐτῆς τραπέζης κοινωνοῦντες, δούλων προβάλλησθε ῥήματα. Καὶ γὰρ ὁ δούλος τότε μάλιστα φαίνεται, ὅταν μετὰ τοῦ δεσπότου κατακέμενος ἦ. Ἐκείνος μὲν γὰρ, ἔνθα μὴ προσῆκεν αὐτῷ, γίνεται, οὐ τοσαύτην ἀπὸ τῆς οικειώσεως ἔχων σαμνότητα, ὅσην τὴν ταπεινώσιν· σφόδρα γὰρ τότε ταπεινῶνται. Καὶ τὸν δούλον ἴδοι τις ἂν λαμπρὸν ὄντα καθ' ἑαυτὸν, καὶ τὸν πένητα λαμπρὸν ὄντα καθ' ἑαυτὸν, μὴ ὅταν μετὰ πλουτοῦ βαδίζῃ· τὸ γὰρ ταπεινὸν, ὅταν ἐγγὺς ἦ τοῦ ὑψηλοῦ, τότε φαίνεται ταπεινὸν, καὶ ἡ παράθεσις τὸ ταπεινὸν ταπεινότερον δεικνυσιν, οὐχ ὑψηλότερον. Οὕτω καὶ ὑμᾶς εὐτελεστέρους δεικνυσὶ τὸ μετ' ἐκείνων ἀνακείσθαι, ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς. Δύο μὲν οὖν τοῦτοις πλεονεκτητοῦμεν, τῆ τε ἐλευθερίας, καὶ τῆ τιμῆ, ὧν οὐδὲν ἴσον εἰς ἡδονῆς λόγον ἐστί. Βουλῆσομαι γὰρ ἂν ἐγωγέεσθε μεταλαβεῖν μετ' ἐλευθερίας, ἢ μυρίων ἐδεσμάτων μετὰ δουλείας. *Κρείσσον γὰρ, φησὶ, ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φίλων καὶ χάριν, ἢ βοῦς ἀπὸ φάτιγος μετ' ἔχθρας.* Ὁ γὰρ ἂν εἰπωσιν ἐκείνοι, ἀνάγκη τοὺς παρόντας ἐπαινεῖν, ἢ [329] προσκρούειν, παρασίτων τάξιν ἀναδεγμένους, μᾶλλον δὲ ἐκείνων χειρὸς ὄντας. Τοῖς μὲν γὰρ εἰ καὶ μετ' αἰσχύνῃς καὶ τοῦ ὑβρίζεσθαι, ὅμως μετέσθι παρρησίας· ὑμῖν δὲ οὐδὲ πνύτου. Ἀλλ' ἡ μὲν εὐτέλεια τοσαύτη· δεδοίκατε γὰρ καὶ κατεπετήχατε· ἡ δὲ τιμὴ οὐκέτι. Οὐκοῦν πάσης μὲν ἡδονῆς ἀπεστέρηται ἡ τράπεζα ἐκείνη, πάσης δὲ αὕτη γέμει θυμηδίας.

ε'. Ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἐδεσμάτων τὴν φύσιν ἐξετάσωμεν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀνάγκη καὶ μὴ βουλομένῳ διαβρῆγγυσθαι τῷ πολλῷ οἴνῳ, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐνὶ μὴ βουλόμενον ἐσθίειν καὶ πίνειν. Ὅστε ἐκεῖ μὲν τὴν ἐκ τῆς τῶν σιτιῶν ποιότητος ἡδονὴν ἢ τε προλαβοῦσα ἀτιμία ἀφαίρειται, καὶ ἡ ἐκ τῆς πλησμονῆς ἀηδία. Οὐ γὰρ ἦντο λιμοῦ τὰ σώματα ἡμῖν ἢ πλησμονῆ διαφθεῖρει καὶ ὄδυνά, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον· καὶ ὅν ἂν θέλῃς μοι δοῦναι, εὐκολώτερον αὐτὸν διαβρῆγγύω τῇ πλησμονῇ, τοῦ λιμοῦ. Ὅντως γὰρ τοῦτο ἐκείνου φορητότερον· ὅτι λιμὸν μὲν ἂν τις καὶ εἰκοσὶν ἡμέρας ἐνέγκοι, πλησμονὴν δὲ οὐδὲ δύο μῶνας· καὶ τούτῳ μὲν προσπαλαίνοντες διηνεκῶς οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἐν ὕλειά εἰσι καὶ οὐ δέονται ἰατρῶν· ταύτην δὲ, τὴν πλησμονὴν λέγω, οὐκ ἂν ἐνέγκοιεν μὴ συνεχῶς καλοῦντες ἰατροῦς· μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐκείνων βοήθειαν ἤλεγξεν πολλᾶκις ἡ ταύτης τυραννίς. Καὶ ἡδονῆς μὲν οὖν ἔνεκεν αὕτη τὰ πρῶτα ἔχει. Εἰ γὰρ ἡ τιμὴ τοῦ ἀτιμάζεσθαι ἡδίων, καὶ τὸ ἐν ἐξουσίᾳ εἶναι τοῦ ὑποτάσσεσθαι, καὶ τὸ θαρρῆν τοῦ τρέμειν καὶ δεδοικέναι, καὶ τὸ τῶν ἀρχόντων ἀπολαύειν τοῦ πέρα τοῦ μέτρου εἰς τὸ τῆς τροφῆς καταποντίζεσθαι κλυδώνιον, βελτίων ἄρα ἐκείνης αὕτη ἢ τράπεζα καὶ ἡδονῆς ἔνεκεν. Καὶ τὰ τῆς δαπάνης δὲ ἐνταῦθα βελτίονα· ἐκείνη μὲν γὰρ δαπανηρὰ, αὕτη δὲ οὐκέτι. Ἀλλὰ τί; Ἄρα τοῖς ἀνακειμένοις μόνον ἡδίων αὕτη ἢ τράπεζα, ἢ καὶ τῷ καλοῦντι πλείονα αὕτη φέρει τὴν ἡδονὴν ἐκείνης; Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ μᾶλλον ζητούμενον ἡμῖν. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἐκείνους καλῶν, πρὸ πλείωνων ἡμερῶν παρασκευάζεται, καὶ πράγματα ἔχειν ἀναγκάζεται καὶ φροντίδας καὶ μερίμνας, οὔτε τὰς νύκτας καθέδων, οὔτε τὰς ἡμέρας ἡσυχάζων· ἀλλὰ ἀναπλάττων ἐν ἑαυτῷ πολλὰ, μαγείροις διαλεγόμενος, ὀφιοποιοῖς, τραπεζοποιοῖς. Εἶτα αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐπιστάσης ἴδοι τις ἂν αὐτὸν μᾶλλον δεδοικότα, ἢ τοὺς μέλλοντας πυκτεῖν, μὴ τις παρὰ λόγον γένηται, μὴ βασκανία βληθῆ, μὴ κατηγοροῦς· ἐκείθεν λάβῃ πολλούς. Οὗτος δὲ πάσης ταύτης ἀπήλλακται τῆς φροντίδος καὶ τῶν πραγμάτων, αὐτοσχεδιάζων τὴν τράπεζαν, καὶ οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν μεριμνῶν. Καὶ μετὰ δὴ ταῦτα οὗτος μὲν εὐθέως τὴν χάριν ἀπέλασεν· ἐκείνος δὲ ἔχει τὸν θεὸν ὀφειλέτην, καὶ χρυσταῖς τρέφεται ταῖς ἐλπίσι, καθ' ἐκάστην ἡμέραν εὐχαρούμενος ἀπ' ἐκείνης τῆς τραπέζης. Τὰ μὲν γὰρ στίβια ἀναλίσκεται, ἡ δὲ [350] χάρις οὐκ ἀναλίσκεται, ἀλλὰ καθ' ἐκάστην ἡμέραν μᾶλλον χαίρει καὶ γάνυσται ἐκείνων τῶν τὸν πολὺν οἶνον ἐμφορηθέντων. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τρέφει τὴν ψυχὴν, ὡς ἐλπίς ἀγαθῆ καὶ τὸ χρηστὰ προσδοκᾶν. Ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἴδωμεν. Ἐκεῖ μὲν αὐλοὶ καὶ κιθάραι καὶ σύριγγες, ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν ἀπηγῆς μέλος· ἀλλὰ τί; Ὕμνοι, ψαλμοὶ. Ἐκεῖ μὲν οἱ δαίμονες ἀνυμνοῦνται, ἐνταῦθα δὲ ὁ πάντων Δεσπότης Θεός. Ὅρᾳς πόσης μὲν αὕτη χάριτος, πόσης δὲ ἀγνωμοσύνης ἐκείνη καὶ ἀναισθησίας γέμει; Εἰπέ γὰρ μοι· ὁ Θεός εὐχαρῆσεν ἐκ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ, καὶ δέον αὐτῷ εὐχαριστεῖν μετὰ τὸ τραφῆναι, οὐ δὲ τοὺς δαίμονας ἐπεισάγει; τὰ γὰρ διὰ τῶν πηκτιδῶν οὐδὲν ἄλλο, ἢ δαιμόνων ἔγγραφα. Δέον εἰπεῖν, Εὐλο-



an exacte et accurate structæ sunt ambæ mensæ? deestne aliquid? Ego quidem non opinor: nam et invitatos recensui, exposuique quam pretiosa et magnifica essent vasa, stragula et cibaria. Sed et si quidquam prætermisimus, in oratione progredientes id inveniemus. Age ergo, quoniam quod oportuit et decuit decus et ornamentum accepit utraque mensa, videamus ubinam vos accumbetis. Nam ego quidem vado ad mensam cæcorum et claudorum: plures autem ex vobis cligent hanc fortasse mensam ductorum exercitus quæ est splendida et hilaris. Videamus ergo utra sit majori repleta voluptate; nondum enim futura inquiramus: nam in illis quidem hæc mea est superior. Quare? Quoniam hæc quidem Christum habet accumbentem; illa autem homines: hæc Dominum, illa servos. At de his nondum agitur; sed videamus utra majorem habeat voluptatem in præsentia. Et in hac quidem major est hæc voluptas: nam cum rege accumbere majorem affert voluptatem, quam cum servis. Sed hoc quoque mittamus, et rem ipsam per se examinemus. Ego itaque, et qui mecum hanc mensam elegerunt, cum magna libertate et animi tranquillitate et delectatione, et dicemus, et audiemus omnia: vos autem trementes et formidantes, et eos qui accumbunt reverentes, ne manum quidem audebitis extendere, tamquam in pædagogi ludum literarium ingressi, non ad prandium, tamquam sævos dominos horrescentes. Sed non sic illi. At magna, inquit, res est honor. Atqui ego quidem majori sum in honore: nam vestra major apparet vilitas, cum etiam ejusdem mensæ participes, proferatis verba servorum. Etenim tunc maxime apparet servus, cum accubuerit cum domino: nam ille quidem est ubi ei esse non conveniebat, ex familiaritate non tantum habens honorem, quantum dejectionem; tunc enim valde humilis redditur et abjectus. Servum enim per se videris esse splendidum, et per se splendidum esse pauperem, at non quando ambulat cum divite: humile enim quando fuerit prope sublime, tunc apparet humile; et comparatio humile reddit humilium, non altius. Ita vos quoque humiliores reddit et abjectiores cum illis accumbere: sed non nos. In duobus quidem illos superamus, nempe in libertate et honore, cum quibus nihil potest conferri, quod attinet ad voluptatem. Nam ego quidem malim solum panem sumere cum libertate, quam innumerabiles cibos cum servitute. *Melius est vocari ad olera cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum odio (Prov. 15. 17)*. Nam quidquid illi dixerint, necesse est ut qui adsunt laudent, vel offendant, se gerentes tamquam parasitos, imo vero illis pejus. Nam eis quidem, et si cum probro et ignominia contumelia afficiantur, non deest tamen libertas loquendi: vobis autem ne hoc quidem adest. Sed ejusmodi quidem est vilitas et dejectio; extimescitis enim et trepidatis: nullus autem habetur honor. Ergo illa quidem omni voluptate est privata, hæc autem plena est omni animi delectatione.

5. *Crapulæ malum et dedecus.* — Sed et ipsarum oscarum naturam examinemus. Nam illic quidem ne-

cesse cuique est, etiamsi nolit, multo vino disrumpi: hic autem licet non comedere, nec bibere, si nolit. Quamobrem illic eam, quæ ex ciborum conditione oritur voluptatem, et præcedens admittit dedecus, et quæ satietatem sequitur molestia. Non minus enim quam fame, corpora corrumpit nobis et dolore afficit repletio et saturitas; imo vero gravius: et quemcumque mihi dare volueris, eum facilius disrumpam repletionem, quam fame. Re vera enim hæc est illa tolerabilior: quoniam famem vel viginti dies quispiam tulerit, repletionem autem ne duos quidem: et cum fame quidem assidue luctantes qui ruri degunt, sani sunt, nec egent medicis; hanc autem, repletionem inquam, non illi tulerint nisi perpetuo accersant medicos; imo vero illorum quoque auxilium sæpe superat hujus tyrannis. Ergo, quod attinet ad voluptatem, hæc primas habet partes. Nam si honor quidem est jucundior, quam probro et contumelia affici; et potestatem habere, quam esse subjectum; et confidere, quam timere et tremere; et frui iis quæ sufficiunt, quam supra modum immergi in fluctus deliciarum: hæc mensa illa est melior, etiam quod attinet ad voluptatem. Quinetiam quod ad sumptum attinet, hæc quoque est melior: nam illa quidem multum consumit, hæc vero nequaquam. Sed quid? num iis solum qui accubant jucundior est hæc mensa, an etiam ei qui invitat, majorem affert quam illa voluptatem? Hoc enim est, quod a nobis magis quaeritur. Qui ergo illos invitat, multis ante diebus sese apparat; et necesse est ut habeat negotia, curas et sollicitudines, ut qui neque nocte dormiat, neque interdiu quiescat, sed apud se multa conflagat, loquens cum coquis, cum olivatoribus, cum mensæ structoribus. Deinde cum ipse dies advenerit, videris ipsum magis timentem quam eos qui sunt pagnis decertaturi, ne quid fiat præter rationem, ne invidiæ fascino feriat, ne inde multos accusatores sibi pariat. Illic autem est liber ab omni cura et negotio, mensam ipse per se parans, et non multis ante diebus de eo sollicitus. Et postea hic quidem statim amisit gratiam: ille autem habet Deum debitorem, et bona spe alitur, singulis diebus ex illa mensa convivans. Nam cibi quidem consumuntur, gratia autem non consumitur; sed quotidie magis lætatur et exultat, quam qui multo vino se ingurgitaverunt. Nihil enim animam æque nutrit atque bona spes et bona exspectatio. Sed videamus ea quæ postea sequuntur. Illic quidem sunt tibiæ et citharæ et fistulæ; hic autem nullus dissonans modus; sed quid? hymni, psalmodiæ. Illic quidem hymnis celebrantur dæmones; hic autem Deus omnium Dominus. Vides quidem quantæ sit hæc gratiæ; in illam autem quantum cadat ingrati animi vitium, stuporque et sensus egestas? Dic enim mihi, te Deus aluit suis bonis, et cum oporteret Deo gratias agere cum sis nutritus, tu intro ducis dæmones? nam quæ canuntur sibus non sunt aliud, quam dæmonum cantica. Et cum te oporteret dicere, Benedictus es, Domine, quia me nutritivisti ex bonis tuis; tamquam infamis quidam canis ne meministi quidem, sed introducis dæmones? Imo vero eti-

canes tam qui acceperunt quam qui non acceperunt, blandiuntur domesticis; tu autem ne hoc quidem facis. Canis, etiam non accipiens, blanditur domino; tu autem, etiam cum acceperis, adversus eum latras. Rursus canis, etiamsi alienus ei beneficiat, ne sic quidem desinit esse inimicus, neque allicitur ad amicitiam; tu autem mala innumerabilia patiens a dæmonibus, etiam ad prandia eos introducis. Quamobrem es duplo cane deterior. Recte autem in memoriam revocavi canes apud eos, qui tunc solum agunt gratias, cum affecti fuerint beneficio. Revereamini, rogo, canes, qui etiam fame laborantes adulantur dominis: tu autem, si audieris quod dæmon curavit quempiam, statim dimittis Dominum, o ratione minus prædite quam canes! At meretrices, iniquas, dum aspiuntur, voluptatem exhibent. Quam voluptatem? quam non infamiam et ignominiam? Lupanar facta est tua domus, furorque et cæstrum: non te pudet ea vocare voluptatem? Atqui si liceat omni uti voluptate, majus est illud probum, et major quæ ex ea accipitur molestia. Quomodo? Annon grave est te lupanar facere domum tuam, in qua homines veluti sues in cœno voluntentur? Si autem non eo usque progrediaris, ecce rursus major est dolor: aspectus enim non est voluptas, quando non fuerit usus, sed majus desiderium et flamma vehementior. Sed vis scire finem? Illi quidem a mensa surgentes sunt insanis similes et furore percitis, audaces, iracundi, etiam mancipiis ridiculi: et famuli quidam discedunt sobrii, isti vero ebrii. O dedecus! Illic autem nihil ejusmodi, sed domum recedunt, cum mensam concluderint gratiarum actione, læti dormientes, læti expergiscentes, ab omni probro ac crimine liberi.

6. Si vis autem videre eos etiam qui sunt invitati, videbis hos quidem intus esse tales, quales illi extrinsecus, nempe cæcos, mutilos, claudos; et qualia sunt horum corpora, tales sunt illorum animæ, aqua intercute laborantes et inflammatione. Ejusmodi enim res est et arrogantia: nam post delicias fit mutilatio: res enim ejusmodi est repletio et ebrietas, claudos reddens et mutilos. At hos videbis tales habere animas, qualia isti corpora, splendidas, ornatas. Nam qui vivunt cum gratiarum actione, qui nihil amplius requirunt quam quod satis sit, qui sic philosophantur, in perpetua sunt lætitia. Videamus autem et hic et illic finem. Illic quidem est voluptas intemperans, risus effusus, ebrietas, scurrilitas, verborum obscœnitas; nam quia pudet loqui turpia, per meretrices pudor tollitur: hic autem est humanitas, benignitas, et mansuetudo. Atque illum qui dissolutos invitat, armat inanis gloria; alium autem humanitas, benignitas et mansuetudo. Nam illam quidem mensam constituit humanitas ac benignitas; hanc vero inanis gloria et crudelitas, ex injustitia et avaritia. Et illa quidem desinit in ea quæ dixi, in arrogantiam, in mentis emotionem, in insaniam; tale enim est germen vanæ gloriæ: hæc autem in gratiarum actionem, et Dei gloriam. Porro huic quoque major laus datur ab hominibus: nam illi quidem invident; hunc autem omnes habent tanquam communem patrem, etiam

ii qui non sunt affecti beneficio. Ac sicut ii qui non sunt injuria affecti, condolent iis qui injuria affecti sunt, et communes hostes fiunt: ita etiam beneficio affectis junguntur ii qui beneficium non acceperunt, ac beneficium una laudant et mirantur. Illic multa est invidia, hic autem multa geritur cura, et bene precantur omnes. Et in hoc sæculo res ita se habent: illic autem cum Christus advenerit, hic quidem stabit cum magna fiducia, et audiet præsentem toto orbe terrarum, *Esurientem me vidisti, et enutristi; nudum, et induisti; hospitem, et hospitio excepisti* (Matth. 25. 35), et quæ sunt hujusmodi: ille autem contra audiet, *Serve male et ignave; et rursus, Væ qui molliter deliciantur in cubilibus suis, et qui dormiunt in lectis eburneis, qui bibunt vinum defæcatum* (Amos. 6. 4); et primariis unguentis uncti hæc tamquam stantia reputarunt, et non tamquam fugientia. Hæc a nobis non temere dicta sunt, sed ut vestram mentem immutem, et vos nihil faciatis quod non lucrum afferat. Quid vero, inquit, si et hæc et illa facio? Hoc passim est in ore omnium. Et quid, dic, quæso, necesse est, cum omnia liceat facere utiliter, dividere, et alia quidem non solum ad inutilia, sed etiam temere consumere; alia autem utiliter? Dic mihi, si seminans alia quidem jaceres supra petram, alia autem in terram optimam, hocne tibi sufficeret, et diceres: Quid obest, si alia quidem temere, alia vero in terram optimam jecerimus? Nam cur non omnia in optimam? cur lucrum minus? Et si pecunias quidem oporteat congerere, non hoc dices, sed undique congeris; illic autem non sic: et si fœnerari oporteat, non dices, Cur alias quidem pauperibus, alias vero dabimus divitibus; sed illis omnes: hic autem, ubi est tantum lucrum, cur hoc non reputas, nec cessas tandem temere impendere et consumere? At habet, inquis, hoc quoque lucrum. Quodnam? dic, quæso, Amicitias auget. Nihil est frigidius hominibus qui ex his sunt amici, ex mensa et saturitate parasitorum; nihil ingratus amicitia hinc orta. Ne contumelia affeceris rem adeo admirabilem, nempe caritatem: neque dixeris hanc esse ejus radicem. Ut si arboris aurum ferentis et lapides pretiosos, radicem non diceret quispiam esse talem, sed nasci ex putredine: hoc tu quoque facis: nam si hinc nata fuerit amicitia, nihil ea fuerit frigidius. Sed illæ mensæ conciliant amicitiam, non apud homines, sed apud Deum eamque uniformem, cum mensæ fuerint uniformes. Nam qui alia quidem hic, alia vero illic consumit, etiamsi multa dederit, nihil magnum facit: qui autem omnia hic consumit, etiamsi pauca dederit, totum efficit. Nam quod quæritur, non est, multans dederit an pauca; sed an non minus quam ferre possint vires. Cogitemus eum qui quinque lucratus est talenta et qui duo: cogitemus eam quæ duos misit obolos: cogitemus viduam quæ fuit tempore Eliæ. Non dixit illa quæ duos misit obolos: Quid enim obest, si unum quidem obolum apud me retinueris, unum autem dederis? sed totas suas dedit facultates. Tu autem, cum tantæ tibi suppetant copie, es illa parcius. Ne

γητός εἶ, Κύριε, ὅτι ἔθρεψάς με ἐκ τῶν ἀγαθῶν σου, σὺ δὲ, καθάπερ τις κύων ἀτιμος, οὐδὲ μέμνησαι, ἀλλὰ τοὺς δαίμονας ἐπεισάγεις; Μᾶλλον δὲ οἱ μὲν κύνες λαθόντες καὶ μὴ λαθόντες σαίνουσι τοὺς οἰκέτους, σὺ δὲ οὐδὲ τοῦτο. Ὁ κύων καὶ μὴ λαμβάνων σάινει τὸν δεσπότην, σὺ δὲ καὶ λαθῶν ὕλακτεῖς κατ' αὐτοῦ. Πάλιν ὁ κύων καὶ εὐεργετούμενος παρὰ τοῦ ἄλλοτρίου, οὐδὲ οὕτω καταλύει τὴν ἐχθραν τὴν πρὸς αὐτόν, οὐδὲ ἐπισπάται πρὸς φίλιαν· σὺ δὲ καὶ μυρία πάσχων κακὰ παρὰ τῶν δαιμόνων, ἐπ' ἄριστα αὐτοὺς εισάγεις· ὥστε διπλῆ τοῦ κυνὸς εἶ χεῖρων. Καλῶς δὲ ἀνεμνήσθη νῦν τῶν κυνῶν πρὸς τοὺς τότε μόνον εὐχαριστοῦντας, ὅταν εὖ πάσχωσι. Αἰδέσθητε, παρακαλῶ, τοὺς κύνας, οἳ καὶ λιμῶντοντες σαίνουσι τοὺς δεσπότης· σὺ δὲ ἂν ἀκούσης, ὅτι οἱ δαίμων τινὰ ἐθεράπευσεν, ἀφίης εὐθέως· τὸν δεσπότην, ὃ κυνῶν ἀλογώτερε. Ἄλλ' αἱ πόρνοι, φησὶν, ἡδονὴν ἔχουσιν ὀρώμεναι. Ποίαν ἡδονὴν; ποίαν δὲ οὐκ ἀτιμίαν; Πορνείον γέγονε σου ἡ οἰκία, μανία καὶ οἰστρος· καὶ οὐκ αἰσχύνῃ ταῦτα ἡδονὴν καλῶν; Ἄν μὲν οὖν ἐξῆ χρήσασθαι πάσῃ ἡδονῇ, μείζων ἢ αἰσχύνῃ καὶ ἡ ἐκ ταύτης ἀηδία. Πῶς δαί; Οὐ χαλεπὸν τὸ τὴν οἰκίαν πορνείον ποιεῖν, καὶ ἡδεσθαι καθάπερ χοίρους ἢ ἐγκαλινομένους βορβόρω; Ἄν δὲ μέχρι τοῦ φανήναι μόνον, ἰδοὺ πάλιν ὀδύνη μείζων· ἡ γὰρ ὄψις οὐχ ἡδονή, ὅταν ἡ χρῆσις μὴ ᾖ, ἀλλὰ καὶ μείζων ἢ ἐπιθυμία, καὶ σφοδρότερα ἢ φλόξ. Ἄλλὰ τὸ τέλος βούλει μαθεῖν; Οἱ μὲν τοῖς μαινομένοις καὶ τοῖς παραπλήξιν ἐοίκασιν ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀνιστάμενοι, θρασεῖς, ὀργίλοι, καταγέλαστοι καὶ τοῖς ἀνδραπόδοις· καὶ οἱ μὲν οἰκέται ἀναχωροῦσι νήφοντες, οὗτοι δὲ μεθύοντες. Ὡ τῆς αἰσχύνης! Ἐκεῖ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλ' εὐχαριστεῖ τὴν τράπεζαν κατακλείσαντες, οὕτως ἀναχωροῦσιν οἰκᾶς, ἡδόμενοι καθεύδοντες, ἡδόμενοι ἑγειρόμενοι, πάσης αἰσχύνης ἀπηλλαγμένοι καὶ κατηγορίας.

Κατείχεν οὖν τὸ χειρόγραφον τοῦτο ὁ διάβολος. Καὶ οὐκ ἔδωκεν ἡμῖν αὐτὸ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὸ ἔσχισεν, ὅπερ τοῦ μετὰ χαρᾶς ἀφιέντος ἐστίν. Ἀπεκθυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας. Τὰς διαβολικὰς δυνάμεις λέγει· ἢ ἐπεὶ αὐτὰς ἡ ἀνθρωπίνη φύξις ἐνέδεδυτο, ἢ ἐπειδὴ αὐτὰς ὥσπερ λαβὴν εἶχον, ἀνθρωπος γενόμενος ἀπέδυσάτο τὴν λαβὴν. Τοῦτό ἐστιν, Ἐδειγμάτισε. Καὶ καλῶς εἶπε τοῦτο· οὐδέποτε γὰρ οὕτως ὁ διάβολος ἠσχημώθησε. Προσοδοκῶν γὰρ αὐτὸν εἶχειν, καὶ ὅσους εἶχεν ἀπώλεσε, καὶ τοῦ σώματος προσηλουμένου, οἱ νεκροὶ ἀνίσταντο. Ἐκεῖ τὴν πληγὴν ἔλαβεν ὁ διάβολος, ὑπὸ σώματος νεκροῦ τὴν καιρίαν λαβόν. Καὶ καθάπερ ἀθλητῆς νομίζων τὸν ἀντίπαλον βεβληκέναι, καιρίαν αὐτὸς ὑπ' αὐτοῦ λαμβάνει πληγὴν· οὕτω δὴ καὶ οὗτος δείκνυσιν, ὅτι τὸ μετὰ παρρησίας ἀποθανεῖν, ἀσχημοσύνη ἐστὶ τοῦ διαδόλου. Πάντα γὰρ ἂν ἐποίησεν ἐκεῖνος, εἴ γε ἠδύνατο, ὥστε πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι οὐκ ἀπέθανεν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς μὲν ἀναστάσεως ὁ μετὰ ταῦτα πλὴς καιρὸς τεκμηρίον ἦν, τοῦ δὲ θανάτου, εἰ μὴ ἐκεῖνος ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐγένετο ἕτερος καιρὸς, διὰ τοῦτο ἀπέθανε μὲν δημοσίᾳ πάντων ὄρωντων, οὐκ ἀνέστη δὲ δημοσίᾳ, εἰδὼς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον μαρτυρήσεντα τῇ ἀληθείᾳ. Τὸ γὰρ τοῦ κόσμου ὄρωντος ἄνω ἐν τῷ ξύλῳ τὸν ὄφιν σφραγισθῆναι, τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστόν. Καὶ τί γὰρ οὐκ ἐποίησεν ὁ διάβολος, ὥστε λαθόντα αὐτὸν ἀποθανεῖν; Ἄκουε τοῦ Πιλάτου λέγοντος· Ἄρατε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε· ἐγὼ γὰρ οὐδὲμίαν υἱοῦ ἐν αὐτῷ εὐρίσκω. Καὶ πάλιν· Ἰουδαῖοι ἔλαβον αὐτῷ, Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάδηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Λοιπὸν οὖν ἐπειδὴ καιρίαν ἔλαβε, καὶ οὐ κατέθη, διὰ τοῦτο καὶ ταφῇ παρεδόθη· ἐπεὶ δυνατὸν ἦν εὐθὺς ἀναστῆναι, ἀλλ' ἵνα πιστευθῆ τὸ πρᾶγμα. Καίτοι ἐν μὲν ταῖς ἰδιωτικαῖς τελευταῖς ἐνεστὶν ὀλιγοψυχίαν [369] αἰτιάσασθαι· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ τοῦτο. Καὶ γὰρ καὶ οἱ στρατιωτῶται οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη, καθάπερ τὸν ἄλλων, ἵνα φανερωθῆ ὅτι τέθνηκε. Καὶ φανεροὶ εἰσιν οἱ τὸ σῶμα θάψαντες· διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ σφραγίζονται· οἱ Ἰουδαῖοι τὸν λίθον μετὰ τῶν στρατιωτῶν. Τὸ γὰρ μάλιστα πάντων σπουδαζόμενον τοῦτο ἦν, τὸ μὴ συσκισθῆναι. Καὶ οἱ μάρτυρες, παρὰ τῶν ἐχθρῶν, παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Ἄκουε αὐτῶν λεγόντων τῷ Πιλάτῳ· Ἐἶπεν ὁ πλάτος ἐκεῖνος ἐτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρωμαι. Κέλευσον οὖν παρὰ τῶν στρατιωτῶν φυλαχθῆναι τὸν τάφον. Κακείνων σφραγισόμενον τοῦτο ἐγένετο. Ἄκουε δὲ αὐτῶν τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα λεγόντων τοῖς ἀποστόλοις· Βούλοσθε ἐξαγαγεῖν ἐξ' ἡμῶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Τὸν τῆρον αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἀφήκεν αἰσχύνεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄγγελοι οὐδὲν τοιοῦτον πεπόνθασιν, διὰ τοῦτο ὅπερ τούτου πάντα ποιεῖ, δεικνύς ὅτι μέγα κατώρθωσεν ὁ θάνατος· ὥσπερ γὰρ μονομαχεῖον γέγονεν. Ἐπληξε τὸν Χριστὸν ὁ θάνατος, ἀλλ' ὁ Χριστὸς πληγῆς, ὑστερον αὐτὸν ἀνείλε· νεκρῷ σώματι κατελύετο ὁ δοκῶν ἀθάνατος εἶναι· καὶ τοῦτο ἡ οἰκουμένη ἑώρα. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστόν, οὐκ ἐπέτρεψεν ἑτέρῳ τούτο· ἀλλὰ γέγονεν ἕτερον χειρόγραφον πάλιν, οὐ τοιοῦτον, ὅσον τὸ πρότερον.

δ'. Ὁρᾶτε οὖν μὴ τοιοῦτο ἀλῶμεν μετὰ τὸ εἰπεῖν· Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ συντάσσομαι σοι, Χρι-

στέ. Μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν κληθῆ τοῦτο χειρόγραφον, ἀλλὰ συνθήκη. Χειρόγραφον γὰρ ἐστίν, ὅταν τις ὀφλημάτων ὑπεύθυνος κατέχηται· τοῦτο δὲ συνθήκη ἐστίν· οὐκ ἔχει τιμωρίαν, οὐδὲ λέγει· Ἐάν τοδὲ, ἢ μὴ τοδὲ. Ὁ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης βαντίζων Μωϋσῆς εἶπεν οὕτω, καὶ ὁ Θεὸς ζῶν αἰώνων ἐπηγγέλατο. Ταῦτα πάντα συνθήκη ἐστίν. Ἐκεῖ δούλος πρὸς δεσπότην, ἐνταῦθα φίλος πρὸς φίλον· ἐκεῖ, Ἡ ἂν ἡμέρα φάγη, φησὶν, ἀποθανῆ· εὐθὺς· ἀπειλὴ· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Ἐνταῦθα γυμνότης, κάκει γυμνότης· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀμαρτήσας ἐγυμνώθη, ἐπειδὴ ἤμαρτεν· ἐνταῦθα δὲ, ἵνα ἀπαλλαγῆ, γυμνοῦται. Ἀπεδύσατο τότε τὴν δόξαν, ἦν εἶχεν ἐκεῖνος· ἀποδέεται νῦν τὴν παιδὸν ἀνθρωπον οὗτος, καὶ πρὶν ἢ ἐπιθῆναι, οὕτως εὐκόλως ἀποδέεται, ὥσπερ τὰ ἱμάτια. Ἀλείφεται, ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ εἰς στάδιον ἐμβησόμενοι. Ἄμα γὰρ τίκτεται, καὶ οὐ καθάπερ ἐκεῖνος ὁ πρῶτος κατὰ μικρὸν, ἀλλ' εὐθὺς· οὐ καθάπερ οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιὸν τὴν κεφαλὴν μόνον, μᾶλλον δὲ μειζρόνως. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὴν κεφαλὴν, τὸ οὖς τὸ δεξιὸν, τὴν χεῖρα, ἵνα καὶ πρὸς ὑπακοὴν καὶ ἔργα ἀγαθὰ αὐτὸν διεγείρη· οὗτος δὲ τὸ πᾶν. Οὐ γὰρ διαχαθησόμενος ἔρχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλήσων καὶ γυμνασθῶσόμενος εἰς ἕτερον ἀνάγεται κτίσιν. Ὅταν γὰρ ὁμολογῆ εἰς ζῶν αἰώνιον, ὠμολόγησεν ἕτερον κτίσιν. Ἐλαβε γοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἀνθρωπον· λοιπὸν δὲ οὐκέτι χοῦν, ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον· τούτῳ πλάττεται, τούτῳ ρυθμίζεται, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου. Οὐκ εἶπεν, ἐν παραδείσῳ, ἀλλ', ἐν οὐρανῷ. [370] Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ γῆ ὑπόκειται, νομίσης εἶναι ἐν γῆ· μετέστη ἐκεῖ πρὸς τὸν οὐρανόν· ἐκεῖ ταῦτα γίνεται μεταξὺ ἀγγέλων· ἄνω σου λαμβάνει τὴν ψυχὴν ὁ Θεός, ἄνω μεταρρυθμίζει, παρὰ τὸν θρόνον ἰστᾶ σε τὸν βασιλικόν. Πλάττεται ἐν τῷ ὕδατι, λαμβάνει δὲ ἀντίψυχον πνεῦμα. Ματὰ δὲ τὸ πλασθῆναι οὐκ ἀγει πρὸς αὐτὸν θηρία, ἀλλὰ δαίμονας· καὶ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν, καὶ λέγει, Πατεῖτε ἐπάνω ὄρων καὶ σκορπίων. Οὐ λέγει, Ποιήσωμεν ἀνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· ἀλλὰ τί; Δίδωσιν αὐτοῖς υἱοῖς Θεοῦ γενέσθαι, οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ, φησὶν, ἐγενήθησαν. Εἶτα ἵνα μὴ τοῦ ὄψεως ἀκούσης, εὐθὺς διδάσκη λέγειν· Ἀποτάσσομαι σοι· ἀντὶ τοῦ, Ὅπερ ἂν εἴπησ, οὐκ ἀκούσομαι σοῦ. Εἶτα ἵνα μὴ δι' ἑτέρων σε ἔλη, φησὶ, καὶ τῇ πομπῇ σου καὶ τῇ λατρείᾳ σου καὶ τοῖς ἀγγέλοις σου. Ἔθετο αὐτὸν οὐκέτι φυλάσσειν τὸν παράδεισον, ἀλλὰ πολιτεύεσθαι· ἐν οὐρανῷ. Εὐθὺς γὰρ ἀνεβόη, ταῦτα φέγγεται τὰ ῥήματα· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γεννηθῆτω τὸ θέλημα σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκ ἐπ' ὄφιν πίπτει τὸ παιδίον, οὐ ξύλον ὄρεος οὐδὲ πηγῆν, ἀλλ' αὐτὸν εὐθὺς περιλαμβάνεις τὸν δεσπότην, ἀνακαράνυσσαι τῷ σώματι, ἀναψύρη τῷ σώματι τῷ ἄνω κειμένῳ, ἐνθα προσελθῆναι οὐκ ἐν τῷ διαδόλῳ. Οὐκ ἐστι γυνή, ἵνα προσέλθῃ, καὶ ὡς ἀσθενεστέραν ἀπατήσῃ· Οὐκ ἐστὶ γὰρ, φησὶ, θῆλυ, οὐδὲ ἄρσεν. Ἄν μὴ σὺ κατέλθης πρὸς αὐτὸν, οὐ δυνήσεται ἐπιθῆναι ἐνθα εἶ· ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ εἶ, ὁ δὲ οὐρανὸς ἄβυθος τῷ διαδόλῳ. Οὐκ ἔχει ξύλον γωστὸν<sup>β</sup> καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἀλλὰ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς μόνον. Οὐκέτι ἀπὸ τῆς πλευρᾶς σου γυνή, ἀλλὰ πάντας ἐν ἔσμεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ οἱ ἠλειμμένοι ὑπὸ ἀνθρώπων, οὐδὲν πάσχουσιν ὑπὸ ὄρων, οὐδὲ οἱ

<sup>a</sup> Unus cod. et marg. Savil., καὶ μυρία ἀνιστοταμένου πάλιν.

<sup>b</sup> Γνωστικόν?

causae et poenae; ipse punitus solvit et peccatum et poenam; punitus autem fuit in cruce. Illic ergo ipsum afflixit: deinde ut qui haberet potestatem, ipsum dirupit. Quodnam chirographum? Aut id dicit, quod dicebant Moysi, *Quaecumque dixit Deus faciemus et audiemus* (*Exod. 24. 3*): aut si non hoc, quod Deo debeamus obedientiam: aut si non hoc, id quod tenebat diabolus, chirographum quod Deus fecit Adamo, dicens, *Quo die e ligno comederis, morieris* (*Gen. 2. 17*). Hoc ergo chirographum tenebat diabolus. Nec id nobis dedit Christus, sed ipse id scidit: quod quidem est ejus qui laetus remittit. *Exspolians principatus et potestates*. Diabolicas dicit potestates: vel quia eas induerat humana natura, aut quoniam eas habebat tamquam ansam, homo factus amovit ansam. Hoc sibi vult illud, *Traduxit*. Recte dicit, *Traduxit*: numquam enim tam turpiter et indecore se gessit diabolus. Nam cum eum se habiturum expectaret, etiam quotquot habuit perdidit: et corpore affixo mortui resurgebant. Illic vulnus accepit diabolus, cum id lethale accepisset a corpore mortuo. Et sicut athleta existimans se percussisse adversarium, letale vulnus accipit: ita etiam hic ostendit quod secure et confidenter mori, est probrum et dedecus diaboli. Ille enim omnia fecisset, si potuisset, ut persuaderet hominibus eum non esse mortuum. Nam quoniam totum quod postea futurum erat tempus, erat signum et indicium resurrectionis; mortis autem, si non illud fuisset, non futurum erat aliud tempus: propterea mortuus quidem est publice, omnibus videntibus; non resurrexit autem publice, ut qui sciret tempus quod postea erat futurum, veritati laturum testimonium. Nam quod mundo vidente supra in ligno occisus sit serpens, hoc est admirabile. Quid enim non fecit diabolus ut clam moreretur? Audi Pilatum dicentem: *Tollite ipsum vos, et crucifigite: ego enim nullam invenio in eo causam* (*Joan. 19. 6*). Et rursus ipsi dicebant Judaei: *Si Filius Dei es, descende de cruce* (*Matth. 27. 40*). Jam vero quoniam letale vulnus accepit, et non descendit; propterea etiam mandatus est sepulturae: quoniam fieri poterat ut statim resurgeret; sed ut res crederetur. Atqui in morte quidem privatorum licet eam imputare animi deliquio; hic autem non ita. Nam etiam milites non fregerunt ejus crura, sicut aliorum, ut manifestum esset eum esse mortuum. Et manifesti sunt etiam qui ejus corpus sepelierunt: propterea ipsi Judaei cum militibus obsignant lapidem. Hoc enim erat, in quo maxime omnium ponebatur studium, ne id adumbraretur ac tegetur. Et testes ab inimicis, a Judaeis. Audi ipsos dicentes Pilato: *Dixit seductor ille adhuc vivens, Post tres dies resurgam. Jube ergo a militibus custodiri sepulcrum* (*Matth. 27. 63. 64*): quod ipsi fecerunt. Audi ipsos quoque postea dicentes apostolis, *Vultis inducere super nos sanguinem viri hujus* (*Act. 5. 28*). Ipsius crucis modum non sivit contumelia affici. Nam quoniam angeli nihil tale sunt passi, propterea facit omnia; ostendens quod rem magnam et praecalam mors gesserit: ea enim fuit tamquam singulare certamen.

Percussit Christum mors; sed Christus percussus eam postea sustulit: mortuo corpore solutus est qui videbatur esse immortalis: et hoc vidit orbis terra. Et quod est admirabile, hoc alteri non commisit; sed factum est rursus aliud chirographum, non tale quale prius.

4. Videte ergo ne ex eo arguamur et convincamur, postquam dixerimus: Abrenuntiamus satanae, et tecum conjungimur, Christe. Vel potius non est hoc vocandum chirographum, sed foedus et pactum conventum. Est enim chirographum quando quispiam est debito obnoxius: hoc autem est foedus et pactum: non continet poenam, neque dicit, Si hoc, si non hoc: quod dixit Moyses aspergens sanguinem testamenti, et Deus quoque vitam promisit aeternam. Haec omnia sunt pactum conventum. Illic servus agit cum domino, hic amicus cum amico. *Quo die, inquit, comedes, morieris* (*Gen. 2. 17*). Statim minae. Illic autem nihil hujusmodi. Illic nuditas, et illic nuditas; sed illic quidem cum peccasset, nudatus fuit, quoniam peccavit; hic autem nudatur ut liberetur. Exiit tunc ille gloriam quam aliquando habuit; nunc hic veterem exiit hominem, et priusquam ascendat, tam facile exiit quasi vestimenta. Ungitur sicut athlete stadium ingressuri. Simul enim nascitur, et non sicut primus ille qui paulatim, sed statim; non sicut olim sacerdotes solo capite, imo vero amplius. Nam ille quidem capite, aure dextera, manu, ut et ad obedientiam et bona opera eum excitaret: hic autem totus ungitur. Non solum enim venit ut doceatur, sed etiam ut deceret et exerceatur. Ad alteram reducitur creaturam. Nam quando confessus fuerit vitam aeternam, confessus est aliam creaturam. Accepit pulverem e terra, et finxit hominem. De cetero autem non pulverem, sed Spiritum sanctum: hoc fingitur, hoc componitur, sicut et ipse in utero Virginis. Non dixit, In paradiso, sed, In caelo. Non enim, quoniam subjecta est terra, existimes esse in terra: illuc translatus es in caelum; illic haec fiunt inter angelos. Sursum animam tuam sumit Deus, sursum eam componens et concinnans: te sistit ad sedem regiam. Fingitur ac formatur in aqua, animae respondentem accipit spiritum. Postquam autem homo fuerit formatus, non ducit ad eum bestias, sed daemones, et eorum principem: et dicit, *Calcate super serpentes et scorpiones* (*Luc. 10. 19*). Non dicit, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen. 1. 26*); sed quid? Dat eis filios Dei fieri: Qui non ex sanguinibus, sed ex Deo, inquit, nati sunt. Deinde ne audias serpentem, statim doceris dicere: Abrenuntio tibi; id est, Quidquid dixeris, te non audiam. Deinde ne per alios te expugnet, dicit, Et pompae tuae et cultui tuo et angelis tuis. Posuit eum, non ut custodiret paradysum, sed ut versaretur in caelo. Cum primum enim ascenderit, haec verba loquitur: *Pater noster qui es in caelis, fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra* (*Matth. 6. 9. 10*). Non in faciem cadit puer, non lignum vides, neque fontem; sed ipsum Dominum

statim amplecteris, commisceris cum corpore, conspergeris cum corpore, quod supra situm est, quo diabolo non licet accedere. Non est mulier ut accedat, et decipiat tamquam imbecillioem: *Non est enim, inquit, femina, nec masculus* (Gal. 3. 28). Nisi tu ad ipsum descenderis, non poterit ubi es ascendere: tu enim es in cælo; cælum autem non patet diabolo. Non habet lignum, quo cognosci potest bonum et malum, sed solum lignum vitæ. Non amplius a latere tuo mulier, sed omnes unum sumus a latere Christi. Nam si qui sunt uncti ab hominibus, nihil patiuntur a serpentibus; neque tu patieris aliquid, quamdiu fueris unctus, ut possis serpentem tenere et suffo-

care, calcare super serpentes et scorpiones. Sed sicut magna sunt dona, ita quoque magnum est supplicium: non licet ei qui cecidit e paradiso, habitare ex adverso paradisi, neque reverti eo unde exiimus. Sed quid postea? Gehenna et vermis non desinens. Sed absit, ut quispiam ex nobis sit obnoxius huic supplicio; sed ex virtute viventis, studeamus ea agere quæ ei recta videntur et sunt grata: Deo placeamus, ut possimus et a suppliciis liberari, et æternis bonis perfrui, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VII.

CAP. 2. v. 16. *Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbatorum: 17. quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. 18. Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ: 19. et non tenens caput: ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei.*

1. Cum prius dixisset ænigmatische, *Videte ne quis vos decipiat secundum traditionem hominum; et rursus superius, Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in probabili sermone; et præoccupasset animum, et effecisset sollicitum; deinde interposuisset beneficia, et id amplificasset: tunc subiungit reprehensionem, et dicit, Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbatorum.* Vides quomodo ea deprimit? Si ea, inquit, assequuti estis, cur vos parvis redditibus obnoxios? Et extenuat dicens, *Aut in parte diei festi: non enim tenebant omnia priora. Aut neomeniæ aut sabbatorum.* Non dixit, Ne ergo servetis; sed, *Ne quis vos judicet.* Ostendit ipsos transgredi et solvere; in alios autem crimen transtulit. Ne sustineatis, inquit, eos qui judicant. Sed ne hoc quidem; verum cum eis solum disserit, non eis os obstruens ac eos reprimens, dicendo, Non debetis dijudicare. Sed hos non reprehensus erat. Non dixit, In mundis et immundis; neque dixit, In scenopegiis et azymis et pentecoste; sed, *In parte diei festi.* Non enim audebant totum servare; et si servabant, non ita ut festum agerent. *In parte,* inquit; ostendens quod magna ex parte sit solum: nam etsi sabbatum agebant, non tamen exacte et accurate. *Quæ sunt umbra futurorum.* Novi, inquit, Testamenti. *Corpus autem Christi.* Alii quidem sic puncto distinguunt: *Corpus autem, Christi;* veritas autem in Christo fuit: alii vero, *Corpus Christi bravium nemo vobis intervertat,* seu intercipiat. Καταπαύειν enim (quo verbo Paulus utitur) est quando aliorum quidem est victoria, aliorum vero bravium seu præmium; quando victoriam assequuto intercipitur præmium. Stas supra diabolum et

peccatum; quid peccato te rursus subjicis? Propterea dicebat, *Quoniam debitor est totius legis implendæ: et rursus, Num inventus est Christus minister peccati* (Gal. 5. 3. et 2. 17)? quod dicebat scribens ad Galatas. Quando igitur eis iram moverat dicendo, *Præmium intervertat,* tunc incipit: *Volens, inquit, in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ.* Quomodo, *In humilitate?* aut quomodo, *Inflatus?* Ostendit totum esse inanis gloriæ. Quid est autem omnino quod dicitur? Erant quidam qui dicerent non oportere nos per Christum adduci, sed per angelos: illud enim est, inquit, majus quam ut possimus assequi. Propterea susque deque versat quæ dicta sunt de Christo: *Per sanguinem crucis ejus reconciliati sumus* (Coloss. 1. 20); *Quia pro nobis passus est* (1. Petr. 2. 21); *Quia nos dilexit* (Ephes. 2. 4). Et in hoc ipso rursus confixi erant. Nec dixit, Additionem, sed, Religionem. *Quæ non vidit ambulans.* Non enim vidit angelos, sed ita est affectus tamquam si vidisset. Propterea dicit, *Inflatus sensu carnis suæ temere.* Neque enim propter rem aliquam veram, sed propter dogma fuit inflatus. Et humilitatis præ se fert speciem. Ac si diceret, Ob mentem carnalem, non spirituales; humana est cogitatio. *Et non tenens caput,* inquit, *ex quo totum corpus.* Id est, hinc habet ut sit, et ut recte sit. Quid ergo dimisso capite hæres membris? si illinc excideris, periisti. *Ex quo totum corpus.* Quicumque sit, non solum inde habet ut vivat, sed etiam ut illi conjungatur. Universa Ecclesia quamdiu habuerit caput, augetur. Non enim arrogantia et vanæ gloriæ est affectio, inventum humanæ mentis. Ecce illud, *Ex quo,* dicitur de Filio. *Per nexus et conjunctiones,* inquit, *subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.* Quod est secundum Deum, inquit, et ex optimo vitæ instituto. 20. *Si ergo mortui estis cum Christo.* Medium illud ponit, et quod est vehementius utrimque. *Si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid tamquam viventes in mundo decernitis?* Non habet consequentiam: oportebat enim dicere, Quomodo tamquam viventes subjicimini elementis? Sed hoc dimisso, quid dicit? 21. *Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contractaveritis: 22. quæ*

πίσει τι, ἕως ἂν ἦς ἠλειμμένος, ἵνα δυνήθῃς κατέχειν τὸν ὄφιν καὶ ἀποπνίγειν, πατεῖν ἐπάνω ὄρων καὶ σκορπίων. Ἄλλ' ὡσπερ μεγάλα τὰ δῶρα, οὕτω μεγάλη ἡμῖν καὶ ἡ τιμωρία· οὐκ ἐνὶ ἔκπεσόντα τοῦ παραδείσου ἀπέναντι οἰκῆσαι τοῦ παραδείσου, οὐδὲ ἐπνευθεῖν ὄθεν ἐξεπέσομεν. Ἄλλὰ τί μετὰ ταῦτα; Γέεννα, καὶ σκόληξ ἀτελευτήτος. Ἄλλὰ μὴ γένοιτό τινα ἡμῶν ὑπεύθυνον γενέσθαι ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ·

ἀλλ' ἐναρέτως ζῶντες, σπουδάσωμεν τὰ αὐτῶ δοκοῦντα διαπράττεσθαι· εὐαρεστήσωμεν τῷ Θεῷ, ἵνα δυνήθωμεν καὶ τῆς κολάσεως ἀπαλλαγῆναι, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

### OMIAIA Z'.

[371] *Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ ρουμηνίας ἢ σαββάτων, ἃ ἔστι σκιά τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμᾶς καταδραβεύετω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἔώρακεν ἐμβατεύων, εἰκὴ φυσιοῦμενος ὑπὸ τοῦ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἀφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὖξει τὴν αὖξησιν τοῦ Θεοῦ.*

α'. Πρῶτον αἰνιγματωδῶς εἰπὼν, *Βλέπετε μὴ τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων*, καὶ πάλιν ἀνωτέρω, *Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μὴ τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ*· καὶ προκαταβῶν τὴν ψυχὴν καὶ μεμεριμημένην ἐργαζάμενος, εἶτα παρενθεὶς τὰς εὐεργεσίας, καὶ μειζῶως τοῦτο ποιήσας, τότε ἐπάγει τὸν ἔλεγχον ὕστερον, καὶ φησὶ· *Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ ρουμηνίας ἢ σαββάτων*. Ὅραξ πῶς αὐτὰ καθαιρεῖ; Εἰ τοιούτων τετυχάκατε, φησὶ, τί τοῖς μικροῖς ὑπευθύνους ἑαυτοὺς ποιεῖτε; Καὶ ἐξευτελίζει λέγων, *Ἡ ἐν μέρει ἑορτῆς*· οὐ γὰρ δὴ πάντα κατεῖχον τὰ πρότερα. *Ἡ ρουμηνίας ἢ σαββάτων*. Οὐκ εἶπε, *Μὴ τοῖσιν φυλάττετε*, ἀλλὰ, *Μὴ τις ὑμᾶς κρινέτω*. Ἐδειξεν αὐτοὺς παραβαίνοντας καὶ λύοντας, ἐφ' ἐτέρους δὲ τὸ ἔγκλημα ἤνεγκε. *Μὴ ἀνέχεσθε τῶν κρινόντων*, φησὶν. Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο· ἀλλ' ἐκείνοις διαλέγεται μόνον, οὐχὲ ἐπιστομιζῶν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ὀφείλετε ἀνακρίνειν. Ἄλλ' οὐκ ἂν τούτων καθήψατο. Οὐκ εἶπεν, Ἐν καθαροῖς καὶ ἀκαθάρτοις, οὐδὲ εἶπεν, Ἐν σκηνοπηγίαις καὶ ἄζυμοῖς καὶ πεντηκοστῇ· ἀλλ', *Ἐν μέρει ἑορτῆς*· οὐ γὰρ ἐτόλμων τὸ πᾶν φυλάττειν· καὶ εἰ ἐφύλαττον, οὐχ ὥστε ἑορτάζειν. *Ἐν μέρει*, φησὶ· δεικνύς ὅτι τὸ πλεόν λέλυται. Εἰ γὰρ καὶ ἐσαββάτιζον, ἀλλ' οὐκ ἀκριδῶς. Ἄ ἔστι σκιά τῶν μελλόντων· τῆς Καινῆς, φησὶ, Διαθήκης. Τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ. Οἱ μὲν οὖν τοῦτο σιζοῦσι, τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ· ἢ δὲ ἀλήθεια ἐπὶ Χριστοῦ γέγονεν· οἱ δὲ, *τὸ σῶμα Χριστοῦ μηδεὶς ὑμᾶς καταδραβεύετω*, τουτέστιν, ἐπηραεζέτω. Καταδραβευθῆναι γὰρ ἐστὶν ὅταν παρ' ἐτέρῳ μὲν ἡ νίκη ᾖ, παρ' ἐτέρῳ δὲ τὸ βραβεῖον, ὅταν ἐπιηρέαζῃ ἡ νικήσας. Ἄνωθεν ἔσπηχας τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἁμαρτίας· τί πάλιν ὑπάγεις σαυτὸν

τῇ ἁμαρτίᾳ; Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, *Ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὁλον τὸν ῥόμον πληρῶσαι*· καὶ πάλιν, *Εὐρέθη Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος*; ὃ ἐν τῇ πρῆ; Γαλάτας γράφων ἔλεγεν. Ὅτε τοῖσιν αὐτοὺς ἐπέληψε θυμοῦ διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Καταδραβεύετω, τότε ἀρχεται*· θέλων, φησὶν, [372] *ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἔώρακεν ἐμβατεύων*, εἰκὴ φυσιοῦμενος ὑπὸ τοῦ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Πῶς, *Ἐν ταπεινοφροσύνῃ*; ἢ πῶς, *Φυσιούμενος*; Δείκνυσι κενοδοξίας ὃν τὸ πᾶν. Τί δὲ ὄλωσ ἐστὶ τὸ λεγόμενον; Ἦσαν τινες οἱ λέγοντες; Οὐ δεῖ ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ προσάγεσθαι, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀγγέλων· ἐκείνο γὰρ μείζον ἐστὶν, ἢ καθ' ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω στρέφει τὰ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα αὐτῷ, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ κατηλλάγημεν, *Ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθεν*, *Ὅτι ἠγάπησεν ἡμᾶς*. Καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τοῦτ' ἐπίεροντο πάλιν. Καὶ οὐκ εἶπε προσαγωγὴν, ἀλλὰ θρησκείαν. Ἄ μὴ ἔώρακεν ἐμβατεύων. Οὐ γὰρ εἶδεν ἀγγέλους, καὶ οὕτω διακείται ὡς ἰδῶν. Διὰ τοῦτο φησὶ, *Φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἰκὴ*. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τινι ἀληθεῖ πράγματι, ἐπὶ τῷ δόγματι πεφύσηται. Καὶ προβάλλεται ταπεινοφροσύνης σχῆμα· ὡσεὶ ἔλεγε· Σαρικῆς διανοίας, οὐ πνευματικῆς, ἀνθρώπινος ὁ λογισμὸς. *Καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν*, φησὶν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα. Τουτέστιν, ἐκαίθην ἔχει τὸ εἶναι, καὶ τὸ καλῶς εἶναι. Τί τοῖσιν τὴν κεφαλὴν ἀφελς, ἔχῃ τῶν μελῶν; ἔάν ἐκείθεν ἐκπέσῃ, ἀπὸ κλωσας. Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα. Ὅστις ἂν ᾖ, φησὶν, οὐ τὸ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τὸ συντίθεσθαι ἐκαίθην αὐτῷ. Πᾶσα ἡ Ἐκκλησία, ἕως ἂν ἔχῃ τὴν κεφαλὴν, αὖξει· ἐπεὶ οὐκέτι ἀπονοίας καὶ κενοδοξίας τὸ πάθος, ἀνθρωπίνης ἢ ἐνοίας τὸ εὖρεμα. Ἴδου τὸ, Ἐξ οὗ, ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ. *Διὰ τῶν ἀφῶν καὶ συνδέσμων*, φησὶν, *ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον*, αὖξει τὴν αὖξησιν τοῦ Θεοῦ· τὴν κατὰ Θεὸν, φησὶ, τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης. *Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ*. Μέσον ἐκεῖνο τίθησι, καὶ τὸ σφοδρότερον ἐκατέρωθεν. *Εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων*, φησὶ, *τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε*; Οὐκ ἔχει ἀκολουθίαν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν. Πῶς; ὡς ζῶντες ὑπόκεισθε τοῖς στοιχείοις; Ἄλλὰ τοῦτο ἀφελς, τί φησὶ; *Μὴ ἄψῃ μηδὲ γέουσι μηδὲ θίγῃς ἃ ἐστὶ πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίαις τῶν ἀνθρώπων*.

<sup>a</sup> Savius suspicatur legendum ἐπηραεσθῆ· et certe melius esset. — Non probō: cum tertiu enim persona legendum esset ὁ νικήσας. Locus autem recte se habet, si ἐπιηρέαζῃ pro secunda persona passivi sumatur. Emr.

<sup>b</sup> Dunpō legendum videtur οὐκ ἀνθρώπινος.

β'. Οὐκ εστέ ἐν τῷ κόσμῳ, φησί· καὶ πῶς τοῖς στοιχείοις ὑποκείσθε; πῶς ταῖς τοῦ κόσμου παρατηρήσεις; Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς κωμῶδει, Μὴ θίγῃς, μὴ ἄψῃ, μὴ γεύσῃ, ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεχομένους. Ἄ ἐστὶ πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Καθεῖλε τῶν πολλῶν τὴν φυσίωσιν, καὶ ἐπήγαγε· *Κατὰ τὰ ἐντάλματῶν καὶ διδασκαλίᾶς τῶν ἀνθρώπων. Τί λέγεις; κἄν τὸν νόμον εἴπῃς, λοιπὸν διδασκαλία ἐστὶν ἀνθρώπου μετὰ τὸν καιρὸν. Ἡ ὅτι παρεποῦν αὐτὸν οὕτως εἶπεν, ἦ τὰ τῶν Ἑλλήνων αἰνίττεται. Ὅλον ἀνθρώπινον τὸ δόγμα ἐστὶ, φησὶν. Ἄτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τιμὴ πρὸς πλῆσμονην τῆς [375] σαρκός. Ἀδύον, φησὶν, οὐ δύναμιν· ἄρα οὐκ ἀλήθειαν. Ὡστε κἄν λόγον ἔχη σοφίας, ἀποστρεφόμεθα. Δοκεῖ γὰρ εὐλαθῆς τις εἶναι καὶ μέτριος καὶ τοῦ σώματος καταφρονεῖν· οὐκ ἐστὶ δέ. Οὐκ ἐν τιμῇ τιμὴ πρὸς πλῆσμονην τῆς σαρκός. Ὁ Θεὸς γὰρ τιμὴν ἔδωκεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐν τιμῇ κέχρηται. Οὕτως, ὅταν δόγμα ᾦ, οὐδὲν αὐτὸ τιμὴν καλεῖν. Ἀτιμάζουσι τὴν σάρκα, φησὶν, ἀποστρεφόντες αὐτήν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀφαιρούμενοι, οὐκ ἐκόντος κρατεῖν συγχωροῦντες· ὁ Θεὸς τὴν σάρκα ἐτίμησεν. Εἰ οὖν συνηγήθητε τῷ Χριστῷ. Συνάγετε αὐτοὺς; λοιπὸν ἄνω κατασκευάσα; ἵτι ἀπέθανε. Διὰ τοῦτο φησὶν, Εἰ οὖν συνηγήθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε. Οὐκ ἐστὶν ἐκεῖ παρατήρησις. Τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὐ ὁ Χριστὸς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθημένος. Βαβα! ποῦ τὸν νοῦν ἀνήγαγε τὸν ἡμέτερον; πῶς φρονήματος αὐτοῦ ἐπλήρωσε μεγάλου; Οὐκ ἤρκει τὰ ἄνω εἰπεῖν, οὐδὲ, οὐ ὁ Χριστὸς ἐστὶν, ἀλλὰ προστίθησιν, Ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθημένος. Ἐκαίθην λοιπὸν οὐ τὴν γῆν ἱεῖν παρεσκευάζε. Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυσται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. Οὐκ ἐστὶν αὕτη, φησὶν, ἡ ζωὴ ὑμῶν· ἡ ὑμέτερα ζωὴ ἕτερα τις ἐστὶν. Ἡδὴ βιάζεται μεταστῆσαι αὐτοὺς, καὶ φιλονεικεῖ δεῖξαι καθημένους ἄνω, καὶ νεκροὺς ὄντας, ἐξ ἑκατέρων κατασκευάζων μὴ ζητεῖν τὰ ἐνταῦθα. Εἴτε γὰρ νεκροὶ ἐστέ, οὐκ ὀφείλετε ζητεῖν· εἴτε ἄνω ἐστέ, οὐκ ὀφείλετε ζητεῖν. Μὴ φαίνεται ὁ Χριστὸς; οὐκοῦν οὐδὲ ἡ ζωὴ ὑμῶν. Ἐν τῷ Θεῷ ἄνω ἐστὶ. Τί οὖν; πότε ζησόμεθα; Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε τὴν δόξαν ζητεῖτε, τότε τὴν ζωὴν, τότε τὴν τρυφήν. Ταῦτα προκατασκευαστικά τοῦ τῆς τρυφῆς αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν καὶ τῆς ἀνέσεως. Τοιοῦτον ἔθος αὐτῷ ἄλλα κατασκευάζοντι εἰς ἄλλα μεταπηδῶν· οἷον, ὡς περὶ τῶν προλαμβανόντων εἰς τὰ δεῖπνα διαλεγόμενος, ἐνέπεσεν ἄρθρον εἰς τὴν τῶν μυστηρίων παρατήρησιν. Μέγα γὰρ ἔχει ἔλεγχος, ὅταν ἀνυπόπτως γένηται. Κέκρυσται, φησὶν, ἀφ' ἡμῶν. Τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε. Ὡστε νῦν οὐ φαίνεσθε. Ὅρα πῶς; αὐτοὺς εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν μετέστησεν. Ὅσα γὰρ ἔφη, ἀεὶ φιλονοῦσθε; καὶ δεῖξα; τὰ αὐτὰ ἔχοντας ἄπερ καὶ ὁ Χριστὸς·*

καὶ διὰ πασῶν αὐτοῦ τῶν ἐπιστολῶν οὗτος ὁ λόγος ἐν πάσι κοινωνοῦντας; αὐτῷ δεῖξαι. Διὰ τοῦτο καὶ κεφαλὴν, καὶ σῶμα λέγει, καὶ πάντα ποιεῖ, ἵνα τοῦτο παραστήσῃ. Εἰ τοίνυν τότε φανερούμεθα, μὴ ἀλγῶμεν, ὅταν τιμῇ; μὴ ἀπολαύωμεν· εἰ μὴ ἐστὶν αὕτη ἡ ζωὴ ζωῆ, ἀλλὰ κέκρυσται, ὡς νεκροὶ ζῆν ὀφείλομεν ταύτην τὴν ζωὴν. Τότε καὶ ὑμεῖς, φησὶ, σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. — Ἐν δόξῃ, εἶπεν, οὐκ ἀπλῶς· ἐπεὶ καὶ ὁ μαργαρίτης κέκρυσται, ἕως ἂν ᾗ ἐν τῷ ὄστρεφί. Ἄν τε οὖν ὑβρίζωμεθα, μὴ ἀλγῶμεν, ἂν τε ὀτιοῦν πάσχωμεν [374] οὐ γὰρ ἐστὶν ἡμῶν ζωὴ αὕτη ἡ ζωὴ· ἔξνοι γὰρ καὶ παρεπίδημοὶ ἐσμεν. Ἀπεθάνετε γὰρ, φησὶ. Τίς ἐστὶν οὕτως ἀνόητος, ὡς τῷ νεκρῷ σώματι τῷ ταφέντι ἢ οἰκέτας ἀγοράζειν, ἢ οἰκίας οἰκοδομεῖν, ἢ ἱμάτια κατασκευάζειν πολυτελεῖ; Οὐδεὶς. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς· ἀλλ' ὡς περ ἐν μόνον ζητούμεν, ὡς τε μὴ γεγυμνωσῆσθε, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἐν μόνον ζητῶμεν. Ἐτάφη ἡμῶν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος· ἐτάφη οὐκ ἐν γῆ, ἀλλ' ἐν ὕδατι, οὐ τοῦ θανάτου αὐτὸν καταλύοντος, ἀλλὰ τοῦ τὸν θάνατον καταλύσαντος θάψαντος αὐτὸν αὐ φύσεως νόμῳ, ἀλλὰ τῷ τῆς φύσεως ἰσχυροτέρῳ προστάγματι τῆς δεσποτείας. Τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ φύσεως γενόμενα κἄν ἀναλύσει τις, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ προστάγματος αὐτοῦ, οὐκέτι. Οὐδὲν ταύτης μακαριώτερον τῆς ταφῆς· ἐφ' ἣ πάντες χαίρουσι, καὶ ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης· ταύτη τῇ ταφῇ οὐκ ἱματίων, οὐ λάρνακος, οὐκ ἄλλου τῶν τοιοῦτων οὐδενὸς χρεῖα. Βούλει τὸ σύμβολον ἰδεῖν; Δείξω σοι καλυμθῆθραν, ἐν ἣ ὁ μὲν ἐτάφη, ὁ δὲ ἀνέστη· ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσῃ κατεποντίσθησαν Αἰγύπτιοι, ἀνῆλθον δὲ Ἰσραηλῖται· καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα τὸν μὲν θάπτει, τὸν δὲ γεννᾷ.

γ'. Μὴ θαυμάσης, εἰ γένεσις καὶ φθορὰ γίνεται ἐν τῷ βαπτίσματι· ἐπεὶ, εἰπέ μοι, τὸ λύειν τῷ συγγολῶν οὐκ ἐναντίον; Παντί που δήλον. Τοῦτο τὸ πῦρ ποιεῖ· κηρὸν μὲν γὰρ διαλύει καὶ ἀπόλλυσι, γῆν δὲ μεταλλικὴν συγγολᾷ καὶ χρυσὸν ἐργάζεται. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, τὸν κήρινον ἀνδριάντα ἀφανίσασα ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, εἰδείξε χρυσοῦν ἀντ' ἐκείνου· πῆλινος γὰρ ὄντας; ἤμεν πρὸ τοῦ λουτροῦ, χρυσοὶ δὲ μετὰ τοῦτο. Πόθεν δήλον; Ἀκοῦσον αὐτοῦ λέγοντος· Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δευτερός ἄνθρωπος οὐράνιος ἐξ οὐρανοῦ. Ἐγὼ μὲν ὅσον πηλίνου πρὸς χρυσὸν τὸ μέσον εἶπον, εὗρον δὲ μελίζονα διαφορὰν οὐρανοῦ καὶ γῆνου· οὐ τοσοῦτον δὲ ἡ πηλίνου καὶ χρυσοῦ τὸ μέσον, ὅσον τῶν γῆινων καὶ τῶν οὐραίνων. Κήρινοι ἤμεν, καὶ πῆλινος· καὶ γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἡμᾶς ἔτιξε φιλῆς πολλῶ μάλλον ἢ τὸν κηρὸν τὸ πῦρ· καὶ ὁ τυχὼν ἡμᾶς συνέκλα πειρασμὸς πολλῶ μάλλον ἢ τοὺς πηλίνους ὁ λίθος. Καὶ, εἰ βούλεσθε, ὑπογράψωμεν τὸν πρότερον βίον, εἰ μὴ πάντα ἦν γῆ καὶ ὕδωρ, καὶ τὸ εὐρίπιστον ἔχοντα καὶ τὸν κοινορτὸν καὶ τὸ ἄστατον καὶ διαρρέον. Καὶ, εἰ βούλεσθε, μὴ τὰ πρότερα, ἀλλὰ τὰ παρόντα ἐξετάσωμεν, εἰ μὴ κοινορτὸν καὶ ὕδωρ εὐρήσομεν πάντα

\* I lege οὐ τοσοῦτον γάρ.



*sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta et doctrinas hominum.*

2. Non estis, inquit, in mundo : quomodo subijcimini elementis ? quomodo hominum observationibus ? Et vide quam illos ludificetur : Ne tangas, inquit, ne contrectes, ne gustes ; quasi illi quibusdam magnis abstinerent. *Quæ sunt omnia in interitu ipso usu.* Multorum deiecit tumorem, et subjunxit : *Secundum præcepta et doctrinas hominum.* Quid dicis ? etiamsi legem dicas, ea jam est doctrina hominum post tempus. Aut ita dixit, quia eam adulterabant ac depravabant ; aut tacite significat ea quæ sunt Græcorum. Totum, inquit, est dogma seu decretum humanum. 25. *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, nec in honore quodam ad saturitatem carnis.* Rationem, inquit, non vim ; ergo noc veritatem. Quamobrem etiamsi rationem habeas sapientiæ, aversamur. Nam videtur aliquis esse pius et modestus, et corpus despiciere ; neque tamen talis est. *Non in honore aliquo ad saturitatem carnis.* Deus enim dedit honorem ; ipsi autem non usi sunt cum honore. Sic quando fuerit dogma seu decretum, id scit vocare honorem. Dedecore, inquit, afficiunt carnem, eam privantes et potestatem adimentes ; non permittens ut voluntariæ dominetur : Deus carnem honoravit. (Cap. 3.) 1. *Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.* Eos conciliat, cum superius probasset eum esse mortuum. Propterea dicit : *Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.* Non est illic observatio. *Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Papæ ! quo mentem nostram evexit ? quomodo eos magno implevit spiritu ! Non satis habuit dixisse quæ sursum sunt, neque ubi Christus est ; sed quid ? *In dextera Dei sedens.* Illinc de cætero effecit ut in terram non aspiciatur. 2. *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram ;* 3. *mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* 4. *Cum autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Vita, inquit, hæc non est vestra ; est quædam alia vita vestra. Jam urget ut eos transferat, et contendit ostendere eos sedere superne, etiamsi sint mortui, ex utrisque probans non esse quarrenda quæ hic sunt. Nam sive mortui estis, non debetis quærere ; sive superne estis, non debetis quærere. Neque apparet Christus ; ergo neque vita vestra : in Deo est apud superiores. Quid ergo ? quando vivemus ? Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc gloriam quærite, tunc vitam, tunc delicias. Hæc sunt quibus iter munit, ut eos abducat a deliciis otioque et requie. Hic est mos ejus, ut alia probans et confirmans, ad alia transiliat : ut de iis loquens qui cœnam anticipabant, repente delapsus est ad observationem mysteriorum. Magnum enim quidpiam reprehensio, cum facta fuerit citra suspicionem. *Abscondita est, inquit, a vobis. Tunc vos quoque cum eo apparebitis.* Quamobrem nunc non apparetis. Vide quomodo eos transfert in ipsum cælum. Nam sicut dixi, semper contendit ostendere eos

eadem habere quæ Christus ; et per omnes suas epistolas hoc agit, ut ostendat eos societatem et communionem cum eo habere in omnibus. Propterea et caput dicit et corpus, et omnia facit, ut hoc representet et exhibeat. Si ergo tunc apparebitis, ne doleamus quando honorem non assequimur : si hæc vita non est vita, sed est absconsa, tamquam mortui debemus hanc vitam vivere. *Tunc et vos, inquit, cum ipso apparebitis in gloria.* In gloria dixit non abs re, nec inconsiderate. Nam et margarita est absconsa, quamdiu fuerit in ostreo. Sive ergo contumelia afficiamur, ne doleamus ; sive quodvis patiamur : non est enim nostra vita hæc vita : hospites enim et peregrini sumus ; *Mortui enim, inquit, estis.* Quis adeo desipit ut mortuo corpori sepulto aut servos emat, aut domos ædificet, aut pretiosas vestes comparet ? Nullus. Nec nos ergo ; sed sicut unum solum quærimus, ne simus nudati : ita hic quoque unum quæramus. Sepultus est noster primus homo, sepultus est non in terra, sed in aqua ; non morte ipsum dissolvente, sed eo qui mortem dissolvit, ipsum sepeliente ; non lege naturæ, sed jussu fortiore quam sit et natura et dominium. Nam quæ facta sunt a natura, dissolverit etiam quispiam ; quæ autem ab ejus jussu, nequaquam. Hæc sepultura nihil est heavius, quam omnes lætantur, et angeli et homines et Dominus angelorum : huic sepulturæ non opus est vestibus, non loculo, nec ulla re alia ejusmodi. Vis videre symbolum seu signum ? Ostendam tibi piscinam, in qua alius quidem est sepultus, alius vero resurrexit : in mari Rubro demersi sunt Ægyptii, ascenderunt et pervaserunt Israelitæ. Res eadem alium quidem sepeliat, alium vero generat.

3. Ne mireris, si ortus et interitus sit in baptismate. Nam, dic mihi, solvere et conglutinare nonne sunt contraria ? Cuius est perspicuum. Hoc facit ignis : nam ceram quidem dissolvit et perdit, terram autem metallicam conglutinat, et aurum facit. Ita hic quoque, ceream statuam cum vis ignis deleverit, pro ea aurum reddit : eramus enim plane lutei ante favacrum, aurei autem postea. Unde hoc constat ? Audi ipsum dicentem : *Primus homo e terra, terrenus ; secundus homo e cælo, cælestis* (1. Cor. 15. 47). Ego quidem dixi quantum intersit inter lutum et aurum ; inveni autem majorem differentiam cælestis et terreni : non tantum autem interest inter lutum et aurum, quantum inter terrena et cælestia. Cerei eramus et lutei : nos enim liquefecit flamma cupiditatis, multo magis quam ceram ignis ; et quævis nos confregit tentatio, multo magis quam luteos lapis. Et, si vultis, describamus vitam priorem, ut videamus num omnia essent terra et aqua, et hujusmodi ut instar Euripi fluerent et refluxent, essentque veluti pulvis, plane instabilia et diffluentia. Et, si vultis, examinemus non priora, sed presentia, num omnia instar pulveris et aquæ esse reperiamus. Quid enim vis nos dicere ? magistratus et principatus ? nihil enim in hac vita videtur esse magis amulandum. Sed magis invenieris pulverem in acre stantem, quam hæc, nunc

maxime. Cui enim non sunt subjecti? Iis qui ipsos amant, eunuchis, iis qui pecuniæ gratia faciunt omnia, iræ populi, potentiorum indignationi. Qui heri sublimis in tribunali, habebat præcones alta voce clamantes, et multos præcurrentes, et in foro superbe et gloriose incedentes, est hodie vilis, humilis, abjectus, ab omnibus illis desertus et nudus, tamquam pulvis eventilatus, tamquam unda quæ præterit (a). Sicut autem pulvis excitatur a nostris pedibus, ita etiam pariuntur magistratus ab iis qui versantur in pecuniis, et in tota vita locum et ordinem habent pedum: et sicut pulvis quidem cum extollitur, magnam partem tenet aeris, ipse autem est modicus: ita etiam magistratus: et sicut pulvis excæcat oculos, ita etiam fastus principatus orbat mentis oculos.

*Quomodo divitiæ vanæ sint et nos aliquando ignominia afficiant. Theodosii imperatoris in Antiochenos ira.* — Sed quid? vis excutiamus rem valde optandam, nempe divitias? Age, eas sigillatim examine-mus. Habent delicias, habent honores, habent potentiam. Atque primum quidem, si vis, examine-mus delicias: annon eæ sunt pulvis? imo vero citius pulvere transeunt: nam ad linguam usque pertingit voluptas deliciarum; cum autem impletus fuerit venter, ne ad linguam quidem usque. At ipsi honores, inquit, sunt res suavis et jucunda. Et quid est illo honore insuavius, cum habeatur propter usum pecuniæ? Cum non habeatur ex libera electione, neque ex aliqua animi alacritate, non tu frueris honore, sed divitiæ. Quamobrem hoc ipsum facit divitem maxime omnium inhonoratum. Nam, dic, quæso, si te habentem amicum omnes honorarent, faterentur autem te quidem nullius esse pretii, necesse autem esse ut propter illum te honorent, quomodo te ignominia aliter magis affecissent? Itaque ignominia causa sunt nobis divitiæ, ut quæ ipsis possessoribus sint magis honorata, et imbecillitatis indicium potius quam potentiæ. Quomodo ergo non est absurdum, terra et cinere (hoc enim est aurum) nos non existimari esse dignos, sed nos propter illud honorari? Et merito. Non ita vero affectus est divitiarum contemptor; melius est enim non honorari quam sic honorari. Nam, dic, quæso, si quis tibi diceret, Nullo te honore dignum esse existimo, sed propter famulos tuos te honoro; an hac ignominia potest quidquam esse pejus? Si autem propter servos turpe esse honorari, qui sunt participes ejusdem cuius nos animæ et naturæ: multo magis propter ea quæ sunt his viliora, domorum, inquam, parietes et atria, et vasa aurea et vestes. Hæc vero sunt ridicula et pudenda: melius est mori quam sic honorari. Dic enim mihi, si te in hoc fastu periclitantem vilis qui-piam et despiciendus ab hoc periculo vellet liberare, quidnam hoc esset pejus? Quod autem de civitate inter vos dicitis, volo vobis dicere. (b) Eum qui rerum potiebatur aliquando offen-

dit nostra civitas, et jussit eam everti funditus, cum viris, pueris et domibus. Tales enim sunt iræ regum: potestati quantum volunt indulgent: tantum malum est potestas. Erat ergo in extremis periculis. Hæc autem vicina civitas maritima rogavit pro nobis Imperatorem: qui autem nostram habitabant civitatem, dicebant hoc esse pejus quam dirui civitatem. Adeo sic honorari pejus est, quam ignominia affici. Vide enim undenam radices agat honor. Coquorum manus faciunt ut nos honoremur; quamobrem illis debemus habere gratiam: et subulci lautam præbentes mensam, et textores et lanifici, et qui metalla operantur, et qui placentas condiunt, qui et mensas sternunt.

4. Annon ergo melius est non honorari, quam talis honoris illis habere gratiam. Præter hæc autem quod ditescere plenum sit ignominia, ego aperte conabor ostendere. Turpem facit animam: quid est autem hoc ignominiosius? Nam, dic, quæso, si corpus esset speciosum, et omnes superans pulchritudine; accedentes autem divitiæ pollicerentur se id turpe facturas, et pro sano ægrotum, pro bene composito tumidum et inflammatum; et omnibus membris intercute repletis inflassent quidem faciem, et omni ex parte tumidam redderent, pedes quoque inflassent et trabibus fecissent graviore, inflassent et ventrem, et effecissent majorem quovis dolio; postea vero ne iis quidem, qui vellent curare, se permissuras profiterentur (ea enim est nimia potestas), sed se tantam daturas esse libertatem, ut si quis accederet ad ipsum liberandum a noxiis, eum essent punituræ: an quid immanius, quæso, esset? Cum ergo divitiæ sic animam afficiant, quomodo res pulchra fuerint? Sed nimia potestas est ipso morbo gravior: ægotantem enim ne medicorum quidem parere legibus, est gravius quam ægotare. Quod habent et divitiæ, facientes omni ex parte intumescere et inflammari animam, et prohibentes medicos accedere. Quamobrem propter nimiam potestatem ne eos beatos pronuntiemus, sed eorum misereamur. Neque enim, si aqua intercute jacentem viderim, et neminem vetantem quominus potu impleatur quantum velit et noxiis carnibus, eum beatum dixerim propter eam potestatem. Potestas enim non est semper bona, sicut nec honores: nam ex superbia implent et arrogantia. Si autem nolles corpus morbum suscipere cum divitiis, quomodo despicias animam, non hanc solum, sed etiam aliam quoque suscipientem punitionem? Undique enim arduat febris et inflammationibus; febrem illam nemo potest extinguere: non sicut enim divitiæ, utpote quæ detrimenta persuadent esse commoda: velut, neminem sustinere, et per summam licentiam omnia agere. Non enim aliam in-

norum, qui Imperatricis statuas evertentur. Qua de re indignatus Theodosius, civitatem male multare, imo perdere parabat; sed tandem ira sedata Antiochenis pepercit. Hic quæritur quæ sit illa urbs Antiochiæ vicina ad oram maris sita, quæ Imperatorem rogavit, ut Antiochenis jaceret. Quidam putant Seleuciam fuisse: sed res in incerto versatur. Quod autem singulari omnino videtur; malebant, inquit Chrysostomus, Antiocheni perire, quam istius urbis rogatu a tanto periculo eripi.

(a) De Eutropio Eunuchio actum fuit in Monito supra. Nam de eo prorsus loqui videtur.

(b) In sequentiibus capitulis agit de seditione Antioche-

τὰ ἕντα. Τί γάρ βούλει εἰπεῖν; τὰς ἀρχάς καὶ τὰς δυναστείας; τοῦτου γάρ οὐδὲν δοκεῖ ζηλωτότερον εἶναι ἐν τῷ παρόντι βίῳ. Ἀλλὰ τὸν κοινορτὸν εὐροὶ τις ἂν μάλλον ἐπὶ τοῦ ἀέρος ἰστέμενον, ἢ ταῦτα, μάλιστα νῦν. Τίνι γάρ οὐχ ὑπόκεινται; Τοῖς ἐρῶσιν αὐτῶν, τοῖς εὐνοῦχοις, τοῖς τῶν χρημάτων ἕνεκεν ἀπαντα πράττουσι, θυμῷ δήμῳ, ὄργαις τῶν δυνατωτέρων. Ὁ χθὲς ἐπὶ τοῦ βήματος ὑψηλός, ὁ κήρυκας ἔχων λαμπρᾶ τῇ φωνῇ βοῶντας, καὶ πολλοὺς τοὺς προτρέχοντας καὶ σοδοῦντας κατὰ τὴν ἀγορὰν, [375] σήμερον εὐτελής καὶ ταπεινός καὶ πάντων ἐκείνων ἔρημος καὶ γυμνός, καθάπερ κοινορτὸς ἀναβήπιπθεις, καθάπερ ρεῦμα παρελθόν. Καθάπερ δὲ ἡ κόνις ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐγείρεται τῶν ἡμετέρων· οὕτω δὴ καὶ αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τούτων τίκονται τῶν περὶ τὰ χρήματα στρεφόμενων, καὶ ποδῶν τάξιν ἐχόντων ἐν παντὶ τῷ βίῳ· καὶ καθάπερ ἡ κόνις, ὅταν μὲν αἰρήσεται, πολὺ μέρος κατέχει τοῦ ἀέρος, αὐτὴ δὲ ἐστὶν ὀλίγη, οὕτω καὶ ἡ ἀρχὴ· καὶ καθάπερ ἡ κόνις τυφλοὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὕτω καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τύφος τηροὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας.

Ἀλλὰ τί; βούλει τὸ πολυεύκτον πρᾶγμα ἐξετάσωμεν, τὸν πλοῦτον; Φέρε καταμέρος αὐτὸν ἐξετάσωμεν. Ἐχει τρυφήν, ἔχει τιμὰς, ἔχει τὸ δύνασθαι. Πρῶτον οὖν, εἰ βούλει, τὴν τρυφήν ἐξετάσωμεν, οὐχὶ κοινορτὸς ἐστὶ; μάλλον δὲ καὶ τοῦτου ταχύτερον παρατρέχει· μέχρι γάρ τῆς γλώττης ἢ ἡδονῆς τῆς τρυφῆς· ὅταν δὲ ἐμπλησθῇ ἡ γαστήρ, οὐδὲ μέχρι τῆς γλώττης. Ἀλλ' αὐταὶ αἱ τιμαὶ πρᾶγμα ἡδῦ, φησί. Καὶ τί τῆς τιμῆς ἐκείνης ἀηδέστερον, ὅταν διὰ χρεῖαν γίνεται χρημάτων; Ὅταν μὴ ἐκ προαιρέσεως, μηδὲ ἀπὸ προθυμίας τινός, οὐ οὐ καρπούσαι τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ πλοῦτος. Ὡστε μάλιστα πάντων ἄτιμον ποιεῖ τὸν πλουτοῦντα τοῦτο αὐτό. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ σε φίλον ἔχοντα πάντες ἐτίμουν, ὠμολόγουν δὲ σὲ μὲν οὐδεὶς ἄξιον εἶναι, ἀναγκάζεσθαι δὲ δι' ἐκείνον τιμᾶν, ἢ ὅπως ἂν σε ἐτέρως ἠτίμασαν; Ὡστε ἀτιμίας αἴτιος; ὁ πλοῦτος ἡμῖν, αὐτῶν τῶν κεκτημένων τιμιώτερος ὢν, καὶ ἀσθενεὶς, ἢ δυναστείας τεκμήριον. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον γῆς καὶ σποδοῦ (τοῦτο γὰρ ὁ χρυσός) μὴ νομίζεσθαι ἡμᾶς ἀξίους εἶναι, ἀλλ' ἡμᾶς δι' ἐκείνον τιμᾶσθαι; Εἰκότως· ἀλλ' οὐχ ὁ τοῦ πλοῦτου καταφρονῶν, οὕτω· κρεῖττον γάρ μὴ τιμᾶσθαι ἢ οὕτω τιμᾶσθαι. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ τις εἰπέ σοι, ὅτι Σὲ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι ἄξιον τιμῆς, διὰ δὲ τοὺς οἰκέτας σου τιμῶ σε, ἄρα τί ταύτης τῆς ἀτιμίας γένοιτο ἂν χειρόν; Εἰ δὲ τὸ δι' οἰκέτας τιμᾶσθαι αἰσχρὸν τοὺς τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἡμῖν κοινωνοῦντας καὶ φύσεως, πολλῶν μάλλον, διὰ τούτων, ἅπερ ἐστὶν εὐτελέστερα, τοίχους λέγω οἰκιῶν καὶ αὐλὰς καὶ σκευὴ χρυσᾶ καὶ ἱμάτια. Γέλως ὄντως καὶ αἰσχρὴ ταῦτα· βέλτιον ἀποθανεῖν, ἢ οὕτω τιμηθῆναι. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ τίς σε κινδυνεύοντα ἐν τῷ τύφῳ τοῦτιμῆς εὐτελής καὶ κατὰ πτωστός ἐξελίσσεται ἠθέλησε τοῦ κινδύνου, τί ἂν τούτου χειρόν ἦν; Ὅπερ δὲ περὶ τῆς πόλεως πρὸς ἀλλήλους λέγετε, βούλομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. Προσέκρουσέ ποτε τῷ κρατοῦντι ἢ πόλις ἢ ἡμετέρα, καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἐκέλευσεν ἄρδην ἀπολέσσαι μετὰ ἀνδρῶν καὶ παιδῶν καὶ οἰκημάτων. Τοιοῦτοι γάρ οἱ θυμοὶ οἱ βασιλικοὶ· τῇ ἐξουσίᾳ ὅσον ἂν θέλωσι, χαρίζονται· το-

σοῦτον [376] ἢ ἐξουσία κακόν. Ἦν οὖν ἐν κινδύνῳ τοῖς ἐσχάτοις. Ἦ δὲ γείτων πόλις, αὐτὴ ἢ ἐπιθαλάσσιος, ἐλθοῦσα παρεκάλεσε τὸν βασιλέα ὑπὲρ ἡμῶν· οἱ δὲ τὴν πόλιν οἰκοῦντες τὴν ἡμετέραν ἔλεγον τοῦτο χειρόν εἶναι τοῦ κατασκαφῆναι τὴν πόλιν. Οὕτω τοῦ ἀτιμασθῆναι τὸ οὕτω τιμᾶσθαι χειρόν ἐστὶ. Ὅρα γάρ πόθεν ἔχει τὴν βίξαν ἢ τιμῆ. Μαγεῖρων χεῖρες ποιοῦσιν ἡμᾶς τιμᾶσθαι, ὥστε ἐκείνοις ὀφείλομεν χάριν ἔχειν· καὶ συδῶται παρέχοντες πλουσίαν τὴν τράπεζαν, καὶ ὑφάνται καὶ ἔριθοι καὶ οἱ μέταλλα ἐργαζόμενοι καὶ πλακουντοποιοὶ καὶ τραπεζοποιοί.

8. Τοῦ τοίνυν τούτοις εἰδέναι χάριν τῆς τιμῆς οὐ βέλτιον τὸ μὴ τιμᾶσθαι; Καὶ χωρὶς δὲ τούτου, ὅτι ἀτιμίας γέμει τὸ πλουτεῖν, ἐγὼ σαφῶς ἀποδείξαι περὶ ἄσομαι. Τὴν ψυχὴν αἰσχρὰν ἐργάζεται· τί δὲ τούτου ἀτιμότερον; Εἰπέ γάρ μοι, εἰ τὸ σῶμα ὠρατον ἦν, καὶ πάντας νικῶν τῷ κάλλει, ὁ δὲ πλοῦτος προσελθὼν ἐπηγγέλλετο ποιήσῃν αἰσχρὸν, καὶ ἀντὶ μὲν ὑγιῶς νοσῶδες, ἀντὶ δὲ κατισταλμένου φλεγμαῖνον, καὶ πάντα τὰ μέλη ὑδέρου πληρώσας ἐξώγκωσε μετὰ τὴν ὄψιν, καὶ πάντοθεν ἐποίησεν οἰδαίνειν, ἐξώγκωσε δὲ πόδας καὶ τῶν δοκῶν βαρυτέρους ἐποίησεν, ἐξώγκωσε δὲ γαστέρα καὶ παντὸς πίθου μερίζονα εἰργάσατο, καὶ μετὰ τοῦτο οὐδὲ τοῖς βουλομένοις θεραπεύειν ἐπηγγέλλετο συγχωρήσειν (τοῦτο γάρ ἡ ἐξουσία), ἀλλὰ τοσαύτην δώσειν ἐλευθερίαν, ὥστε ἂν τις προσεῖη ἀπάγων τῶν βλαπτόντων κολάσειν αὐτόν· ἄρα ἦν ἂν τι τοῦτου ὠμότερον, εἰπέ μοι; Οὐκοῦν τὸ πλουτεῖν, ὅταν τὴν ψυχὴν ταῦτα ἐργάζεται, πῶς ἂν εἴη καλόν; Ἀλλ' ἡ ἐξουσία αὐτῆς τῆς νόσου χαλεπώτερα· τὸ γὰρ νοσοῦντα μηδὲ νόμοις ἰατρῶν πείθεσθαι, τοῦ νοσεῖν χαλεπώτερον· ὅπερ ὁ πλοῦτος ἔχει, πανταχόθεν φλεγμαῖνειν ποιῶν τὴν ψυχὴν, καὶ τοῦ; ἰατροῦς προσεῖναι κωλύων. Ὡστε διὰ τὴν ἐξουσίαν μὴ μακαρίζωμεν τοῦτους, ἀλλ' ἐλεῶμεν. Οὐδὲ γὰρ ὑδερικὴν ἰδὼν κατακείμενον, καὶ μηδὲνα κωλύοντα ἐμφορεῖσθαι πομάτων, ὅσων περ ἦθελε, καὶ κρεῶν τῶν βλαπτόντων, ἐμακάρισα ἂν αὐτὸν διὰ τὴν ἐξουσίαν. Οὐ γὰρ πανταχοῦ ἡ ἐξουσία καλὴν, ὡς περ οὖν οὐδὲ αἱ τιμαὶ· καὶ γὰρ καὶ αὐταὶ φρονήματος πληροῦσι πολλοῦ. Εἰ δὲ τὸ σῶμα οὐκ ἂν εἴλου μετὰ πλοῦτου ταύτην δέξασθαι τὴν νόσον, πῶς τὴν ψυχὴν περιορᾶς, οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐτέραν κολασίν δεγομένην; Καὶ γὰρ πυρετοῖς πάντοθεν φλέγεται καὶ φλεγμοναῖς, καὶ τὸν πυρετὸν ἐκείνον οὐδεὶς σέβει δύναται· οὐ γὰρ ἀφίησιν ὁ πλοῦτος, ἅπερ ἐστὶν ἐλαττώματα, ταῦτα πείσας εἶναι πλεονεκτήματα· οἶον, τὸ μηδενὸς ἀνέχεσθαι, καὶ ἐξουσία πάντα ποιεῖν. Οὐ γὰρ εὐρήσει τις ἄλλην ψυχὴν τοσοῦτων γέμουσαν ἐπιθυμιῶν καὶ οὕτως ἀτόπων, ὡς τὰς τῶν βουλομένων πλουτεῖν. Πίστας γὰρ ληρωδίας οὐχ ὑπογράφουσιν ἑαυτοῖς; Μᾶλλον τῶν τοὺς ἱπποκονταύρους ἀναπλαττόντων καὶ τὰς χιμαῖρας καὶ τοὺς δρακοντόποδας [377] καὶ τὰς Σκυλλὰς καὶ τὰ τέρατα, ἴδοι τις ἂν αὐτοὺς ἀναπλάττοντας. Κἂν θελήσης αὐτῶν μιαν ἐπιθυμίαν ἀναπλάσαι, οὐδὲν οὔτε σκύλλα οὔτε χιμαῖρα οὔτε ἱπποκονταύρους φανήσονται πρὸς τὴν τερατωδῆν ἐκείνην, ἀλλ' εὐρήσεις πάντα ὁμοῦ ἔχουσαν τὰ θηρία. Καὶ τάχα μετὰ τις οἰήσεται ἐν πλοῦτιν γαγενῆσθαι πολλῶν οὕτως ἐπαληθεύοντα τοῖς γινομένοις. Λέγεται τις·

πρότερον γὰρ ἀπὸ τῶν παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἄδοκίμων τὸν λόγον πιστώσομαι· λέγεται τις παρ' αὐτοῖς βασιλεὺς τοσοῦτον ἐνυδρίσασθαι τῆ τρυφῆ, ὥστε πλάτανον ποιῆσαι χρυσῆν, καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ οὕτω καθίσει, καὶ ταῦτα ἐπιστρατεύων ἀνθρώποις πολεμεῖν μεμαθηκόσιν. Ἄρα οὐχ ἱπποκονταύρων αὕτη ἡ ἐπιθυμία; ἄρα οὐ Σκύλλης; Ἔτερος πάλιν εἰς βούην ξύλινον ἐνέβαλε τοὺς ἀνθρώπους. Ἄρα οὐ Σκύλλα τοῦτο; Τέως δὲ τῶν πρότερον ἐξ ἀνδρῶς γυναῖκα ἐποίησε τὸν βασιλέα, τὸν στρατιώτην· ἀπὸ γυναικὸς, τί εἶπω; Ἱηρόν ἄλογον, καὶ ἐτι τοῦτου χεῖρον. Τὰ γὰρ θηρία ὑπὸ δένδρων ἂν ἦ, ἀνέχονται τῆς φύσεως, καὶ πλεόν οὐδὲν ἐπιζητοῦσιν· οὗτος δὲ καὶ τῶν θηρίων τὴν φύσιν ὑπερηκόντισεν. Ἄρα τί γένοιτ' ἂν τῶν πλουτουόντων ἀνοητότερον; Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς πλεονεξίας τῶν ἐπιθυμιῶν γίνεται. Ἄρα οὐχὶ πολλοὶ θαυμάζουσιν αὐτόν; Τοιγάρτοι τοῦ γέλωτος κοινωνοῦσιν αὐτῷ. Τοῦτο οὐ τὸν πλουτοῦτον ἔδεικνυ, ἀλλὰ τὴν ἄνοιαν. Πόσων τῆς χρυσῆς ἐκείνης πλατάνου ἡ τῆς γῆς βελτίων; τὰ γὰρ κατὰ φύσιν τῶν παρὰ φύσιν ἴδιω. Τί δέ σοι ὁ χρυσὸς οὐρανὸς ἐβούλετο, ἀνόητε; Ὁρᾷς πῶς μαινομένους ὁ πλοῦτος ποιεῖ ὁ πολὺς; πῶς φλεγμαίνει; Οἶμαι αὐτόν καὶ τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν, καὶ τάχα βαδίζειν βούλεσθαι ἐπ' αὐτῆς. Ἄρα οὐ χίμαιρα ταῦτα; ἄρα οὐχ ἱπποκένταυρος; Ἄλλ' εἶσι καὶ νῦν τινες οἱ οὐδὲ ἐκείνου ἀποδέουσι, ἀλλὰ πολλῶ ἀνοητότεροι τυγχάνουσιν οὗτος. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, τῆς χρυσῆς πλατάνου διαφέρουσι κατὰ ἄνοιαν οἱ κεράμια ποιοῦντες χρυσᾶ καὶ χύτρας καὶ ἀλάβαστρα; Τί δὲ αἱ γυναῖκες (αἰσχύνονται μὲν οὖν, πλὴν ἀναγκαῖον εἰπεῖν), ἀμίδας ἀργυρᾶς ποιοῦσαι; Ὑμᾶς αἰσχύνεσθαι τὰς ταῦτα ποιοῦσας ἔδει. Τοῦ Χριστοῦ λιμώττοντος, σὺ οὕτω τρυφᾷ; μᾶλλον δὲ ἀνοηταίνεις; ποῖαν αὐταὶ κόλασιν οὐ τίουσιν; Ἔτι οὖν ἐρωτᾷς, διὰ τί λησταί, διὰ τί ἀνδροφόνου, διὰ τί τὰ κακὰ, οὕτω; Ὑμᾶς τοῦ διαβόλου παρασύραντος; Τὸ μὲν γὰρ πινάκια ἔχειν ἀργυρᾶ, οὐδὲ τοῦτο μὲν κατὰ φιλόσοφον ψυχῆν, ἀλλὰ τρυφῆς τὸ πᾶν· τὸ δὲ καὶ σκευὴ ἀκάθαρτα ποιεῖν ἐξ ἀργύρου, ἄρα τρυφῆς; ἀλλ' οὐχ ἂν εἶποιμι τρυφῆς, ἀλλ' ἀνοίας· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ μανίας, μᾶλλον δὲ καὶ μανίας χεῖρον.

ε'. Οἶδα ὅτι πολλοὶ με κωμωδοῦσιν ἐπὶ τούτῳ, ἀλλ' οὐκ ἐπιστρέφομαι, μόνον γινέσθω τι πλεόν. Ὅντως ἀνοήτους ποιεῖ τὸ πλουτεῖν καὶ μαινομένους. Εἰ τοσαύτη [378] ἦν ἡ περιουσία, ἐβουλήθησαν ἂν καὶ τὴν γῆν εἶναι χρυσῆν, καὶ τοίχους χρυσοῦς, τάχα καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἄέρα ἀπὸ χρυσοῦ. Τίς ἡ μανία, τίς ἡ παρανομία<sup>a</sup>; τίς ὁ περὶ τὸς; Ἔτερος τῷ κρυμῶ διαφθέρεται ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, σὺ δὲ τοιαῦτα κατασκευάζεις; Ἄ τοῦ τύπου· τί ἂν πλεόν μαινόμενος ἐποίησε; τὰ ἀποπατήματα οὕτω τιμᾶς, ὥστε ἀργύρῳ ὑποδέχεσθαι; Οἶδα ὅτι ναρκᾶτε ἀκούοντες, ἀλλ' αἱ ποιοῦσαι ναρκᾶν ὀφείλουσι, καὶ οἱ τοῖς τοιοῦτοις νοσήματιν ἄνδρες ὑπηρετοῦμενοι! ἀκολασία γὰρ ἐστὶ καὶ ὀμότης καὶ ἀπανθρωπία καὶ θηριωδία καὶ ἀσέλγεια τοῦτο. Ποῖα Σκύλλα, ποῖα χίμαιρα, ποῖος δράκων, μᾶλλον δὲ ποῖος δαίμων, ποῖος διάβολος ταῦτα ἂν ἐποίησε; Τί τοῦ Χριστοῦ ὄφελος; τί δὲ τῆς πίστεως; ὅταν ἀνθρώπων ἀνέχεται<sup>b</sup> τις Ἑλλήνων, μᾶλ-

ad incutiendum pudorem dicit, *Alter alterius membra sumus* (Ephes. 4. 25). Illos facit hominum veluti opifices, alterum quidem repellentium, alterum vero suscipientium. Illic *Membra* dicit; hic *Omnia*: cor, iram; os, blasphemiam; oculos, fornicationem, avaritiam; manus et pedes, mendacium, cogitationem ipsam et mentem veterem. Unam habet formam regiam, nempe Christi. Videntur isti mihi magis esse ex gentibus, quos respicit, ostendens membra sive majora sive minora unam regiam formam habere. Sicut enim terra, cum sit arena, sua prius perdita forma, postea fit aurum; et lanæ, qualescumque sint, alteram formam accipiunt et priorem occultant: ita etiam fidelis. *Supportantes*, inquit, *invicem*. Ostendit quod justum est: tu illum patere, et ille te: quod quidem dicit in Epistola ad Galatas: *Alter alterius onera portate* (Gal. 6. 2). *Et grati*, inquit, *estote* (Col. 3. 15). Maxime enim ubique hoc querit, ut quod sit summa bonorum.

5. *Gratias agere quando oporteat. Ligamina superstitionosa*. — Gratias ergo agamus in omnibus quidquid venerit: hoc enim est gratiarum actio. Nam in rebus secundis hoc agere, non est magnum; ipsa enim rerum natura nos ad hoc impellit: quando autem cum ad extrema ventum est, gratias agimus, tunc est admirandum. Quando enim propter ea quæ alii maledictis insectantur et ægre ferunt, gratias agimus, vide quanta sit philosophia. Primo Deum exhilaras: secundo diabolus pudore afficit; tertio et quod factum est nihil esse pronuntias: simul enim tu gratias agis, et Deus dolorem amputat, et recedit diabolus. Nam si ægre tuleris, is, ut qui quod volebat effecerit, adest; et Deus, ut qui sit blasphemiam et maledicto affectus, relinquit, et malum intendit et auget: sin autem gratias egeris, ut qui nihil proficiat, recedit; et Deus, ut qui sit honore affectus, honorem magis rependit. Nec fieri potest ut homo qui propter mala agit gratias, mala sentiat. Lætatur enim anima, ut quæ recte se gerat: statim læta est conscientia, et suis gestit et exsultat laudibus: quæ vero læta est, non potest esse tristis. Illic autem cum calamitate urget etiam flagellans conscientia; hic coronat et tanquam præconio proclamat. Nihil est lingua illa sanctius, quæ in malis Deo agit gratias: revera ea nihil distat a lingua martyrum: similiter et ipsa et ille coronatur. Nam eam quoque urget licitor, qui cogit Deum negare per blasphemiam: instat et diabolus cogitationum urgens carnificinis, et tenebras offundens animo ægritudinibus. Si quis ergo dolores tulerit, et gratias egerit, coronam accipit martyrii: exempli gratia, infans ægrotat, et Deo agit gratias; hoc matri corona est. Quo tormento non est deterior animi ægritudo? sed ea non cogit verbum acerbum emitte. Moritur: rursus agit gratias? Facta est filia Abrahami. Nam etsi propria manu non occidit, sed tamen lætata est propter sacrificium, quod par est: non succensuit cum donum auferretur. Rursus ægrotavit: non fecit ligamina? Reputatur ei martyrium; mente enim sacrific-

cavit filium. Quid enim, si illa nihil prosunt, sed sunt fallaciæ et Indibria? Sunt tamen qui suadent ea prodesse; et maluit infantem videre mortuum, quam pati idololatriam. Ut ergo ipsa est martyr, sive in seipsa, sive in filio hoc faciat, sive in marito, sive in aliquo qui est ei carissimus: ita altera est cultrix idolorum; est enim perspicuum quod diis sacrificasset, si licuisset sacrificare: imo vero jam fecit quod est sacrificii. Ligamina enim, etsi de iis millies philosophentur qui iis utantur, dicentes, Deum invocamus, et nihil amplius facimus; et quæ sunt hujusmodi; et, Christiana est vetula et fidelis: ea res est idololatria. Es fidelis? signa te: dic, Hæc arma habeo sola, hoc medicamentum; aliud autem nescio. Dic mihi, si quis accesserit medicus, et medicinæ dimissis medicamentis incantet, eumne dicemus medicum? Nequaquam: medicinæ enim non videmus pharmaca. Ita nec hic christianismi. Aliæ autem rursus alligant nomina fluviorum, et alia audent innumerabilia. Ecce dico et prædico vobis omnibus: quod si quispiam fuerit deprehensus, non parcam iterum, sive ligamen, sive incantationem, sive hujus artis aliquid alii faciat. Quid vero? morietur, inquit, infans. Si sic vixerit, tunc morietur; sin autem absque illis mortuus fuerit, tunc vivit. Nunc autem si videris quidem filium versantem cum meretricibus, optas eum in terra infossam, et dicis, Quid ei prodest vivere? videns autem cum in periculo salutis, vis videre eum vivum? Non audivisti Christum dicentem, *Qui perdidit animam suam, inveniet eam; qui autem invenit, perdet eam* (Math. 16. 25)? credis iis quæ dicta sunt, an tibi videntur esse fabulæ? Dic mihi, si quis dixerit, Duc in templum idolorum, et vivet, patieris? Non, inquit, Quare? Quia cogit colere idola: hic autem non est idololatria, sed solum, inquit, incantatio. Hæc est cogitatio satanica, hæc sunt diabolicæ insidiæ, tegere errorem, et in melle dare venenum. Quoniam novit se illa hac via non persuasurum, ingressus est ad amuleta et aniles fabulas: et crux quidem affecta est ignominia, literæ autem in majori honore sunt habitæ: Christus fuit ejectus, et introducitur anus ebria et delirans: conculcatum est nostrum mysterium, et chorus ducit fraus diaboli. Cur ergo non arguit, inquit, Deus? Quod ab iis datur auxilium sæpe arguit, et tibi non persuasit: jam dimittit errantem. *Tradidit enim, inquit, ipsos Deus in reprobum sensum* (Rom. 1. 28). Hæc ne ethnicus quidem, qui sapit, toleraverit. Dicitur quidam orator populi Athenis aliquando hæc sibi applicasse: deinde cum quidam philosophus, illius magister eum vidisset, reprehendisse, comquestum esse, momordisse, traduxisse. Nos autem adeo misere affecti sumus, ut his credamus.

*Cur miracula non fiant. Quarundam superstitionum descriptio*. — Cur non sunt, inquires, qui mortuos suscitent, et curationes peragant? Cur, non dico: cur nunc non sunt qui vitam despiciant præsentem? cur mercede Deo servimus? Quando imbecillius affecta erat humana natura; quando oportebat plantari fidem, erant multi hujusmodi; nunc autem non vult

nos pendere ab his signis, sed paratos esse ad mortem. Cur ergo vitæ præsentî inhæres? cur futura non aspicias? et pro hac quidem etiã idola colere sustines, pro illa autem ne subire quidem aliquam animi agritudinem? Propterea non sunt nunc tales, quoniam turpis nobis visa est illa vita; siquidem pro illa nihil agimus, pro hac autem nihil recusamus perpeti. Quid vero aliud quoque ridiculum, cinis et fuligo et sales? et rursus in medium prodit anicula. Res plane ridicula et pudenda. Et oculus, inquit, rapuit infantem.

6. Quousque hæc satanica? quomodo non ridebunt Græci? quomodo non subsannabunt, quando eis dicemus magnam esse virtutem crucis? quomodo id eis persuadebitur, cum videant nos opus habere iis quæ ipsi irrident? propterea Deus dedit medicos et medicamenta? Quid vero, si illi non curent, sed puer excedat? Quo abit, dic, quæso, infelix et miser? ad dæmonesne abit et ad tyrannum? annon abit in cælum? annon ad suum Dominum? quid ergo doles? quid fles? quid luges? quid infantem magis diligis quam Dominum? nonne propter illum eum habes? cur est ingratus, qui donum plus ames quam illum qui dedit? At sum, inquit, imbecillus, et non fero Dei timorem. Nam si in malis corporalibus majus tegit minus, multo magis in anima timor solvit timorem, et dolor dolorem. Erat puer pulcher? Sed cujusmodicumque esset, non erat Isaaco pulchrior: erat ille quoque unicus. In senectute tibi natus est? Et ille. Sed est venustus et elegans? Verum cujusmodicumque sit, non est Moyse venustior et elegantior, qui etiam barbaricos oculos illexit ad sui amorem, idque eo tempore ætatis, in quo nondum appareret venustas et elegantia; sed tamen eum dilectum in fluvium jecerunt parentes. Tu quidem et vides jacentem, et mandas sepulturæ, et abis ad monumentum: illi autem nesciebant num piscibus esca esset futurus, an canibus, an alicui alii bestię ex iis quæ pascuntur in mari: et hæc faciebant, cum nihil adhuc scirent de regno, neque de resurrectione. At non est unicus, sed ipse quoque post multos excessit? Sed non tam repentina et tam accumulata tristicque fuit calamitas, quam quæ Jobo accidit: non tecto dejecto, non inter prandendum, non calamitatibus prius annuntiatis. At a te diligebatur? Sed non magis quam Joseph devoratus a bestia; sed tamen tulit calamitatem, et quæ post illam exstitit, et quæ post hanc. Pa-

ter flevit, sed non impie se gessit; luxit, sed non intolerabiliter tulit, sed usque ad hæc verba constitit, dicens, *Joseph non est, Symeon non est, et Benjamin auferetis? in me facta sunt omnia* (Gen. 42. 36). Vides quomodo illi persuaserit famis tyrannus ut filios despiceret; apud te autem non tantum potest Dei metus, quantum fames? Lacrymare, non veto; sed nihil blasphemum dixeris nec feceris. Cujusmodicumque sit filius, non est cum Abele conferendus: sed nihil tale dixit Adam. Atqui gravis erat illa calamitas: quid enim gravius, quam quod frater fratrem interfecerit? Sed enim aliorum quoque fratricidarum opportune subit memoria: velut quando Absalon Ammon interfecit primogenitum (2. Reg. 13): et David rex amabat puerum, et in sacco quidem jacebat et cinere. Non vero adduxit divinatores, neque incantatores, etsi tunc erant; idque ostendit Saül: at Deo supplicabat. Tu quoque id fac: quod justus facit, fac tu quoque: eadem dic verba, quando mortuus fuerit infans: Ego ad ipsum abibo, ipse vero non veniet ad me. Hoc est philosophiæ, hoc est benevolentię. Ut ames infantem, non tantum amas, quantum ille tunc, etiam si esset natus ex adulterio: tenebatur autem tunc ille beatus summo matris desiderio. Scitis autem fœtus amoris parentum participes esse. Et tantus erat amor, ut et si propter eum male audiret, vellet tamen eum vivere: sed tamen Deo egit gratias. Quomodo affectam existimas fuisse Rebeccam, quando Jacobo minatus est frater? maritum non affecit molestia, sed jussit eum amandare. Cogita quæ sunt his pejora, cum grave aliquid pateris, et sufficientem habebis consolationem; et apud te reputa, quid si in bello esset mortuus? quid si in igne? et quidquid passi fuerimus, graviora cogitemus, et sic sufficientem habebimus consolationem; et eos qui graviora passi sunt, semper consideremus; necnon si ipsi graviora aliquando passi sumus. Sic etiam hortatur Paulus, ut quando dicit, *Nondum usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum decertantes* (Hebr. 12. 4); et rursus, *Tentatio vos non apprehendit, nisi humana* (1. Cor. 10. 13). Iis ergo quæ passi fuerimus graviora consideremus; inveniemus enim; et sic erimus grati. Ante omnia autem, propter omnia assidue gratias agamus: sic enim et hæc cessabunt, et nos ad Dei gloriam vivemus, et bona promissa assequemur: quæ detur nobis assequi gratia et benignitate, etc.

## HOMILIA IX.

CAP. 3. V. 16. *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes et componentes vos ipsos in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Domino: 17. et omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.*

1. *Quomodo grati in Deum fieri possimus. Scripturæ sacræ legendæ.* — Cum suscisset esse gratos, viam

ostendit. Quam illam? De qua nos vobiscum prius disseruimus. Quid dicens? *Verbum Christi habitet in vobis abundanter.* Imo vero non hanc solum, sed etiam aliam. Nam ego quidem dixi, quod oportet eos etiam recensere qui graviora passi sunt, et animo versare eos qui sustinuerunt ac tolerarunt graviora quam nos, et gratias agere quod illa non evenerint: ipse vero quid dicit? *Verbum Christi habitet in vobis abundanter;* hoc est, doctrina, dogmata, admonitio,

καίτης οὐδὲν παραιτούμεθα ὑπομένειν. Τί δὲ καὶ ὁ ἄλλος γέλως, σποδὸς καὶ ἀσθόλη καὶ ἄλλες; καὶ πάλιν τὸ γραδίον εἰς τὸ μέσον. Γέλως ὄντως, καὶ αἰσχύνη. Καὶ ὀφθαλμοί, φησὶν, ἤρπασε τὸ παιδίον.

Μέχρι τίνος ταῦτα τὰ σατανικά; πῶς οὐ γελάσονται Ἕλληνες; πῶς οὐ χλευάσουσιν, ὅταν αὐτοὺς λέγωμεν, Μεγάλη ἡ δύναμις τοῦ σταυροῦ; πῶς πεισθίσονται, ὅταν ὀρώσι τούτων δεομένους, ὧν αὐτοὶ καταγαλῶσι; διὰ ταῦτα ὁ Θεὸς Ιατροὺς ἔδωκε καὶ φάρμακα; Τί οὖν, ἂν μὴ θεραπεύωσιν ἐκεῖνοι, ἀλλὰ ἀπέρχεται τὸ παιδίον; Ποῦ ἄπεισιν, εἰπέ μοι, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε; πρὸς τοὺς δαίμονας ἄπεισι; πρὸς τινὰ τύραννον ἄπεισιν; οὐχὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄπεισιν; οὐχὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην; τί οὖν ἀλγείς; τί κλαίεις; τί πενθεῖς; τί τοῦ Δεσπότη σου πλέον τὸ παιδίον φιλεῖς; οὐχὶ δι' ἐκείνου ἔχεις καὶ τούτο; διὰ τί ἀχάριστος εἶ, τὸ ὄψρον τοῦ ὀψρησαμένου πλέον ἀγαπῶν; Ἄλλ' ἀσθενής εἰμι, φησὶ, καὶ οὐ φέρω τὸ Θεοῦ τὸν φόβον. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς σωματικοῖς κακοῖς τὸ μείζον τὸ ἔλαττον κρύπτει, πολλῶν μᾶλλον ἐν τῇ ψυχῇ φόβος εἰ προσῆν, φόβος φόβον ἂν ἔλυσε, καὶ λύπη λύπην. Καλὸν ἦν τὸ παιδίον; Ἄλλ' οἶον ἂν ἦ, οὐκ ἔστιν ὠραιότερον τοῦ Ἰσαάκ· μονογενής ἦν κακεῖνος. Ἐν γῆρα σοι γέγονε; Κακεῖνος. Ἄλλ' ἀστεῖόν ἐστιν; Ἄλλ' οἶον ἂν ἦ, οὐκ ἔστιν ὠραιότερον τοῦ Μωϋσέως, ὃς καὶ βαρβαρικὴν βίην ἐπεσπάσατο πρὸς πόθον, καὶ ταῦτα ἐν ἐκείνῳ τῆς ἡλικίας τῷ καιρῷ, ἔνθα οὐδέπω φαίνεται ἡ ὥρα· ἀλλ' ὅμως; τὸ φιληθὲν τοῦτο ἔρριπτον εἰς ποταμὸν οἱ γονεῖς. Σὺ μὲν καὶ ὄρᾳς κείμενον, καὶ ταφῇ παραδίδως, καὶ εἰς τὸ σῆμα θίπει· ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ ἤδυσαν πότερον ἰχθύσιν ἔσται βορὰ, πότερον κυσὶ, πότερον ἐτέρω θηρίῳ τῶν κατὰ τὴν θάλατταν βοσκομένων· καὶ ταῦτα ἐποιοῦν, οὐδέπω περὶ βασιλείας οὐδὲν εἰδότες, οὐδὲ περὶ ἀναστάσεως. Ἄλλ' οὐκ ἔστι μονογενής, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦς καὶ αὐτὸ ἀπῆλθεν; Ἄλλ' οὐχ οὕτως ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰῶβ ἀθρόα ἡ συμφορὰ, καὶ σκυθρωποτέρα· οὐ στέγης κατενεχθείσης, οὐκ ἀριστῶντων μεταξύ, οὐ τῶν συμφορῶν προαγγελθειῶν. Ἄλλ' ἐφιλείτε παρὰ σοῦ; Ἄλλ' οὐχὶ μᾶλλον τοῦ Ἰωσήφ τοῦ θηριοθρότου γενομένου· ἀλλ' ὅμως ἐνεγκε τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν μετ' ἐκείνην, καὶ τὴν μετὰ ταύτην. Ὁ πατήρ ἐκλαυσεν, ἀλλ' οὐκ ἠσέθησεν· ἐπέβησεν, ἀλλ' οὐκ ἀπεδυστέτησεν, ἀλλὰ μέχρι τούτων ἔστη τῶν βημάτων, λέγων·

Ἰωσήφ οὐκ ἔστι, Συμῶν οὐκ ἔστι, καὶ τὸν Βενιαμὴν [389] λήψθε; ἐπ' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα πάντα. Ὁρᾷς πῶς ἐκεῖνον λιμοῦ τυραννίς ἐπεισε καταφρονῆσαι τῶν παίδων· παρὰ δὲ σοὶ οὐκ ἔρχεται ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος ὅσον ὁ λιμός; Κλαύσων, οὐ κωλύω, ἀλλὰ μηδὲν βιάσφημον μήτε εἰπῆς, μήτε πράξης. Οἶος ἐάν ἦ ὁ παῖς, οὐκ ἔστι κατὰ τὸν Ἄβελ· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν ὁ Ἀδάμ. Καίτοι χαλεπὴ ἐκείνη ἡ συμφορὰ· τί γὰρ χαλεπώτερον τοῦ τῶν ἀδελφῶν ἀνηρηκέναι; Ἄλλὰ γὰρ καὶ ἀδελφοκτόνων εὐκαίρως ἄλλων ἀνεμνήσθη· οἶον ὅτε Ἀβελὸς ὁ βασιλεὺς ἠγάπα τὸ παιδίον, καὶ ἐν σάκκῳ μὲν ἐκάθητο καὶ σποδῆ. Οὕτε δὲ μάντις ἤγαγεν, οὔτε ἐπιρροὺς, καίτοι ἦσαν τότε· καὶ δηλοῖ ὁ Σαοὺλ· ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἰκέτευσ. Τοῦτο καὶ σὺ ποιεῖ· ὅπερ ὁ δίκαιος ἐποίησε, ποιήσον καὶ σὺ· τὰ αὐτὰ εἰπέ βήματα, ὅταν ἀποθάνῃ τὸ παιδίον· Ἐγὼ μὲν ἀπελεύσομαι πρὸς αὐτὸ, αὐτὸ δὲ οὐχ ἤξει πρὸς με. Τοῦτο φιλοσοφίας, τοῦτο φιλοστοργίας. Ὡς ἂν φιλῆς τὸ παιδίον, οὐ φιλεῖς τοσοῦτον ὅσον ἐκεῖνος τότε· τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ ἤχημαζεν ὁ περὶ τὴν μητέρα πόθος, εἰ καὶ ἐκ μοιγεῶν ἦν. Ἰστε δὲ ὅτι κοινωνεῖ τὰ τικτόμενα τοῦ φίλτρου τῶν τικτόντων. Καὶ τοσοῦτος ὁ ἔρωσ ἦν, ὡς καὶ κατήγορον αὐτῷ ὄν βούλεσθαι ἔῃν· ἀλλ' ὅμως ἠὲ χάριστῃσε τῷ Θεῷ. Τί οἶε πάσχειν τὴν Ῥεβέκκαν, ὅτε ἀδελφὸς ἠπειλήσε τῷ Ἰακώβ; οὐκ ἐλύπησε τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ἐκέλευσεν ἀποπέμψαι. Ἐνόησον τὰ τούτων χεῖρω, ὅταν τι δεινὸν πάθῃς, καὶ ἱκανὴν ἔξεις παραμυθίαν· καὶ λογίζου, τί δὲ, εἰ ἐν πολέμῳ τεθνήσκῃ; τί δὲ, εἰ ἐν πυρὶ; Καὶ ὧν ἐάν πάθωμεν, τὰ δεινότερα ἐνοώμεν, καὶ ἔξομεν ἀρχοῦσαν παραμυθίαν· καὶ τοὺς τὰ δεινότερα πεπονθότας αἰεὶ περισκοπῶμεν, καὶ εἰ αὐτοὶ βαρύτερα ἐπάθομέν ποτε. Οὕτω καὶ Παῦλος προτρέπει, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ὅσῳ μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι*, καὶ πάλιν, *Πειρασμοὶ ὑμῶν οὐκ ἐλίψουν, εἰ μὴ ἀνθρώπινοι*. Ὡν οὖν ἂν πάθωμεν, τὰ χεῖρω περισκοπῶμεν· εὐρήσομεν γὰρ, καὶ οὕτως ἐσόμεθα εὐχάριστοι. Πρὸ δὲ πάντων εὐχαριστῶμεν ἐπὶ πάντε διηκεῶς· οὕτω γὰρ καὶ ταῦτα παύσεται, καὶ ἡμεῖς εἰς δόξαν Θεοῦ ζήσομεν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς· ἐπιτυγεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ.

## [390] ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

*Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες, καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ἠδυντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Κυρίῳ· καὶ πᾶν ὃ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι' αὐτοῦ.*

α'. Παραίνεσας εὐχαριστοὺς εἶναι, καὶ τὴν ὁδὸν δείκνυσι. Πρῶτα δὴ ταύτην; Ἦν πρῶτην ἡμεῖς διελέχθημεν πρὸς ὑμᾶς. Τί λέγων; Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ

ἐνοικεῖτω ἐν ὑμῖν πλουσίως. Μᾶλλον δὲ οὐ ταύτην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν. Ἐγὼ μὲν γὰρ εἶπον, ὅτι δεῖ τοὺς τὰ δεινότερα πεπονθότας ἀναλέγειν, καὶ τοὺς τὰ χαλεπώτερα ὧν ἐπάθομεν ὑπομειναντας ἀναλογίζεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ συμβῆναι ἐκεῖνα· αὐτὸς δὲ τί φησιν; Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖτω ἐν ὑμῖν πλουσίως· τουτέστιν, ἡ διδασκαλία, τὰ δόγματα, ἡ παραίνεσις, ἐν αἷς οὐδὲν τὴν παρούσαν ζωὴν εἶναι φησιν, οὐδὲ τὰ ταύτης ἀγαθὰ. Ἐάν γὰρ ταῦτα ἴδωμεν, οὐδενὶ τῶν δυσχερῶν εἰζόμεν. Ἐνοικεῖτω,

φησιν, ἐν ὑμῖν πλουσίως, μὴ ἀπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας. Ἀκούσατε ὅσοι ἐστέ κοσμικοί, καὶ γυναικῶς καὶ παιδῶν προδιστασθε, πῶς καὶ ὑμῖν ἐπιτρέπεται μάλιστα τὰς Γραφὰς ἀναγιγνώσκειν· καὶ οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Ὡσπερ γὰρ ὁ πλοῦσιος ἐν χρήμασι ζημίαν καὶ καταδίκην ἐνεργεῖν δύναται, οὕτως ὁ πλουτῶν ἐν δόγμασι φιλοσοφίας, οὐχὶ πενίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς συμφορὰς εὐκόλως οἴσει, καὶ ἐκείνου εὐκολώτερον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν τῇ διαλύσει τῆς ζημίας ἀνάγκη τὸν θντα πλοῦσιον ἐλαττοῦσθαι καὶ ἐλέγχεσθαι· κἄν πολλάκις τοῦτο πάθῃ, οὐκέτι δυνήσεται ἐνεργεῖν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· οὐδὲ γὰρ δαπανῶμεν τοὺς ὑγίεις λογισμούς, ὅταν ἐνεργεῖν τι δέη τῶν ἀβουλήτων, ἀλλὰ μένουσι διαπαντός. Καὶ ὄρα τὴν σύνεσιν τοῦ μακαρίου τούτου· Οὐκ εἶπεν· Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν ἔστω, ἀπλῶς, ἀλλὰ τί; Ἐνοικεῖτω, καὶ, *Πλουσίως. Ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ ρουθετοῦντες ἑαυτοῦς.* Τὴν ἀρετὴν φησι σοφίαν· ἐικότιος· καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη γάρ; καὶ ἡ ἐλεημοσύνη, καὶ ὅσα τοιαῦτα, σοφία ἐστίν· ὡσπερ οὖν τάναντία, ἀνοία· καὶ γὰρ ὠμότης ἐξ ἀνοίας. Ὅθεν πολλαχοῦ τὴν πᾶσαν ἀμαρτίαν ἀφροσύνη καλεῖ. *Εἶπε*, φησιν, *ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός·* καὶ πάλιν, *Προσώλεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μύλωνές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Τί γὰρ ἀνοητότερον, εἰπέ μοι, τοῦ ἑαυτὸν μὲν ἰμάτια περιβάλλοντος, τοὺς δὲ ἀδελφούς [391] τοὺς αὐτοῦ γυμνοὺς παραβλέποντος; τοῦ κύνος μὲν τρέφοντος, τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ περιορῶντος ἐν λιμῷ; τοῦ πεπεισμένου ἀπλῶς, ὅτι οὐδὲν τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καὶ ὡσπερ ἀθανάτοις αὐτοῖς; προστετηκότος; Ὡσπερ οὖν οὐδὲν τοῦ τοιοῦτου ἀνοητότερον, οὕτως οὐδὲν σοφώτερον τοῦ τὴν ἀρετὴν κατορθοῦντος. Ὅρα γὰρ, πῶς σοφός ἐστι, φιλόανθρωπος· ἐπέγνω τὴν φύσιν ὅτι κοινή· ἐπέγνω τὴν τῶν χρημάτων χρῆσιν, ὅτι οὐδενὸς ἀξία λόγου· ὅτι τῶν σωμάτων τῶν οικείων δεῖ φείδασθαι μᾶλλον, ἢ τῶν χρημάτων. Διὸ δόξης καταφρονῶν καὶ φιλόσοφός ἐστιν· οἶδε γὰρ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. Τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων γνώσις ἡ φιλοσοφία. Οὐκοῦν οἶδε μὲν ποία θεῖα, ποία δὲ ἀνθρώπινα, καὶ τῶν μὲν ἀπέχεται, ταῦτα δὲ ἐργάζεται· οἶδε, καὶ εὐχαριστεῖ· τῷ Θεῷ ἐν πᾶσιν· οὐδὲν εἶναι νομίζει τὸν παρόντα βίον· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἥδεται τοῖς χρηστοῖς, οὔτε λυπεῖται τοῖς ἐναντίοις. Μηδὲ περιμεινῆς ἕτερον διδάσκαλον· ἔχεις τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ· οὐδεὶς σε διδάσκει ὡς ἐκεῖνα. Οὗτος μὲν γὰρ πολλὰ καὶ διὰ κενοδοξίαν καὶ διὰ βασκανίαν ἐπικρύπτει πολλάκις. Ἀκούσατε, παρακαλῶ, πάντες οἱ βιωτικοί, καὶ κτᾶσθε βιβλία φάρμακα τῆς ψυχῆς. Εἰ μηδὲν ἕτερον βούλεσθε, τὴν γοῦν Καινὴν κτήσασθε, τῶν ἀποστόλων τὰς Πράξεις, τὰ Εὐαγγέλια, διδασκάλους διηνεκίς. Ἄν λύπη συμβῇ, ὡσπερ εἰς ἀποθήκην φαρμάκων ἔγκυψον· λάβε παραμυθίαν ἐκεῖθεν τοῦ δεσποῦ, ἂν ζημία, ἂν θάνατος, ἂν ἀποβολὴ οἰκείων· μᾶλλον δὲ μὴ ἔγκυπτε, ἀλλὰ ἀνάλαθε πάντα, ἔχε ἐπὶ τῆς διανοίας. Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἰδέναι τὰς Γραφάς. Χωρὶς ὀπλων

εἰς πόλεμον βαδίζομεν· καὶ πῶς ἔδει σωθῆναι; Ἀγαπητὸν μετὰ τούτων σωθῆναι, μήτι γε χωρὶς τούτων. Μὴ τὰ πάντα ἐφ' ἡμᾶς ῥίπτετε· πρόβατά ἐστε, ἀλλ' οὐκ ἄλογα, ἀλλὰ λογικά· πολλὰ καὶ ὑμῖν ὁ Παῦλος ἐπιτρέπεται. Οἱ διδασκόμενοι οὐ διαπαντός ἐπὶ τὸ μαθεῖν διατρέβουσιν, ἐπεὶ οὐ διδάσκονται· ἂν αἰετὶ μαθεῖν διατρέβουσιν, οὐδέποτε μαθήσονται, οὐδέποτε μαθῆσονται, οὐδέποτε εἴσονται, ἀλλ' ὡς καὶ ἀπομαθησόμενος, καὶ διδάξων ἕτερον. Εἰπέ δέ μοι, οὐχὶ ὠρισμένους καιροὺς παραμένουσιν ἅπαντες ἐν τοῖς μαθήμασι, καὶ ἐν πάσῃσι ἀπλῶς ταῖς τέχναις; Οὕτως ἅπαντες ὀρίζομεν φανερὸν καιρὸν· ἂν δὲ αἰετὶ μαθῆναι, τεκμηρίον ἐστὶ τοῦ μηδὲν μαθεῖν.

β'. Τοῦτο τὸ θνεις τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Θεὸς εἶπεν· *Αἰρόμενοι ἐκ κοιλίας, καὶ παιδευόμενοι ἕως γῆρας.* Εἰ μὴ αἰετὸν τοῦτο προσεδοκᾶτε, οὐκ ἂν οὕτως εἰς τοῦπίου πάντα ἀπῆται. Εἰ ἐνῆν τοὺς μὲν εἶναι μαθητευόμενους, τοὺς δὲ μέλλοντας, προέκοψεν ἂν τὸ ἔργον τῆμιν· παρεχρησάσθε ἂν ἑτέροις, καὶ συναντελάβεσθε καὶ ἡμῖν. Εἰπέ μοι, εἰ πρὸς γραμματιστὴν τινες ἀπίοιεν, εἶτα μένοιεν αἰετὸν τὰ στοιχεῖα μαθάνοντες, οὐ πολὺν τῷ [392] διδασκάλῳ πόνον παρέξουσι; Μέχρι τίνος ὑμῖν περὶ βίου διαλεγόμεθα; Ἐπὶ τῶν ἀποστόλων οὕτως οὐκ ἦν, ἀλλὰ συνεχῶς μετεπήδων, τοὺς πρότερον μαθάνοντας διδασκάλους καθιστῶντας ἐτέρον τιῶν μαθητευομένων. Οὕτως ἠδυνήθησαν τὴν οἰκουμένην περιελθεῖν, τῷ μὴ προσδεσμεῖσθαι τόπῳ ἐνί. Πόσης οἴεσθε διδασκαλίας δεῖσθαι τοὺς ὑμετέρους ἀδελφούς τοὺς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, καὶ τοὺς ἐκείνων διδασκάλους; Ἄλλ' ὑμεῖς με κατέχετε προσηλωσάντες. Πρὶν ἢ γὰρ τὴν κεφαλὴν καλῶς διατεθῆναι, περιττὸν ἐπὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἰέναι. Πάντα ἡμῖν ἐπιρρίπτετε. Ὑμᾶς ἔχοῦν παρ' ἡμῶν μαθάνειν μόνον· τὰς δὲ γυναικῆς παρ' ὡμῶν, τὰ παιδία παρ' ὡμῶν· ἀλλὰ πάντα ἡμῖν καταλιμπάνετε. Διὰ τοῦτο πολὺς ὁ κόπος. *Διδάσκοντες*, φησὶ, *καὶ ρουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.* Ὅρα καὶ τὸ ἀνεπαχθὲς τοῦ Παύλου. Ἐπειδὴ ἡ ἀνάγνωσις ἔχει πόνον, καὶ πολὺ τὸ φορτικόν, οὐκ ἐφ' ἱστορίας ἤγαγεν, ἀλλ' ἐπὶ ψαλμοῦς, ἵνα ὁμοῦ καὶ τέρψης τὴν ψυχὴν ᾄδων, καὶ ὑποκλέπτῃ τὸν πόνον<sup>b</sup>. Ὑμνοῖς, φησὶ, *καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.* Νῦν δὲ σατανικὰς μὲν ᾠδὰς καὶ ὀρχήσεις αἰροῦσιν οἱ παῖδες οἱ ὑμέτεροι, καθάπερ οἱ μάγιστροι καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ οἱ χορευταί· ψαλμὸν δὲ οὐδεὶς οὐδένα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνῃ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ εἶναι καὶ γλευσασία καὶ γέλως. Ἐκεῖθεν ἅπαντα τὰ κακὰ σώζεται. Ἐνοῖα γὰρ ἂν ἐσθήκη γῆ τὸ φυτόν, τοιοῦτον φέρει τὸν καρπὸν· ἂν ἐν ἀμύδαει καὶ ἀλμυρᾷ, τοιοῦτον· ἂν ἐν γλυκεῖᾳ καὶ λιπαρᾷ, πάλιν ὁμοῖον. Οὕτω πηγὴ τίς ἐστὶ τὰ διδάγματα. Διδαξὼν αὐτὸν φθίνει ψαλμοὺς ἐκείνους τοὺς φιλοσοφίας γέμοντας, οἷον περὶ σωφροσύνης εὐθέως, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων περὶ τοῦ μὴ συνεῖναι πονηροῖς, εὐθέως ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ βιβλίου (διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐντεῦθεν ἤρξατο ὁ Προφήτης, λέγων· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλήν ἀσεβῶν.* Καὶ πάλιν, *Ὅτι ἐκάθισα μετὰ συνθηροῦ ματαιότητος.* Καὶ πάλιν· *Ἐξουδένεται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν*

<sup>a</sup> Interpres legisse videtur oide δὲ καὶ εὐχαριστεῖν.

<sup>b</sup> Lectio τὸν πόνον ex duobus codd. revocata; legebatur τῶν πόνων.



in quibus vitam præsentem nihil esse dicit, neque ejus bona. Si enim hæc viderimus, nulli ex iis quæ sunt aspera et difficilia cedemus. *Inhabit*, inquit, *in vobis abundanter*. Non solum dixit, *Habitet*, sed etiam cum magna abundantia. Audite quicumque estis mundani, et uxori præestis et liberis, quomodo vobis quoque maxime mandet legere Scripturas, et non leviter nec temere, sed magno studio ac diligentia. Nam sicut qui est dives in pecuniis, ferre potest damnum et condemnationem : ita etiam qui est dives in dogmatibus philosophiæ, facile ferre potest non solum paupertatem, sed etiam alias calamitates, etiam illo facilius. Nam illic quidem dum damnum exsolvitur, necesse est ut qui est dives detrimentum accipiat et arguatur ; et si hoc ei sæpe acciderit, non poterit amplius ferre : hic autem non sic ; non enim sanas et rectas consumimus cogitationes ac rationes, cum ferre oporteat aliquid quod nolumus, sed manent perpetuo. Vide autem hujus beati prudentiam. Non dixit, Verbum Christi sit in vobis, solummodo ; sed quid ? *Inhabit*, et, *Abundanter* : *In omni sapientia docentes et commonentes vosmetipsos*. Virtutem dicit sapientiam ; et merito : humilitas enim est sapientia, itemque elemosyna, et quæ sunt hujusmodi : ut et contraria sunt insipientiæ ; est enim crudelitas ex insipientiæ. Unde multis in locis omne peccatum vocat insipientiam : *Dixit* enim, inquit, *insipiens in corde suo, non est Deus* ; et rursus, *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* (*Psal. 13. 1. et 37. 6*). Quid enim, dic, quæso, est eo stultius, qui vestimentis quidem vestiatur, fratres autem suos despicit nudos ? qui canes quidem alit, Dei autem imaginem in fame contemnit ? cui plane est persuasum nihil esse res humanas, et eis est affixus, tamquam sint immortales ? Sicut ergo nihil est tali viro insipientius, ita nihil est eo sapientius qui ex virtute se recte gerit. Vide enim, inquit, quomodo sit sapiens : facultates suas impertit, est misericors et benignus, agnovit communem esse naturam, agnovit usus pecuniæ nullam esse habendam rationem, suis corporibus magis esse parcendum, quam pecuniis. Quamobrem quicumque gloriam despicit, est philosophus : novit enim res humanas. Divinarum et humanarum rerum cognitio est philosophia. Ergo novit quidem quæ sint res divinæ, et quæ humanæ ; et ab his quidem abstinet, illas vero exercet et operatur : scit autem etiam in omnibus Deo agere gratias : vitam præsentem nihil esse existimat : propterea nec lætatur rebus secundis, neque propter adversas dolore afficitur. Neque alium expectes doctorem : habes Dei eloquia : nullus te docet sicut illa. Nam ille quidem sæpe se occultat propter vanam gloriam et propter invidiam. Audite, quæso, vos omnes, quibus curæ sunt quæ ad hanc vitam pertinent, et parate vobis libros medicamentorum animæ. Si nullum alium vultis, Novum Testamentum vobis parate, apostolorum Actus, Evangelia, magistros perpetuos. Si dolor acciderit, tamquam in medicamentorum apothecam aspice, illinc mali accipe consolationem ; si damnum, si mors, si tuorum amis-

sio : imo vero non aspice, sed omnia suspice, et mente tene. Hoc est omnium malorum causa, nescire Scripturas. Absque armis imus ad bellum ; et quomodo oportet esse salvos ? Præclare nobiscum agitur, si cum his salvi simus ; tantum abest ut absque his salvi esse possimus. Ne omnia in nos conjiciatis : oves estis, sed non rationis expertes, verum ratione præditæ : multa vobis quoque mandat Paulus. Qui docentur, non semper tempus terunt in discendo, quoniam non docentur : si semper discas, numquam disces. Ne ita accedas tamquam futurum sit ut semper discas ; alioqui numquam scies ; sed tamquam discendi finem assequuturus, et alium docturus. Dic mihi, annon definita tempora in disciplinis expectant omnes, et in omnibus artibus ? Sic omnes certum tempus desinimus : sin autem semper discas, est signum quod nihil didiceris.

2. Hoc Deus exprobravit Judæis, *Qui tolluntur ex utero, et erudiuntur usque ad senium* (*Isai. 46. 3. 4*). Si non semper hoc expectavissetis, non sic omnia retro abiissent. Si res ita haberet ut alii quidem didicissent, alii vero essent erudiendi, opus nobis proficisset ; aliis cessuri eratis, et nobis operam tulissetis. Dic mihi, quæso, si aliqui irent ad literatorem, deinde manerent semper discentes elementa, annon magistro multum laboris essent exhibitori ? Quousque vobiscum de vita disseremus ? Apud apostolos non ita erat, sed assidue transiliebant, eos qui prius discabant constituentes magistros aliorum qui discabant. Sic potuerunt obire orbem terræ, quod uni loco non essent alligati. Quam multos nostros fratres qui sunt in agris, et eorum magistros existimatis egere doctrina ? Sed vos me tenetis affixum. Nam priusquam caput recte sit affectum, supervacaneum est ire ad reliquum corpus. Omnia in nos congeritis. Oporteret vos a nobis solum discere ; uxores autem a vobis, filios a vobis ; sed nobis omnia relinquitis. Propterea magnus est labor. *Docentes*, inquit, *et commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus*. Vide quam non importunus et molestus sit Paulus. Quoniam lectio est laboriosa, et valde molesta et gravis, non deduxit ad historias ; sed ad psalmos, ut simul et animum oblectes canens, et fallas laborem. *Hymnis*, inquit, *et canticis spiritualibus*. Nunc autem satanica quidem cantica, et saltationes vestri deligunt pueri, sicut coqui et obsonatores, et qui choros agunt : nemo autem ullum novit psalmum, sed res videtur esse pudenda, ridicula et subsannanda. Illinc conservantur omnia mala. In quali enim terra steterit planta, talem fert fructum : si in arenosa et salsa, talem ; si in dulci et pingui, rursus similem. Sic fons quidam sunt documenta. Doce eum canere psalmos illos plenos philosophia : nempe statim de moderatione et temperantia, imo vero ante omnia de consuetudine non habenda cum malis, statim ab ipso initio libri (propterea enim hinc quoque incepit propheta, dicens, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* [*Psal. 1. 1*] ; et rursus, *Non sedi cum concilio vanitatis* ; et rursus, *Nihil factus est in conspectu ejus*

*malignus: timentes autem Dominum glorificat* [Psal. 25. 4. et 14. 4]: de consuetudine habenda cum bonis (et hæc et multa alia ibi invenies); quod ventri imperandum sit: de continendis manibus: quod plura habendi cupiditate teneri non oporteat: quod nihil sint pecuniæ, nec gloria; et quæ sunt hujusmodi. Quando ab ineunte ætate puerum his instruxeris, paulatim duces ad altiora. Psalmi habent omnia, hymni autem rursus nihil humanum: quando in psalmis didicerit, tunc etiam sciet hymnos, utpote rem diviniorem. Superiores enim potestates hymnos canunt, non psallunt: *Non est enim, inquit, speciosus hymnus in ore peccatoris* (Eccli. 15. 9); et rursus, *Oculi mei super fideles terræ, ut ipsi mecum sedeant*; et rursus, *Non habitat in medio domus meæ qui facit superbiam*; et iterum, *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat* (Psal. 100. 6. 7. 2). Adeo ut caveatis non solum ne cum amicis, sed ne cum servis quidem se misceant. Mala enim innumera liberis importantur, quando servos corruptos eis præferimus. Si enim patris fruentes tanta et benevolentia et philosophia, vix salvi evadunt; si illos tradamus servis bonum nihil curantibus, quales futuri sunt? Illis tamquam iniuriam utuntur, existimantes illos moderatiores fore dominos, si insanos illos, improbos et nullius pretii reddant. Ante alia ergo omnia hæc curemus, et his operam demus. *Dilexi, inquit, eos qui diligunt legem tuam*. Hunc ergo nos quoque æmulemur et hos diligamus. Ut rursus autem temperantes et moderati sint pueri, audiant prophetam dicentem: *Lumbi mei mpleti sunt illusionibus*; et rursus, *Perdes omnes qui fornicantur abs te* (Psal. 37. 8. et 72. 27). Et quod ventri oporteat imperare, rursus audiant: *Et occidit, inquit, plures eorum, cum esset adhuc esca in ore eorum* (Psal. 77. 30. 31). Et quod oporteat non vinci a muneribus: *Divitiæ si affluent, nolite cor apponere* (Psal. 61. 11). Et quod gloriæ sit dominandum, hoc quoque ibi invenient: *Neque cum eo descendet post ipsum gloria ejus* (Psal. 48. 18): quod maligni non sint æmulandi: *Noli æmulari in malignantibus* (Psal. 36. 1): quod principatus et potestates nihili oporteat existimare: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat* (Ib. v. 35. 36): quod præsentia nihili sint facienda: *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt; beatus est populus, cujus est Dominus Deus adjutor* (Psal. 145. 15): quod non impune peccamus, sed sit remuneratio: *Tu reddes unicuique secundum opera sua*: cur autem non reldat quotidie: *Deus iudex justus, et fortis, et patiens* (Psal. 61. 15. et 7. 12): quod bonum sit humilitas: *Domine, inquit, non est exaltatum cor meum* (Psal. 130. 1): quod malum sit superbia: *Propterea, inquit, tenuit eos superbia in finem* (Psal. 72. 6); et rursus, *Dominus superbis resistit* (Prov. 5. 34. in Græco); et rursus, *Egredietur tamquam ex adipe iniquitas eorum* (Psal. 72. 7). Quod bonum sit elemosyna: *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia ejus manet in sæculum* (Psal. 111. 9): quod laudandum sit misereri: *Bonus est vir qui miseretur et commodat* (Ib. v. 5). Et his longe plura illis inve-

nies philosophiæ dogmata: ut, quod non sit maledicendum: *Detrahentem, inquit, clanculum proximo tuo, hunc persequeris* (Psal. 100. 5). Quis sit hymnus supernorum, quid superne dicunt Cherubim, sciunt fideles. Quid dicebant angeli infra positi? *Gloria in excelsis Deo* (Luc. 2. 14). Propterea post psalmodias hymni, utpote res quædam perfectior. *In psalmis, inquit, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo*. Aut hoc dicit, quod propter gratiam hæc nobis dedit Deus; aut canticis quæ sunt in gratia; aut admōnentes nos ipsos et docentes in gratia; aut quod in gratia habebant hæc dona; aut hæc est explicatio. A gratia, inquit, spiritus. *Cantantes in cordibus vestris Deo*. Non solum, inquit, ore, sed cum attentione.

3. Hoc enim est Deo canere, illud vero aeri; vox enim temere diffunditur. Non ad ostentationem, inquit. Etiam si sis in foro, potes te ipsum convertere, et Deo canere nemine audiente. Nam sic quoque orabat Moyses, et fuit auditus: dicit enim, *Quid ad me clamas?* Atqui nihil dicebat, sed mente clamabat cum corde contrito: quamobrem Deus solus exaudivit. Nihil enim vetat quominus et ambulans corde oret, et sursum sit. *Omne quodcumque facitis, inquit, in verbo aut in opere, omnia facite in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum*. Nam si sic faciamus, nihil erit scelestum, nihil immundum, ubi Christus invocatur. Si comedas, si bibas, si uxorem ducas, si peregre proficiscaris, in nomine Dei fac omnia; hoc est, eum vocans adiutorem: in omnibus eum prius orans, res aggredere. Vis aliquid loqui? hoc præpone. Et ideo nos quoque in epistolis nomen Domini præponimus. Ubi fuerit nomen Domini, omnia sunt fausta et felicia. Nam si Consulum nomina efficiunt ut firmata: et valida sint tabellæ, multo magis nomen Christi. Aut hoc dicit, *Secundum Deum omnia et dicite, et agite: nolite angelos introducere*. Comedis? Deo age gratias, et itidem postea id factururus. Dormis? age gratias, et itidem postea idem factururus. Vadis ad forum? fac idem, nihil mundanum, nihil quod ad vitam præsentem pertinet. Fac omnia in nomine Domini, et omnia tibi recte succedent. Ubi cumque positum fuerit Dei nomen, omnia sunt fausta et felicia. Si dæmones expellit, si morbos propulset, multo magis rebus affert facilitatem. Quid est, *Facere in verbo aut in opere?* Vel exeuntem, vel quidvis facientem. Audi quomodo Abraham famulum suum in nomine Dei misit: *David in nomine Dei Goliath interemit*. Admirabile est nomen ejus et magnum. Et rursus Jacob filios suos mitens, dicit: *Deus autem meus det vobis gratiam eorum nomine* (Gen. 45. 14). Nam qui hoc facit, Deum habet adiutorem, sine quo nihil ausus est facere. Ut pote ergo honoratus, cum fuit invocatus, vicissim honorabit rebus afferens facilitatem. Invoca Filium, gratias age Patri. Nam dum invocatur Filius, invocatur et Pater; et dum ei aguntur gratiæ, Filio quoque gratiæ aguntur. Hæc discamus non verbo tenuis, sed per facta implere. Huic nomini nihil potest æquipa-

Κύριον θεξάσει)· περί τοῦ συνειναι ἀγαθοῖς (καὶ ταῦτα εὐρήσεις ἐκεῖ· καὶ ἄλλα πολλά)· περί τοῦ γαστροῦ κρατεῖν, περί τοῦ χειρας κατέχειν, περί τοῦ μὴ πλεονεκτεῖν· ὅτι οὐδὲν τὰ χρήματα, οὐδὲ ἡ δόξα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅταν τούτοις ἐκ παιδὸς ἐνάξῃς αὐτόν, κατὰ μικρὸν καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀξίεις. Οἱ ψαλμοὶ πάντα ἔχουσιν, οἱ δὲ ὕμνοι πάλιν οὐδὲν ἀνθρώπινον· ὅταν ἐν τοῖς ψαλμοῖς μάθῃ, τότε καὶ ὕμνους εἰσπαί, ἅτε θεμότερον πρᾶγμα. Αἱ γὰρ ἄνω δυνάμεις ὑμνῶσιν, οὐ ψάλλουσιν. Οὐ γὰρ ὠραῖος ὕμνος ἐν στόματι; φησὶν, ἀμαρτωλοῦ· καὶ πάλιν, Οἱ ὀφθαλμοὶ μου ἐπὶ τοῦς αἰτωτοῦς τῆς γῆς, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ· καὶ πάλιν, Οὐ κατῶκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν· καὶ πάλιν, Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, οὐτός μοι ἐλειτούργει. Ὅπως μὴ μόνον φίλοις, ἀλλὰ μηδὲ οἰκέταις ἀναμιγνύναι ἑαυτοῦς ἀσφαλῆσθε. Τὰ γὰρ μυσία κακὰ τοῖς ἐλευθέροις, ὅταν δούλους αὐτοῖς ἐπιστήσωμεν διεφθαρμένους. Εἰ γὰρ πατρός ἀπολαύοντες [593] καὶ φιλοστοργίας καὶ φιλοσοφίας τσαβῆτης, μόλις διασώζονται· ὅταν αὐτοὺς ἐκδώμεν τῇ ἀπειδείᾳ τῶν οἰκετῶν, τίνες ἔσονται; Καθ' ἅπασιν ἔθροισι αὐτοῖς κέρηται, νομίζοντες αὐτοῖς τὴν δεσποτείαν εἶναι ἡμερωτέραν, ἀν μωροῦς αὐτοῦς ἀπεργάζονται καὶ φαύλους καὶ οὐδενὸς λόγου ἀξίους. Πρὸ τῶν ἄλλων οὖν ἀπάντων ταῦτα σπουδάζομεν. Ἠγάπησα, φησὶ, τοὺς ἀγαπῶντας τὸν νόμον σου. Τοῦτον οὖν καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν, καὶ τούτους ἀγαπῶμεν. Ἴνα δὲ πάλιν συμφρονώσιν οἱ παῖδες, ἀκούεῖσασαν τοῦ Προφήτου λέγοντος, ὅτι Αἱ ψαίαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμάτων· καὶ πάλιν, Ἐξολοθρεύσεις πάντα τὸν πορευόμενον ἀπὸ σοῦ. Καὶ ὅτι δεῖ κατέχειν γαστροῦ, ἀκούεῖσασαν πάλιν· Καὶ ἀπέκτεινε, φησὶν, ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, ἔτι τῆς βρώσεως οὐσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Καὶ ὅτι δεῖ δῶρων κρατεῖν, ἐντεῦθεν μαθήσονται· Πλοῦτος, φησὶν, ἐὰν ῥέῃ, προστίθεσθε καρδίαν· καὶ ὅτι δόξης κρατεῖν, καὶ τοῦτο εὐρήσουσιν· Οὐδὲ συγκαταθήσεται αὐτῷ ὅπισθον αὐτοῦ ἡ δόξα αὐτοῦ· τοὺς πονηροῦς μὴ ζηλοῦ· Μὴ παρακίλῃαι ἐν πονηροῦσιν· τὰς δυναστείας ἡγεῖσθαι οὐδὲν· Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαυρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιδάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· μηδὲν τὰ παρόντα ἡγεῖσθαι· Ἐμκαρίωσαν τὸν λαόν, ἢ ταῦτά ἐστι· μακάριος ὁ λαός, οὗ Κύριος ὁ Θεὸς βοηθός αὐτοῦ· ὅτι οὐχ ἀπλῶς ἀμαρτάνομεν, ἀλλ' ἔστιν ἀναπώδωσις· ὅτι Σὺ ἀποδώσεις, φησὶν, ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Διὰ τί δὲ οὐ καθ' ἡμέραν ἀποδίδωσιν; Ὁ Θεὸς κριτῆς, φησὶν, δίκαιος καὶ ἰσχυρός καὶ μακρόθυμος· ὅτι ἡ ταπεινοφροσύνη καλὴν· Κύριε, φησὶν, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου· ὅτι ὑπερηφανία κακὴν· Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐκράτησεν αὐτοῦς ἡ ὑπερηφανία εἰς τέλος· καὶ πάλιν, Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· καὶ πάλιν, Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. Ὅτι ἡ ἐλεημοσύνη καλὴν· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὅτι τὸ ἐλεεῖν ἐπαινετὸν· Χριστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτεῖρων, καὶ κηρῶν. Καὶ πολλὰ τούτων πλείονα εὐρήσεις ἐκεῖ ἐμφιλόσοφα δόγματα· οἷον ὅτι κακῶς λέγειν οὐ δεῖ· Τὸν καταλαλοῦντα, φησὶ, λάθρα τὸν πλειόνον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. Τίς ὁ ὕμνος τῶν ἄνω, τί λέγει· τὰ Χερουδίμ, ἴσασι οἱ πιστοί. Τί ἔλεγον οἱ ἀγγέλοι· κάτω; Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. Διὰ τοῦτο μετὰ τὰς ψαλμωδίας ὕμνοι, ἅτε τελειότερόν τι πρᾶ-

γμα· Ψαλμοῖς, φησὶν, ὕμνοις, ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν τῇ χάριτι ἄδοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Θεῷ. Ἡ τοῦτο φησὶν, ὅτι διὰ χάριν ἡμῖν ταῦτα ἔδωκεν ὁ Θεός, ἡ γὰρ ἐν τῇ χάριτι ᾠδαίς, ἡ νοθευόμενες ἑαυτοῦς καὶ διδάσκοντες ἐν χάριτι, ἡ δὲ ἐν χάριτι εἶχον τὰ τα χαρίσματα, ἡ ἐπεξηγήσεις ἔστιν. Ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Πνεύματος, φησὶν. Ἄδοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ Θεῷ. Μὴ ἀπλῶς, φησὶ, τῷ στόματι, ἀλλὰ μετὰ προσοχῆς. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τῷ Θεῷ ἄδειν, ἐκρίνο δὲ τῷ ἀέρι· διαχεῖται γὰρ ἀπλῶς ἡ φωνή. Μὴ πρὸς ἐπίφαιεν, φησὶν. Κἂν ἐν ἀγορᾷ ἦς, δύνασαι συστρέφαι· σαυδὸν καὶ ἄδειν τῷ Θεῷ, μηδενὸς ἀκούοντος. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς οὕτως ἤδικοτο, καὶ ἠκούσθη· φησὶ γὰρ· Τί βοᾷς πρὸς με; Καίτοι γε οὐδὲν εἶπεν ἀλλ' ἔδωκα κατὰ διάνοιαν μετὰ καρδίας συντετριμμένης· διὸ καὶ ὁ [594] Θεός, ἤκουσε μόνος. Οὐ κεκώλυται γὰρ καὶ περιπατοῦντα εὐχεσθαι κατὰ καρδίαν, καὶ ἄνω εἶναι. Καὶ πᾶν ὃ τι ἄν ποιῆτε, φησὶν, ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι' αὐτοῦ. Ἐὰν γὰρ οὕτω ποιῶμεν, οὐδὲν ἔσται μιαιρὸν, οὐδὲν ἀκάθαρτον, ἔνθα ἂν ὁ Χριστὸς καλῆται. Ἐὰν ἐσθίης, ἐὰν πίνης, ἐὰν γαμῆς, ἐὰν ἀποδημῆς, πάντα ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ πράττε· τουτέστιν, αὐτὸν κελῶν βοηθόν· ἐπὶ πάντων πρότερον αὐτῷ εὐχόμενος, ἅπτου τῶν πραγμάτων. Βούλει τι φθέγγασθαι; τοῦτο πρότασας. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπιστολὴν προτάσσομεν τὸ ὄνομα Κυρίου. Ἐνθα ἂν ἡ ἂ τὸ ὄνομα Κυρίου, πάντα αἴσια. Εἰ γὰρ ὑπᾶντων ὀνόματα ἀσφαλῆ τὰ γραμματεῖα ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα. Ἡ τοῦτο φησὶ· Κατὰ Θεὸν πάντα καὶ λέγετε, καὶ πράττετε· μὴ τοὺς ἀγγέλους ἐπισάγετε. Ἐσθίεις; εὐχαριστήσον τῷ Θεῷ, καὶ μέλλων, καὶ μετὰ ταῦτα. Καθεύδεις; εὐχαριστήσον τῷ Θεῷ, καὶ μέλλων, καὶ μετὰ ταῦτα. Εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλεις; ταυτὸν ποιεῖ· μηδὲν κοσμικόν, μηδὲν βιωτικόν. Πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου ποιεῖ, καὶ πάντα σοι εὐδοκωθήσεται. Ὅπου ἂν ἐπιτεθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, πάντα αἴσια. Εἰ δαίμονας ἐκβάλλει, εἰ νόσους ἀπελαύνει, πολλῷ μᾶλλον εὐκόλιαν πραγμάτων ποιήσει. Καὶ τί ἐστὶ ποιῆσαι ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ; Ἡ ἀξιοῦντα, ἢ ὅτι οὖν ποιοῦντα. Ἀκουσον πῶς ὁ Ἀβραάμ ἐν ὀνόματι Θεοῦ τὸν οἰκέτην ἀπέστειλεν, ὁ Δαυὶδ ἐν ὀνόματι Θεοῦ τὸν Γολιάθ καθεῖλε. Θαυμαστὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ μέγα. Πάλιν ὁ Ἰακώβ τοὺς υἱοῦς πέμπων, φησὶν· Ὁ δὲ Θεός μου δῶν ὑμῖν χάριν ἐνώπιον τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ γὰρ τοῦτα ποιῶν, ἔχει σύμμαχον τὸν Θεόν, οὐ χωρὶς οὐδὲν ἐτόλμησε ποιῆσαι. Ἄτε οὖν τιμηθεῖς τῷ κληθῆναι, ἀντιτιμήσει τῷ ἐξευμαρῖσαι τὰ πράγματα. Κάλει τὸν Ἰὼν, εὐχαρίστησεν τῷ Πατρὶ. Καὶ γὰρ τοῦ Ἰοῦ καλούμενου ὁ Πατὴρ καλεῖται, καὶ αὐτοῦ εὐχαριστομένου ὁ Ἰὼς εὐχαριστεῖται. Ταῦτα μανθάνωμεν μὴ μέχρι ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων πληροῦν. Οὐδὲν τοῦ ὀνόματος τούτου ἴσον· τοῦτο πανταχοῦ θαυμασίον· Μύρον, φησὶν, ἐκκενωθὲν δρομᾷ σου. Ὁ τοῦτο εἰπὼν εὐθέως εὐωδίας ἐνεπλήσθη. Οὐδὲν δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, φησὶν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἀγίῳ. Τοῦτο τὸ ὄνομα τσαυτὰ ἐργάζεται. Ἐὰν εἴπῃ· Ἐν ὀνόματι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ

<sup>a</sup> Unus cod. cum marg. Savil., διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος τῶν ἐκτετοῦ ἐπιστολῶν προτάσσει τοῦτο τὸ ὄνομα, εἰδὼς ὅτι ἔνθα ἂν ἦ.

ἀγίου Πνεύματος, μετὰ πίστεως, πάντα ἔγυσας. Ὅρα πῶς ἐποίησας· ἐδημιούργησας ἄνθρωπον, καὶ τὰλλα πάντα ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος εἰργάσω. Οὕτω ταῖς νόσεις ἐπιτασόμενον φοβερὸν τὸ δνομα. Διὰ ταῦτα ὁ διάβολος τὰ τῶν ἀγγέλων ἐπεισήγαγε, βασκαίνων ἡμῖν τῆς τιμῆς. Τῶν δαιμόνων τοιαῦται αἱ ἐπιφοβαί. Κἂν ἀγγελος ἦ, κἂν ἀρχάγγελος, κἂν τὰ Χερουβὶμ, μὴ ἀνέχου· ἐπεὶ οὐδὲ αὐταὶ αἱ δυνάμεις καταδίδονται, ἀλλὰ καὶ ἀποσεύονται, [395] ὅταν ἴδωσι τὸν Δεσπότην ἀτιμαζόμενον. Ἐγὼ σε ἐτίμησα, φησί, καὶ εἶπον· Ἐμὲ κάλει· καὶ σὺ ἀτιμάζεις αὐτόν; Ἄν ταύτην ᾄδῃς τὴν ἐπιφοβὴν μετὰ πίστεως, καὶ

νόσους καὶ δαίμονας ἀπελάσεις· κἂν μὴ ἀπελάσῃς τὴν νόσον. οὐ παρὰ ἀσθένειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ συμφέρον. Κατὰ τὴν μεγαλωσύνην σου, φησὶν, οὕτω καὶ ἡ αἰνέσις σου. Διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου ἡ οἰκουμένη ἐπεστράφη, ἡ τυραννὶς ἐλύθη, ὁ διάβολος ἐπατήθη, οἱ οὐρανοὶ ἀνεύγησαν. Καὶ τί λέγω, οἱ οὐρανοὶ; ἡμεῖς ἀνεγεννήθημεν διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου. Ἐάν τοῦτο ἔγωμεν, λάμπομεν. Τοῦτο καὶ μάρτυρας ποιεῖ, καὶ ὁμολογητάς· τοῦτο κατέχωμεν ἀντὶ μεγάλου δώρου, ἵνα ἐν δόξῃ ζήσωμεν, καὶ εὐαρεστήσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ καταξιωθῶμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία.

### ΟΜΙΛΙΑ Γ.

*Αἱ γυναῖκες. ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπίετε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς ἰσχυροῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γὰρ ἐστὶν εὐάρεστον ἐν Κυρίῳ. Οἱ πατέρες, μὴ ἐροῦίτε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμώσιν. Οἱ δούλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρώποι, ἀλλ' ἐν ἀπλότῃ καρδίᾳ, φοβούμενοι τὸν Θεόν. Πᾶρ ὁ τι ἀν ποιήτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, εἰδότες ὅτι παρὰ Κυρίῳ λήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Ὁ δὲ ἀδικῶν, κομμεῖται ὁ ἠδίκησεν, καὶ οὐκ ἐστὶ προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς.*

α'. Διὰ τί μὴ πανταχοῦ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτάττει, ἀλλ' ἐνταῦθα, καὶ τῇ πρὸς Ἐφεσίους, καὶ τῇ πρὸς Τιμόθεον, καὶ τῇ πρὸς Τίτον; Ὅτι εἰκὸς ἐν ταύταις ταῖς πόλεσιν εἶναι τὰς διχαστασίας· ἢ εἰκὸς τὰ μὲν ἄλλα αὐταῖς κατωρθῶσθαι, τούτων δὲ οὕτως ὑστερεῖν, ὥστε δεόν εἶναι καὶ περὶ τούτων αὐτοῖς ἀκούειν. Μᾶλλον δ' ἂν πρὸς τούτους λέγει, πρὸς πάντας λέγει. Πολλὴν δὲ ἐμφέρειαν ἔχει αὕτη ἡ Ἐπιστολὴ τῇ πρὸς Ἐφεσίους. Ἄλλαχοῦ δὲ τοῦτο οὐ ποιεῖ· ἢ ὅτι ἀνδράσι λοιπὸν εἰρηνοῦσιν, οὐς ἐχρῆν περὶ δογματικῶν μαθημάτων ὑψηλῶν εἶναι ἑλλειπόντων αὐταῖς, οὐκ ἐχρῆν περὶ τούτων γράφειν· ἢ ὅτι παρακληθέντας ἐπὶ τοῖς πειρασμοῖς περιττὸν ἦν περὶ τούτων ἀκούειν. Ὡστε στοχάζομαι ἐνταῦθα λοιπὸν ἐδραῖαν εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πρὸς τῷ [396] τέλει ταῦτα λέγεσθαι. *Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ*· ἀντὶ τοῦ, Ὑποτάσσεσθε διὰ τὸν Θεόν· ἐπειδὴ τοῦτο ὑμᾶς κοσμεῖ, φησὶ, οὐκ ἐκείνους. Οὐ γὰρ δεσποτικὴν ὑποταγὴν, οὐδὲ τὴν ἀπὸ φύσεως μόνον, ἀλλὰ τὴν διὰ Θεόν φημι. *Οἱ ἄνδρες, ἀγαπίετε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς.* Ὅρα πῶς πάλιν τὸ κατάλληλον παρήνεσε. Καθάπερ ἐκεῖ φόβον καὶ ἀγάπην τίθησιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἐστὶ γὰρ καὶ ἀγαπῶντα πικραίνεσθαι. Ὅσιν φησὶ, τοῦτο ἐστὶ· Μὴ μάχεσθε· οὐδὲν γὰρ οὕτως τῆς μάχης ταύτης πικρότερον, ὅταν παρὰ ἀνδρῶν πρὸς γυναῖκα γίνηται. Αἱ γὰρ πρὸς τὰ φιλούμενα πρῶτωπα γινόμενα· μάχη, αἷτα· πικραὶ· καὶ δεῖ-

κνυσιν ὅτι ἀπὸ πολλῆς πικρίας τοῦτο γίνεται, ὅταν πρὸς τὸ μέλος αὐτοῦ, φησὶ, τις διαστασιάσῃ. Τὸ μὲν οὖν ἀγαπᾶν τῶν ἀνδρῶν ἐστὶ, τὸ δὲ εἰκαιν ἐκείνων. Ἐάν οὖν ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ εἰσενέγκῃ, ἔστηκε πάντα βέβαια. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ἀγαπᾶσθαι γίνεται καὶ ἡ γυνὴ φιλικὴ· ἀπὸ δὲ τοῦ ὑποτάσσεσθαι ὁ ἀνὴρ ἐπεικὴς. Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ἐν τῇ φύσει οὕτω κατεσκευάσται, ὥστε τὸν μὲν φιλεῖν, τὴν δὲ ὑπακούειν. Ὅταν γὰρ ὁ ἄρχων τὸ ἀρχόμενον φιλῇ, τότε τὰ πάντα συνέστηκεν. Οὐχ οὕτως ἡ παρὰ τοῦ ἀρχομένου ἀγάπη, ὡς ἡ παρὰ τοῦ ἀρχοντος ζητεῖται πρὸς τὸν ἀρχόμενον· παρ' ἐκείνου γὰρ ἡ ὑπακοή. Τὸ γὰρ ἐν ὤρῃ εἶναι τὴν γυναῖκα, τοῦτον δὲ ἐν ἐπιθυμίᾳ, οὐδὲν ἄλλο δεῖκνυσιν, ἀλλ' ἢ ὅτι διὰ τὴν ἀγάπην οὕτω γεγένηται. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ ὑποτετάχται ἡ γυνὴ, ἀσθένει· μὴδὲ σὺ, ἐπειδὴ ὁ ἀνὴρ ἀγαπᾶ, φουσιῶ. Μῆτε ἡ τοῦ ἀνδρὸς φιλία τὴν γυναῖκα ἐπαίρει, μῆτε ἡ τῆς γυναικὸς ὑποταγὴ φουσιῶ τὸν ἄνδρα. Διὰ τοῦτο σοὶ ὑπέταξεν αὐτὴν, ἵνα μᾶλλον φιλήται· διὰ τοῦτο σε φιλεῖσθαι ἐποίησεν, ὡ γύναι, ἵνα εὐκόλως φέρῃς τὸ ὑποτετάχθαι. Μὴ φοβοῦ ὑποτασσομένη· τὸ γὰρ φιλοῦντι ὑποταγῆναι, οὐδεμίαν ἔχει δυσκολίαν. Μὴ φοβοῦ ἔρων· ἔχεις γὰρ αὐτὴν εἰκουσαν. Οὐκ ἂν ἄλλως οὖν ἐγένετο σύνδεσμος. Ἀναγκαίαν τοίνυν ἔχεις ἀπὸ τῆς φύσεως τὴν ἀρχὴν, ἔχει καὶ τὸν δεσμὸν τὸν ἀπὸ τῆς ἀγάπης· τὴν γὰρ ἀσθενεστέραν ἀνεκτὴν εἰσας. *Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς ἰσχυροῖσι κατὰ πάντα· τοῦτο γὰρ ἐστὶν εὐάρεστον ἐν Κυρίῳ.* Ἠλὶν τὸ, *Ἐν Κυρίῳ*, θέθει, καὶ νόμους τιθεὶς ὑπακοῆς, καὶ ἐντρέπων, καὶ καταβάλλων. *Τοῦτο γάρ, φησὶν, ἐστὶν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.* Ὅρα πῶς οὖν ἀπὸ τῆς φύσεως μόνως, ἀλλὰ πρὸ ταύτης ἀπὸ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων βούλεται ἡμᾶς ἅπαντα πράττειν, ἵνα καὶ μισθὸν ἔχωμεν. *Οἱ πατέρες, μὴ ἐροῦίτε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμώσιν.* Ἴδου πάλιν καὶ ἐνταῦθα ὑποταγὴ καὶ φίλτρον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀγαπᾶτε τὰ τέκνα· περιττὸν γὰρ ἦν· αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις καταναγκάζει, ἀλλ' ὅπερ ἔδει· διώρθωσε, τὸ καὶ τὸ φίλτρον ἐνταῦθα εἶναι· σφοδρότερον, ἐπειδὴ καὶ ἡ ὑπακοὴ μεῖζων. Οὐδαμοῦ γὰρ τίθησιν ὑπόδειγμα τὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ τῆς γυναικός· [397] ἀλλὰ τί; Ἄκουε τοῦ Προφῆτου λέγοντος· *Καθὼς οἰκτερεῖ Πατὴρ υἱόν, φικτερίσῃς Κύριος τοὺς φοβούμενους αὐτόν.* Καὶ πάλιν ὁ Χριστός· φησι·

rari : hoc ubique est admirabile : *Unguentum*, inquit, *effusum nomen tuum* (*Cant. 1. 2*). Qui hoc dixit, statim bono odore fuit repletus. *Nemo potest dicere Dominum Jesum*, nisi in *Spiritu sancto* (*1. Cor. 12. 3*). Hoc nomen tam multa operatur. Si dixeris, *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, cum fide, hæc perfecisti. Vide quam multa fecisti : creasti hominem, et alia omnia operatus es ex baptismo. Sic morbis imperans nomen fit terribile. Propterea diabolus introduxit ea quæ sunt angelorum, honori nostro invidens. Dæmonum tales sunt incantationes. Etiam si sit angelus, etiam si archangelus, etiam si Cherubim, ne patiaris : nam ne hæc quidem Potestates excipient, sed exultent cum viderint Dominum contumelia af-

fectum. Ego te honoravi, inquit, et dixi, Tu me invoca : et tu eum dedecore afficis? Si hoc carmen cum fide cantaveris, et morbos et dæmones fugabis : et si morbum non propulsaris, non id fit propter imbecillitatem, sed eo quod expediat. Secundum magnitudinem tuam, inquit, sic et laus tua. Per hoc nomen orbis terræ fuit conversus, fracta est tyrannis, conculcatus fuit diabolus, aperti sunt cæli. Et quid dico, cæli? nos per hoc nomen sumus regenerati. Si hoc habeamus, resplendemus. Hoc et martyres facit et confessores : hoc pro magno dono teneamus, ut in gloria vivamus, et Deo placeamus, et digni habeamur bonis promissis iis qui ipsum diligunt, gratia et benignitate, etc.

### HOMILIA X.

CAP. 3. v. 18. *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. 19. Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse erga illas. 20. Filii, obedite parentibus per omnia : hoc enim placitum est in Domino. 21. Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. 22. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. 25. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, et non hominibus, 24. scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis : Domino Christo servite. 25. Qui autem injuriam facit, recipiet id quod inique gessit ; et non est personarum acceptio apud Deum.* CAP. 4. v. 1. *Domini, id quod justum est et æquum, servis præstate, scientes quod et vos Dominum habetis in cælo.*

1. Cur non ubique et in omnibus epistolis hoc præcipit, sed hic, et in Epistola ad Ephesios, et in Epistola ad Timotheum, et ad Titum? Quoniam verisimile est in his civitatibus fuisse seditiones : aut verisimile est eas in aliis se recte gessisse, in his vero minus recte, adeo ut oporteret eos de his audire. Vel potius quod iis dicit, dicit omnibus. Magnam autem similitudinem habet hæc epistola cum Epistola ad Ephesios in his quoque. Alibi vero id non facit : aut quod ad viros jam pacem agentes, quos oportebat sublimia, quæ eis adhuc deerant, dogmata discere, non oportebat de his scribere : aut quod cum consolationem jam accepissent in tentationibus, supervacaneum esset de his audire. Quamobrem conjicio hic jam firmam et stabilem esse Ecclesiam, et hæc dici in fine. *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet in Domino.* Id est, Subditæ estote propter Deum : quoniam hoc, inquit, vos ornat, non illos. Non enim hero debitam subjectionem, neque eam solum quæ est a natura, sed eam etiam dico quæ est propter Deum. *Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas.* Vide rursus quomodo suaserit quod alteri ab altero est præstandum. Sicut illic ponit metum et caritatem, ita hic quoque : potest enim esse, ut qui diligit sit acerbus. Hoc est

 νοῦντα, ὡς τὸν μαθητὴν ἑαυτῷ συντάττειν, πολλῶν  
 μᾶλλον τοῦτο αὐτὸς ἐξήγησεν ἄνθ. *Παῦλος* γὰρ, φησὶ,  
*καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσα-*  
*λονικέων*. Οὐδὲν ἐνταῦθα περὶ ἑαυτοῦ [426] τίθησιν,  
 οὐχ ὁ ἀπόστολος, οὐχ ὁ δούλος. Ἐμοὶ δοκεῖ, διὰ τὸ  
 νεοκατηχητοῦς εἶναι τοὺς ἀνδράς, καὶ μηδέπω αὐτοῦ  
 πείραν εἰληφέναι, οὐ τίθησι τὸ ἀξίωμα· ἄλλω; δὲ  
 καὶ ἀρχὴ τοῦ κηρύγματος ἔτι ἦν τοῦ πρὸς αὐτοῦ.  
*τῇ Ἐκκλησίᾳ*, φησὶ, *Θεσσαλονικέων*. Καλῶς.  
 Ἐπεὶ γὰρ εἰκόσ ἦν ὄλιγους εἶναι καὶ οὐδέπω συν-  
 εστάναι, διὰ τοῦτο αὐτοὺς παραμυθίζεται διὰ τοῦ  
 ὀνόματος τῆς Ἐκκλησίας· Ἐνθα γὰρ πολὺς παρ-  
 εληλύθει χρόνος, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας σύστημα  
 πολὺ ἦν, οὐ τίθησι τοῦτο. Ἐπειδὴ δὲ ὄνομα πλήθους  
 ἔστιν, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα, καὶ  
 συστήματος ἤδη συγκεκροτημένου, διὰ τοῦτο αὐτοὺς  
 οὕτω καλεῖ. *Ἐν Θεῷ*, φησὶ, *Πατρὶ, καὶ Κυρίῳ Ἰη-*  
*σοῦ Χριστῷ*. *τῇ Ἐκκλησίᾳ*, φησὶ, *Θεσσαλονικέων*  
*τῇ ἐν Θεῷ*. Ἰδοὺ πάλιν τὸ, *Θεός*, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς,  
 καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ δὲ, *Ἐν Θεῷ*, φησὶν, ἐπειδὴ  
 πολλὰ Ἐκκλησίαι καὶ Ἰουδαϊκαὶ καὶ Ἑλληνικαὶ  
 ἦσαν. Μέγα τὸ ἀξίωμα, καὶ οὐ ἴσον οὐδὲν, εἰ ἐν Θεῷ  
 ἔστι. Γένοιτο τοίνυν καὶ ταύτην τὴν Ἐκκλησίαν οὕτω  
 καλεῖσθαι· δέδοικα δὲ μὴ μακρὰν ἢ τῆς προσηγορίας  
 ταύτης. Εἰ τις γὰρ ἀμαρτίας δούλος, οὐ δύναται λέ-  
 γεσθαι ἐν Θεῷ. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη*. Εἶδες εὐθύς  
 ἀπὸ ἐγκωμίων τὸ προλιμὸν τῆς ἐπιστολῆς; *Εὐχαρι-*  
*στοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν,*  
*μνηστῆρ ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν*.  
 Τὸ γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ ὑπὲρ αὐτῶν, μαρτυροῦντές  
 ἔστιν αὐτοῖς πολλὴν προκοπὴν, ὅταν μὴ μόνον ἐπαι-  
 νῶνται αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ Θεὸς εὐχαριστεῖται, ὡς αὐτὸς  
 ἐργασάμενος τὸ πᾶν. Διδάσκει δὲ αὐτοὺς καὶ μετριά-  
 ζειν, μονοουχὶ λέγων, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως; ἔστι  
 τὸ πᾶν. Τὸ μὲν οὖν εὐχαριστεῖν τῶν κατορθωμάτων  
 ἐνεκα ἐτίθησι· τὸ δὲ μεμνηθῆναι αὐτῶν ἐπὶ τῶν προ-  
 σευχῶν, τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς αὐτοὺς. Εἶτα δεικνύς  
 ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ τῶν προσευχῶν μέμνηται, ἀλλὰ καὶ  
 χωρὶς τῶν εὐχῶν, ὅπερ πολλάκις ποιεῖ· *Ἀδιαλείπ-*  
*τως*, φησὶ, *μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς*  
*πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπο-*  
*μονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-*  
*στοῦ, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν*. Τί  
 ἔστιν; *Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες*; Ἦτοι μνη-  
 μονεύοντες ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἢ τοῦ  
 κόπου τῆς ἀγάπης μνημονεύοντες τοῦ ὄντος ἔμπρο-  
 σθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν. Οὐχ ἀπλῶς δὲ εἶπεν·

*Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες*, ἀλλ' Ἐμῶν. Εἶτα  
 πάλιν, ἵνα μὴ νομίση ἀπλῶς μηδὲ τὸ Ἐμῶν εἰρη-  
 σθαι, ἐπήγαγεν· *Ἐμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς*  
*ἡμῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς ἐπήνει τῶν ἀνθρώπων τὰ  
 γινόμενα, οὐδεὶς μισθὸν ἢ ἀπεδίδου, καὶ τοῦτο προ-  
 τίθησι, μονοουχὶ λέγων, *θαρρῆετε*, ἔμπροσθεν τοῦ  
 Θεοῦ κάμνετε. Τί ἐστι, *τοῦ ἔργου τῆς πίστεως*;  
 Ὅτι οὐδὲν ὑμῶν παρέκλινε τὴν ἐνστασιν· τοῦτο γὰρ  
 ἔργον πίστεως. Εἰ πιστεύεις, πάντα πάσχει· εἰ δὲ μὴ  
 πάσχεις, οὐ πιστεύεις. Μὴ γὰρ οὐ τοιαῦτά ἐστι τὰ  
 ἐπηγγελμένα, ὡς καὶ μυρίους θανάτους πείσεσθαι  
 τὸν πιστεύοντα ἀνελέσθαι; Οὐρανῶν βασιλεία πρό-  
 κείται καὶ ἀθανασία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ὅ τοίνυν  
 πιστεύων, πάντα πείσεται. Ἄρα ἡ πίστις διὰ τῶν  
 ἔργων δείκνυται. Εἰκότως οὖν οὕτως εἶπε, δηλών.  
 ὅτι οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων αὐτὴν ἐπεδείξαθε,  
 διὰ τῆς ἐνστάσεως, διὰ τῆς προθυμίας. [427] *Καὶ*  
*τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης*. Ποῖος γὰρ κόπος τὸ φιλεῖν  
 ἀπλῶς; Οὐδεὶς· τὸ δὲ γνησίως φιλεῖν κόπος πολὺς.  
 Ὅταν γὰρ, εἰπέ μοι, μυρία κινήται τῆς ἀγάπης ἡμᾶς  
 ἀφελύσσαι βουλόμενα δ, ἡμεῖς δὲ πρὸς πάντα ἀντι-  
 τεινόμεν, οὐχὶ κόπος ἔστι; Τί γὰρ οὐκ ἔπαυον οὗτο;  
 ὥστε μὴ ἀποστήναι τῆς ἀγάπης; οὐχὶ ἐπὶ τὸν ὑπο-  
 δοχέα Παύλου ἔλθον οἱ πολεμοῦντες τῷ κηρύγματι,  
 καὶ μὴ εὐρόντες αὐτὸν, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα ἐπὶ τοὺς  
 πολιτάρχας; Μικρὸς οὗτος κόπος, εἰπέ μοι, μηδέπω  
 τῶν σπερμάτων παγέντων, τοσοῦτον χειμῶνα φέρειν,  
 τοσοῦτους πειρασμούς; *Καὶ ἱκανὰ αὐτὸν ἀπήτησαν*.  
 Καὶ ἱκανὰ, φησὶ, δούς, ἐξέπεμψε τὸν Παῦλον. Μικρὸν  
 τοῦτο, εἰπέ μοι; οὐχὶ καὶ ἑαυτὸν ἀντ' ἐκείνου τῷ κιν-  
 δύνῃ ὑπέθηκες; Τοῦτο κόπον φησὶν ἀγάπης, ὅτι οὕτω  
 προσεδέθησαν.

β'. Καὶ ὄρα· πρῶτον ἐκείνων λέγει τὰ κατορθώματα,  
 καὶ τότε τὰ ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ δόξη μεγαλῶροειν, μηδὲ  
 προλήψει φιλεῖν αὐτοὺς. *Καὶ τῆς ὑπομονῆς*, φησὶν.  
 Οὐ γὰρ πρὸς ἕνα χρόνον ὁ διωγμὸς ἐκείνος γέγονεν,  
 ἀλλὰ διαπαντός· οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ μόνον Παύλῳ  
 ἐπολέμουν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθητευομένοις. Εἰ γὰρ  
 πρὸς ἐκείνους οὕτω διέκειντο τοὺς θαύματα ἐργα-  
 ζομένους, τοὺς αἰδεσίμους, τί οἶε πρὸς τοὺς συνοικου-  
 ντας αὐτοὺς, καὶ συμπολίτας, καὶ ἄθροον ἀπο-  
 στάτας; Ὅπερ οὖν αὐτοῖς καὶ μαρτυρεῖ, λέγων, ὅτι  
*Μιμηταὶ ἐγένεσθε τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν*  
*οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ*. *Καὶ τῆς ἐλπίδος*, φησὶ,  
*τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔμπροσθεν*  
*τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν*. Καλῶς οὕτως εἶπε·  
 ταῦτα γὰρ πάντα ἀπὸ πίστεως γίνεται καὶ ἐλπίδος.  
 Ὅστε οὐ τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν μόνον ἐδόξου τὰ γενό-  
 μενα, ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πληροφορίας ἐπίστευσον τοῖς  
 ἀποκειμένοις ἐπάθλοις. Διὰ γὰρ τοῦτο συνεχῶς ὁ  
 Θεὸς εὐθὺς γενέσθαι διωγμούς, ἵνα μὴ τις εἴπῃ,  
 ὅτι ἀπλῶς καὶ κολακείᾳ τὸ κήρυγμα συνίστατο, καὶ  
 ἵνα τὸ θερμὸν αὐτῶν δεχθῆ, καὶ ὅτι οὐ πεισμονὴ ἢ  
 ἀνθρωπίνῃ, ἀλλὰ Θεοῦ δύναμις ἦν ἡ τὰς τῶν πι-  
 στευόντων ψυχὰς πείθουσα, ὥστε καὶ πρὸς θανά-  
 τους μυρίους παρασκευάζεσθαι· ὅπερ οὐκ ἂν ἦν,  
 εἰ μὴ εὐθὺς κατὰ βάθους τὸ κήρυγμα ἐπεπίγει  
 καὶ εἰστήκει ἀκλίνας. *Εἰδότες, ἀδελφοί ἡραπη-*  
*μένοι, ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν, ὅτι τὸ Ἐθαγ-*  
*γέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη πρὸς ὑμῖν ἐν λόγῳ μὲν*

α Editum fuerat vitiose πρὸς ὑμᾶς ἀφ' ἡμῶν. Εἰσι.

β Recius scriptum fuisset ζητήσεων ἂν.

c Colbertinus unus, οὐδὲ μισθόν.

d Idem et marg. Savil., ἀφελύσσαι δυνάμενα.

e Idem Codex, πληρομῶν.



conjunxit, etsi eis esset notus et haberetur in admiratione (*Experimentum enim ejus cognoscitis*, inquit, *quod sicut patri filius mecum servivit*; et rursus, *Neminem habeo tam unanimum, qui sincera affectione pro vobis sit sollicitus* [Philipp. 2. 22. 20]); hic autem eum sibi conjungit? Mihi videtur quod statim eum esset missurus, et supervacaneum esset ut is scriberet qui mox literas erat excepturus: dicit enim, *Hunc spero mittere ad vos proxime* (Ib. v. 23). Illic autem non ita; sed erat reversus, quamobrem merito scribebat: nam *Cum nuper*, inquit, *ad nos venisset Timotheus a vobis* (1. Thess. 3. 6). Cur autem ei præponit Silvanum, etiamsi suo testimonio innumerabilia ipsi bona tribuat, et omnibus eum præponat? Forte quidem quod ipse ob magnam humilitatem hoc vellet et rogaret. Nam cum videret magistrum adeo se humiliter gerere, ut secum conjungeret discipulum; multo magis hoc ipse quesierit et contenderit. *Paulus enim*, inquit, *et Silvanus, et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium*. De se hic nihil ponit, non apostolus, non servus. Mihi videtur non ponere dignitatem, propterea quod ii essent catechesi recens imbuti, et nondum accepissent ipsius experientiam: alioquin etiam adhuc initium prædicationis apud ipsos erat. *Ecclesiæ*, inquit, *Thessalonicensium*. Pulchre. Quia enim verisimile erat illos esse paucos, et nondum consistere, propterea eos consolatur per nomen Ecclesiæ: nam ubi multum tempus præterierat, et magnus erat cœtus Ecclesiæ, hoc non ponit. Quoniam autem nomen multitudinis ut plurimum nomen Ecclesiæ, et cœtus jam collecti et consistentis, ideo eos sic vocat. *In Deo*, inquit, *Patre et Domino Jesu Christo*. Ecclesiæ, inquit, Thessalonicensium quæ est in Deo. Ecce rursus illud, *In Deo*, dictum est in Patre et in Filio. Illud autem, *In Deo*, dicit, quia multæ erant ecclesiæ et Judaicæ et Græcæ. Magna est dignitas, et cui nihil est æquale, si est in Deo. Faxit ergo Deus ut hæc quoque Ecclesia sic vocetur: vereor autem ne longe sit ab hac appellatione. Nam si quis est servus peccati, non potest dici in Deo. *Gratia vobis et pax*. Vidisti procœmium Epistolæ statim esse a laudibus? *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris*. Nam pro ipsis Deo agere gratias, est ejus qui suo testimonio ipsis multum tribuit profectum, quando non solum ipsi laudantur, sed Deo quoque aguntur gratiæ, ut qui ipse omnia operetur. Docet eos quoque se modeste gerere, prope modum dicens universum esse Dei virtutis. Atque gratias quidem agere, est propter recte facta; meminisse autem in orationibus, est suæ in ipsos dilectionis. Deinde, quod multis in locis facit, ut non solum meminerit in orationibus, sed etiam absque orationibus; *Sine intermissione*, inquit, *memores operis fidei vestræ, et laboris caritatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum*. Quid est illud, *Sine intermissione memores*? Vel memores ante Deum et Patrem; vel laboris caritatis memores ante Deum et Patrem nostrum. Non solum

autem dixit, *Sine intermissione memores*, sed addidit, *Vestri*. Deinde, ne putes illud, *Vestri*, sine causa dici, subjunxit, *Ante Deum et Patrem nostrum*. Quia enim nullus hominum laudabat quæ fiebant, nemo reddebat mercedem, hoc etiam addit: ac si diceret, *Confidite*: coram Deo laboratis. Quid est, *Operis fidei*? Institutum vestrum et instantiam nemo flexit: hoc est enim opus fidei. Si credis, omnia patere: si autem non pateris, non credis. Annon enim sunt ejusmodi quæ sunt promissa, ut vel mille mortes pati electurus sit qui credit? Proponitur regnum cælorum et immortalitas et vita æterna. Qui ergo credit, omnia patietur. Ergo fides per opera ostenditur. Merito igitur dixit, *Eam non utcumque, sed per opera ostendite, per instantiam, per animi alacritatem. Et laboris caritatis*. Quisnam est labor utcumque diligere? Nullus labor: germane autem et sincere diligere, nullus est labor. Quando enim, dic, quæso, inveniuntur innumerabilia quæ nos volunt abducere a caritate, nos autem omnibus resistimus, annon est labor? Quid enim non passi sunt isti, ut a caritate non discederent? nonne ad Pauli hospitium venerunt (Act. 17. 5), qui bellum gerebant cum prædicatione; et cum eum non invenissent, ipsum Iasonem trahebant ad magistratus civitatis? Illicne est, dic, quæso, parvus labor, cum semina nondum concrevissent. tantam ferre tempestatem, tantas tentationes? *Et cautionem ab eo exegerunt* (Ibid. v. 9). Qua data, inquit, emisit Paulum. Estne hoc parvum, dic, quæso? nonne seipsum pro illo subiecit periculo? Hunc laborem dicit caritatis, quoniam sic fuerunt alligati.

2. Vide autem: primum dicit quæ illi recte gesserunt, deinde quæ ipse, ne videretur de se loqui magnifice, neque eos anticipando diligere. *Et sustinentiæ*, inquit, id est, tolerantiæ. Neque enim uno tempore fuit illa persecutio, sed perpetuo: neque solum bellum gerebant cum Paulo magistro, sed etiam cum discipulis. Si enim ita erant affecti in eos qui faciebant miracula, viros plane reverendos: quomodo existimas fuisse affectos in eos qui cum ipsis habitabant, eorumque cives erant, et repente abscedebant? Quod quidem de ipsis quoque testatur, dicens, *Imitatores fuistis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa* (1. Thess. 2. 14). *Spei*, inquit, *Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum*. Recte sic dicit: hæc enim omnia sunt a fide et spe. Quamobrem non solum fortis et magni animi virtutem ostendebant quæ fiebant, sed etiam quod cum certa persuasione credebant præmiis repositis. Propterea permittebat Deus ut statim fierent persecutiones, ne quis diceret casu et adulatione constare prædicationem, et ut ostenderetur eorum fervor; et quod non esset humana persuasio, sed Dei virtus quæ credentium persuabebat animis, ut vel ad mille mortes essent parati. Quod quidem non fuisset, nisi statim in profundo coaluisset, et confirmata fuisset prædicatione, et stetitset immobilis. 4. *Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram*, 5. *quod evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu*

*sancto, et in plenitudine multa : sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Quid est quod dicit, Scitis quales fuerimus in vobis? Hic etiam tangit quæ a se recte gesta, sed tecte et adumbrate : vult enim primum eorum laudes persequi. Quod autem dicit, est huiusmodi : Scivimus quod sitis ex fortibus et magnis viris, et quod ex electis : propterea nos quoque propter vos omnia sustinemus. Illud enim, Quales fuerimus in vobis, hoc significat, quod cum magna animi alacritate et multa vehementia parati essemus animas nostras dare propter vos ; huiusque non est nobis habenda gratia, sed vobis, quod sitis electi. Propterea alibi quoque dicit : Et hæc patior propter electos (2. Tim. 2. 10). Nam pro Deo dilectis quid non patiaris ? Et cum dixisset quod suum erat, dicit prope modum : Si enim estis et dilecti et electi, omnia merito sustinemus. Non enim laudando eos solum confirmabat eisque animum addebat, sed etiam revocando in memoriam, quod ipsi ostendissent virtutem et fortitudinem eorum animi alacritati respondentem. Dicit itaque, 6. Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. Papæ ! quantum encomium ! discipuli repente facti sunt magistri : non solum audierunt verbum, sed etiam ad idem pervenerunt fastigium ad quod Paulus. Sed hoc nihil est : vide enim quomodo postea eos extollat : Imitatores facti estis Domini. Quomodo ? Excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti. Non solum cum tribulatione et afflictione, sed cum multa. Hoc autem licet discere ex Actis apostolorum (Act. 17), quomodo excitarunt in eos persecutionem : Conturbaverunt, inquit, magistratus omnes civitatis, et civitatem concitaverunt in ipsos. Neque dici potest, afflicti quidem estis et credidistis, sed dolentes ; imo vero gaudentes. Quod quidem faciebant etiam apostoli : Cadentes, inquit, quod digni essent habiti pro nomine Christi contumelia affici (Ibid. 5. 44). Hoc enim est admirabile : etsi ne illud quidem est parum, quomodocumque ferre afflictiones ; ad hoc jam est eorum qui humanam naturam superant, et habent corpus tamquam impatibile. Quomodo autem fuerunt imitatores Christi ? Quoniam ipse quoque multas sustinuit perpassiones, nec dolebat, sed gaudebat : lubens enim et sponte eo veniebat. Propter nos seipsum exinanivit, sputa et colaphos passurus, in crucem agendus ; et adeo gaudebat hæc patiens, ut Patri diceret, Glorifica me (Joan. 17. 1). Cum gaudio, inquit, Spiritus sancti. Ne quis diceret, Quomodo dicis in tribulatione ? quomodo in gaudio ? quomodo possunt utraque convenire ? subjunxit, Cum gaudio Spiritus sancti. Afflictio est in corporalibus, et gaudium in spiritualibus. Quomodo ? Ea quidem quæ fiunt sunt molesta ; quæ autem ex eis oriuntur, nequaquam : non sinit enim id Spiritus. Quamobrem fieri potest ut et patiens non lætetur, quando patitur pro peccatis ; et flagris casus lætetur, quando patitur propter Christum.*

5. Hoc est enim gaudium Spiritus : pro iis quæ

videntur esse gravia et molesta, educit lætitiã. Affligerunt vos, inquit, persequuti sunt ; sed vos ne in illis quidem dimisit Spiritus. Sicut in igne rore aspergebantur tres pueri (Dan. 3), ita vos quoque in afflictionibus. Sed sicut illic non est naturæ ignis rore aspergere, sed sibilantis Spiritus : ita hoc quoque non est naturæ afflictionis gaudium procreare, sed passionis propter Christum, et rore perfunderentis Spiritus, constituentisque in quiete et recreatione per fornacem tentationum. Cum gaudio, inquit ; non simplici, sed multo : hoc enim est Spiritus sancti. 7. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et Achaia. Atqui postremo venit ad eos : Sed ita, inquit, resplendistis, ut fieretis doctores eorum qui præcesserant. Et hoc est apostolicum. Non enim dicit, Ut facti sitis forma ad credendum, sed iis qui jam credebant facti estis forma : id est, Quomodo oporteat in Deum credere, vos docuistis, qui ab exordio ad certamina descendistis. Et in Achaia, inquit ; hoc est, in Hellade. Vides quanta res sit animi alacritas ? Non eget tempore, neque cunctatione, neque dilatione ; sed sufficit se solum exhibere, et confecta sunt omnia. Sic ergo isti cum posteriores accessissent ad prædicationem, fuerunt priorum doctores et magistri. Nemo igitur animum despondeat : etiamsi multo consumpto tempore nihil effecerit, licet ei vel parvo tempore tantum efficere, quantum ne priori quidem tempore. Nam si qui nondum crediderat tantum in initio resplenduit, multo magis ii qui jam crediderunt.

*Vigilantia quam necessaria.* — Nullus rursus hoc cogitans sit piger et segnis, ut qui didicerit quod liceat brevi tempore totum parare : futurum enim est incertum ; et fur est dies Domini (1. Thess. 5. 4), repente invadens nos dormientes ; sed si non dormiamus, non tamquam fur nos invadet, neque abducat imperatos. Nam si vigilemus, et sobrii simus, non amplius tamquam fur nos invadet, sed tamquam Regis nuntius nos vocans ad bona nobis parata : sin dormiamus, tamquam fur accedit. Nullus ergo dormiat, nullus sit piger ad virtutem : hoc enim est somnus. Nescitis, quando dormimus, quam nostra non sint in tuto, quam facile eis parenter insidiat : quando autem vigilamus, non opus est nobis tanta custodia. Quando dormimus, etiam cum multa custodia sæpe perimus : sunt et ostia et vectes et custodes et vigiles ; et tamen fur ingreditur<sup>1</sup>. Cur hæc dico ? Quoniam si vigilemus, non egebimus aliorum auxilio : sin autem dormiamus, nihil nobis prodest aliorum auxilium, sed etiam cum illo perimus. Bonum est frui sanctorum precibus, sed cum ipsi quoque fuerimus intenti operi. Et quid mihi, inquit, opus est aliorum precibus, cum fuero intentus operi, nec me eo redigam, ut opus habeam ? Nec ego quidem hoc volo ; sed opus semper habemus, si sapiamus. Paulus non

<sup>1</sup> In Colb. legitur..... non opus est nobis tanta custodia quot et quanta quidam, custodiæ causa, excogitarunt ? Ferbi gratia, ostia, vectes, custodes et vigiles : et tamen, cum tanta custodia, fur ingreditur. Quæ lectio quadrat ad seriem ; sed nostra est editorum omnium, earque secutus est Gentianus Hervetus.

νον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν Πνεύματι ἀγάπῃ, καὶ ἐν πληροσφορίᾳ πολλῇ· καθὼς οἴδατε οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ἡμῖν ὑμᾶς. Τί ἐστὶν ὃ λέγει· Οἴδατε οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν; Ἐνταῦθα καὶ τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἄπτεται, ἀλλ' ἐπεσκιασμένως· βούλεται γὰρ πρότερον τοῖς ἐκείνων ἐγκωμίοις ἐπεξελεθεῖν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν Ἡδοίμεν ὅτι τῶν γενναίων ἦτε καὶ μεγάλων ἀνδρῶν, ὅτι τῶν ἐκλεκτῶν· διὰ [428] τοῦτο καὶ ἡμεῖς πάντα ὑπομένομεν δι' ὑμᾶς. Τὸ γὰρ, Οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος, ὅτι μετὰ πολλῆς προθυμίας καὶ πολλῆς σφοδρότητος ἔτο·μοι ἔσμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκδούναί δι' ὑμᾶς· καὶ τοῦτου δὲ οὐχ ἡμῖν χάρις, ἀλλ' ὑμῖν, ὅτι ἐκλεκτοὶ ἦτε. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Καὶ ταῦτα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Ὑπὲρ γὰρ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαπητῶν τί οὐκ ἂν τις πάθοι; Καὶ εἰπὼν τὸ αὐτοῦ, μονονοῦχί φησιν· Εἰ γὰρ καὶ ἀγαπητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ, πάντα εἰκότως ὑπομένομεν. Οὐ γὰρ δὴ τὸ ἐπαινεῖν αὐτοὺς ἐβρώνυε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπομιμνήσκειν, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς ἐκείνων προθυμίας ἀντίρροπον ἀνδρείαν ἐπεδείξαντο. Φησὶ γοῦν· Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. Βαβαί! πόσον τὸ ἐγκώμιον! οἱ μαθηταὶ ἐξαίφνης ἐγένοντο διδάσκαλοι· οὐκ ἤκουσαν μόνον τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν κορυφὴν τῷ Παύλῳ ἔφθασαν. Ἄλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸ ἐξῆς· δρᾶ γὰρ ποῦ αὐτοὺς ἀνάγει λέγων· Μιμηταὶ ἐγένεσθε τοῦ Κυρίου. Πῶς; Δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. Οὐχ ἀπλῶς μετὰ θλίψεως, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς. Καὶ ἔνεστι τοῦτο ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστολικῶν μαθεῖν, πῶς ἐπήγειραν τὸν διωγμὸν ἐπ' αὐτούς· — Καὶ πάντας, φησὶ, τοὺς πολιτάρχας ἐτάραξαν, καὶ τὴν πόλιν ἀνεπέτρωσαν κατ' αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι Ἐθλίβητε μὲν καὶ ἐπιστεύσατε, ἀλγοῦντες δὲ, ἀλλὰ καὶ χαίροντες σφόδρα. Ὅπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐποιοῦν· Χαίροντες, φησὶν, ἐτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ δόγματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι. Τὸ γὰρ θαυμαστόν, τοῦτό ἐστιν· εἰ καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο μικρὸν, τὸ φέρειν ὅπωποδὴποτε θλίψεις· τοῦτο δὲ ἤδη τῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερβαίνοντων ἦν, καὶ ὡσπερ ἀπαθὲς ὄμμα ἔχόντων. Πῶς δὲ μιμηταὶ τοῦ Κυρίου ἐγένοντο; Ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ παθήματα ὑπέμεινε, καὶ οὐκ ἦλγει, ἀλλ' ἔχαιρεν· ἐκὼν γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἤρχετο. Δι' ἡμᾶς ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ἔμελλεν ἐμπτύεσθαι καὶ βραβίζεσθαι, σταυροῦσθαι· καὶ οὕτως ἔχαιρε ταῦτα πάσχων, ὡς τῷ Πατρὶ λέγειν· Δόξασόν με. Μετὰ χαρᾶς, φησὶ, Πνεύματος ἁγίου. Ἰνα μὴ τις εἴπη· Πῶς θλίψεως λέγεις; πῶς χαρᾶς; πῶς ἀμφοτέρω ἐνὶ συνειδήσει; ἐπήγαγε· Μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. Ἡ θλίψις ἐν τοῖς σωματικοῖς, καὶ ἡ χαρὰ ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Πῶς; Τὰ μὲν γινόμενα, λυπηρά· τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν τικτόμενα, οὐκέτι· οὐ γὰρ ἀφήσι· τὸ Πνεῦμα. Ὅστε ἔνεστι καὶ πάσχοντα μὴ χαιρεῖν, ὅταν ὑπὲρ ἁμαρτημάτων τις πάσχη· καὶ μαστιζόμενον ἡθεσθαί, ὅταν διὰ τὸν Χριστὸν τις πάσχη.

γ'. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χαρὰ· ἀντὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἀναρῶν, ἐκφύσει τὴν ἡδονήν. Ἐθλίψαν ὑμᾶς, φησὶ, καὶ ἐδίωξαν, ἀλλ' οὐκ ἀφήκεν ὑμᾶς

τὸ [429] Πνεῦμα οὐδὲ ἐν ἐκείνοις· ἀλλ' ὡσπερ ἐν πυρὶ ἐδρροσίζοντο οἱ παῖδες οἱ τρεῖς, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ὅσπερ δὲ ἐκεῖ οὐ τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως τὸ δροσίζειν, ἀλλὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ διασπυρίζοντος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οὐ τῆς φύσεως τῆς θλίψεως τὸ τὴν χαρὰν τίκτειν, ἀλλὰ τοῦ διὰ τὸν Χριστὸν πάσχειν, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ δροσίζοντος, καὶ διὰ τῆς καμίνου τῶν πειρασμῶν ἐν ἀνέσει ποιούντος. Μετὰ χαρᾶς, φησὶν, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ πολλῆς· τοῦτο γὰρ ἐστὶ Πνεύματος ἁγίου. Ὅστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαίᾳ. Καὶ μὴ ἐν ὑστέρῳ ἦλθε πρὸς αὐτούς· ἀλλ' οὕτως ἐλάμψατε, φησὶν, ὡς τῶν προλαβόντων γενέσθαι διδάσκαλοι. Καὶ τοῦτο ἀποστολικόν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ὅστε τύπους γενέσθαι πρὸς τὸ πιστεῦσαι, ἀλλὰ τοῖς ἤδη πιστεύουσι τύπος ἐγένεσθε· τουτέστι· Πῶς δεῖ πιστεῦειν εἰς Θεὸν ὑμεῖς ἐδιδάξατε, οἱ ἀπὸ προοιμίων εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβάντες. Καὶ ἐν τῇ Ἀχαίᾳ, φησὶ· τουτέστι, τῇ Ἑλλάδι. Ὁρᾶς ὅσον ἐστὶ προθυμία; Ὅτι χρόνου οὐ δέχεται, οὐδὲ μελλήσας, οὐδὲ ἀναβολῆς· ἀλλ' ἀρκεῖ παραστήσαι μόνον ἑαυτὸν, καὶ πάντα ἤνυσται. Οὕτω γοῦν καὶ οὗτοι ὑστερον προσελθόντες τῷ κηρύγματι, τῶν πρώτων ἐγένοντο διδάσκαλοι. Μηδεὶς οὖν ἀπογινωσκέτω· κἂν πολὺν ἀναλώσας χρόνον μηδὲν ἐργασάμενος ἦ, ἔνεστιν αὐτῷ καὶ διὰ μικροῦ τοσοῦτον ἐργασασθαι, ὅσον οὐδὲ ἐν τῷ ἐμπροσθεν χρόνῳ. Εἰ γὰρ ὁ μηδέπω πιστεύσας, τοσοῦτον ἔλαμψεν ἐν ἀρχῇ, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἤδη πιστεύσαντες.

Μηδεὶς πάλιν τοῦτο ἐνοῶν βραθυμείτω, μαθὼν ὅτι ἐξὴν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὸ πᾶν ἀνακτήσασθαι· τὸ γὰρ μέλλον ἀθλοῦν, καὶ κλέπτῃς ἐστὶν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, ἀθρόον ἡμῖν καθεῦδουσιν ἐπιτιθεμένη· ἀλλ' ἐὰν μὴ καθεῦδωμεν, οὐχ ὡς κλέπτῃς ἡμῖν ἐπιθήσεται, οὐδὲ ἀπαρασκευάστους ἀπάξει. Ἐὰν γὰρ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν, οὐκέτι ἡμῖν ὡς κλέπτῃς ἐπιθήσεται, ἀλλ' ὡς ἀγγελος βασίλικός· καλῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὰ ἡτοιμασμένα ἡμῖν ἀγαθὰ· ἂν δὲ καθεῦδωμεν, ὡς κλέπτῃς ἐφίσταται. Μηδεὶς τοίνυν καθευδέτω, μηδεὶς ἀργὸς ἔστω πρὸς ἀρετὴν· τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὕπνος. Οὐκ ἴστε, ὅταν καθεῦδωμεν, πῶς οὐκ ἐστὶν ἐν ἀσφαλεῖ τὰ ἡμέτερα, πῶς εὐεπιβούλευτα; ὅταν δὲ γρηγορῶμεν, οὐ δεῖ τοσαύτης ἡμῖν φυλακῆς. Ὅταν καθεῦδωμεν, καὶ μετὰ πολλῆς φυλακῆς ἀπολλύμεθα πολυλάκις· καὶ θύραι καὶ μοχλοὶ καὶ φύλακες καὶ προφύλακες, καὶ ὅμως ἐπεισηθῆεν ὁ κλέπτῃς. Τί δὴ ταῦτα λέγω; Ὅτι ἂν γρηγορῶμεν, οὐ δεησόμεθα τῆς ἐτέρων βοήθειας· ἂν δὲ καθεῦδωμεν, οὐδὲν ἡμᾶς ἡ ἐτέρων ὀνήσει βοήθεια, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκείνης ἀπολλύμεθα. Καλὸν εὐχῆς ἀπολαύειν τῆς τῶν ἁγίων, ἀλλ', ὅταν καὶ αὐτοὶ ἐνεργοὶ ὦμεν. Καὶ τί μοι δεῖ, φησὶν, εὐχῆς τῆς παρ' ἐτέρων, ὅταν ἐνεργῶ; ὦ, καὶ μὴ καταστήσω ἑμαυτὸν ἐν χρεῖα; [430] Οὐδὲ ἐγὼ βούλομαι· ἀλλ' ἀεὶ ἐν χρεῖᾳ ἔσμεν, ἐὰν εὐ φρονώμεν. Παῦλος οὐκ εἶπε· Τί μοι δεῖ εὐχῆς; καίτοι γε τῶν εὐχομένων οὐκ ἔντων ἄξιων αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἴσων· καὶ σὺ λέγεις· Τί μοι δεῖ εὐχῆς; Πέτρος οὐκ εἶπε· Τί μοι δεῖ εὐχῆς; Εὐχὴ γὰρ ἦν, φησὶν, ἐκτενής γινομένη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεόν

\* Colbertinus idem, τοσαύτης φυλακῆς. Πόσα τισὶν ἐπινοήθη πρὸς φυλακὴν; οἷον θύραι, μοχλοὶ, φύλακες καὶ προφύλακες. Ἄλλ' ὅμως καὶ μετὰ τοσαύτης φυλακῆς ἐπ. ὁ κλ.

ὕπερ αὐτοῦ· καὶ σὺ λέγεις· Τί μοι δεῖ εὐχῆς; Διὰ τοῦτο σοι δεῖ, ἐπειδὴ νομίζεις μηδὲν δεῖσθαι. Κἄν ὡς Παῦλος· γένη, χρεῖαν ἔχεις εὐχῆς. Μὴ ὕψου σαυτὸν, ἵνα μὴ ταπεινωθῆς. Ἄλλ' ὅπερ ἔφη, ἂν μὲν ἐνεργοὶ ὦμεν καὶ αὐτοί, ἀνούσοι καὶ αἱ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαί. Ἔκουε Παύλου λέγοντος· *Οἶδα γάρ, φησὶν, ὅτι τοῦτο μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν· Ἴνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῆ ὑπὲρ ἡμῶν.* Καὶ σὺ λέγεις· Τί μοι δεῖ εὐχῆς; Ἄν δὲ ἀργῶμεν, οὐδεὶς ἡμᾶς εὐχόμενος ὄνησαι δυνήσεται. Τί ὠφέλησεν Ἱερεμίας τοὺς Ἰουδαίους; οὐχὶ τρίτον προσῆλθε τῷ Θεῷ, καὶ τρίτον ἤκουσε· *Μὴ προσέχου μηδὲ ἀξίω ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι σου;* Τί ὠφέλησε τὸν Σαοὺλ ὁ Σαμουὴλ; οὐχὶ μέχρις ἐσχάτης ἡμέρας ἐπένηθε περὶ αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς· τῆχετο μόνον; Τί ὠφέλησε τοὺς Ἰσραηλίτας; Οὐχὶ ἔλεγεν· *Ἔμοι δὲ μὴ γένοιτο ἀμαρτεῖν διαλιπόντων εὐχό. ἐνον ὑπὲρ ἡμῶν;* οὐχὶ πάντες ἀπόλωτο; Οὐδὲν οὖν ὠφελούσι, φησὶν, αἱ εὐχαί; Ἄφελοὺσι καὶ μεγάλα, ἀλλ' ὅταν καὶ ἡμεῖς πράττωμεν τι· συμπράττει μὲν γὰρ αἱ εὐχαί καὶ βοηθοῦσι· συμπράττει δὲ τις καὶ βοηθεῖ τῷ καὶ αὐτῷ ἐργαζομένῳ· ἂν δὲ ἀργῶς μένης, οὐδὲν μέγα ὠφέληθησῃ.

δ. Ἐπεὶ εἰ ἰσχυοὶ αἱ εὐχαί ἀργούντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν βασιλείαν, διὰ τί μὴ πάντες Ἕλληνας γίνονται Χριστιανοί; οὐχὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου εὐχόμεθα; οὐχὶ καὶ Παῦλος τοῦτο ἐποίει; οὐχὶ πάντας ἀξιοῦμεν ἐπιστραφῆναι; Εἰπέ γὰρ, διὰ τί οἱ πονηροὶ μὴ γίνονται χρηστοί; ἄρα οὐχὶ ὄηλον, ὅτι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι·<sup>a</sup> παρ' ἑαυτῶν τι εἰσενεγκεῖν; Μεγάλα τοίνυν ὠφελούσιν αἱ εὐχαί, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν. Βούλει μαθεῖν ὅσα ὠφέλησαν εὐχαί; ἐννοεῖ μοι τὸν Κορνῆλιον, τὴν Ταβιθάν· ἄκουε δὲ καὶ τοῦ Ἰακώβ λέγοντος πρὸς τὸν Λάβαν· *Εἰ μὴ ὁ φόβος τοῦ πατρὸς μου ἦν μοι, νῦν ἂν με κερὸν ἐξαπέστειλας.* ἄκουε δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ πάλιν λέγοντος· *Ἰπερασπιώ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμέ, καὶ διὰ Δαυὶδ τὸν παῖδά μου.* Ἄλλὰ πότε; Ἐπὶ Ἐζεκίου δικαίου ὄντος. Ἐπεὶ εἰ γε ἰσχυοὶ εὐχαί καὶ ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρῶν, διὰ τί μὴ καὶ, ὅτε ὁ Νασοουδονόσορ ἦλθεν, εἶπε τοῦτο ὁ Θεός, ἀλλ' ἐξέδωκε τὴν πόλιν; Ἐπειδὴ μείζον ἰσχυοὺς ἢ πονηροὺς. Πάλιν αὐτὸς οὗτος ὁ Σαμουὴλ ἠύξατο ὑπὲρ τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ ἤνυσεν· ἀλλὰ πότε; Ὅτε καὶ αὐτοὶ εὐηρέστον, τότε ἐτροπώσατο τοὺς ἐχθρούς. Καὶ τίς χρεῖα, φησὶ, [431] τῆς παρ' ἐτέρου εὐχῆς, ὅταν ἐγὼ εὐαρεστῶ; Μηδέποτε τοῦτο εἶπες, ἄνθρωπε. Χρεῖα, καὶ πολλῆς; χρεῖα εὐχῆς· ἄκουε γὰρ τοῦ Θεοῦ λέγοντος περὶ τῶν φίλων τοῦ Ἰώβ· *Καὶ προσεύξεται, φησὶ, περὶ ὑμῶν, καὶ ἀφθεθήσεται ὑμῖν ἡ ἀμαρτία·* ἐπειδὴ ἡμαρτον μὲν, οὐχ ἀμαρτίαν δὲ μεγάλην. Ἄλλ' αὐτὸς οὗτος ὁ δίκαιος ὁ σώσας τοὺς φίλους αὐτοῦ τότε ἀπὸ εὐχῆς, ἐν τῷ καιρῷ τῷ Ἰουδαϊκῷ οὐκ ἠδυνήθη σώσαι τοὺς Ἰουδαίους ἀπολλυμένους. Καὶ ἵνα μάθης, ἄκουε τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ τοῦ προφήτου· *Ἄν στῆ Νῶε, καὶ Ἰώβ, καὶ Δαυιήλ, οὐκ ἐξελοῦνται τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγα-*

*τέρας· ἐπειδὴ ὑπερῖσχυον ἢ κακία· καὶ πάλιν, Ἐάν στῆ Μωϋσῆς, καὶ Σαμουήλ.* Καὶ ὅρα πῶς πρὸς τοὺς δύο προφήτας τοῦτο λέγεται, ἐπειδὴ ἀμφοτέροι ἤξιωσαν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπέτυχον. Καὶ γὰρ ὁ Ἰεζεκιήλ ἐπειδὴ ἔλεγεν· *Οἶμοι, Κύριε! ἐξαλείψεις σὺ τὸ κατάλοιπον τοῦ Ἰσραήλ·*<sup>b</sup> ὁ Θεός, δηλιῶν ὅτι δικαίως τοῦτο ποιεῖ, καὶ οὐκ αὐτοῦ καταφρονῶν οὐ δέχεται τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἰκεσίαν, δίκηνουσιν αὐτῷ τὰ ἀμαρτήματα αὐτῶν, μονονοῦχι λέγων· Ἰκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτά σε πείσαι ὅτι οὐ καταφρονῶν σου, ἀλλὰ διὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν τὰς πολλὰς οὐ δέχομαι τὴν ἰκετηρίαν· ἀλλ' ὅμως ἐπάγει καὶ τοῦτο, *Ἐάν στῆ Νῶε, καὶ Ἰώβ, καὶ Δαυιήλ.* Καὶ εἰκότως ἐκείνῳ μᾶλλον ταῦτα λέγει, ἐπειδὴ ὁ πολλὰ παθὼν αὐτὸς ἔστιν. Εἰπέ μοι, φησὶν, ἐπὶ βολίτων φαγεῖν, καὶ ἐφαγον· εἰπέ μοι, καὶ ἐξυράμην· εἰπέ μοι, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνδὸς πλευροῦ ἐκοιμήθην· εἰπέ μοι δὲ ὅπως ἐξελεῖν βασταζόμενον, καὶ ἐξῆλθον· ἔλαβές μου τὴν γυναῖκα, καὶ εἰπέ μοι μὴ πενήθῃσαι, καὶ οὐκ ἐπένησα, ἀλλ' ἤνεγκα γενναίως· μυρία ἔτερα εἰργασάμην δι' αὐτοῦς· καὶ ἐγὼ σε ἀξίω ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ οὐ πειθῆ· Δεικνύς τοίνυν ὁ Θεός, ὅτι οὐ καταφρονῶν αὐτοῦ τοῦτο ποιεῖ, λέγει· *Κἄν Νῶε, κἄν Ἰώβ, κἄν Δαυιήλ ἦ, καὶ ὑπὲρ υἱῶν ἀξιώσωσι καὶ θυγατέρων, οὐ πείθομαι.* Καὶ τῷ Ἱεραμίᾳ πάλιν ἐλάττονα μὲν πάσχοντι ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, πλείονα δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῶν πονηρίας, τί φησὶ; *Ἦ οὐχ ὀρθῶς τί οὗτος ποιοῦσι;* Ναί, φησὶ, ποιοῦσι· ἀλλὰ τί ἐμὲ ποιήσων. Διὰ τοῦτο φησὶ πρὸς αὐτόν· *Ἐάν στῆ Μωϋσῆς καὶ Σαμουήλ·* Μωϋσῆς ὁ πρῶτος νομοθέτης, ὁ πολλὰκις αὐτοὺς ἐξελόμενος κινδύνων, ὁ εἶπεν· *Εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν, ἄψες· εἰ δὲ μὴ, καμὲ ἐξάλειψον.* Εἰ τοίνυν οὗτος ἦν νῦν, καὶ ταῦτα ἔλεγεν, οὐκ ἂν ἐπέτυχε· καὶ εἰ Σαμουὴλ πάλιν, ὁ καὶ αὐτὸς ἐξελόμενος αὐτοῦ, ὁ ἐκ πρώτης ἡλικίας θαυμασθεῖς. Πρὸς μὲν γὰρ ἐκείνον εἶπον, ὅτι ἔστανε φίλος πρὸς φίλον, οὕτω διελέχθη, καὶ οὐ δι' αἰνυμάτων· πρὸς δὲ τοῦτον εἶπον, ὅτι ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ὤφθη αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτον δυσωπηθεῖ; ἀποκλειθεῖσαν τὴν προφητείαν ἀνέψα. *Καὶ γὰρ ἦν, φησὶ, ῥῆμα τίμιον, καὶ οὐκ ἦν ὄρασις διαστέλλουσα.* Ἐάν οὗτοι τοίνυν στώσιν, οὐδὲν ὄνησοσι. Καὶ περὶ τοῦ Νῶε δὲ λέγει, *Δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ ἦν Νῶε·* καὶ περὶ τοῦ Ἰώβ, *Ἀμμπτος, [432] δίκαιος, ἀληθινός, Θεοσεβής.* Τούτους οὖν στάντας, καὶ Δαυιήλ, ὃν καὶ Θεὸν ἐνόμισαν οἱ Χαλδαῖοι, οὐκ ἐξελεῖν ἰσχύσαί φησιν υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας. Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, μήτε καταφρονῶμεν τῶν εὐχῶν τῶν ἁγίων, μήτε τὸ πᾶν αὐταῖς ἐπιβρίπτωμεν, τοῦτο μὲν, ἵνα μὴ βραθυμώμεν καὶ εἰκῆ ζῶμεν, ἐκείνο δὲ, ἵνα μὴ πολλοὺς κέρδους ἐκπέσωμεν· ἀλλὰ καὶ παρακαλωμένον εὐχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν καὶ χείρας ὀρέγειν, καὶ αὐτοὶ ἐχώμεθα τῆς ἀρετῆς· ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Legem'um videtur, ex uno Coh.; βούλομαι: Epi.

<sup>b</sup> Hic alio modo legisse videtur interpres Latinus Hervetus, qui haec diverse enuntiabat.

dicebat, Quid mihi opus est precibus? etiamsi qui precabantur non essent illo digni, imo vero ne pares quidem: et tu dicis, Quid mihi opus est precibus? Petrus non dixit, Quid mihi opus est precibus? Oratio enim, inquit, fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo (Act. 12. 5): et tu dicis, Quid mihi opus est precibus? Propterea tibi opus est, quoniam existimas te non opus habere. Etiamsi fueris sicut Paulus, opus habes precibus. Ne te extollas, ne reddaris humilis. Sed, ut dixi, si simus quidem intenti operi, preces pro nobis emissæ juvant. Audi Paulum dicentem: Scio enim quod hoc mihi proveniet ad salutem per vestram orationem et subministrationem Spiritus Jesu Christi (Philipp. 1. 19); et rursus, Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis. Ut ex multis personis ejus quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro nobis (2. Cor. 1. 11). Et tu dicis, Quid mihi opus est oratione? Sin autem simus pigri, nemo nobis prodesse poterit. Quid profuit Jeremias Judæis? nonne ter ad Deum accessit, et ter audivit: Ne preceris nec roges pro populo isto, quoniam non te exaudiam (Jer. 7. 16)? Quid Saûli profuit Samuel? nonne cum luxit usque ad extremum diem, nec solum pro eo oravit? Quid profuit Israelitis? nonne dicebat, Absit ut peccem intermittens orare pro vobis (1. Reg. 12. 23)? nonne omnes perierunt? Nihil ergo prosunt, inquires, preces? Imo vero valde prosunt; sed quando nos quoque aliquid agimus: nam simul agunt preces et opem ferunt: simul autem agit quispiam et opem fert ei qui ipse operatur; sin autem maneat piger et otiosus, ex eis non magnam accipies utilitatem.

4. Nam si valerent preces nos otiosos in regnum introducere, cur non omnes Græci sunt Christiani? nonne oramus pro toto mundo? nonne hoc quoque faciebat Paulus? nonne rogamus ut omnes convertantur? Dic enim, cur mali non sunt boni? annon, ut palam est, quia nihil possunt ex se afferre? Valde ergo prosunt preces, cum nos quoque a nobis quæ sunt nostra attulerimus. Vis scire quantum prosint preces? cogita Cornelium, Tabitham (Act. 10. 3. et 9. 36); audi etiam Jacobum dicentem Labano: Nisi timor patris mei esset mihi, vacuum me dimisisses: audi Deum quoque rursus dicentem, Protegam hæc civitatem propter me, et propter David servum meum (Gen. 31. 42. 4. Reg. 19. 34). Sed quando? Tempore Ezechie quæ erat justus. Nam si valerent preces etiam tempore valde sceleratorum, cur non etiam quando venit Nabuchodonosor, hoc dixit Deus, sed tradidit civitatem? Quoniam plus valuit scelus et vitium. Rursus ipse Samuel oravit pro Israelitis, et impetravit; sed quando? Quando ipsi quoque Deo grati erant et accepti, tunc fugavit inimicos. Et quid opus, inquit, alterius precibus, quando ego Deo sum gratus? Ne hoc unquam dixeris, o homo. Opus est et valde opus est multis precibus: audi enim Deum dicentem de amicis Jobi: Et orabit, inquit, pro vobis, et dimittetur vobis peccatum (Job 42. 8); quoniam peccarant quidem, sed non magnam admiserant peccatum. Sed

hic ipse justus, qui per preces tunc amicos suos servavit, in tempore Judaico non potuit servare Judæos pereuntes. Et ut id scias, audi Deum dicentem per prophetam: Si steterit Noe, et Job, et Daniel, non eripient filios suos et filias, quoniam prævaluit vitium (Ezech. 14. 16); et rursus, Si steterit Moyses, et Samuel (Jer. 15. 1). Et vide quomodo hoc dicitur duobus prophetis: quoniam ambo pro ipsis rogarant, et non erant assequuti. Dicit enim Ezechiel, Hei mihi, Domine! deles tu reliquias Israelis (Ezech. 9. 8). Deinde ostendens Deus quod hoc juste faciat, nec ipsum despiciat, cum precationem ejus non excipit, ipsorum peccata ipsi declarat, ac si diceret: Hæc per se satis sunt ut tibi persuadeant me, non quod te despiciam, sed ob peccata ipsorum, non acceptam habere supplicationem: sed tamen subjungit et dicit, Si steterit Noe, et Job, et Daniel: et merito illi magis hæc dicit, quoniam ipse est qui est multa passus. Dixisti, inquit, mihi ut super stercora comedere, et comedi; dixisti ut me raderem, et sum rarus; jussisti, et dormivi super unum latas; jussisti onustum exire per foramen, et exii; accepisti uxorem meam, et præcepisti mihi ne lugerem, et non luxi, sed tuli fortiter: innumerabilia alia feci propter ipsos; et ego pro ipsis te rogo, nec exaudis? Ut ostendat ergo Deus se, non quod ipsum contemnat id facere, dicit: Si Noe et Job et Daniel pro filiis et filiabus oraverint, non persuadeor. Jeremiæ quoque qui pauciora quidem patiebatur a Dei jussis, plura autem ab eorum vitio et scelere, quid dicit? Annon vides quid isti faciunt (Jer. 7. 17)? Certe, inquit, faciunt, sed fac propter me. Propterea dicit ei: Si steterit Moyses et Samuel: Moyses, primus legislator, qui sæpe ipsos eripuit a periculis, qui dixit, Si dimittis quidem peccatum, dimitte; sin minus, me quoque dele (Exod. 31. 32). Si hic ergo nunc esset, et hæc diceret, non impetraret: et si rursus Samuel, qui ipse quoque eos eripuit, qui ab incunte ætate habitus fuit in admiratione. De illo enim dixi, quod tanquam amicus cum amico sim loquutus, et non per ænigmata: de hoc autem dixi, me in prima ætate ei visum esse, et ab ipso placatum, exclusam aperuisse prophetiam. Etenim verbum, inquit, erat pretiosum; et non erat visio distincta (1. Reg. 3. 1). Si isti ergo steterint, nihil proficient. Et de Noe dicit, Justus perfectus in generatione sua erat Noe (Gen. 6. 9): et de Jobo, Irreprehensibilis, justus, verus, pius (Job 1. 1). Hos itaque stantes et Danielelem, quem etiam deum Chaldæi existimant, non potuisse liberare inquit filios ipsorum et filias. Cum hæc ergo sciamus, neque preces sanctorum contemnamus, neque totum in eas conjiciamus, tum ut ne pigri simus et socordes, et ne temere vitam ducamus; tum ut ne a magno lucro excidamus; sed et hortemur ad orandum pro nobis et ad manus nobis porrigendas; et ipsi virtutem sectemur, ut bona quæ sunt promissa us qui ipsum diligunt consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA II.

CAP. 1. v. 8. *A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fides vestra quæ est ad Deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui.* 9. *Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos; et quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo et vero,* 10. *et expectare Filium ejus de cælis, quem suscitavit ex mortuis, Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura.*

1. Quomodo bene olens unguentum non in se conclusum bonum habet odorem, sed procul emit, et aerem odore complens, sic etiam inimit cum in sensus propinquorum: sic etiam viri præclari et admirandi non in se conclusam tenent virtutem, sed plurimos per famam suam juvant et meliores reddunt. Quod et tunc factum est. Quocirca dicebat: *Ut facti sitis forma omnibus credentibus in Achaia et Macedonia.* A vobis enim, inquit, diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia et Achaia, sed et in omni loco fides vestra quæ est ad Deum profecta est. Eruditione ergo implevistis omnes proximios, miraculo autem orbem terræ: hoc enim sibi vult illud, *In omni loco.* Neque dixit, *Jactata est fides vestra, sed, Diffamata est.* Nempe sicut tuba clare resonante repletur totus locus viciniae: ita vestræ virtutis fama, sicut illa resonans, sufficit ad implendum orbem terræ et pari sono perveniendum ad omnes ubique. Nam res magnæ, ubi quidem gestæ fuerint, canuntur clarius; procul autem canuntur quidem, sed non adeo: a vobis vero non sic, sed insignis sonus exiit per totam terram. Ne quis vero putet esse hæc verba hyperbolica: hæc enim gens Macedonum ante Christi adventum erat insignis, et ubique canebatur magis quam Romanorum; et Romani ideo sunt admirandi, quod eos subjugarint.

*De Alexandro Magno quædam.* — Nam quæ gessit rex Macedonum superarunt omnem diceudi facultatem, ut qui a parva profectus civitate, occupavit totum orbem terræ. Propterea et Pardum volucrum eum videt propheta, significans velocitatem et vehementiam et ardorem, et quod repente totum orbem terræ pervolarit cum tropæis et victoria. Aiunt autem quod etiam cum quemdam philosophum audiisset dicentem infinitos esse mundos, vehementer ingemuerit, quod cum infiniti essent, ne unum quidem expugnasset: adeo magni et excelsi erat animi, et ubique terrarum canebatur. Simul autem cum fama regis gentis etiam ascendebat gloria: dicebatur enim Alexander ille Macedo. Quamobrem ejus volante fama, merito quæ illic gesta fuerant ubique canebantur: nihil enim insigne potest latere. Non minus ergo erant insignes res Macedonum quam Romanorum. *Fides vestra,* inquit, *quæ est ad Deum profecta est.* Vide quomodo quasi de re animata loquens, illud, *Profecta est,* posuerit: hoc autem ex eorum vehementia oritur. Deinde declarans ipsos fidem suam vehementem et

efficacem ostendisse, subjungit: *Ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos.* Non expectant ut de vobis audiant, sed eos qui aderant et res a vobis præclare gestas viderant, ii qui non aderant nec viderant, præoccupant: adeo ubique evulgata res erat. Quo fit ut non sit nobis opus vestra narrando eos ad parem deducere zelum et æmulationem: nam quæ ipsos oportebat a nobis audire, ea ipsi priores dicunt. Quamquam in iis quæ sunt hujusmodi sæpe invidia intervenit: sed hanc quoque vicit excellentia, et ipsi sunt præcones vestrorum certaminum. Quamvis ipsi sint inferiores, ne sic quidem tacent, sed præveniunt. Nobis autem, cum tales sint, non licet fidem negare. Quid est illud, *Qualem introitum habuerimus ad vos?* Quod plenus fuerit periculis, quod miraculis innumerabilibus, quod nihil ex his vos conturbaverit; sed ac si nihil accidisset, ita nobis adhærebatis; tamquam mali nihil perpeSSI, sed bona assequuti innumerabilia, ita nos exceperitis postea. Secundus enim hic fuit ingressus. Abierunt Barbræam; passi sunt persecutionem: et postea cum venissent, eos ita exceperunt, ut ab ipsis honorarentur, et animas suas pro ipsis ponerent. Illud ergo, *Qualem introitum habuerimus ad vos,* est conjunctum et horum et ipsorum conconiium: sed ipse id convertit in laudem ipsorum. *Et quomodo conversi, inquit, estis ad Deum a simulacris, ut serviat Deo vivo et vero.* Hoc est, facile, et magna cum vehementia, neque multo opus habuistis negotio ut serviretis Deo vivo et vero. Illic etiam intulit adhortationem: quod est minus gravem orationem reddentis. *Et ut expectaretis Filium ejus de cælis, quem suscitavit ex mortuis, Jesum, qui liberat nos ab ira ventura.* *Et ut expectaretis,* inquit, *Filium ejus de cælis, qui in cruce fuit actus, qui sepultus:* ideoque hæc declarans subjungit, *Quem suscitavit et mortuis.* Vidisti simul omnia, resurrectionem, ascensionem, secundum adventum, judicium, justorum remunerationem, malorum supplicium? *Jesum,* inquit, *qui nos eripuit ab ira ventura.* Et hoc est illis solatium, consolatio et adhortatio. Nam si excitavit e mortuis, et est in cælo, et illinc venturus est (et credidistis; nisi enim vos illa credidissetis, non essetis tam multa perpeSSI): sunt hæc quoque sufficiens consolatio. Isti, inquit, dabunt pœnas (quod quidem in secunda quoque dicit epistola [Cap. 1. v. 9]). *Et alienam vos habebitis consolationem non parvam.* *Et ut expectetis,* inquit, *filium e cælis;* ostendens ea quæ sunt gravia et aspera, esse in manibus, bona autem in expectatione, quando Christus veniet e cælis. Vide quanta spe sit opus, quod Christus in cruce actus, sit suscitatus et assumptus in cælos; quod venturus sit ad judicandos vivos et mortuos. (Cap. 2.) 1. *Nam et ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod non inanis fuit;* 2. *sed ante passi multa, et conameliis affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in*

## ΟΜΙΑΙΑ Β΄.

Ἄφ' ὑμῶν γὰρ ἐξηχῆται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἢ πίστις ὑμῶν ἢ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξεληλυθεν, ὥστε μὴ χρεῖαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὅποιαν εἰσοδὸν ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἠγείρην ἐκ τῶν νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν ρύμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

α'. Καθάπερ μύρον εὐώδες τὴν εὐωδίαν οὐκ ἐν αὐτῷ συγκλείσαν ἔχει, ἀλλὰ πόρρωθεν ἀφίησι, καὶ τὸν ἀέρα ἀναρῶσαν τῆς ὀσμῆς, οὕτως ἐνίησι καὶ ταῖς τῶν πλησίων αἰσθήσεσιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ γενηαῖοι καὶ θαυμαστοὶ ἄνδρες οὐκ ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀρετὴν συγκλείσαντες ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὺς διὰ τῆς φήμης αὐτῶν ὠφελοῦσι καὶ ἀμείνους ἐργάζονται. Ὅπερ οὖν καὶ τότε γεγένηται. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· Ὅστε ὑμᾶς τυποῦς γενέσθαι πᾶσι τοῖς πιστευουσιν ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ τῇ Μακεδονίᾳ. Ἄφ' ὑμῶν γὰρ, φησὶν, ἐξήχεται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἢ πίστις ὑμῶν ἢ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξεληλυθε. Τῆς μὲν οὖν παιδείσεως τοὺς πλησίον πάντας ἐνεπλήσατε, φησὶ, τοῦ δὲ θαύματος τῆν οἰκουμένην· τὸ γὰρ, Ἐν παντὶ τόπῳ, τοῦτο ἔστι. Καὶ οὐκ εἶπε· Διατεθρύλλεται ἡ πίστις ὑμῶν, ἀλλ', Ἐξήχεται· δηλῶν ὅτι ὡς περ σάλπιγγος λαμπρὸν ἠχοῦσης ὁ πλησίον ἅπας πληροῦται τόπος, οὕτω τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας ἡ φήμη, καθάπερ ἐκείνη σαλπίζουσα, ἰκανὴ τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ, καὶ πᾶσι τοῖς πανταχοῦ μετὰ τῆς ἰσῆς ἠχῆς προσπεσεῖν. Τὰ γὰρ μεγάλα τῶν πραγμάτων ἐνθα μὲν ἂν γένηται, λαμπρότερον ἄβεται, πόρρω δὲ ἄβεται μὲν, οὐχ οὕτω εἰ· ἀφ' ὑμῶν δὲ οὐν οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἠχῆ εὐσημος πανταχοῦ τῆς [455] γῆς ἐξεληλυθε. Καὶ μὴ τις ὑπερβολῆς εἶναι νομίση τὰ ῥήματα· καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ἔθνος τὸ τῶν Μακεδόνων πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐπίσημον ἦν, καὶ πανταχοῦ ἦδστο Ῥωμαίων μάλλον· καὶ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦτο θαυμαστοὶ, ὅτι τοῦτους εἶλον.

Ἄ γὰρ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς εἰργάσατο, πάντα ὑπερέβαινε λόγον, ἀπὸ μικρᾶς μὲν ὀρηθηεῖς πόλεως, τὴν δὲ οἰκουμένην καταλαβών. Διὰ τοῦτο καὶ πετηνὴν Πάρδαλιν αὐτὸν ὀρᾶ ὁ προφήτης, τὸ τάχος καὶ τὸ σφοδρὸν καὶ τὸ πυρῶδες καὶ τὸ ἄφωσ που διαπτηῆναι τὴν οἰκουμένην μετὰ τροπαίων καὶ νίκης δηλῶν. Λέγουσι, δὲ, ὅτι καὶ φιλοσόφου τινὸς ἀκούσας λέγοντος, ὅτι ἄπειροι κόσμοι εἰσὶ, πικρὸν ἐστέναξεν, εἰ γε ἀπίστων ὄντων, μηδὲ ἐνός που κεκατῆχεν· οὕτως ἦν μεγαλόφρων καὶ μεγαλόφυχος, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἦδστο. Τῇ γοῦν τοῦ βασιλέως φήμη συναντῆι καὶ ἡ τοῦ ἔθνους ὄδξα· Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Μακεδὼν ἐλέγετο· ὥστε διαβουμένου ἐκείνου, εἰκότως καὶ τὰ ἐκεῖ γενόμενα πανταχοῦ ἄδεσθαι· τῶν γὰρ ἐπιστῆμων οὐδὲν δύνανται λαθεῖν. Οὐχ ἤττον οὖν τῶν Ῥωμαίων τὰ Μακεδόνων ἦν α'. Ἡ πίστις ὑμῶν ἢ πρὸς Θεὸν, φησὶν, ἐξεληλυθεν. Ὅρα πῶς ὡς περὶ

ἐμφύχου διαλεγόμενος τὸ, Ἐξεληλυθε, τέθεικε· τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς σφοδρότητος αὐτῶν γέγονεν. Εἶτα δηλῶν ὅτι οὕτω τὴν πίστιν αὐτῶν σφοδρὰν καὶ ἐνεργῆ ἐπεδείξαντο, ἐπάγει· Ὅστε μὴ χρεῖαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὅποιαν εἰσοδὸν ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς. Οὐ περιμένουσιν ἀκοῦσαι περὶ ὑμῶν, ἀλλὰ τοὺς παρόντας καὶ θεθαμένους τὰ ὑμέτερα κατορθώματα, οἱ μὴ παρόντες, μηδὲ θεθαμένοι παραλαμβάνουσιν· οὕτω δὴ ἡ πανταχοῦ γέγονε ταῖς ἀκοαῖς. Οὐκοῦν οὐ δεησόμεθα τὰ ὑμέτερα διηγούμενοι, εἰς ζῆλον αὐτοὺς ἀγαγεῖν τὸν Ἰσον· ἂ γὰρ αὐτοὺς ἐγρῆν παρ' ἡμῶν ἀκούειν, ταῦτα αὐτοὶ προλαβόντες λέγουσι. Καίτοι γε πολλαχοῦ ἐπὶ τῶν τοιούτων φθόνος ἐστίν· ἀλλ' ἡ ὑπερβολὴ καὶ τοῦτον ἐνίκησε, καὶ αὐτοὶ κήρυκός εἰσι τῶν ὑμετέρων ἄθλων. Καίτοι γε ἀπολιμπανόμενοι, οὐδὲ οὕτω σιγῶσιν, ἀλλὰ προφθάνουσι. Τοιούτοις δὲ οὖσιν οὐκ ἐστὶν ἡμῖν λέγουσιν ἀπιστήσας. Τί ἐστίν, Ὅποιαν εἰσοδὸν ἔχομεν πρὸς ὑμᾶς; Ὅτι κινδύων ἔχομεν, εἰ θανάτιον μυρίων, ὅτι τοῦτων οὐδὲν ὑμᾶς ἐτάραττον· ἀλλ', ὡς οὐδενὸς γενομένου, οὕτως ἡμῶν εἰχεσθε· ὡς οὐδὲν παθόντες κακὸν, ἀλλ' ὡς μυρίων ἀπολαύσαντες ἀγαθῶν, οὕτως ἡμᾶς ἰδέεσθε μετὰ ταῦτα. Δευτέρα γὰρ ἦν εἰσοδος αὐτῆ. Οἶον ἀπῆλθον εἰς Βέρροϊαν, ἐδιώχθησαν· καὶ μετὰ ταῦτα ἐλόθοντας αὐτοὺς οὕτως ἰδέεσαντο, ὡς τιμηθῆναι καὶ παρ' αὐτῶν, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἔθηκαν. Τὸ οὖν, Ὅποιαν εἰσοδὸν ἔχομεν, συμπεπλεγμένον ἐστὶ· καὶ τούτων γὰρ, καὶ αὐτῶν ἔχει ἐγκώμιον· ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο ἔτρεψεν εἰς τὸ αὐτῶν. Καὶ πῶς ἐπεστρέψατε, φησὶ, πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων δουλεύειν Θεῷ ζῶντι [454] καὶ ἀληθινῷ; Τουτέστιν, ὅτι εὐκόλως, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, ὅτι οὐκ ἐδεήθητε πολλῆς πραγματείας εἰς τὸ δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Ἐνταῦθα καὶ παραίνεσιν εἰσῆγαγεν, ὅπερ ἐστὶν ἀνεπαχθέστερον τὸν λόγον ποιούντος. Καὶ ἀναμένειν, φησὶ, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἠγείρην ἐκ τῶν νεκρῶν, Ἰησοῦν, τὸν ρύμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Καὶ ἀναμένειν, φησὶ, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, τὸν ἐσταυρωμένον, τὸν ταφέντα· διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν ἐπάγει, Ὅν ἠγείρην ἐκ τῶν νεκρῶν. Εἶδες ὁμοῦ πάντα, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, καὶ τὴν δευτέραν παρουσίαν, τὴν κρείσιν, τὴν τῶν δικαίων ἀνταπόδοσιν, τὴν τῶν πονηρῶν τιμωρίαν; Ἰησοῦν τὸν ρύμενον ἡμᾶς, φησὶν, ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Τοῦτο καὶ παραμυθία καὶ παράκλησις, καὶ προτροπὴ ἐκείνων. Εἰ γὰρ ἠγείρην ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐν οὐρανῷ ἐστὶ καὶ ἐκείθεν ἐλεύσεται (τοῦτο δὲ οὕτως ἔχειν ἐπιστεύσατε· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἐπιστεύσατε, τοσαῦτα ἐπάθετε)· ἰκανὴ παραμυθία καὶ ταῦτα. Εἰ δὲ καὶ δώσουσι πάντως οὗτοι δίκην, ὅπερ οὖν καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ φησὶν, ἐτέραν καὶ ὑμεῖς ἐξετε παραμυθίαν οὐ μικράν. Ἄλλως δὲ καὶ ἀναμένειν εἶπε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, δηλῶν ὅτι τὰ μὲν δευτῆ ἐν χερσὶ, τὰ δὲ χρηστὰ ἐν μελλήσει, ὅταν ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἔλθῃ. Ὅρα πόσης δαίται ἐλπίδος, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς ἠγέρθη, ὅτι ἀνελήθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὅτι ἔρχεται κρῖνα· ζῶντας καὶ νεκρούς. Αὐτοὶ

\* Hic alio modo legisse videbatur Gentianus Hervetus, eujus interpretatio Latina ad Savilianam seriem non omnino quadrabat.

γὰρ οἰδατε, ἀδελφοί, τὴν εἰσοδὸν ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κερὴ γέγονεν, ἀλλὰ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἰδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλήσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι.

β'. Μεγάλα μὲν καὶ τὰ ὑμέτερα· πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀνθρωπίνῳ λόγῳ ἐχρησάμεθα. Ἄλλ' ὅπερ ἄνω φησὶ, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα, ὅτι ἀμφοτέρωθεν δείκνυται τὸ κήρυγμα οἷον ἐστίν, ἀπὸ τε τῶν σημείων, ἀπὸ τε τῆς τῶν κηρυττότων προαιρέσεως, ἀπὸ τε τῆς τῶν δεχομένων θερμότητος καὶ σπουδῆς. Αὐτοὶ γὰρ οἰδατε, φησὶ, τὴν εἰσοδὸν ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κερὴ γέγονε· τούτεστιν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῳ, οὐδὲ ἡ τυχοῦσα. Ἀπὸ γὰρ κινδύνων ὄντας μεγάλων καὶ θανάτων καὶ πληγῶν, εὐθέως εἰς κινδύνους ἐνεπέσομεν. Ἀλλὰ προπαθόντες, φησὶ, καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἰδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ὁρᾷς πῶς πάλιν τὸ πᾶν ἀνατίθεται τῷ Θεῷ; Λαλήσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. Οὐκ ἔστι, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ μὲν ἐκινδυνεύσαμεν, ἐνταῦθα δὲ οὐ· ἴσται καὶ ὑμεῖς ὅτος ὁ κίνδυνος, καὶ μεθ' ὅσης ἀγωνίας ἐγενήμεθα πρὸς ὑμᾶς. Ὅπερ καὶ πρὸς Κορινθίους φησὶ γράφων, ὅτι Ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν πόνοι καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς. Ἢ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ [455] ἐξ ἀκαθαρσίας, οὐτε ἐν δόλῳ ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Ὁρᾷς· ὅτι ὅπερ ἔφη, ἀπὸ τῆς ἐνστάσεως αὐτῶν ποιεῖται τεκμήριον τοῦ θεῖου εἶναι τὸ κήρυγμα; Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ ἀπάτη ἦν, τοσοῦτους κινδύνους ὑπεμείναμεν ἂν, οὐδὲ ἀναπνεύσαι διδόντας ἡμῖν. Τί ποτ' οὐκ ἔστιν; Εἰ μὴ τι τῶν μελλόντων διήγειρεν ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐπεπισάμεθα ὅτι ἐλπὶς ἐστὶν ἀγαθῆ, οὐκ ἂν προθυμότεροι πάσχοντες διεκείμεθα. Τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο ὑπὲρ τῶν ἐνταῦθα τοσαῦτα ὑπομένειν, καὶ βίον ἐναχίωνον ζῆν, καὶ κινδύνων γέμοντα; τίνα γὰρ ἂν πείσαιεν; αὐτὰ γὰρ ταῦτα οὐκ ἰκανὰ θοροῦσθαι τοὺς μαθητάς, ὅταν τοὺς διδασκάλους ὀρώσιν ἐν κινδύνοις; Ἄλλ' οὐχ ὑμεῖς τοῦτο πεπίνθητε· Ἢ γὰρ παράκλησις ἡμῶν, τούτεστιν, ἡ διδαχὴ, οὐκ ἐκ πλάνης. Οὐκ ἔστι δόλος, φησὶ, τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἀπάτη, ἵνα ἐνδῶμεν· οὐκ ἔστιν ὑπὲρ μυστῶν πραγμάτων, οἷον γοήτων καὶ μάγων· τοῦτο γὰρ τὸ, Ἐξ ἀκαθαρσίας· οὐτε ἐν δόλῳ, οὐτε ἐν ἐπιστάσει τινί, ὅπερ ὁ Θεοῦδᾶς ἐποίησεν· Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἔστι κενοδοξία; Ἀλλὰ τῷ Θεῷ, φησὶ, τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Οὐδὲν πρὸς ἀρεσκίαν ἀνθρώπων πράττομεν, φησὶ· τίνας γὰρ ἔνεκεν ταῦτα ἂν ἐπράξαμεν; Ἐπειτα ἐπαινέτας αὐτοὺς, τῷ λέγειν, Οὐχ ὡς ἀνθρώποις θέλοντες ἀρέσαι, οὐτε τὰς παρὰ ἀνθρώπων ἐπιζητούντας τιμὰς, ἐπήγαγεν· Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον. Ὡς εἰ ἔλεγεν· Εἰ μὴ εἶδε παντὸς ἀπηλλαγμένους βιωτικοῦ, οὐκ ἂν ἡμᾶς εἶλε· οὐ καθὼς σὺν ἐδοκίμασε, τοιοῦτοι καὶ μένομεν. Δεδο-

referre. Nam qui in illum numerum referuntur, non equis vehuntur, sed feruntur in nubibus; non humi gradiuntur, sed rapiuntur in cælum : non habent famulos qui ipsos præcedant, sed ipsos angelos; non assistunt regi mortali, sed immortalis, Regi regum, et Domino dominantium; non habent circa lumbos zonam pelliceam, sed gloriam illam ineffabilem, et regibus fiunt splendidiore; et iis qui aliquando fuerunt in honore et existimatione. In illa enim regia non quærentur divitiæ, neque nobilitas, neque quidquam aliud, sed solum quæritur virtus; et si ea adsit, nihil deest ad primas partes obtinendas. Nihil est nobis difficile si velimus philosophari. Suspice in cælum, et vide quantum regum fastigio hoc sit præclarium. Si autem supernorum regum pavementum est inferiorum regum pavimento tanto magnificentius, ut hoc præ illo cœnum existimetur : si quispiam dignus sit habitus qui exacte et accurate videat regiam, quam non erit dignus beatitudine? *Quæ autem, inquit, est vere vidua, et desolata, sperat in Deum* (1. Tim. 5. 5). Hoc quibusnam a me dictum est? *lis quæ habent filios, quod longe probatiores sint, et majorem habeant occasionem placendi Deo; quod eis omnia soluta sint vincula, nemo sit qui retineat, neque qui cogat illas trahere catenas. Separata es a viro, sed unita es Deo : non habes conservum tecum habentem consuetudinem, sed habes Dominum. Quando oras, nonne cum Deo loqueris, dic, quæso? quando legis, audi eum tecum loquentem. Quid autem dicit? Verba viri verbis multo magis desiderabilia. Nam vir quidem, etiamsi aduletur, non magnus est honor; est enim conservus : quando autem Dominus famulæ adulatur, tunc magna est cura et observantia. Quomodo ergo nos curat et observat? Audi per quamnam hæc facit : *Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (Matth. 11. 28). Et rursus per prophetam clamat, dicens, *Num obliviscitur mulier misereri sætum ventris sui? quod si etiam oblita fuerit mulier, sed ego non obliviscar, dicit Dominus* (Isai. 49. 15). Quanti amoris sunt hæc verba? Et rursus, *Convertimini ad me; et rursus alibi, Convertere ad me, et salvus eris* (Isai. 4. 5. 22. et 44. 22). Si quis autem etiam ex Canticis velit excerpere, audiet, magis mystica excipiens est : *Pulchra mea, columba mea* (Cant. 2. 10); audiet cum unaquaque sibi conveniente anima disserentem. Quid his verbis jucundius? Vides Dei cum homine colloquium? Quid autem, dic, quæso? non vides quam multi beatarum illarum mulierum filii decesserunt, et sunt in sepulcris? quot mulieres graviora passæ sunt, et cum maritis filios quoque amiserunt? His attendamus, de his simus solliciti; et nihil erit nobis molestum, sed totum tempus peragemus degentes cum gaudio spirituali, et bonis fruamur æternis; quæ nobis omnibus detur consequi gratia et benignitate, etc.*

## HOMILIA VII.

CAP. 4. v. 12. *Nolo autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.*

1. Multæ res sunt nobis molestæ ex sola ignorantia : quod si eas recte didicerimus, dolorem propulsabimus. Hoc ergo Paulus quoque indicans, dicebat : *Nolo vos ignorare, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.* Quid non vis ipsos ignorare? Sermonem, inquit, de resurrectione. Cur vero non dicis supplicium quod est repositum ac paratum ignorantibus verbum resurrectionis? Quia hoc est inde manifestum, et in confesso est : interim autem erit quoque inde non parum lucrî. Nam quoniam resurrectioni quidem fidem habebant, sed tamen lamentabantur, propterea sic dicit. Aliter quidem loquitur cum non credentibus, aliter vero cum his : nam eos qui querebant de temporibus palam est hoc scivisse. 13. *Si enim credimus, inquit, quod Jesus mortuus est et resurrexit et vixit : ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Ubi sunt qui carnem reprobant et rejiciunt? Nam si carnem non accepit, nec est mortuus : si non est mortuus, nec resurrexit. Quomodo ergo nos ex his adhortatur ad fidem? annon, quod ad eorum attinet sententiam, est potius nugator et impostor? Nam si mortuum esse est peccati, Christus autem non peccavit, quomodo nos nunc adhortatur? Quorsum vero etiam dicit, *Sicut reliqui qui spem non habent?* Quasi diceret, Quosnam desletis, o homines? pro quibusnam mœrore afficimini? pro peccatoribus, an pro iis tantum qui moriuntur? illi igitur quosnam deslent? Certe sunt illis omnia inania. *Primogenitus, inquit, ex mortuis (Col. 1. 18) ; id est, primitiæ.* Ergo et cæteros esse oportet. Vide autem quomodo hic nihil adstruat rationibus, quoniam erant mites et placidi : ad Corinthios autem scribens, multa agitavit rationibus, et tunc subjunxit : *Insipiens tu, quod seminas non vivificatur (1. Cor. 15. 36).* Hoc enim est firmiter et aptius, sed quando disputat cum fidelibus : apud externos autem quam vim hoc habuerit? *Ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Rursus, *Qui dormierunt :* nusquam dicit, Mortui sunt. Sed in Christo quidem posuit, *Mortuus est, quoniam dixit eum resurrexisse :* hic vero, *Eos qui dormierunt per Jesum.* Vel hoc dicit, quod in fide Jesu mortui sint ; vel quod per Jesum adducturus sit eos qui dormierunt, id est, fideles. Illic hæretici significari dicunt eos qui sunt baptizati. Illud vero, *Ita, quomodo consistit?* Jesus enim non dormivit per baptismum. Cur ergo dicit : *Qui dormierunt?* Itaque non de generali, sed de singulari seu particulari loquitur resurrectione. *Eos qui dormierunt per Jesum adducet,* inquit : et multis in locis ita dicit. 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Loquens de fidelibus dicit, *Eos qui dormierunt ; et*

rursus, *Mortui resurgent.* Deinde non solum agit de resurrectione, sed et de resurrectione et honore in gloria. Atque resurrectione quidem omnes fruuntur, inquit ; non omnes autem erunt in gloria, sed, *Qui in Christo.* Quoniam ergo ipsos vult consolari, non ex hoc solum consolatur, sed et ex multo honore et ex velocitate, quoniam illud sciebant. Nam quod ex honore ipsos velit consolari, dicit procedens : *Et semper cum Domino erimus, et, In nubibus rapiemur (Cor. v. 16).* Quomodo autem fideles per Jesum dormiunt? Hoc est, Christum in se habentes. Illud autem, *Adducet cum eo,* ostendit adduci ex multis locis. *Hoc enim vobis, inquit, dicimus in verbo Domini.* Hæc novum et inauditum erat dicturus ; propterea efficit ut sit fide dignum. *In verbo, inquit, Domini.* Hoc est, Non a nobis ipsis, sed a Christo edocti, dicimus. *Quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Quod quidem dicit in Epistola ad Corinthios : *In momento, in ictu oculi (Ibid. 52).* Illic fide dignam constituit resurrectionem ex modo quoque.

2. Nam quoniam videbatur res esse difficilis, dicit, Ut est facile ut qui vivunt sustollantur, sic etiam ut ii qui decesserunt. Illud autem, *Nos,* non de seipso dicit : non enim erat mansurus usque ad resurrectionem ; sed dicit fideles. Propterea addit, *Qui sumus residui in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.* Quasi diceret : Ne existimes esse aliquam rei difficultatem, dum audis, quod qui tunc vivunt, non prævenient eos qui sunt dissoluti, qui putrefacti, qui sunt mortui plus quam decem abhinc annorum millibus : Deus est qui facit. Sed sicut facile est adducere illos qui sunt perfecti et integri, ita etiam eos qui sunt dissoluti. Sed sunt quidam qui rem non credunt, quoniam Deum nesciunt. Quid enim est, dic, quæso, facilius, an ex nihilo ad hoc ut sint deducere, an dissoluta excitare et restituere?

*Argumentum quorundam qui resurrectionem non credebant. Metempsychosis Græcorum.* — At quid dicunt? Ille passus est naufragium, et cum cecidisset, multi eum exceperunt pisces ; et quilibet piscis membrum comedit. Deinde ex his ipsis alius quidem in hoc sinu, alius vero in illo est comprehensus, et ab alio devoratus. Et isti rursus in aliis locis sunt mortui, et ipsi fortasse a belluis exesi, qui comederunt pisces, qui virum exederant. Cum tanta autem fuerit confusio et dispersio, quomodo vir ille iterum resurget? quis pulverem reduxerit? Cur hoc dicis, o homo, et nugarum contextis catenam, et tanquam rem ponis plane inexplicabilem? Nam, dic mihi, si non in mare ceciderit, si piscis eum non comederit, neque rursus fuerit piscis devoratus ab hominibus innumerabilibus, sed justis factis fuerit vir ille positus in urna, et neque vermes, neque aliquid aliud ei fuerit molestum, quomodo resurget quod fuit dissolutum ; quomodo pulvis et cinis conglutinabitur?

## ΟΜΙΛΙΑ Ζ'.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῶν κοιμηθέντων, ἵνα μὴ λυπησθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

α'. Πολλὰ τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγνοίας ἡμᾶς λυπεῖ μόνως, ὡς, ἂν αὐτὰ καλῶς καταμάθωμεν, ἀποκρουσόμεθα τὴν δόνην. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Παῦλος ἐμφαίνων ἔλεγεν, *Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπησθε, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα*. Τί οὐ θέλεις αὐτοὺς ἀγνοεῖν; Τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως, φησί, λόγον. Διὰ τί δὲ μὴ λέγεις τὴν κλάσιν τὴν ἀποκειμένην τῷ ἀγνοεῖν τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον; Διότι τοῦτο ἐκεῖθεν δηλόν ἐστι, καὶ ὠμολογημένον· τίνος δὲ μετ' ἐκείνου καὶ τοῦτο ἔσται κέρδος οὐ μικρὸν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ τῇ ἀναστάσει ἠπίστουν, ἀλλ' ὅμοι; ἐθρήνουν, διὰ τοῦτο οὕτω φησί. Καὶ ἐτέρως μὲν τοῖς ἀπίστοις διαλέγεται, ἐτέρως δὲ τοῦτοις· οἱ γὰρ περὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ζητοῦντες, δηλονότι ἤδεσαν. *Εἰ γὰρ πιστεύομεν, φησὶν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἐξῆρσε, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ*. Ποῦ εἰσιν οἱ τὴν σάρκα ἀθετοῦντες; *Εἰ γὰρ μὴ ἀνάλαβε [473] σάρκα, οὐδὲ ἀπέθανεν· εἰ δὲ μὴ ἀπέθανεν, οὐδὲ ἀνέστη*. Πῶς οὖν ἡμᾶς ἀπὸ τούτων προτρέπει εἰς πίστιν; ἄρα οὐ λῆρος μάλλον ἦν κατ' αὐτοῦ; καὶ ἀπατεῶν; *Εἰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν ἁμαρτίας ἐστίν, ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἠμαρτε, πῶς ἡμᾶς προτρέπεται νῦν; Διὰ τί δὲ καὶ φησιν, Ὅσπερ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; Ὡσεὶ ἔλεγε· Τίνας θρηνεῖτε, ἄνθρωποι; ὑπὲρ τίνων λυπεῖσθε; ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἢ ὑπὲρ τῶν ἀπλῶν; ἀποθησκόντων; Ὅστε ἐκεῖνοι τίνος θρηνοῦσι; Πάντα δὲ ταῦτα ἔωλα αὐτοῖς γίνεται, Πρωτότοκος, φησὶν, ἐκ τῶν νεκρῶν· τούτεστιν, ἀπαρχή. Οὐκ οὖν καὶ λοιποὺς εἶναι δεῖ. Καὶ ὅρα πῶς ἐνταῦθα οὐδὲν ἀπὸ λογισμῶν τίθησιν, ἐπειδὴ προσηρεῖς ἦσαν· Κορινθίοις δὲ γράφων, πολλὰ πρῶτον καὶ ἀπὸ λογισμῶν ἐκίνησε, καὶ τότε ἐπήγαγεν· Ἄφρον ὁ, ὁ σπειρεῖς, οὐ ζωοποιεῖται. Κυριώτερον μὲν γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ὅταν τῷ πιστῷ διαλέγεται· πρὸς δὲ τὸν ἔξω ποίαν ἰσχὺν ἂν ἔχει τοῦτο; *Οὕτω, φησὶν, ὁ Θεός, καὶ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ*. Πάλιν, *Κοιμηθέντας*· οὐδαμοῦ λέγει, ἀποθανόντας. Ἄλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ τὸ, *Ἀπέθανεν*, ἔθρηκεν, ἐπειδὴ καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ, *Τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ*· ἢ τοῦτο λέγων, ὅτι τῇ πίστει τοῦ Ἰησοῦ κοιμηθέντας, ἢ ὅτι διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει τοὺς κοιμηθέντας, τούτεστι, τοὺς πιστούς. Ἐνταῦθα οἱ αἱρετικοὶ φασιν ὅτι τοὺς βαπτισθέντας λέγει. Τῷ οὖν, *Οὕτω, ποῦ ἵσταται; ὁ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἐκοιμήθη διὰ τοῦ βαπτίσματος*. Τίνος δὲ ἐνεκὸν φησι, *Τοὺς κοιμηθέντας*; Ὅστε οὐ περὶ καθολικῆς, ἀλλὰ περὶ μερικῆς ἀναστάσεως διαλέγεται. Ἄξει τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, φησί· καὶ πολλαχοῦ οὕτω λέγει. *Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας*· περὶ τῶν πιστῶν λέγων, καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ· καὶ πάλιν, *Οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται*. Ἐπειτα οὐ περὶ ἀναστάσεως αὐτῷ ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀναστάσεως καὶ περὶ τιμῆς τῆς ἐν δόξῃ. Ἀναστάσεως*

μὲν οὖν πάντες ἀπολαύονται, φησὶν· ἐν δόξῃ δὲ ὁ πάντας ἔσονται, ἀλλ', *Οἱ ἐν Χριστῷ*. Ἐπεὶ οὖν παραμυθῆσθαι βούλεται αὐτοὺς, οὐ τούτῳ μόνον παραμυθεῖται. ἀλλὰ καὶ τῇ τιμῇ τῇ πολλῇ καὶ τῷ τάχει, ἐπεὶ ἐκεῖνος ἤδεσαν. Ὅτι γὰρ τῇ τιμῇ βούλεται αὐτοὺς παραμυθῆσθαι, προῖόν φησι, *Καὶ πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἔσόμεθα* καὶ, ὅτι· *Ἐν νεφέλαις ἀρπαγησόμεθα*. Πῶς δὲ οἱ πιστοὶ διὰ τοῦ Ἰησοῦ κοιμῶνται; Δηλονότι τὸν Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς. Τὸ δὲ, *Ἄξει σὺν αὐτῷ*, δείκνυσι πολλαχόθεν ἀγομένους. *Τοῦτο γὰρ ὑμῖν, φησί, λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου*. Ἔνοντι ἐμελλε λέγειν· διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀξιόπιστον τίθησιν. *Ἐν λόγῳ Κυρίου*, φησί· τούτεστιν, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαθόντες λέγομεν, *Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν [474] τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας*. Ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησιν, ὅτι· *Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπή ὀφθαλμοῦ*. Ἐνταῦθα τὸ ἀξιόπιστον τῇ ἀναστάσει<sup>α</sup> καὶ τῷ τρόπῳ παρεστήσατε.

β'. Καὶ ἐπειδὴ τὸ πρῶτον δοκεῖ δύσκολον εἶναι, δείκνυσιν αὐτὸς ὅτι ὡσπερ ἐστὶν εὐκολον τοὺς ζῶντας ἀρθῆναι, οὕτω καὶ τοὺς ἀπεθόντας. Τὸ δὲ, *ἡμεῖς*, οὐ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· οὐ γὰρ δὴ ἐμελλεν αὐτὸς μέχρι τῆς ἀναστάσεως μένειν, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς λέγει. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν, *Οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας*· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· *Μη νομίσητε ἐργωδίαν εἶναι τινα, ἀκούων ὅτι οἱ ζῶντες τότε τοὺς διαλυθέντας, τοὺς σαπέντας, τοὺς μυρία ἔτη ἔχοντας οὐ μὴ προλάβωσι· Θεὸς ἐστὶν ὁ ποιῶν*. Ἄλλ' ὡσπερ εὐκολον αὐτῷ ἐκεῖνους τοὺς ἀπηρτισμένους ἀγαγεῖν, οὕτω καὶ τοὺς διαλυμένους. Ἄλλ' εἰσὶ τινες, ὁ διαπιστοῦσι τῷ πράγματι, ἐπειδὴ τὸν Θεὸν οὐκ ἴσασιν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, εὐκολώτερον, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν, ἢ διαλυθέντα ἀναστήσαι πάλιν;

Ἄλλὰ τί φασιν; Ὅ δὲ ἰνα, φησί, ναυάγιον ὑπέστη, καὶ κατεποντίσθη, καὶ πεσόντα αὐτὸν ἰχθύες ἐδέξαντο πολλοὶ καὶ τῶν ἰχθύων ἕκαστος· μέλος ἔφαγεν. Ἐτ' αὐτῶν δὲ τούτων ὁ μὲν ἐν τῷδε τῷ κόλπῳ, ὁ δὲ ἐν τῷδε συνελήφθη, καὶ ἔθρώθη ὑφ' ἑτέρου, καὶ οὗτος ὑπὸ ἄλλου. Καὶ οὗτοι πάλιν ἐν ἄλλοις χιωρίοις ἀπέθανον οἱ τοὺς ἰχθύς φαγόντες τοὺς τὸν ἀνδρα καταφαγόντας, καὶ αὐτοὶ ἴσως ὑπὸ θηρίων. Τσαούτης δὲ τῆς συγχύσεως γενομένης καὶ διασπορᾶς, πῶς πάλιν ἀναστήσεται ὁ ἀνήρ; τίς ὁ τὸν χροῦν συνάγων; Διὰ τί γὰρ τοῦτο λέγεις, ἄνθρωπε, καὶ ὄρμαθους λήρων ὑφαίνεις, καὶ ὡς ἄπορον τιθεῖς; Εἰπέ γάρ μοι, ἂν μὴ εἰς θάλατταν καταπέση, ἂν γὰρ μὴ ἰχθύς φάγη, μηδὲ βρωθῇ πάλιν ὁ ἰχθύς ὑπὸ μυρίων ἀνθρώπων, ἀλλὰ κηδευθεῖς ἐν λάρνακι ὁ ἀνὴρ τεθῆ, καὶ μήτε σκώληκες, μήτε ἄλλο τι διενοχλήση, πῶς ἀναστήσεται τὸ διαλυθέν; πῶς ἡ κόνις καὶ ἡ τέφρα συκολληθήσεται, πόθεν τὸ ἄνθος λοιπὸν ἔσται τοῦ σώματος; τοῦτο δὲ οὐκ ἄπορον; Ἄν μὲν οὖν Ἑλληνες ὡσιν οἱ ταῦτα ἀκαπορῶντες, πρὸς αὐτοὺς μυρία ἐροῦμεν. Τί δή ποτε; εἰσὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς οἱ τὰς ψυχὰς καὶ εἰς φυτὰ καὶ εἰς θάμνους ἀγοντες καὶ εἰς κύνες· εἰπέ μοι, τί εὐκολώτερον, τὸ οἰκεῖον

<sup>a</sup> Forte legendum τῆς ἀναστάσεως.

σῶμα ἀναλαβεῖν, ἢ τὸ ἀλλότριον; Ἄλλοι πάλιν φα-  
σιν ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεσθαι α, καὶ ἱματίων ἀνάστα-  
σιν γίνεσθαι καὶ ὑποδημάτων, καὶ οὐ καταγελῶνται·  
ἕτεροι ἀτόμους εἰσάγουσιν. Ἄλλὰ πρὸς ἐκείνους  
οὐδεὶς ἡμῖν λόγος· πρὸς δὲ τοὺς πιστοὺς, εἰ γε πι-  
στοὺς δεῖ καλεῖν, τοὺς ἐρωτῶντας, ὅμοιοι ἐρούμεν τὸ  
ἀποστολικόν, ὅτι πᾶσα ἡ ζωὴ ἀπὸ φθορᾶς γίνεται,  
πάντα φυτὰ, πάντα σπέρματα. Οὐχ ὄραξ τὴν συκὴν  
ἥλικα μὲν ἔχει κορμὴν, ἥλικα δὲ στελέχη; φύλλα δὲ  
πόσα, κλάδους, ἀνθέρικας, ρίζας τοσοῦτον ἐπεχού-  
σας καὶ ἐγκεκκοπισμένας; Αὕτη τοίνυν ἡ τριχικαύτη  
[475] καὶ τοιαύτη ἀπὸ τῆς κέγχρου γίνεται ἐκείνης  
τῆς καταβληθείσης, καὶ αὐτῆς διαφθοραίσης πρώτων·  
κἂν μὴ σαπῆ καὶ διαλυθῆ, οὐδὲν τούτων ἔσται. Εἰπέ  
μοι, πόθεν τοῦτο γίνεται; Καὶ ἡ ἀμπέλος δὲ ἡ οὖτος  
καλὴ καὶ ἰδεῖν καὶ μετέγειν, ἀπὸ τοῦ εἰδεχθοῦς γίνεται  
ἐκείνου. Τί δὲ, εἰπέ μοι, οὐχὶ ὕδωρ ἐστὶν ἐν τῷ ἀνω-  
θεν καταφερόμενον; καὶ πῶς εἰς τοσαῦτα μεταβάλλε-  
ται; Τοῦτο γὰρ τῆς ἀναστάσεως θαυμασιώτερον.  
Ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ σπέρμα, καὶ τὸ αὐτὸ  
ὑπόκειται φυτὸν, καὶ ἡ συγγένεια πολλή· ἐνταῦθα δὲ  
εἰπέ μοι πῶς μίαν ἔχον ποιότητα καὶ μίαν φύσιν,  
εἰς τοσαῦτα τρέπεται; Ἐν ἀμπέλῳ γίνεται οἶνος,  
οὐχὶ οἶνος μόνον, ἀλλὰ καὶ φύλλα καὶ ὀπός· καὶ γὰρ  
οὐχ ὁ βότρυς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀμπέλου  
αὐτῆ τρέφεται· πάλιν ἐν ἐλαίᾳ ἔλαιον, καὶ τὰ ἄλλα,  
ὅσα οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Καὶ τὸ θαυμαστόν, ἐνταῦθα  
ὕγρον, ἐκεῖ ξηρὸν, ἐνταῦθα γλυκὺ, ἐκεῖ ὄξύ, ἐκεῖ  
στυφόν, ἐτέρωθι πικρόν. Πῶς, εἰπέ μοι, τρέπεται  
εἰς τοσαῦτα; εἰπέ τὸν λόγον· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις.  
Ἐπὶ δὲ σοῦ αὐτοῦ, εἰπέ μοι (ἐγγύτερον γάρ), τοῦτο  
τὸ σπέρμα τὸ καταβαλλόμενον πῶς εἰς ὀφθαλμοὺς,  
πῶς εἰς ὄτα. πῶς εἰς χεῖρας, πῶς εἰς καρδίαν, πῶς  
εἰς τοσαῦτα ῥυθμίζεται καὶ διατυποῦται; οὐχὶ μυρίαί  
διαφοραὶ ἐν τῷ σώματι, σχημάτων, μεγεθῶν, ποιότη-  
των, θέσεων, δυνάμεων, ῥυθμῶν; πῶς νεῦρα, καὶ  
φλέβες, καὶ σάρκες, καὶ ὀστά, καὶ ὀμένας, καὶ ἀρτη-  
ρίαί, καὶ ἄρθρα, καὶ χόνδροι, καὶ ὅσα ἕτερα τούτων  
πλείονα παίδες λατρῶν ἀκριβολογούνται, ἃ τὴν  
ἡμετέραν συνέχει φύσιν, καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἐνὸς  
σπέρματος; Ἄρα πολλῶ σοι δοκεῖ τούτων εἶναι  
τοῦτο ἀπορώτερον, πῶς τὸ ὑγρὸν καὶ μαλακὸν εἰς  
σκληρὸν καὶ ψυχρὸν πηγνυται, τὸ ὄστον; πῶς εἰς  
θερμὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ τὸ αἶμα, ἐνωθέν; πῶς εἰς  
ψυχρὸν καὶ μαλθακὸν τὸ νεῦρον; πῶς εἰς ψυχρὸν καὶ  
ὕγρον τὴν ἀρτηρίαν; πόθεν ταῦτα, εἰπέ μοι; ταῦτα  
οὐ διαπορεῖς; Οὐχὶ ὄραξ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνά-  
στασιν καὶ θάνατον ἐν ταῖς ἡλικίαις γινόμενον; ποῦ  
ἡ νεότης ἀπῆλθεν; πόθεν τὸ γῆρας ἤλθε; πῶς ὁ  
γεγηρακὸς ἑαυτὸν μὲν νέον ποιῆσαι οὐ δύναται,  
ἕτερον δὲ παιδίον τίκει νεώτατον, καὶ ὁ ἑαυτοῦ οὐ  
δύναται παρασεῖν, ἐτέρῳ παρέχει.

γ'. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν δένδρων καὶ ἐπὶ τῶν ζώων  
ἔστιν ἰδεῖν. Καίτοι τὸ ἐτέρῳ παρέχον, ἑαυτῷ πρότερον  
ὀφείλει παρασεῖν. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λογισμὸς  
ὁ ἀνθρώπινος ἀπαιτεῖ· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς δημιουργῆ,  
πάντα ὑποχωρεῖτω. Εἰ ταῦτα οὕτως ἀπορα, καὶ  
μεθ' ὑπερβολῆς ἀπορα, ὑπεσιθλήθῃ μοι νῦν ἔνοια  
τῶν μαινομένων, καὶ τὴν γέννησιν τὴν ἀσώματον  
πολυπραγμονούντων τοῦ Υἱοῦ. Τὰ καθ' ἑκάστην  
ἡμέραν γινόμενα, καὶ χερσὶν ὑπεβαλλόμενα, καὶ  
μυριακῶς ζητηθέντα οὐδεὶς οὐδέπω εὐρεῖν δεδύνηται·

πῶς οὖν τὴν ἀρῆρτον ἐκείνην καὶ ἄφραστον γέννησιν  
πολυπραγμονοῦσιν, εἰπέ μοι; οὐκ ἀπέκαμιν ἡ  
διάνοια τῶν τοιοῦτων κενεμβατοῦσα; οὐκ [476] εἰς  
μυρίους ἰλίγγους περιετράπη; οὐχὶ ἀχανῆς γένε-  
σις; Καὶ ὅμοιος οὐδὲ οὕτω παιδεύονται. Περὶ σταφυλῶν  
καὶ σύκων οὐδὲν εἰπεῖν δυνάμενοι, περὶ τοῦ Θεοῦ  
πολυπραγμονοῦσιν. Εἰπέ γὰρ μοι, πῶς τὸ γίγαρτον  
ἐκείνο ἀναλύεται εἰς φύλλα καὶ στελέχη; πῶς πρὸ  
τούτου οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ, οὐδὲ ἐωρᾶτο; Ἄλλ' οὐ τὸ  
γίγαρτόν ἐστι, φησὶν, ἀλλὰ τῆς γῆς τὸ πᾶν. Καὶ πῶς  
χωρὶς τούτου οὐδὲν φέρει ἀφ' ἑαυτῆς; Ἄλλὰ μὴ  
ἀνοηταίνωμεν· οὐτε τῆς γῆς ἐστίν, οὐτε τῆς κέγχρου  
τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν σπερ-  
μάτων Κυρίου. Διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς τούτων καὶ  
μετὰ τούτων ταῦτα ἐποίησε γίνεσθαι τὸ μὲν τὴν  
αὐτοῦ δυνάμιν δεικνύς, ἡνίκα ἔλεγεν, Ἐξαγαγέτω ἡ  
γῆ βοτάνην· χόρτον· τὸ δὲ, μετὰ τοῦ δαίξει τὴν αὐτοῦ  
δυνάμιν, καὶ ἡμᾶς παιδεύων εἶναι φιλοπόνους καὶ  
φιλεργούς. Τί δὴ ταῦτα ἡμῖν εἰρήται; Οὐχ ἄπλως,  
ἀλλ' ἵνα καὶ τῆ ἀναστάσεως πιστεύωμεν· καὶ ὅταν τι  
πάλιν λογισμοῖς βουλόμενοι καταλαθεῖν οὐκ ἰσχύωμεν,  
μὴ δυσχεραίνωμεν μηδὲ ἀναπακτώμεν, ἀλλ' εὐγνωμό-  
νως ὑποστρέφοντες, καὶ ἀναχαιτίζοντες τὸν λογισμὸν,  
καταφεύγωμεν ἐπὶ τὸ δυνατόν τοῦ Θεοῦ καὶ εὐμψιχανον.  
Ταῦτα οὖν εἰδότες, χαλινὸν ἐπιβῶμεν τοῖς λογισμοῖς·  
μὴ ὑπερβαίνωμεν τοὺς ὅρους καὶ τὰ μέτρα τὰ δεδο-  
μένα τῆς γνώσεως ἡμῶν. Εἰ γὰρ τις δοκεῖ, φησὶν,  
εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ γινώσκει.  
Οὐ λέγω περὶ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ περὶ παντὸς πράγ-  
ματος. Τί γὰρ βούλει μαθεῖν περὶ γῆς; τί οἶδας,  
εἰπέ μοι; πόσον τὸ μέτρον αὐτῆς; πηλίκον τὸ μέγε-  
θος; ὁποῖα ἡ ἐπίτης; τίς ἡ οὐσία; ποῖος ὁ τόπος; ποῦ  
ἔστῃκε, καὶ ἐπὶ τίνος; Ἄλλ' οὐδὲν ἂν τούτων ἔχοις  
εἰπεῖν. Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐστὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ μέλαινα,  
ταῦτα ἂν ἔχοις εἰπεῖν, περαιτέρω δὲ οὐδὲν. Ἄλλὰ  
περὶ τῆς θαλάττης; Ἄλλ' ὁμοίως εἰς ἀμψιχανίαν  
ἐμπροσθ, οὐκ εἰδὼς ποῦ μὲν ἄρχεται, ποῦ δὲ λήγει,  
ἐπὶ τίνος δὲ φέρεται, τί τὸν πυθμένα αὐτῆς διαβα-  
τάζει, ποῖος δὲ αὐτῆς τόπος ἐστὶ, πότερον δὲ καὶ  
μετ' αὐτὴν ἐστὶν ἡπειρος, ἢ εἰ; ὕδωρ τελευτᾷ καὶ  
ἄερα. Ἄλλὰ τῶν ἐν αὐτῇ τί οἶδας; Ἄλλὰ τὸν ἄερα  
εἶπω; ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα; Ἄλλ' οὐδὲν ἔρεῖς. Ἄφω  
ταῦτα, βούλει τῶν φυτῶν τὸ μικρότατον ἐκλεξώμεθα;  
τὴν χλόην τὴν ἀκαρπον, ἤνπερ ἅπαντες ἴσμεν, εἰπέ  
πῶς τίκεται; οὐχὶ ὕδωρ ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον καὶ γῆ  
καὶ κόπρος; τί τὸ ποιοῦν αὐτὴν οὕτω καλὴν φαίνε-  
σθαι, καὶ χρῶμα ἔχειν θαυμαστόν; πόθεν ἐκείνο τὸ  
κάλλος οὕτω μαραινεται; Οὐκ ἔστιν ὕδατος, οὐκ ἔστι  
γῆς τὸ ἔργον. Ὅραξ ὅτι πανταχοῦ πίσσεως χρεῖα;  
Πῶς ἡ γῆ τίκει; πῶς ὠδίνει, εἰπέ μοι; Ἄλλ' οὐδὲν  
ἂν τούτων ἔχοις εἰπεῖν. Παιδεύθητι, ὦ ἀνθρώπε, ἐν  
τοῖς κάτω καὶ τοῖς ἐνταῦθα, καὶ μὴ περιεργάζου  
μηδὲ πολυπραγμονεῖς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶθε τὸν οὐρανὸν,  
καὶ [477] μὴ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Δεσπότην. Τὴν γῆν οὖν  
οἶδας, εἰπέ μοι, ἀφ' ἧς ἐτέθηθες, ἐν ἧ ἐτράφης, ἐν  
οἰκίῃς, ἣν πατεῖς, ἧς ἄνευ οὐδὲ ἀναπεισεῖσαι δύνασαι,  
καὶ τὰ τοσοῦτον ἀρεστηκότα πολυπραγμονεῖς; Ὅντως  
ἀνθρώπος ματαιότης ἐστὶ. Κἂν μὲν τις σε εἰς βυθὸν  
κελεύῃ καταβαίνειν, καὶ ἐξίχναεῖν τὰ ἐν τῷ πυθμένι  
τῆς θαλάσσης, οὐκ ἀνέξη τοῦ ἐπιτάγματος· οὐδένος  
δὲ ἀναγκάζοντος, αὐτῆς τὴν ἀνεξίχναστον ἀβυσσον  
βούλει καταλαθεῖν; Μηδὲ παρακαλῶ· ἀλλ' ἕνω πλεῖ-

\* Supplere aliquid jubet Dunsæus, velut τὸ σῶμα.

b Hæc, ἀλλὰ τῶν ἐν αὐτῇ τί οἶδας, desunt in quibusdam  
manuscriptis.

undenam erit flos et vigor corporis? hoc autem non est inexplicabile? Si sint quidem Græci qui de his dubitant, eis dicemus innumerabilia. Quid enim? sunt enim apud ipsos qui animas ad plantas deducunt, ad fructus et canes: dic mihi, quid est facilius, suum corpus accipere, an alienum? Alii rursus dicunt ab igne consumi, vestiumque et calceorum in integrum fieri restitutionem, et non iridentur: alii inducunt atomos. Sed adversus illos nulla est nobis disputatio: fidelibus autem, si fideles sunt appellandi qui interrogant, dicemus tamen illud apostolicum: Omnis vita a corruptione et interitu nascitur (1. Cor. 15. 36), omnes plantæ, omnia semina. Non vides quantum truncum habeat ficulnea, quot stipites, quot folia, quot ramos, quot frondes, quot radices tantum spatii occupantes et se insinuantes? Ipsa quæ est tanta et talis ex illo nascitur grano, quod fuit dejectum, ipsumque primo corruptum interiit: et nisi fuerit putrefactum et dissolutum, ex his nihil erit. Dic mihi unde hoc fit? Ipsa quoque vitis, quæ et ad videndum et ad frucendum tam est pulchra, nascitur ex illo tam deformi acino. Quid vero, dic, quæso, annon est aqua illud unum quod defertur a superis? quomodo autem in tam multa mutatur? Hoc enim est admirabilius resurrectione. Nam illic quidem idem subjectum est semen et eadem planta, et magna est cognatio: hic autem, dic mihi, quomodo unam habens qualitatem et unam naturam, in tam multa vertitur? In vinea fit vinum, non solum vinum, sed et folia et succus: etenim non solum botrus, sed et quod reliquum est vineæ, in ipsa alitur: rursus in olea oleum, et quæcumque sunt alia. Et quod est mirabile, hic humidum, illic siccum; hic dulce, illic acre; illic acerbum et adstringens, alibi amarum. Quomodo, dic, quæso, vertitur in tam multa? dic rationem: sed non poteris. In teipso autem dic, quæso; est enim hoc propius; semen quod deijcitur, quomodo in oculos, quomodo in aures, in manus, in cor, quomodo in tam multa concinnatur et efformatur? Annon in corpore innumerabiles sunt differentie, figurarum, magnitudinum, qualitatum, situum, facultatum, numerorum et harmoniarum? quomodo nervi, venæ, carnes, ossa, membranæ, arteriæ, articuli, cartilaginee, et quæcumque sunt his plura, de quibus medici exacte et accurate disserunt, quæ nostram continent naturam, eaque ab uno semine? Annon hoc videtur tibi esse multo perplexius et inexplicabilius, quomodo quod est humidum et molle concresecit in os durum et frigidum? quomodo in calidum et humidum, nempe sanguinem unitum? quomodo in frigidum et molle, nempe nervum? quomodo in frigidum et humidum, nempe arteriam? Quomodo de his, quæso, non dubitas? Non vides quotidie resurrectionem et mortem fieri in ætatibus? quo abiit juvenus? undenam venit senectus? quomodo qui consenuit, seipsum quidem non potest juvenem facere, infantem autem procreat maxime juvenem, et quod sibi præbere non potest, præbet alteri?

3. Hoc licet videre et in arboribus, et in animan-

tibus. Quamquam quod præbet alteri, sibi prius debet præbuisse. Sed hoc postulat humana ratio: quando autem Deus est opifex, cedant omnia. Si hæc sunt adeo inexplicabilia, et summe inexplicabilia, venit mihi in mentem eorum qui insaniant, et de incorporea Filii generatione curiose inquirunt. Ea quæ quotidie fiunt, et subjecta sunt manibus, etiam milles quæsitæ nemo umquam potuit invenire. Quomodo ergo de illa ineffabili et inexplicabili generatione, dic, quæso, curiose inquirunt? annon est defessa mens eorum qui talia scrutari audent? annon est in mille conversa vertigines? annon plane hæret et stupet? Et tamen ne sic quidem castigantur. Cum de uvis et ficibus ne possint quidem dicere, de Deo curiose investigant. Nam, dic mihi, quomodo acinus ille resolvitur in folia et stipites? quomodo in eo antea non erant nec cernebantur? At non est, inquit, hoc acinus, sed totum est terræ. Et quomodo absque eo ipsa ex se nihil fert? Sed ne desipiamus; nec terræ nec grani est quod fit, sed ejus qui est Dominus et terræ et seminum. Propterea et absque his et cum his fecit ut hæc gignerentur, partim quidem suam ostendens potentiam, quando dicebat, *Producat terra herbam feni* (Gen. 1. 11); partim autem cum eo quod suam ostendit potentiam, nos quoque erudiens ut simus laboriosi et lubenter operemur. Cur autem hæc a nobis dicta sunt? Non abs re; sed ut et credamus resurrectionem: et quando aliquid volentes rationibus comprehendere, si non possumus, non ægre feramus, neque succenseamus, sed cogitationem prudenter avertentes, et reprimentes, ad hoc confugiamus, quod nihil sit quod Deus non possit et non facile faciat. Hæc ergo cum sciamus, cogitationes nostras refrenemus, neque terminos transgrediamur, et modos cognitionis nobis datos. Nam *Si quis*, inquit, *putat se scire aliquid, nondum quidquam novit quomodo scire oportet* (1. Cor. 8. 2). Non de Deo, inquit, dico, sed de re qualibet. Quid enim vis de terra discere? quid nosti, dic mihi? quanta sit ejus mensura, quænam magnitudo, qualis situs, quænam essentia, qualis locus, ubinam stet et cui innitatur? Nihil ex his poteris dicere: sed quod sit quidem frigida, sicca et nigra, hæc poteris dicere, ulterius autem nihil. At de mari? Sed similiter incidis in perplexitatem, ex qua te nulla ratione poteris extricare, ut qui nescias ubinam incipiat, ubi desinat, cui innixum feratur, quid fundum ejus portet, quisnam sit ei locus, utrum post ipsum sit terra continens, an in aquam desinat et aerem. Sed et ex iis quæ in ipso sunt quid nosti? Sed de aere dicam? sed de elementis? Verum nihil dices. Hæc relinquam. Vis ex plantis id quod est minimum eligamus? Gramen illud fructum non ferens, quod scimus omnes, dic quomodo nascatur? annon ejus subjectum est aqua et terra et fimus? quid est quod facit ut appareat tam pulchrum, et colorem habeat admirabilem? undenam illa marcescat pulchritudo? Non est aquæ, non terræ opus. Vides quod ubique fide sit opus? Quomodo producit terra? quomodo parturit, dic, quæso? Sed nihil horum potes

dicere. Erudiaris, o homo, in iis quæ sunt infra, et in iis quæ hic sunt, nec curiose scruteris nec investiges cælum : atque utinam cælum, et non cæli Dominum. Terram non nosti, dic mihi, ex qua natus, in qua es nutritus, in qua habitas, quam calcas, sine qua ne respirare quidem potes ; et de iis quæ sunt adeo remota es curiosus ? Revera homo est vanitas. Et si quis jubeat te descendere in profundum et investigare quæ sunt in fundo maris, jussum non feres : nemine autem cogente, ipse vis comprehendere abyssum quæ nequit investigari ? Ne hoc facias rogo. Sed in superficie navigemus, non natemur rationibus : cito enim defatigabimur, et undis obruemur : sed divinis utentes Scripturis, tamquam aliquo navigio, pandamus vela fidei. Si in his navigemus,

gubernator nobis aderit sermo Dei : sin autem in humanis natemur rationibus, nequaquam. Quinam enim ex iis qui sic natant adstat gubernator ? Quamobrem duplici de causa est periculum, et quod non sit navigium, et quod absit gubernator. Nam si in periculo est scapha absque gubernatore, quando abest utrumque, quænam est spes salutis ? Neque nos in manifestum conjiciamus periculum, sed tuto incedamus, a sacra nos suspendentes anchora. Sic enim in tranquillam portam navigabimus cum multis mercibus et magna securitate ; et asequemur bona reposita iis qui ipsum diligunt, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu, gloria, etc.

### HOMILIA VIII.

CAP. 4. v. 14. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. 15. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo : et qui mortui in Christo sunt, resurgent primi. 16. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

4. Prophætæ quidem, volentes ostendere quam sint fide digna quæ dicuntur, ante alia omnia hoc dicunt : *Visio quam vidit Isaias (Isai. 1. 1) ; et rursus, Verbum Domini quod factum est ad Jeremiam (Jerem. 1. 2) ; et rursus, Hæc dicit Dominus, et similia.* Multi etiam ipsum videbant sedentem Deum, quoad ejus fieri poterat ut viderent. Paulus vero cum non videret sedentem, sed in seipso haberet Christum loquentem, vice illius, *Hæc dicit Dominus, dicebat : An experimentum quaeritis ejus qui in nobis loquitur Christi (2. Cor. 13. 5) ? et rursus, Paulus apostolus Jesu Christi, ostendens nihil esse suum : apostolus enim ea loquitur quæ sunt ejus qui misit. Et rursus, Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam (1. Cor. 7. 40).* Atque illa quidem spiritu loquebatur omnia ; hoc autem quod nunc dicit, disertis verbis a Deo audivit : sicut etiam illud quod dicebat disserens cum senioribus Ephesiorum, *Beatius est dare, quam accipere (Act. 20. 35),* secreto audierat. Videamus itaque quid nunc quoque dicat. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba ultima descendet de cælo. Quod etiam Christus tunc dixit, Virtutes cælorum movebuntur (Math. 24. 29).* Quare autem in tuba ? Etenim in monte Sinai hoc videmus, et illic quoque angelos. Quid autem sibi vult vox archangeli ? Sicut dicebat de virginibus : *Exsurgite, venit sponsus (Math. 25. 6).* Aut hoc dicit, aut quod sicut fit erga regem : ita etiam tunc erit, angelis ministrantibus ad resurrectionem. Dicit enim, Resurgent

mortui ; et fit opus, non angelis ad hoc vim habentibus, sed verbo ejus : ac si rex jusserit et dixerit : *Exeant qui sunt conclusi, et ministri educant, non utique hoc jam faciunt ex sua virtute, sed ex illa voce.* Hoc alibi quoque dicit Christus : *Mittet angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos ipsius a quatuor ventis, ab extremis cælorum (Math. 24. 31) ; et ubique vides discurrentes angelos.* Archangelum ergo arbitror esse eum qui præest, et hoc clamat iis qui missi sunt : *Facite ut sint omnes parati : adest enim Judex. Quid est, In ultima tuba ? Illic ostendit multas esse tubas, et in ultima descendere Judicem. Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. 17. Itaque consolamini invicem in verbis istis.* Si est descensurus, cur rapiemur ? Honoris causa. Rege enim civitatem ingrediente, qui sunt in honore, exeunt obviam : qui sunt autem rei et condemnati, intus exspectant judicem. Et cum benevolus quidem adventarit pater, filii quidem, et qui digni sunt filii, in curru educuntur, ut videant et exosculentur : qui autem offenderunt famuli, eum intus exspectant. In vehiculo ferimur Patris : etenim ipse eum excepit in nubibus, et nos rapiemur in nubibus. Vides quantum sit honor ? et ei descendenti obviam procedimus, et quod est omnium beatissimum, sic cum eo erimus. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet divines laudationes ejus (Psal. 105. 2) ?* Quam multis bonis dignatus est genus humanum ? Primi resurgunt qui excesserunt, et sic simul fiet occursus. Abel qui ante omnes decessit, tunc simul ibit obviam cum omnibus. Quamobrem in hoc aliis nihilo erunt superiores ; sed qui interiiit, qui tot annos fuit in terra, cum illis ibit obviam, et omnes alii. Nam si illi quidem nos exspectassent ut coronaremur, sicut alibi dicit scribens, *Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur (Hebr. 11. 40) ;* multo magis nos quoque illos. Vel potius illi quidem exspectarent, nos autem minime : in momento enha

μεν, μή νηχόμενοι λογισμοῖς· ταχέως γὰρ ἀποκαμώμεθα, καὶ καταποντισθησόμεθα· ἀλλὰ ταῖς θεαῖς κεκρημένοι Γραφαῖς, καθάπερ πλοῖον τινὶ τὰ ἰστία τῆς πίστεως ἀναπετάσωμεν. Ἄν ἐν ταύταις πλέωμεν, καὶ κυβερνήτης ὑμῖν παρέσται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· ἂν δὲ νηχόμεθα ἐν τοῖς λογισμοῖς τὰς ἀνθρωπίνους, οὐκ ἐστὶ. Τίνοι γὰρ τῶν αὐτῶ νηχομένων κυβερνήτης παρέσται; Ὅστε διπλῆ ὁ κίνδυνος, εἴτε μὴ πλοῖον εἶναι, εἴτε κυβερνήτην ἀπειναι. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σκάφος ἄνευ κυβερνήτου σφαλερὸν, ὅταν ἀμφότερα ἀπῆ, ποῖα σω-

τηρίας ἐλπίς; Μὴ δὴ βίπτωμεν ἑαυτοὺς εἰς κίνδυνον φανερόν, ἀλλ' ἐπ' ἀσφαλούς βαίνομεν, τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας ἐξαρτήσαντες ἑαυτοῦς. Οὕτω γὰρ εἰς τὸν εὐδιδιον λιμένα καταπλευσόμεθα μετὰ πολλῆς μὲν τῆς ἐμπορίας\*, μετὰ πάσης δὲ τῆς ἀσφαλείας· καὶ τοῖν ἀποκαϊμένω τοῖς ἀγαθῶν αὐτῶν ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, καὶ τὰ ἐξῆς.

\* Unus cod. et marg. Savil., τῆς εὐπορίας.

#### ΟΜΙΛΙΑ Η'.

Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάρσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτοι. Ἐπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἀρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἄερα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.

α'. Οἱ προφῆται μὲν τὸ ἀξιώσιμον τῶν λεγομένων δεῖξαι βουλόμενοι, πρὸ τῶν ἄλλων ἀπάντων τοῦτο λέγουσιν· Ὁρασις, ἢ ἔιδεν Ἡσαΐας· καὶ πάλιν, Ῥῆμα Κυρίου, ὃ ἐνεγέρθη πρὸς Ἱερემίαν· καὶ πάλιν, Τάδε λέγει Κύριος, καὶ ὅσα τοσαῦτα. Πέλλοι δὲ καὶ αὐτὸν καθήμενον ὁρῶσι τὸν Θεόν, ὡς αὐτοῖς ἰδεῖν δυνατόν. Ὁ δὲ Παῦλος οὐ καθήμενον ἰδὼν, ἀλλ' ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα τὸν Χριστόν, ἀντὶ τοῦ, Τάδε λέγει Κύριος, ἔλεγεν, Ἡ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ὑμῖν λαλοῦντος Χριστοῦ; καὶ πάλιν, Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεκνὺς ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ ἐστὶν· ὁ γὰρ Ἀπόστολος [478] τὰ τοῦ ἀποστελλαντος φθέγγεται. Καὶ πάλιν, Δοκῶ δὲ κατ' ὄψιν Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. Ἐκεῖνα μὲν οὖν πνεύματι πάντα ἐφθέγγετο, τοῦτο δὲ, ὃ λέγει νῦν, καὶ ἥρωτος ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ· ὡσπερ καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ τοῖς Ἐφεσίων πρεσβυτέροις διαλεγόμενος ἔλεγε, Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν, κατὰ τὸ σιωπώμενον ἤκουσεν. Ἰδωμεν τοίνυν τί καὶ νῦν φησι. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάρσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι τῇ ἐσχάτῃ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. Ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς τότε φησὶν, Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Τί δήποτε ἐν σάλπιγγι; Καὶ γὰρ ἐν τῷ Σιναιῷ ἤρει τοῦτο ὁρῶμεν, καὶ ἀγγέλους κάκει. Τί δὲ βούλεται ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου; Καθάπερ ἐπὶ τῶν παρθένων ἔλεγεν· ἔγειρασε, ἦλθεν ὁ νεμφρὸς. Ἦτοι τοῦτό φησιν, ἢ ὅτι καθάπερ ἐπὶ βασιλείᾳ, οὕτω καὶ τότε ἔσται, ἀγγέλων πρὸς τὴν ἀνάστασιν ὑπηρετούμενων. Λέγει γὰρ, ἀναστῶσιν οἱ νεκροὶ· καὶ γίνεται τὸ ἔργον, οὐ τῶν ἀγγέλων πρὸς τοῦτο ἰσχυόντων, ἀλλὰ τοῦ βήματος αὐτοῦ· ὡσαυτὶ βασιλείᾳ κελεύσαντος καὶ εἰπόντος· Ἐξέλθοιεν οἱ συγκεκλεισμένοι, καὶ οἱ ὑπρέτει ἐξάγοιεν, οὐκετι λοιπὸν ἀπὸ τῆς οικείας ἰσχύος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐκείνου τοῦ ποιοῦσι. Τοῦτο καὶ ἀλαχοῦ ὁ Χριστὸς λέγει· Ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσιν τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων,

ἀπ' ἀκρῶν αὐτῶν. Καὶ πανταχοῦ τοὺς ἀγγέλους ὁρᾷ διατρέχοντας. Τὸν οὖν ἀρχάγγελον οἶμαι τὸν ἐφεστῶτα εἶναι τοῖς ἀπεσταλμένοις βῶντα τοῦτο, ὅτι ἐτοιμῶς ποιεῖτε πάντας· πάρεστι γὰρ ὁ κριτής. Τί ἐστίν, Ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι; Δεκνῶσιν ἐνταῦθα πολλὰς τὰς σάλπιγγας γινομένης, καὶ πρὸς τῇ ἐσχάτῃ καταβαίνοντα τὸν κριτὴν. Καὶ οἱ νεκροὶ, φησὶν, ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἀρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἄερα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Ὅστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις· εἰ μᾶλλον καταβαίνειν, τίνας ἔνεκεν ἀρπαγησόμεθα; Τιμῆς ἔνεκεν. Καὶ γὰρ βασιλείᾳ εἰς πόλιν εἰσελαύνοντος, οἱ μὲν ἐντοιμοὶ πρὸς ἀπάντησιν ἐξίσταν, οἱ δὲ κατάδικοι ἔνδον μένουσι τὸν κριτὴν· καὶ πατὴρ φιλοστόργου παραγενομένου, οἱ μὲν παιδῆς, καὶ ἀδελφοὶ εἶναι, ἐπ' ὀχλήματος ἐξάγονται ὥστε ἰδεῖν καὶ καταφιλησά· οἱ δὲ προσκεκρουχότες τῶν οικετῶν ἔνδον μένουσιν. Ἐπὶ τοῦ ὀχλήματος φερόμεθα τοῦ Πατρὸς· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν νεφέλαις ὑπέλαβεν αὐτόν, καὶ ἡμεῖς ἐν νεφέλαις ἀρπαγησόμεθα. Ὁρᾷ τὴν τιμὴν ὄση; καὶ τὴν ἀπάντησιν καταβαίνοντι ποιούμεθα, καὶ τὸ πάντων μακαριώτερον, οὕτω σὺν αὐτῷ ἐσόμεθα. Τίς δὲ δύνασται τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστάς ποιήσει πάσας τὰ αἰρέσεις αὐτοῦ; Ὅσων ἀγαθῶν ἤξλωσε τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον! πρῶτοι οἱ τελευτήσαντες ἐγείρονται, καὶ οὕτως ὁμοῦ ἢ ἀπάντησις γίνεται. Ἄβαλ ὁ πρὸ πάντων τετελευτηκὸς ὁμοῦ μετὰ τῶν ζώντων τότε ἀπαντήσεται. Ὅστε οὐδὲν ἔσται πλέον ἐκείνους κατὰ τοῦτο, ἀλλ' ὁ διαφθαρεῖς, ὁ τοσαῦτα ἔχων [479] ἐν τῇ γῆ ἔτη, μετ' ἐκείνων ἀπαντήσεται, καὶ ἅπαντες οἱ ἄλλοι. Εἰ γὰρ ἡμᾶς ἐκείνοι ἀνέμειναν ἵνα στεφανώσωμεν, καθὼς ἐτέρωθι φησι· γράφω, Τοῦ Κυρίου περὶ ἡμῶν κρείττον ἡ προβλεψαμένην, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελιωθῶσι· πολλῶν μᾶλλον καὶ ἡμεῖς ἐκείνους· μᾶλλον δὲ ἐκείνοι μὲν ἀνέμειναν, ἡμεῖς δὲ οὐκέτι· ἐν γὰρ ἀτόμῳ ἡ ἀνάστασις γίνεται, ἐν βίτῃ ὀφθαλμοῦ. Τὸ δὲ λέγειν, ὅτι συνάγονται, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι ἀνίστανται μὲν πανταχοῦ, συνάγονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. Τὸ μὲν οὖν ἀναστήναι, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμειος ἔργον ἐστὶ, τῇ γῆ κελεύοντος ἀφίεναι τὴν παρακαταθήκην, καὶ οὐδεὶς ὁ ὑπηρετούμενος, ὡσπερ τότε ἐκάλεσε τὸν Λάζαρον, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· τὸ δὲ ἀγαγεῖν, τῶν ὑπηρετῶν γίνεται. Ἄλλ' εἰ συνάγουσι, καὶ περιτρέχουσιν ἀγγελοι, πῶς αὐτοὶ ἐνταῦθα ἀρπάξονται; Μετὰ τὸ καταβῆναι ἀρπάσσονται, μετὰ τὸ συναχθῆναι· ἅμα γὰρ οὐδένα εἶδος τοῦτο γίνεται. Ὅταν γὰρ ἴδωσι τὴν γῆν κλονουμένην, κόνιν ἀναμ-

γυμνήν, ἴσως πάντοτε ἐχειρόμενα τὰ σώματα, οὐδενὸς πρὸς τοῦτο ὑπηρετοῦντος, ἀλλὰ τοῦ κελύσματος ἀρκούντος τὴν γῆν πεπληρωμένην πᾶσαν κενῶσαι· ἐνόησεν γὰρ ὅσον ἐστὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας πάντας ἐκείνους ἐστάναι τότε μετὰ γυναικῶν καὶ παιδῶν· ὅταν ἴδωσι τοσοῦτον ἐπὶ τῆς γῆς θόρυβον, τότε εἰσονται. Ὡσπερ οὖν ἐπὶ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας οὐδὲν προσωρᾶκεισαν, οὕτω καὶ τότε.

β'. Ὅταν οὖν ταῦτα γένηται, τότε καὶ ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου ἐστὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐπιτάττοντος καὶ βωῶντος, καὶ αἱ σάλπιγγες, μᾶλλον δὲ ὁ τῶν σαλπύγγων ἦχος. Πῶς ἄρα φόβος ἔξει, ποῖος φόβος τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἀπομένοντας; Μία γὰρ ἀρπάζεται, καὶ μία καταλιμπάνεται· καὶ εἰς παραλαμβάνεται, καὶ εἰς ἀφίεται. Τίς ἐστὶ ἡ ψυχὴ ἐκείνων, ὅταν τοὺς μὲν αἰρομένους ὀρώσιν, ἑαυτοὺς δὲ ἀφιεμένους; Ἄρα οὐ πάσης γεέννης φοβερότερον αὐτοὺς ταῦτα διασταλεύσει δυνήσεται; Ἐποθῶμεθα τοίνυν ἡδὴ τοῦτο παραιναι τῷ λόγῳ. Εἰ γὰρ θάνατος αἰφνίδιος, ἢ πόντων σεισμοί, καὶ ἀπειλαὶ οὕτω ποιοῦσι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς· ὅταν τὴν γῆν ἀναβρῆγγυμένην ἴδωμεν καὶ πεπληρωμένην πάντων ἐκείνων, ὅταν τῶν σαλπύγγων ἀκούσωμεν, ὅταν τῆς φωνῆς τοῦ ἀρχαγγέλου πάσης σάλπιγγος λαμπροτέρας οὔσης, ὅταν τὸν οὐρανὸν συναναβρόμενον, ὅταν αὐτὸν παραγινώσκον τὸν ἀπάντων βασιλεῖα τὸν Θεὸν, τίς ἄρα ἡμῖν ἔσται ἡ ψυχὴ; Φρίξωμεν, παρακαλῶ, καὶ φοβηθῶμεν, ὡς ἦδη τούτων γινόμενων· μὴ τῆ μελλήσει παραμυθῶμεθα ἑαυτοὺς· ὅταν γὰρ πάντως δέη γενέσθαι, οὐδὲν ἡ μέλλήσει ὠφέλει. Πόσος ὁ φόβος; Πόσος ὁ φόβος τότε; Εἰδότες ποτε τοὺς ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον· ποῖαν νομίζετε αὐτοῖς εἶναι τὴν ψυχὴν, τὴν μέχρι τῆς πύλης ὁδὸν βαδίζουσι; πᾶσων θανάτων οὐ χείρονα; τί οὐκ ἂν ἔλοιτο καὶ πρᾶξει καὶ παθεῖν, ὥστε ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀχλύος ἐκείνης τοῦ νέφους; Ἐγὼ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων τῶν φιλανθρωπικῶν βασιλικῶν μετὰ τὴν ἀπαγωγὴν εἰς τοὺς πύλαις κληθέντων, ὅτι οὐδὲ ἀνθρώπου εἴρων τοὺς ἀνθρώπους, τεθοροβημένης τῆς ψυχῆς καὶ ἐκπεπληγμένης καὶ ἐξεστηκυίας. Εἰ τοίνυν σωματικὸς [480] θάνατος οὕτως ἡμᾶς φοβεῖ, ὅταν αἰώνιος παραγένηται, τί πεισόμεθα; Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀπαγομένων; ὁχλος περιέστηκε τότε, οἱ πλείους οὐδὲ εἰδότες αὐτούς. Εἴ τις ἐκείνων τὰς ψυχὰς περιεσκόπησεν, οὐδεις οὕτως ὠμὸς, οὐδεις οὕτω θρασύς, οὐδεις οὕτω γυναικίς, ὃς οὐ καταπετωκυεῖν αὐτὴν ἔχει, παρειμένην ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἀθυμίας. Εἰ δὲ ἐτέρων ἀναγομένων τὸν θάνατον τοῦτον, τὸν ὕπνου οὐδὲν διαφέροντα, οἱ μηδὲν κοινωνοῦντες οὕτω διατίθενται· ὅταν ἡμεῖς αὐτοὶ τοῖς μερίζοι περιπίπτωμεν, τίς ἄρα ἐστὶ κατὰστασις; Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι, πιστεύσατε. παραστῆται λόγῳ τὸ πάθος. Ναί, φησὶν· ἀλλὰ φιλόφρονος ὁ Θεός, καὶ οὐδὲν τούτων ἐστὶν. Οὐκοῦν εἰκὴ γέγραπται. Οὐ, φησὶν, ἀλλὰ πρὸς ἀπειλήν μόνον, ἵνα σωφρονώμεν. Ἐάν οὖν μὴ σωφρονώμεν, ἀλλὰ μένωμεν κακοὶ, οὐκ ἐπάξει τὴν κόλασιν, εἰπέ μοι; οὐκοῦν οὐδὲ τοῖς ἀγαθοῖς ἀποδώσει τὰς ἀμοιβάς; Ναί, φησὶν· ἐκεῖνο γὰρ αὐτῷ πρέπον ἐστὶ καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν εὐεργετῆν. Ὡστε ἐκεῖνα μὲν ἀληθῆ καὶ πάντως ἐστὶν· τὰ δὲ τῶν κολάσεων οὐ πάντως, ἀλλ' ἀπειλῆς ἕνεκεν καὶ φόβου; Πόθεν ὑμᾶς πείσω, οὐκ οἶδα. Ἄνεῖπω ὅτι ὁ σκόληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει,

καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται, ἐάν εἴπω ὅτι ἀπαλεύονται εἰς πῦρ αἰώνιον, ἂν τὸν πλοῦσιον παραγάγω ἡδὴ κολαζόμενον, πάντα ἀπειλῆς εἶναι ἐρεῖτε. Πόθεν οὖν ὑμᾶς πείσω; Σατανικὸς γὰρ οὗτος ὁ λογισμὸς, χάριν ἀνόνητον χαριζόμενος, καὶ βράθυμους ποιών. Πῶς οὖν αὐτὸν ἐξέλωμεν; Ὅσα ἂν εἴπωμεν ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ἐρεῖτε ὅτι ἀπειλῆς ἕνεκεν. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν μελλόντων ἔχει τις ἂν εἰπεῖν· περὶ δὲ τῶν ἐκβεθηκῶτων καὶ τέλος ἐσχηκῶτων, οὐκέτι. Ἠκούσατε πάντες περὶ τοῦ κατακλισμοῦ· μὴ καὶ ἐκεῖνα ἀπειλῆς ἕνεκεν εἰρηται; οὐχὶ καὶ ἐξέβη καὶ γέγονε; Τοιαῦτα καὶ ἐκεῖνοι πολλὰ ἔλεγον· καὶ ἐν ἑκατὸν ἔτεσι τῆς κιθωτοῦ τεταλαιμωμένης, καὶ τῶν ξύλων ὑφαπυμένον, καὶ τοῦ δικαιοῦ βωόντος, οὐδεις ὁ πιστεύων ἦν. Ἄλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἐπίστευσαν τῆ διὰ τῶν βρῆμάτων ἀπειλῆ, ὑπέστησαν τὴν διὰ τῶν πραγμάτων τιμωρίαν. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς πεισόμεθα, ἂν μὴ πιστεύσωμεν. Διὰ τοι τοῦτο καὶ τῆν παρουσίαν αὐτοῦ ταῖς ἡμέραις παραβάλλει τοῦ Νῶε· ἐπειδὴ καθάπερ ἐκεῖνῳ τῷ κατακλισμῷ ἠπιστήσαντινες, οὕτω καὶ τῷ κατακλισμῷ τῆς γεέννης. Μὴ ἀπειλῆ ἐκεῖνα ἐστίν; οὐχὶ ἔρχον γέγονεν; Εἶτα ὁ κόλασιν οὕτως ἀθρόον τότε ἐπαγαγῶν, οὐ πολλῷ μᾶλλον καὶ νῦν ἐπάξει; οὐ γὰρ δὴ ἐλάττωσα τῶν τότε τὰ νῦν φινόμενα. Πῶς; Ὅτι, τότε εἰσῆλθον, φησὶν, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, καὶ αἱ ἐπιμειξίαι ἦσαν τὸ δαιμόνιον· νῦν δὲ οὐδὲν ἐστὶν εἶδος κακίας ὅπερ ἀτόλμητον. Ἄρα οὖν πιστεύετε ὅτι γέγονεν ὁ κατακλισμὸς, ἢ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ; Καίτοι γε καὶ τὰ ὄρη, ἔνθα ἡ κιθωτὸς ἰδρύνθη, μαρτυρεῖ, τὰ Ἀρμενίας λέγω.

[481] γ'. Πλὴν ἐκ περιουσίας πολλῆς καὶ ἐφ' ἕτερον ἐκείνου σαφέστερον ἔξω τὸν λόγον. Ἐπεδήμησέ τις ὑμῶν τῆ Παλαιστίνῃ ποτέ; λοιπὸν γὰρ οὐκέτι λόγον, ἀλλὰ πράγματα ἐρῶ· καίτοι καὶ τὰ πρότερα πραγμάτων σαφέστερα ἦν· ἀπερ γὰρ ἂν εἴπῃ ἡ Γραφή, ταῦτα τῶν ὀρωμένων πιστότερα. Ἐπεδήμησεν οὖν ὑμῶν τις τῆ Παλαιστίνῃ ποτέ; ἔγωγε οἶμαι. Τί οὖν; Μαρτυρήσατέ μοι ὑμεῖς οἱ τοὺς τόπους ἐωρακότες πρὸς τοὺς οὐ γενομένους ἐκεῖ. Ἀσκακῶνος γὰρ ἔγω καὶ Γάζης εἰς αὐτὸ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ τὸ τέλος, ἔστι χώρα πολλῆ τις καὶ εὐφορὸς· μᾶλλον δὲ ἦν· νῦν γὰρ οὐκ ἔστιν· αὕτη δὴ οὐκ ὡς παραδείσος ἦν. Εἶδε γὰρ, φησὶ, Ἄοιε πῶσαν τὴν περιχώρον τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἦν ποτιζομένη, ὡς παράδεισος τοῦ Θεοῦ. Αὕτη δὴ οὖν ἡ οὕτως εὐθαλῆς, καὶ πρὸς πάσας τὰς χώρας ἀμιλλωμένη, ἡ φθάνουσα τῆ εὐθηνίᾳ τὸν παράδεισον τοῦ Θεοῦ, πασῶν τῶν ἐρήμων ἐρημοτέρα ἐστὶ νῦν· καὶ ἔστρεχε μὲν δένδρα, καὶ καρπὸν ἔχει· ὁ δὲ καρπὸς τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς· ἐστὶν ὑπόμνημα. Ἐστήκασιν μὲν γὰρ ῥοαί, καὶ τὸ ξύλον λέγω καὶ ὁ καρπὸς, λαμπρὰν τὴν ἐπιφάνειαν ἔχουσαι, καὶ τῷ ἀγνώτῃ παρέχουσαι πολλὰς τὰς ἐλπίδας· εἰ δὲ ληφθεῖεν εἰς χεῖρας, διακλασθεῖσαι καρπὸν μὲν οὐδένα, κόνιν δὲ καὶ τέρραν πολλὴν δεικνούσιν ἐναποκειμένην ἔνδον. Τοιαύτη καὶ ἡ γῆ πᾶσα· κὰν λίθον εὐρησῆς, τετεφρωμένον εὐρήσεις. Καὶ τί λέγω λίθον καὶ ξύλα καὶ γῆν, ὅπου γε καὶ ἄηρ, καὶ τὰ ὕδατα μετέσχε τῆς συμφορᾶς; Καθάπερ γὰρ σῶματος ἐμπρησθέντος καὶ κατακαυθέντος, τὸ μὲν σχῆμα μένει, καὶ ὁ τύπος ἐν τῇ τοῦ πυρὸς ὄψει, καὶ ὁχος καὶ ἡ ἀναλογία, ἢ δὲ δύναμις οὐκέτι· οὕτω δὴ ἐκεῖ γῆ ἐστὶν ἰδεῖν, ἀλλ' οὐδὲν ἔχουσαν γῆς, ἀλλὰ πάντα τέφραν· δένδρα καὶ καρπούς, ἀλλ' οὐδὲν ἔχοντα δένδρων οὐδὲ καρπῶν· ἀέρα καὶ ὕδωρ, ἀλλ' οὐδὲν ἀέρος οὐδὲ ὕδατος· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τετέφρωται. Καίτοι πῶς ἂν ἄηρ ἐμ-

\* Atque diceretur τὴν ἐπὶ θανάτου.



fit resurrectio, in ietu oculi. Quod autem dicitur quod congregantur, id est, ubique quidem resurgunt, congregantur autem ab angelis: Atque quod resurgant, est Dei potentiae iubentis terram dimittere depositum, nec est ullus qui inserviat: sicut tunc vocavit Lazarum, *Lazare, veni foras* (Joan. 11. 45): adducere autem est ministrorum. At si congregant et discurrunt angeli, quomodo ipsi hic rapiuntur? Rapiuntur postquam descenderint, postquam fuerint congregati: hoc enim simul fit sciente nemine. Nam quando viderint terram moveri, pulverem misceri, ex æquo undique excitari corpora, nemine ad hoc inserviente, sed jussu sufficiente ad terram repletam exinanendam; cogita enim quantum sit omnes ab Adamo usque ad ejus adventum tunc illic stare cum uxoris et filiis: quando, inquam, in terra tantum viderint tumultum, tunc scient. Sicut ergo in ea quæ secundum carnem fuit dispensatione nihil præviderant, ita et tunc.

2. Quando ergo hæc facta fuerint, tunc erit et vox archangeli præcipientis angelis et clamantis, et tubæ, vel potius tubarum sonitus. Qualis ergo tremor, qualis metus invadet eos qui vivent in terra? Una enim rapitur, et una dimittitur; et unus assumitur, et unus dimittitur (Matth. 24. 40. 41; et Luc. 17. 34. 35). Quis erit eorum animus, cum illos quidem in altum tolli, se vero dimitti viderint? annon quavis gehenna terribilior poterunt hæc perterrere? Ponamus ergo verbis jam hoc adesse. Si enim mors repentina, vel in urbibus terræ motus, et minæ ita nostros afficiunt animos: quando viderimus effractam terram, et illis omnibus repletam; quando tubas audierimus, quando archangeli vocem quavis tuba clarioram, quando viderimus cælum contrahi, quando ipsum adesse omnium Regem Deum, quis erit nobis animus? Horreamus, rogo, et extimescamus, tamquam hæc jam fiant. Ne dilatione et mora nos ipsos consolemur: nam enim omnino fieri oporteat, nihil juvat dilatio. Quævis tunc est tremor, quantus metus? Vidistis aliquando eos qui abducuntur ad mortem? quo animo eos esse putatis ingredientes viam usque ad portam, quot mortibus non pejorem? quid non eligant et agere et pati ut ab illa liberentur caligine et nube? Ego multos audivi qui Imperatoris clementia, postquam abducti fuerant, erant revocati, quod nec homines viderint tamquam homines: adeo erat turbatus et stupefactus et emotus animus. Si nos ita terret mors corporalis; quando advenerit æterna, quomodo erimus affecti? Et quid dico de iis qui ad mortem abducuntur? tunc eos circumstetit turba, plures ipsos ignorantes. Si quis tamen illorum animos circumspexerit, nemo est adeo sævus, nemo tam forti et magno animo, qui non ipsam habeat animam consternatam ac dejectam, et metu et ægritudine dissolutam. Si autem aliis hanc mortem suscipientibus quæ a somno nihil differt, ita afficiuntur qui ejus non sunt participes: quando nos ipsi in majora inciderimus, quomodo nos habebimus? Non potest, non potest, credite, verbis

explicari quomodo afficiemur. Certe, inquit; sed Deus est clemens et misericors, et horum nihil erit. Ergo hæc frustra scripta sunt? Non inquit, sed usque ad minas solum procedet, ut sapiamus. Si ergo non sapiamus, sed mali esse pergamus, non inferet, dic mihi, supplicium? Ergo nec bonos remunerabitur. Certe, inquit: illum enim decet etiam supra merita afficere beneficiis. Quamobrem illa quidem vera, et omnino erunt: quæ ad supplicia autem attingent, non erunt omnino, sed sunt solum propter minas et metum? Quomodo sim vobis persuasurus, nescio. Si dixerò quod vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguetur (Marc. 9. 45); si dixerò quod descendet in ignem æternum; si adduxerò divitem qui jam punitur, minas ea esse dicetis omnia. Quomodo ergo vobis persuadere? Hæc est enim satanica cogitatio, inutilem præbens gratiam, ignavosque reddens et desides. Quomodo eam eximemus? Quæcumque dicemus ex Scripturis, ea dicetis esse minas. Sed hoc quidem dixeris de futuris; sed de iis quæ evenerunt et ad fidem pervenerunt, minime. Audivistis omnes de diluvio: num illa quoque dicta sunt propter minas? annon et evenerunt et facta sunt? Ejusmodi multa illi quoque dicebant, et cum centum annorum spatio fabricaretur arca, et compingerentur ligna, et justus clamaret, nemo erat qui crederet: sed quoniam non crediderunt minis quæ fiebant verbis, rebus ipsis subierunt supplicium. Hoc ipsum quoque nobis accidet, si non crediderimus. Propterea ejus quoque adventum comparat diebus Noe; quoniam sicut illi diluvio quidam non crediderunt, ita etiam diluvio gehennæ. Illuc sunt minæ, annon revera facta sunt? Deinde qui tam repente intulit supplicium, non multo magis nunc quoque inferet? non enim quæ nunc fiunt, sunt minora iis quæ tunc fiebant. Quomodo? Tunc ingressi, inquit, sunt filii Dei ad filias hominum (Gen. 6. 2); et res gravis erat ille concubitus: nunc autem nullum est genus vitii et sceleris quod non admittatur. Creditisne fuisse diluvium, an id vobis videtur esse negare? Atqui et montes in quibus stetit arca, id testantur, montes, inquam, Armeniæ.

3. De Sodomorum lacu.—Sed ex multa, quæ mihi suppetit, copia ad alterum hoc manifestius deducam orationem. Peregrinatusne est ex vobis quispiam unquam in Palæstina? Jam enim non amplius verba dicam, sed facta: quamquam etiam priora erant rebus ipsis evidentiora: nam quæ dixerit Scriptura, ea sunt iis, quæ videntur, credibilia. Peregrinatusne est ergo ex vobis quispiam in Palæstina? ego quidem opinor. Quid ergo? Vos qui illa loca vidistis, ferte mihi testimonium apud eos qui illic non fuerunt. Supra Ascalonem et Gazam, ubi desinit Jordanis fluvius, est magna regio et fertilis; imo vero erat; nunc enim non est: ipsa ergo erat ut paradisi: Vidit enim, inquit, Lot universam circa Jordanem regionem, et erat irrigua sicut Dei paradisi (Gen. 13. 10). Ipsa ergo quæ erat adeo florida, et cum omnibus certabat regionibus, quæ fertilitate æquabat Dei paradisi, est nunc qui-

busvis desertis desertior : et stant arbores, et habent fructum : fructus autem est iræ Dei monumentum. Stant enim mala punica ; lignum, inquam, et fructus ; quæ præclarum habent speciem et exteriorem superficiem, et ignorantiam præbent bonam spem : si sumptæ autem fuerint in manus, fractæ nullum quidem fructum, sed multum ostendunt pulverem et cinerem intus repositum. Tatis est universa terra : et si inveniatis lapidem, invenies oppletum cinere. Et quid dico lapidem et ligna et terram, cum et aer et aquæ sint participes calamitatis ? Sicut enim exusti corporis figura quidem et typus manet in aspectu ignis, et magnitudo et proportio, virtus autem minime : ita hic quoque terram quidem licet videre, sed quæ nihil habeat terræ, sed omnia cinerem ; arbores et fructus, sed quæ nihil habeant arborum et fractuum ; aerem et aquam, sed quæ nihil habeant aeris nec aquæ ; nam ea quoque sunt oppleta cinere. Atqui quomodo aer potuerit aliquando comburi, et aqua quomodo manens aqua ? nam uri quidem possunt ligna et lapides ; aer autem et aqua minime possunt. Nobis quidem non possunt ; ei autem qui ipsa fecit, possunt. Nihil est ergo aliud aer quam fornax, fornax aqua : omnia infrugifera, omnia non genitilia, omnia iræ pristinae imagines, futuræ indicia. An hæc quoque sunt minæ ? an sonus tantum verborum ? Nam mihi quidem neque priora sunt incredibilia, sed similiter atque quæ videntur quæ non videntur sunt credibilia ; infideli autem hæc saltem satis sunt ad faciendam fidem. Si quis non credit gehennam, cogitet Sodoma, veniat ei in mentem Gomorra, supplicium quod fuit et adhuc manet. Hoc est indicium quod æternus sit cruciatus. Gravia sunt hæc : illa autem non sunt gravia, quando dicis non esse gehennam, sed Deum solummodo esse minatum ? quando manus populi relaxas ac dissolvit ? Tu me hæc cogis dicere qui non credis. Si verbis Christi credidisses, non necesse habuisset ex rebus fidem facere : quoniam autem illa refugisti, vellis nollis illis jam persuaderis. Quid enim habes quod dicas de Sodomis ? Vis etiam scire causam propter quam hæc tunc facta sunt ? Unum erat peccatum, grave quidem et execrandum, sed tamen unum : puerorum insano capti erant amore, si qui tunc erant ; et propterea has dederunt pœnas. Nunc autem innumerabilia et paria, et his majora admittuntur peccata. Itane qui pro uno peccato tantam effundebat iram, et neque preces Abrahami respexit, neque Lot incolam, qui pro honore quem ejus habuit servis, suas filias probro afficiendas permisit, cum tot sint peccata, parcat ? Hæc plane sunt ridicula, nugæ et error et deceptio diabolica. Vis aliam quoque subjungam ? Pharaonem audis regem Ægyptiorum : nosti ergo et quas dedit pœnas : quomodo cum curribus et equis et toto exercitu demersus fuit in Rubro mari. Vis etiam alia discere ? ille quidem fortasse erat impius, imo non fortasse, sed revera erat impius. Vis etiam ex his qui Deo credebant, et Deum quidem sequebantur, non erat autem recta eorum vitæ institutio, videre punitos ? audi Paulum dicentem : *Neque*

*fornicemur, sicut quidam eorum sunt fornicati, et ceciderunt uno die viginti tria millia : neque murmuravimus sicut quidam eorum murmurarunt, et perierunt ab exterminatore : neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentarunt, et perierunt a serpentibus (1. Cor. 10. 8-10).* Si autem tantum potuit scortatio, si murmuratio, quid nostra non efficiet ? Si autem non nane sumit pœnas, ne mireris : nam illi quidem non norant gehennam ; ideo e vestigio afficiebantur supplicio : tu autem quidquid peccaris, etiamsi nullas des pœnas, illic lues omnia. Itane illos quidem qui erant pueriliores, et tam multa peccata non admiserant, tam graviter puniti, nobis autem parcat ? Non est rationi consentaneum. Nam etiamsi eadem quæ illi peccata admittamus, majorem pœnam meremur. Quamobrem ? Quoniam majorem gratiam sumus assequuti. Quando autem majora et plura quam illi peccata admittimus, quas non luemus pœnas ? Illi (neque vero quis existimet me aut eos admirantem, aut eis ignoscens hoc dicere ; absit : quando enim Deus punit, qui contrariam fert sententiam, hoc mente facit diabolica : non ergo eos laudans, neque eis ignoscens hoc dico, sed nostrum ostendens vitium), illi, inquam, etsi murmurabant, at veniebant in desertum ; nos autem cum et patriam habeamus, et simus in nostris ædibus, murmuramus. Illi etsi scortabantur, id tamen faciebant cum recens discessissent ab Ægyptiacis moribus, et hanc legem non audissent ; nos autem a majoribus acceptis salutaribus decretis, majus meremur supplicium. Vis etiam alia audire quæ passi sunt in Palæstina, famem, pestem, bella, captivitatem, tam apud Babylonios, quam apud Assyrios, mala quibus sunt affecti, a Macedonibus, sub Adriano et Vespasiano ? Volo tibi, o dilecte, aliquid enarrare, sed ne resilieris : imo vero ante hoc dicam aliud. Fuit aliquando famis, et rex ambulabat super murum : deinde accedens mulier hæc illi dixit verba : *Rex, hæc mulier dixit mihi : Assenus filium tuum hodie et comedamus, et cras meum ; et assavimus, et comedimus ; illa vero suum nondum dedit (4. Reg. 6. 26-29).* Quid est hac calamitate gravius ? Rursus alibi dicit propheta : *Manus mulierum misericordiam coserunt filios suos (Thren. 4. 10).* Judæi quidem has dederunt pœnas : nos autem non majores his dabimus ?

4. Vis etiam eorum aliam audire calamitatem ? lege Josephum, et disces totam illam tragediam ; ex hisne tibi persuadebimus esse gehennam ? Cogita enim : si illi puniebantur, cur nos non punimur ? aut quomodo est consentaneum nos non puniri, qui gravius quam illi delinquimus ? annon scilicet quia repositum est nobis supplicium ? Si vis autem, dicam etiam in qualibet persona quomodo sint puniti. Fratrem occidit Cain. Grave quidem peccatum : quis neget ? sed dedit pœnas, et graves, et mille mortibus comparandas ; maluisset enim milles mori : audi enim eum dicentem : *Si me ejicias a terra, et abscondar a facie tua, et erit, omnis qui me inveniet, occidet me (Gen. 4. 14).* Dic mihi ergo, nonne eadem nunc multi faciunt quæ ille ? quando enim non carualem, sed spiritualem

πρησθειη ποτε; πῶς δ' ἂν ὑδωρ μένον ὑδωρ; ξύλα μὲν γὰρ καὶ λίθους δυνατὸν καίειν, ἀέρα δὲ καὶ ὑδωρ οὐδαμῶς δυνατὸν. Ἡμεῖν οὐ δυνατὸν, τῷ δὲ αὐτὰ ποιήσαντι δυνατὸν. Τοιγαροῦν οὐδὲν ἕτερον ἢ κάμινος ἐστὶν ὁ ἄηρ, κάμινος τὸ ὑδωρ· πάντα ἀκαρπα, πάντα ἀγωνα, πάντα τῆς προλαβούσης ὀργῆς εἰκόνες, τῆς μελλούσης τεκμήρια. Μὴ καὶ ταῦτα ἀπειλαὶ ῥημάτων; μὴ καὶ ταῦτα φόβοι ῥημάτων; Ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ πρότερα ἀπιστα, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ὀρμημένοις τὰ μὴ ὀρώμενα πιστά· τῷ δὲ ἀπίστῳ καὶ ταῦτα ἱκανὰ πιστῶν παρασχεῖν. Εἰ τις ἀπιστεῖ τῇ γέεννῃ, τὰ Σόδομα λογιζέσθω, τὰ Γόμορρα ἐννοεῖται, τὴν τιμωρίαν τὴν γεγενημένην, καὶ ἐτι μένουσαν. Τοῦτο τοῦ διαιωνίζειν τὴν κόλασιν τεκμήριον. Φορτικὰ ταῦτα· ἐκεῖνα δὲ οὐ φορτικά, ὅταν λέγῃς, ὅτι οὐκ ἐστὶ γέεννα, ἀλλ' ἀπλῶς ἠπερίλησεν ὁ Θεός; ὅταν ἐκλύσῃς τὰς χεῖρας τοῦ λαοῦ; Σύ με ταῦτα ἀναγκάζεις [482] λέγειν ὁ διαπιστῶν. Εἰ τοῖς ῥήμασιν ἐπιστευσας τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἠναγκαζόμην τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων πίστιν παραγαγεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνα πέφευγας, καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων πεισθήσῃ λοιπόν. Τί γὰρ ἔχεις περὶ τῶν Σοδόμων εἰπεῖν; Βούλει καὶ τὴν αἰτίαν μαθεῖν, δι' ἣν τότε ταῦτα ἐγένετο; Ἐν ἦν ἀμάρτημα χαλεπὸν μὲν καὶ ἐπάρατον, πλὴν ἀλλ' ἐν· παισὶν ἐπεμαίνοντο οἱ τότε, καὶ διὰ τοῦτο ταύτην ἔδοσαν τὴν δίκην. Νῦν δὲ μυρία καὶ ἰσα, καὶ χαλεπώτερα γίνεται τούτων ἀμαρτήματα. Εἶτα ὁ ὑπὲρ ἐνὸς ἀμαρτήματος τοσαύτην ἐκχέων ὀργὴν, καὶ μήτε τοῦ Ἀδράαμ τὴν ἱκετηρίαν δυσωπηθείς, μήτε τὸν ἔνοικον Λὼτ, τὸν ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς δούλους αὐτοῦ τιμῆς τὰς θυγατέρας εἰς ὕβριν προέμενον τὰς ἑαυτοῦ, τοσοῦτων ὄντων τῶν ἀμαρτημάτων, φείσεται; Γέλως ὄντως ταῦτα καὶ λῆρος καὶ πλάνη καὶ διαβολικὴ ἀπάτη. Βούλει καὶ ἕτερον ἐπαγάγῃς; Τὸν Φαραὼ πάντως ἀκούεις τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα· οὐκοῦν οἶδας καὶ τὴν δίκην ἣν ἔδωκε, καὶ πῶς αὐτοῖς ἄρμασι καὶ ἵπποις μετὰ τοῦ στρατοπέδου παντὸς εἰς τὸ Ἐρυθραῖον κατεποντίσθη πέλρατος. Βούλει καὶ ἕτερα μαθεῖν; ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἰσως ἀσεθῆς ἦν, μᾶλλον δὲ οὐκ ἰσως, ἀλλ' ὄντως ἀσεθῆς ἦν. Βούλει καὶ ἐκ τῶν πιστευόντων καὶ προσεχόντων τῷ Θεῷ, βίου δὲ οὐκ ὄντων ὀρθοῦ, τιμωρομένους ἰδεῖν; ἀκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· *Μηδὲ πορνεύωμεν, καθὼς τινες αὐτῶν ἐξεπάρνευσαν, καὶ ἐπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εικοσιτρεῖς χιλιάδες· μηδὲ γοιγύζωμεν, καθὼς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ· μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθὼς τινες αὐτῶν ἐπειράσαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄψεων ἀπώλοντο.* Εἰ δὲ πορνεῖα τοιοῦτον ἴσχυσεν, εἰ δὲ γογγυσμὸς, τί οὐκ ἐργάζεται τὰ ἡμέτερα; Εἰ δὲ μὴ ἀπαιτεῖ νῦν δίκην, μὴ θαυμάσης· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐκ ἤδεσαν τὴν γέενναν· διὸ ταῖς παρὰ πόδας ἐκολάζοντο τιμωρίας· σὺ δὲ ὅσα ἂν ἀμάρτης, κἂν μηδεμίαν δίκην δῶς, ἀποτίσεις ἐκεῖ. Εἶτα τοὺς μὲν νηπιωδестέρους, καὶ οὐ τοσαῦτα πταίοντας τοσαῦτα ἐκόλαζεν, ἡμῶν δὲ φείσεται; Οὐκ ἂν ἔχοι λόγον. Κἂν γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμάρτωμεν ἐκεῖνοις, μερίζοντες ἴσμεν κολάσεως ἄξιοι. Διὰ τί; Ὅτι πλείονος ἀπελάσασμεν ἄριστος. Ὅταν δὲ καὶ πλείονα καὶ μερίζονα ἐκεῖνων πταίωμεν, τίνα οὐχ ὑποστησόμεθα δι-

κην; Ἐκεῖνοι (καὶ μὴ μέ τις νομιζέτω θαυμάζοντα αὐτοὺς, ἢ συγγινώσκοντα αὐτοῖς λέγειν, μὴ γένοτο· ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς κολάζῃ, ὁ τὴν ἐναντίαν φέρων ψήφον, ἀπὸ διαβολικῆς διανοίας τοῦτο ποιεῖ· οὐ τοῖνων ἐπανῶν αὐτοὺς, οὐδὲ συγγινώσκων τοῦτο φημι, ἀλλὰ δεικνύς τὴν ἡμετέραν κακίαν)· ἐκεῖνοι τοῖνων, εἰ καὶ ἐγόγγυζον, ἀλλ' εἰς ἐρημον ἤρχοντο· ἡμεῖς δὲ πατρίδα ἔχοντες, καὶ ἐν οἰκίαις ταῖς ἡμετέραις ὄντες, γογγύζομεν. Ἐκεῖνοι δὲ, εἰ καὶ ἐπόρνεον, ἀλλ' ἀπὸ Αἰγυπτιακῶν ἐξεληθόντες ἄρτι κακῶν, καὶ νόμου σχεδὸν οὐκ ἀκούσαντες τοιοῦτο· ἡμεῖς δὲ ἐκ προγόνων τὰ σπητήρια παραλαβόντες δόγματα· ὥστε μερίζοντες κολάσεως [483] ἔσμεν ἄξιοι. Βούλει καὶ ἕτερα ἀκοῦσαι, ὅσα ἔπαθον ἐν Παλαιστίνῃ, λιμοὺς, λοιμοὺς, πολέμους, αἰχμαλωσίας, τὰς ἐπὶ Βαβυλωνίων, τὰς ἐπὶ Ἀσσυρίων, τὰ ὑπὸ Μακεδόνων κακὰ, τὰ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Οὐεσπασιανοῦ; Βούλομαι σοι, ἀγαπητὲ, τι διηγῆσασθαι, ἀλλὰ μὴ ἀποκηδήσῃς; μᾶλλον δὲ πρὸς τοῦτο ἕτερον ἐρῶ. Αἰμὴς ἐγένετό ποτε, φησί, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐβίβριεν ἐπὶ τοῦ κείχους· εἶτα γυνὴ προσελθοῦσα ταῦτα φθάγγεται πρὸς αὐτὸν τὰ ῥήματα· *Βασιλεῦ, εἰπέ μοι ἢ γυνῆ αὕτη· Ὅπτησωμέν σου σήμερον τὸν νότον καὶ φάτωμεν, καὶ αὐριον τὸν ἔμον· καὶ ὠπτήσωμεν, καὶ ἐφάτωμεν· καὶ τὸν αὐτῆς οὐκέτι ἔδωκε.* Τί ταύτης τῆς συμφορᾶς χαλεπώτερον; Πάλιν ἀλλαχοῦ ὁ προφήτης φησί· *Χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρομένων ἤψησαν τὰ τέκνα αὐτῶν.* Ἰουδαῖοι μὲν οὖν τοιαύτην ἔδοσαν δίκην· ἡμεῖς δὲ οὐ πολλῶ μᾶλλον δώσομεν;

δ. Βούλει καὶ ἕτερας αὐτῶν ἀκοῦσαι συμφορᾶς; τὰ Ἰωσήπου ἐπελθε, καὶ μαθήσῃ πᾶσαν ἐκείνην τραγωδίαν, ἂν ἄρα σε παίσωμεν ἀπὸ τούτων ὅτι ἐστὶ γέεννα. Ἐννόησον γὰρ· εἰ ἐκεῖνο· ἐκολάζοντο, διὰ τί ἡμεῖς μὴ κολαζόμεθα; ἢ πῶς εἰκὸς ἡμᾶς μὴ κολάζεσθαι, χεῖρονα ἐκεῖνων πταίοντας; ἢ ὀηλον, ὅτι διὰ τὸ ἀποκείσθαι ἡμῖν τὴν κόλασιν; Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἐπὶ προσώπου ἐνὸς ἐκάστου ἐρῶ πῶς ἐκολάσθησαν· Ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν ὁ Κάϊν. Δεινὸν μὲν τὸ ἀμάρτημα· πῶς γὰρ οὐ; ἀλλ' ἔδωκε δίκην, καὶ χαλεπὴν, καὶ μυρίων ἀνταξίαν θανάτων, καὶ ὑπὲρ ἧς εἴλετο ἂν καὶ μυριάκις ἀποθανεῖν· ἀκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, *Εἰ ἐκβάλλεις με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυθήσομαι, καὶ ἔστικ πᾶς ὁ εὐρίσκων με, ἀποκτενεῖ με.* Εἰπέ οὖν μοι, οὐ τὰ αὐτὰ πράττουσιν ἐκεῖνω πολλοὶ καὶ νῦν; ὅταν γὰρ μὴ σαρκικῶν, ἀλλὰ πνευματικῶν ἀνέλθῃς ἀδελφὸν, οὐχὶ ταυτὸν εἰργάζω; Τί γὰρ, εἰ καὶ μὴ ξίφει, ἀλλ' ἐτέρω τρόπῳ, ὅταν δυνάμενος λύσαι λιμὸν, περιόδῃς; Τί οὖν; οὐδεὶς ἐφθόνησε νῦν τῷ ἀδελφῷ; οὐδεὶς περιέβαλε κινδύνους; ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ ἔδωκαν δίκην. Ἀλλὰ δώσουσιν. Εἶτα ὁ μὲν μὴ νόμων ἀκούσας γραπτῶν μηδὲ προφητῶν, μήτε σημεῖα θεασάμενος μεγάλα, τοσαύτην δίδωσι τιμωρίαν· ὁ δὲ ἐτέρως τὰ αὐτὰ δεδρακώς, καὶ μηδὲ τοσοῦτοις παραδείγμασι σωφρονιζόμενος, ἀτιμώρητος ἐστὶ; καὶ ποῦ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ; ἢ ποῦ τὸ ἀγαθόν; Πάλιν ξύλα τις συλλέξας ἐν τῷ σαβάτῳ, κατελεύσθη· αἰτοὶ γε μικρὰ

αὐτῆ ἡ ἐντολῆ, καὶ τῆς περιτομῆς φαυλοτέρα. Εἶτα ὁ μὲν ζύλα συλλέξας ἐν σαββάτῳ ἐλιθάσθη, οἱ δὲ μυρία ἐργασάμενοι πολλάκις παράνομα ἀπῆλθον ἀτιμώρητοι. Ἄν οὖν μὴ γέεννα ἦ, ποῦ τὸ δίκαιον, ποῦ τὸ ἀπροσωπότητον; Καίτοι πολλά ἐγκαλεῖ αὐτοῖς τοιαῦτα, ὅτι τὰ σάββατα οὐ τηροῦσι. Πάλιν ἄλλος τις ὁ Χαρμῖλ, ἀνάθημα κλέφας, μετὰ τοῦ γένους ἐλιθάσθη παντός. Τί οὖν; οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου ἱερόσυλος γέγονεν; Ὁ Σαοὺλ πάλιν φεισάμενος παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, τσοσάτην ὑπέστη τιμωρίαν· οὐδεὶς οὖν ἐφείσατο ἐξ ἐκείνου; Εἴθε μὲν οὖν τοῦτο· οὐχὶ μᾶλλον α [484] θηρίων ἀλλήλους κατεσθίωμεν παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ οὐδεὶς ἔπεσον ἐν πολέμῳ. Πάλιν οἱ τοῦ Ἥλעי υἱοὶ ἐπειθὴ πρὸ τοῦ θυμιάματος ἤρθιον, δίκην ἔδωσαν χαλεπωτάτην μετὰ τοῦ πατρός. Οὐδεὶς οὖν ἐγένετο πατὴρ βράθυμος περὶ παιδας; οὔτε μοχοθηροὶ παῖδες; ἀλλ' οὐδεὶς ἔδωκε δίκην. Πότε οὖν δώσουσιν, ἂν γέεννα μὴ ἦ; Πάλιν μυρία ἂν τις ἔχοι καταλείπειν ἕτερα. Τί δέ; ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάφειρα, οὐκ ἐπειθὴ ἐκλεψαν ἐξ ὧν ἀνέθηκαν, παραχρήμα ἐτιμωρήθησαν; Οὐδεὶς οὖν ἄρα ἐξ ἐκείνου ταῦτα ἐποίησε; πῶς οὖν οὐκ ἔδωκαν τὴν αὐτὴν δίκην; Ἄρα σε πείθομεν ὅτι γέεννα ἔστιν, ἢ πλείονων σοὶ δεῖ παραδειγμάτων; Οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὰ ἀγραφα ἤξομεν, τὰ νῦν ἐν τῷ βίῳ γινόμενα· ἀναγκαῖον γὰρ πάντοθεν ταύτην ἡμῖν συλλεγθῆναι τὴν ἔννοιαν, ἵνα μὴ μάτην ἑαυτοῖς χαριζόμενοι, βλάπτωμεν ἑαυτούς. Οὐχ ὄρεῖ πολλοὺς ἐν συμφοραῖς, τὰ σώματα ἀναπήρους, μυρία πάχοντας δεινὰ, ἐτέρους δὲ εὐδοκιμοῦντας; διὰ τί οἱ μὲν φόνων δίδασκαί δικας, οἱ δὲ οὐ; Ἀκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· *Τινῶν αἱ ἀμαρτίαι πρόδηλοι εἰσι, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι*. Πόσοι διεφθγον ἀνδροφόνοι; πόσοι τυμωρόχοι; Ἄλλ' ἀφείσθω ταῦτα. Πόσους οὐχ ὄρεῖς κολαζομένους κλάσιν χαλεπὴν; οἱ μὲν νόσῳ μακρᾷ παρεδόθησαν, οἱ δὲ βασάνοις διηνεκέσιν, οἱ δὲ ἐτέροις μυρίοις δεινοῖς. Ὅταν

<sup>d</sup> Lege, εἴθε μὲν οὖν ἦν τοῦτο, καὶ οὐχὶ μᾶλλον, εἰ μοκ καὶ οὐδεὶς ἔπεισον ἂν.

οὖν ἴθης τὰ αὐτὰ ἐκείνοις τετολημηκότα, ἢ καὶ πολλῶ πλείονα, καὶ μὴ διδόντα δίκην, οὐχὶ καὶ ἄκων ὁμολογήσεις τὴν γέενναν; Ἐκλεγε τούτους τοὺς ἐνταῦθα πρὸ σοῦ κεκολασμένους χαλεπῶς, ἐννοεῖ ὅτι ὁ Θεὸς προσωπολήπτης οὐκ ἔστι, καὶ ὅτι μυρία ἐργασάμενος κακὰ, οὐδὲν τοιοῦτον πέπονθας, καὶ ἔξεις τὴν ἔνοιαν τῆς γέεννης. Οὕτω γὰρ ἡμῖν αὐτὴν ὁ Θεὸς ἐγκατέσπειρεν, ὡς μηδένα ἀγνοῆσαι τοῦτο ποτε. Καὶ γὰρ ποιηται καὶ φιλόσοφοι καὶ μυθολόγοι, καὶ πάντες ἀπλῶς ἄνθρωποι, περὶ τῆς ἀνταποδόσεως ἐφιλοσόφησαν τῆς ἐκεῖ, καὶ ἐν ἄδου κολάζεσθαι εἰρήκασιν τοὺς πολλοὺς. Εἰ δὲ ἐκεῖνα μῦθοι, ἀλλ' οὐ τὰ παρ' ἡμῖν. Ταῦτα οὐχ ἀπλῶς φοβῆσαι βουλόμενος καὶ ἐπιβουλοῦν, οὐδὲ βαρῦναι τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, ἀλλὰ σωφρονίσει, καὶ κουφοτέρας ἐργάσασθαι. Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς ἐγὼ μὴ εἶναι κλάσιν, καὶ μάλιστα πάντων ἐγὼ. Τί δή ποτε; Ὅτι ὁμῶν μὲν ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς δέδοικεν· ἐγὼ δὲ καὶ τῆς προστασίας ταύτης εὐθυνας ὑφέξω ὥστε μάλιστα πάντων ἐμὲ διαφυγεῖν ἀδύνατον. Ἄλλ' οὐκ ἔστι μὴ εἶναι κλάσιν καὶ γέενναν. Τί πάθω; Πάλιν ἐπαποροῦσι καὶ φασί· Ποῦ ἂν τοῦ Θεοῦ τὸ φιλόανθρωπον; Πανταχοῦ. Μᾶλλον δὲ ἐν ἐτέρῳ περὶ τοῦτου διαλέξομαι καιρῷ, ἵνα μὴ τοὺς περὶ γέεννης συγχέωμεν λόγους. Τέως δὲ ὅπερ ἐκερδάναμεν ἀπὸ τῶν εἰρημένων, μὴ διαβρῶνῃ κέρδος γὰρ οὐ μικρὸν πεπεισθαι περὶ γέεννης. [485] Ἡ γὰρ τῶν τοιοῦτων λόγων μνήμη καθάπερ τι πικρὸν φάρμακον, πᾶσαν κακίαν ἀποσμηξαί δυνήσεται, συνεχῶς ὑμῶν ἐνιζάνουσα τῇ διανοίᾳ. Χρῶμεθα τοίνυν αὐτῷ, ἵνα καθαρὰν καρδίαν ἐντεῦθεν ἔχοντες, οὕτω καταξιωθῶμεν ἰδεῖν, ἃ μῆτε ὀφθαλμῶς εἶδε, μῆτε οὐς ἤκουσε, μῆτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπῆ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

*Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί, οὐ χρεῖαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν. Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτου ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται.*

α'. Οὐδὲν οὕτως, ὡς ἔοικε, περιεργόν ἐστι καλιχρον πρὸς τὴν τῶν ἀφανῶν καὶ τῶν κεκαλυμμένων μάθησιν, ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. Τοῦτο δὲ αὐτῇ συμβαίνει ἐλωθεν, δταν ἀτελεῖ καὶ μηδέπω κατηρτισμένη τὴν διάνοιαν ἔχη. Καὶ γὰρ τῶν παιδῶν οἱ ἀφελέστεροι οὐ διαλιμπάνουσιν ἀποκναίοντες καὶ τροφείας καὶ παιδαγωγοὺς καὶ πατέρας τῇ πυκνότητι τῶν πύσων, ἐν αἷς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ, πότε τότε ἐστὶ, καὶ πότε τότε. Συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι, καὶ ἀπὸ τοῦ μηδὲν ἔχειν ποιεῖν. Πολλὰ μὲν οὖν ἐπαίγεται μανθάνειν ἦδη καὶ καταλαμβάνειν ἡμῶν ἡ διάνοια, μάλιστα δὲ τὸν περὶ τῆς συντελείας καιρὸν. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ ἡμεῖς τοῦτο πάσχουμεν; καὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἄγιοι ἐκείνοι οἱ ἀπόστολοι μάλιστα αὐτὴ πάντων πεπόνθησι, καὶ πρὸ μὲν τοῦ πύθους πρὸςελθόντες λέγουσι· τῷ Χριστῷ· *Εἰπέ ἡμῖν, πότε*

*ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;* μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔλεγον πρὸς αὐτόν· *Εἰπέ ἡμῖν, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάμεν τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραὴλ*· καὶ οὐδὲν πρὸ τούτου αὐτὸν ἤρουντο. Ἄλλ' οὐ μετὰ ταῦτα οὕτως. Ὅτε γὰρ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἀγίου κατηξιώθησαν, οὐ μόνον αὐτοὶ οὐκ ἐρωτώσιν, οὐδὲ ἀσχάλλουσι πρὸς τὴν ἀγνοίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ταύτην τὴν ἀκαιρον νοσοῦντας πολυπραγμοσύνην καταστέλλουσιν. Ἀκουσον γοῦν οἶα νῦν ὁ μακάριος Παῦλος φησί· *Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί, οὐ χρεῖαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν. Διὰ τί μὴ εἶπεν, ὅτι οὐδεὶς οἶδε; διὰ τί μὴ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀπεκαλύφθη, ἀλλ', Οὐ χρεῖαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν;* Ὅτι ἐκείνος μὲν ἂν ἐλύπησε μᾶλλον· οὕτω δὲ παρεμυθήσατο εἰπών. Τῷ γὰρ, *Οὐ χρεῖαν ἔχετε*, καὶ ὡς περιττόν, καὶ ὡς ἀσύμφορον, ζητεῖν οὐκ εἶπασε. Ποῖον γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ κέρδος; Θῶμεν εἶναι τὴν συντελείαν [486] μετὰ εἰκοσιν ἔτη, μετὰ τριᾶκοντα, μετὰ ἑκατόν· τί τοῦτο πρὸς ἡμᾶς; οὐχ

fratrem interemeris, non idem fecisti? Quid tum enim, si non esse, sed alio modo? quando cum possis sedare famem, neglexeris. Quid ergo? Nullus invidit nunc fratri? nemo coniecit in pericula? sed hic non dederunt pœnas. Verum dabunt. Deinde qui non legem quidem audit scriptam, neque prophetas, neque magna signa vidit, tantum dat supplicium: alter autem qui eadem fecit, et neque tam multis castigatur exemplis, abibit impune? Et ubi est Dei justitia? ubi bonitas? Rursus quidam qui sabbato ligna collegerat (*Num. 15. 32*), lapidibus est obrutus: etsi mandatum est leve, et circumcissione minus. Qui ligna collegerat in sabbato lapidatus est; qui autem sæpe innumerabilia admiserunt contra leges, abibunt impune? Si ergo non est gehenna, ubi est justitia? ubi est quod dicitur, non esse acceptionem personarum? Atqui multorum ejusmodi eos insimulant, quod sabbata non custodiant. Rursus quidam alius filius Charmi anathema suffuratus, cum toto genere obrutus fuit lapidibus. Quid ergo, nemo ex illo tempore fuit sacrilegus? Saül rursus, qui præter Dei voluntatem pepercit, tantum sustinuit supplicium: nullus ergo ab illo tempore pepercit? Utinam quidem ita esset, et non nos magis quam feræ, alter alterum comederemus, contra quam Deo placeat; et nemo in bello cecidisset. Rursus filii Eli quoniam comedebant ante incensum, gravissimas pœnas dederunt cum patre. Nullus ergo pater fuit negligens et indulgens in filios; neque filii improbi et scelerati? at nemo dedit pœnas. Quando ergo dabunt, si non sit gehenna? Rursus potueris recensere innumerabilia. Quid vero? Ananias et Sapphira, quoniam suffurati erant ex iis quæ Deo obtulerant et consecrarant, nonne statim puniti sunt? Nullus ergo hæc fecit ex illo tempore? Quomodo ergo non easdem lucrunt pœnas? Tibine persuademus esse gehennam, an pluribus tibi opus est exemplis? Veniemus ergo etiam ad ea quæ non sunt scripta, quæ nunc sunt: necesse est enim hanc notionem undique nobis colligi, ne temere nobis indulgentes, nos ipsos lætamus. Non vides multos in calamitatibus corporis mancos ac mutilatos, mala pati innumerabilia, alios autem florere et in bona esse existimatione? quare alii quidem dant pœnas cædis; alii vero non? Audi

Paulum dicentem: *Quorundam hominum præcæta manifesta sunt præcedentia ad iudicium; quorundam autem subsequuntur* (*1. Tim. 5. 24*). Quam multi evaserunt qui cædem fecerant? quam multi sepulcrorum effossores? Sed hæc missa fiant. Quot sunt quos non vides gravi puniri supplicio? alii quidem gravi morbo traditi sunt, alii vero perpetuis tormentis, alii autem malis innumerabilibus. Quando ergo videris quempiam, qui eadem quæ ipsi admiserit, et multo plura, et non dat pœnas, annon vel invitus gehennam fateberis? erige eos qui hic ante te sunt graviter puniti; cogita quod Deus personas non respicit, nec earum habet rationem; quod et cum mala feceris innumera, nihil ejusmodi passus es, et tibi in mentem veniet gehenna. Ita enim nobis Deus eam iniecit, ut nemo unquam hoc ignoraverit. Nam et poetæ et philosophi et fabularum scriptores, et omnes, ut semel dicam, homines, de remuneratione quæ illic fit, sunt philosophati, et multos dixerunt puniri apud inferos. Si illa autem sunt fabulæ, sed non ea quæ sunt apud nos. Hæc dixi volens vos non temere terrere, non gravare vestros animos, sed moderatos et leniores reddere. Vellem ipse quoque non esse supplicium, et maxime omnium ego. Quamobrem? Quoniam unusquisque quidem ex vobis de sua timet anima: ego autem sum obnoxius reddendæ rationi hujus præfecturæ; ita ut ego omnium maxime effugere nequeam. Sed fieri non potest ut non sit gehenna et supplicium. Quid agam? Rursus dubitant et dicunt: Ubi est ergo Dei clementia? Ubique. Sed magis de hoc disseram alio tempore, ne sermonem qui fit de gehenna confundamus. Interim autem non effluat quod ex dictis lucrati sumus: non est enim parum lucri de gehenna certam habere persuasionem. Horum enim verborum memoria, tamquam acra aliquod medicamentum, omne vitium poterit abstergere, menti nostræ assidue insidens. Ergo utamur illo, ut inde mundum cor habentes digni habeamur, qui videamus quæ neque oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt: quæ detur nobis omnibus consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA IX.

CAP. 5. v. 1. *De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis. 2. Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.*

1. Nihil, ut videtur, est æque curiosum et ad ea quæ sunt obscura et occulta ediscenda cupidum, atque humana natura. Hoc autem ei solet accidere, quando habet mentem minus perfectam et cultam. Pueri enim simpliciores non cessant obtundere educatores, pædagogos ac parentes crebritate questionum, in quibus nihil est aliud, quam, Quando hoc est, et quando illud. Hoc autem accidit et ex eo quod vivatur in deliciis, et ex eo quod nihil habeant quod agant. Atque multa quidem jam discere et comprehendere contendit mens nostra, maxime autem tempus consumma-

tionis. Et quid mirum, si hoc nobis accidat? nam etiam ipsis illis sanctis apostolis hoc omnium maxime accidit: et ante Christi quidem perpeccionem accedentes dicunt Christo: *Dic nobis quando hæc erunt? et quod est signum adventus tui et consummationis sæculi* (*Matth. 24. 3*)? post perpeccionem autem et resurrectionem a mortuis, dicebant ipsi: *Dic nobis, an in hoc tempore restituis regnum Israel* (*Act. 1. 6*)? et nihil ante hoc ipsum rogarunt. Sed non sic postea. Nam quando sancto Spiritu digni sunt habiti, ipsi non solum non interrogant, neque ægre ferunt ignorantem, sed eos etiam reprimunt qui hac laborant intempestiva curiositate. Audi ergo qualia nunc dicit beatus Paulus: *De temporibus autem aut momentis,*

*fratres, non indigetis ut scribamus vobis.* Cur non dixit, Nemo novit? cur non dixit, Non revelatum est; sed, *Non indigetis ut scribamus vobis?* Quoniam istos sic majori affecisset molestia; sic autem illos consolatus est; illud enim, *Non indigetis*, et tanquam supervacaneum, et tanquam inutile non sinit querere. Quid enim, dic quæso, hinc lucri accedat? Ponamus fore consummationem post viginti annos, post triginta, post centum; quid hoc ad nos? nonne uniuscujusque consummatio est finis vitæ suæ? quid de communi fine curiose es sollicitus et voluti parturis? Sed quod in aliis, in hoc quoque nobis accidit. Sicut enim in aliis, propriis dimissis, curamus communia, dicentes: Ille est scortator, hic est adulter, ille rapuit, alius fecit injuriam; rerum autem suarum nemo ullam habet rationem, sed omnia curat magis quam sua: ita hic quoque, mittentes unusquisque suum finem curare, volumus communem scire dissolutionem. Quid enim tibi est cum illa commune? Si hunc finem recte præparaveris, ab illo fine tibi grave nihil accidet. Sit longe, sit prope; hoc nihil ad nos. Propterea non dixit Christus, quoniam non expediebat. Quomodo non expediebat? inquit. Ipse qui celavit, novit cur non expediret: audi enim ipsum dicentem apostolis: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate (Act. 1. 7).* Quid curiose scrutamini? hoc audivit cum suis Petrus apostolorum princeps et coryphæus; ut qui desiderarent majora quam eos decebat. Maxime, inquit; sed sic licebat ora Græcorum obstruere. Quomodo? die quæso. Quoniam illi dicunt hunc mundum esse deum: si autem sciremus tempus dissolutionis, ora eorum obstrueremus. Plane: hocne est illorum ora obstruere, discere quod aliquando dissolvitur vel quando dissolvatur? Si eorum ora obstruere vultis, dicite eis eum finem habiturum: si hoc non credant, neque illud credent. Audi Paulum dicentem: *Ipsi enim diligenter scitis, quod dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Non communis solum, sed etiam singulis proprias: hic enim illum imitatur, quoniam est ipsi cognatus. Quod enim ille simul et acervatim, hoc hic facit sigillatim; et tempus consummationis ab Adamo accepit initium; et finis cujusque nostrum vitæ est imago consummationis, nec erraverit, qui dixerit consummationem. Nam cum quotidie moriantur innumeri, et illum diem expectent, et ante illum nullus resurgat, non illius est opus? Si vultis autem scire cur ipse sit occultus, et cur tanquam fur veniat in nocte, ego dicam, ut ipse recte se habere existimo. Nemo unquam virtutis per totam vitam curam gesserit, si dies ille sciretur, nec occultus esset; sed cum sciret extremum diem, post mille patrata scelera, ad lavacrum tunc veniret, atque ita hinc migraret. Nam si nunc, cum diei incerti metus omnium concutit animos, omnes, præcedente vita in vitis consumpta, in extremo halitu se dant baptismati: si eum sibi esse extremum plane habuissent persuasum, quis unquam curam gessisset virtutis? Multi excesserunt absque illuminatione, neque baptizati, et ne hic quidem

metus eos erudit, ut curam gerant eorum quæ Deo placent: si hic etiam ablatus esset metus, quis unquam esset modestus? quis bonus et æquus? Nemo. Alium rursus nunc continet et reprimit metus mortis, et amor vitæ: si autem sciret unusquisque futurum, ut cras moreretur, nihil ante eam diem recusaret facere, sed et interficeret quos vellet, mille scelera patraret ulciscens inimicos.

2. *Finis vitæ ignoratur ad utilitatem viventium.* — Nemo enim impurus et sceleratus, qui hujus vitæ spem abjeicit, ne ejus quidem habet rationem qui est indutus purpura. Qui ergo habet persuasum fore ut omnino excedat, et ulciscetur inimicum et suo prius satiato animo, sic mortem accipit. Dicam etiam ali-quid tertium: qui vivendi sunt cupidi, et quæ sunt hic valde appetunt, animi ægitudine et dolore perirent. Si quis enim juvenis sciret se extremum diem clausurum ante senectutem, sicut debilissima et languidissima animalia, postquam fuerint comprehensa, magis deficiunt, finem expectantia: sic ille esset affectus. Neque viri fortes habuissent mercedem. Si enim scirent quod omnino post tres annos oporteret excedere, nec ante illos possent quid facere, quam haberent mercedem, si res graves et asperas aude-rent aggredi? Eis enim quispiam dixerit: Quoniam pro tribus annis bono et fidenti estis animo, propterea aditis pericula, scientes vos antea mori non posse. Qui enim expectat fore ut ex quovis periculo moriatur, et scit fore quidem ut vivat, si non præceps et temerarium capiat consilium; ut moriatur autem, si ea temere et audenter aggrediat, maximum protulit iudicium animi sui alacritatis, et quod hanc vitam despiciat. Exemplo autem hoc vobis faciam manifestum. Si patriarcha Abraham præcians fore ut filium non occideret, eum sursam duxisset, habuissetne aliquam mercedem? Quid vero, si Paulus, cum præcivisset fore ut non moreretur, pericula despexisset, quoniam modo fuisset admirandus? Sic enim vel ignavissimus in ignem desilierit, si aliquem fide dignum haberet sponsorem quod totus sit futurus. Sed tres pueri non sunt ejusmodi, verum quid? Audi eos dicentes: *Rex, est Deus in celo qui nos eripiet e manibus tuis, et ex hac fornace. Quod si non, tibi notum sit quod diis tuis non serviemus, et auream statuam, quam statuisti, non adorabimus (Dan. 3. 17. 18).* Videte quam multa sint lucra, et his plura, ex eo quod ignoretur decessus? Interim autem sufficit hæc didicisse. Propterea tanquam fur, sic venit in nocte, ne nos in vitium præcipites demus, ne in concordiam, ne merces nobis amputetur. *Ipsi enim, inquit, exacte et accurate scitis.* Quid ergo curiose scrutamini, si id est vobis persuasum? Quod autem futurum sit incertum, discite ex eis quæ dixit Christus: quod enim propterea hoc dixerit, audi quid dicat: *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora fur veniat (Math. 24. 42).* Propterea Paulus quoque dicebat: *3. Cum enim dixerint, Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, et non effugiet.* Illic id subindicavit, quod etiam in se-

ἐκάστην ἢ συντέλεια τὸ τῆς αὐτοῦ ζωῆς πέρας ἐστὶ ; τί πολυπραγμονεῖς καὶ ὠδίνεις ὑπὲρ τοῦ κοινῷ τέλους ; Ἄλλ' ὅπερ ἐν τοῖς ἄλλοις πάσχομεν, τοῦτο καὶ ἐν τούτῳ. Καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὰ ἴδια ἀφέντες, τὰ κοινὰ μεριμνῶμεν λέγοντες · Ὁ δαίνα πόρνος, ὁ δαίνα μοιχός, ἐκεῖνος ἤρπασεν ἄλλος ἠδίκησε, τῶν δὲ αὐτοῦ οὐδεὶς ἢ οὐδένα λόγον ποιεῖται, ἀλλὰ πάντων φροντίζει μᾶλλον, ἢ τῶν οικείων · οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἀφέντες τὸ οικεῖον ἕκαστος τέλος μεριμνῶν, τὴν κοινήν βουλόμεθα κατάλυσιν μαθεῖν. Τί γάρ σοι κοινὸν πρὸς ἐκείνην ἐστίν ; Ἄν ταύτην καλῶς διέβη τὴν τελευταίην, οὐδὲν παρ' ἐκείνης πείσῃ δεινόν. Ἔστω πόρῳ, ἔστω ἐγγύς · οὐδὲν τοῦτο πρὸς ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς, ἐπειδὴ μὴ συνέφερε. Καὶ πῶς οὐ συνέφερε, φησὶν ; Αὐτὸς οἶδεν ὁ κρύψας, διὰ τί μὴ συνέφερεν · ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος τοῖς ἀποστόλοις · *Οὐχ ὑμῶν ἐστὶ γινῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*. Τί περιεργάζεσθε λοιπόν ; οἱ περὶ Πέτρον τὸν κορυφαῖον ταῦτα ἤκουσαν, ὡς τὰ μελιζῶνα ἐαυτῶν ζητούντες μαθεῖν. Ναί, φησὶν, ἀλλ' ἐνῆν τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιστομίζεν οὕτω στόματα. Πῶς, εἰπέ μοι ; Ἐπειδὴ ἐκεῖνοι, φησὶ, τὸν κόσμον τοῦτον θεὸν λέγουσιν εἶναι · εἰ δὲ τὸν καιρὸν ἤδειμεν τῆς καταλύσεως, ἐπιστομίσασμεν ἂν αὐτῶν τὰ στόματα. Πάνυ γε · τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ἐπιστομίζον ἐκείνους, τὸ μαθεῖν, ὅτι ποτὲ καταλύεται, ἢ τὸ μαθεῖν πότε καταλύεται ; Εἰ ἐπιστομίζεν βούλεσθε, τοῦτο λέγετε πρὸς αὐτούς, ὅτι πέρας ἔξει · εἰ μὴ πείθονται τούτῳ, οὐδὲ ἐκείνῳ πείσονται. Ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος · *Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτῃς ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται* · οὐχ ἡ κοινή μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκάστου ἰδία · αὕτη γὰρ ἐκείνην μιμεῖται, ἐπειδὴ ὁμοία αὐτῇ ἐστὶ καὶ συγγενής. Ὅπερ γὰρ ἀπόρως ἐκείνη, τοῦτο αὕτη κατὰ μέρος ποιεῖ · καὶ τῆς συντελείας ὁ καιρὸς ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ ἔλαβε τὴν ἀρχήν, τὸ τε τέλος ἐκάστου ἡμῶν τῆς ζωῆς εἰκὼν συντελείας ἐστὶ, καὶ οὐκ ἂν τις ἀμάρτοιο συντελείαν αὐτὸ εἰπῶν. Ὅταν γὰρ μυρία καθ' ἐκάστην ἡμέραν τελευτῶσι, καὶ ἀναμένωσι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἅπαντες, καὶ πρὸ ἐκείνης οὐδεὶς ἀνίσταται, οὐχὶ ἐκείνης τὸ ἔργον ἐστίν ; Εἰ δὲ βούλεσθε μαθεῖν διὰ τί ἀποκέκρυπται αὕτη, καὶ διὰ τί ὡς κλέπτῃς ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται, ἐγὼ, ὡς ἐμαυτῶνδοκῶ καλῶς ἔχειν, ἐρῶ. Οὐδεὶς ἀν ἀρετῆς ἐπεμελήθη ποτὲ παρὰ τὸν ἅπαντα βίον, εἰ δὴλον ἦν καὶ μὴ ἀπακέκρυπτο · ἀλλ' εἰδὼς αὐτοῦ τὴν τελευταίαν ἡμέραν, καὶ μυρία ἔργασάμενος δεινὰ, καὶ τῷ λουτρῷ τότε προσελθὼν, οὕτως ἂν ἀπῆλθεν. Εἰ γὰρ νῦν, τοῦ τῆς ἀδηλίας φόβου κατασελιόντος τὰς ἀπάντων ψυχὰς, πάντες τὸν ἔμπροσθεν βίον ἅπαντα ἐν καλίᾳ καταναλώσαντες, εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς τῷ βαπτισματι διδώσιν ἑαυτούς · εἰ καὶ σφόδρα ὑπὲρ τούτου ἦσαν πεπεικότες ἑαυτούς, τίς ἂν ποτε ἀρετῆς ἐπεμελήθη ; Εἰ γὰρ, καὶ φόβου ἐπιχειμένου, πολλοὶ χωρὶς φωτίσματος ἀπῆλθον, καὶ οὐδὲ οὕτος αὐτοὺς ὁ φόβος ἐπαίδευσεν ζῶντας ἐπιμελεσθαι τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων · εἰ καὶ [487] οὕτως ἀνήρητο ὁ φόβος, τίς ἂν ἐγένετό ποτε σώφρων ; τίς δὲ ἐπισειχῆς ; Οὐκ ἐστὶν οὐδεὶς. Καὶ ἕτερον δὲ πάλιν πολὺ ; ὁ τοῦ θανάτου φόβος κατέχει νῦν, καὶ ὁ τῆς ζωῆς ἔρως · εἰ δὲ ἦδε ἕκαστος, ὅτι αὐρίου πάντως τεθνήσκει, οὐδὲν ἂν παρητήσαστο τολμηῆσαι πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ ἐσφαξεν οὓς ἂν ἠθέλησε, καὶ μυρία ἂν εἰργάσατο δεινὰ, τοὺς ἐχθροὺς ἀμυνόμενος.

• Vocem οὐδεὶς dedit Colbertinus cod. Edit.

β'. Ἄνθρωπος γὰρ μιὰς καὶ τῆς ἐνθάδε ζωῆς ἀπεργακῶς οὐδὲ αὐτοῦ λόγον ἔχει τοῦ τῆν ἀλουργίδα περιεικόμενον. Ὁ τοῖνον παπεισμένος ἐστὶ πάντως, ἀπελθεῖν δεῖ, καὶ ἀμυνεῖται τὸν ἐχθρὸν, καὶ πρότερον ἀναπαύσας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, οὕτως ἂν ἐδέξατο τὴν τελευταίην. Εἴπω τι καὶ τρίτον ἕτερον ; Οἱ φιλοζωῶντες, καὶ σφόδρα τῶν ἐνθάδε ἐπιέμενοι, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἂν καὶ τῆς λύπης διεφάρησαν. Εἰ γὰρ τις τῶν νέων ἐστὶ πρὸ τοῦ γήρωος δέξεται τὴν τελευταίην ἠπίστατο, καθάπερ τὰ νωθρότατα τῶν θηρίων, ἐπειδὴν συλληφθῆ, μᾶλλον τοιαῦτα γίνεται, προσδοκῶντα τὴν τελευταίην, οὕτως ἂν διετέθη καὶ οὗτος. Οὐδὲ αὐτοὶ οἱ γενναῖοι ἄνδρες μισθὸν ἂν ἔσχον. Εἰ γὰρ ἤδρασαν ὅτι πάντως μετὰ τρία ἔτη ἀπελθεῖν δεῖ, καὶ πρὸ ἐκείνων οὐ δυνατόν, ποτὸν ἂν ἔσχον μισθόν, κατατολμῶντες τῶν δεινῶν ; Εἶπε γὰρ ἂν τις πρὸς αὐτούς, ὅτι Ἐπειδὴ θαρῆρατε ὑπὲρ τῶν τριῶν ἐτῶν, διὰ τοῦτο τοῖς κινδύνοισι ἑαυτοὺς ἐκδίδετε, εἰδότες ὅτι ἄλλως οὐκ ἐνὶ ἡμᾶς ἀπελθεῖν. Ὁ γὰρ ἐξ ἐκάστου κινδύνου προσδοκῶν τεθνήσκεισθε, καὶ εἰδὼς ὅτι ζήσεται μὲν μὴ παροβουλεύσασθεαι, τεθνήσκεισθε ; δὲ τοιαῦτα τολμῶν, τῆς αὐτοῦ προθυμίας καὶ τοῦ καταφρονεῖν τῆς ἐνθάδε ζωῆς μέγιστον ἐξήνεγκε τεκμήριον. Ἀπὸ δὲ ὑποδείγματος τοῦτο ὑμῖν ποιήσω φανερόν · Εἰπέ μοι, εἰ ὁ πατριάρχης Ἀδραμὰ προειδὼς ὅτι οὐ σφάζει τὸν υἱὸν ἀνήγαγεν, ἄρα ἂν ἔσχε τινὰ μισθόν ; Τί δὲ, εἰ ὁ Παῦλος προειδὼς, ὅτι οὐ τεθνήσκειται, ὑπερῆδε τῶν κινδύνων, ποῦ δὲ καὶ θαυμαστός ; Οὕτω γὰρ καὶ ὁ νωθρότατος εἰς πῦρ ἐνέβη ἂν, εἰ τινα ἀξιοπίστον ἐγγυητὴν εὔρε τῆς ἀσφαλείας. Ἄλλ' οὐχ εἰ τρεῖς παῖδες τοιοῦτοι · ἀλλὰ τί ; Ἄκουε αὐτῶν λεγόντων · Βασιλεῦ, ἐστὶ θεὸς ἐν οὐρανῷ, ὃς ἐξέλπειται ἡμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν σου, καὶ ἐκ τῆς γαμίνου ταύτης · καὶ ἐν μὴ γυνωστὸν ἔστω σοι, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσοῦ ἢ ἔσθησας, οὐ προσκυνοῦμεν. Ὅρατε πόσα κέρη ἐστὶ, καὶ πλείονα τούτων ἐκ τοῦ ἀγνοεῖν τὴν τελευταίην ; Τέως δὲ ταῦτα ἀπόχρη μαθεῖν. Διὰ τοῦτο ὡς κλέπτῃς ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται · ἵνα μὴ εἰς κακίαν ἐξαγάγωμεν ἑαυτούς, ἵνα μὴ εἰς βραθυμίαν, ἵνα μὴ τὸν μισθὸν ἡμῶν ὑποτέμηται. Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς, φησὶν, οἴδατε. Τί οὖν περιεργάζεσθε, εἰ πεπεισμένοι ἐστέ ; Ὅτι δὲ ἀδηλον τὸ μέλλον, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς εἶπε, μάνθανε · ὅτι δὲ διὰ τοῦτο εἶπεν, [488] ἀκουσον τί φησι · Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποία ὥρα ὁ κλέπτῃς ἔρχεται. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν · Ὅταν δὲ λέγωσιν, Εὐφρόνη καὶ ἀσφάλεια, τότε υἱοῦθὶος αὐτοῖς ἐφίσταται δεσθρος, ὡσπερ ἡ ὠδὴν τῇ ἐν γαστρὶ ἔχουση, καὶ οὐ μὴ ἐκφύρωσιν. Ἐνταῦθα τοῦτο ἠνίκατο, ὅπερ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ εἶπεν Ἐπιστολῇ. Ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι μὲν ἦσαν ἐν θλίψεσιν, οἱ δὲ πολεμούντες αὐτούς ἐν ἀνέσει καὶ ἐν τρυφῇ, εἶτα αὐτὸς μὲν παρεμυθεῖτο τὰ παρόντα δεινὰ τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ, ἐκείνοι δὲ ἐπηρέαζον ἐκ τῶν προγονικῶν ἐνθυμημάτων φθεγγόμενοι καὶ ἔλεγον. Πότε ἔσται ; (ὅπερ καὶ οἱ προφήται ἔλεγον · *Οὐαὶ οἱ λέγοντες, τὸ τάχος ἐγγιστάτω, ἃ ποιήσει ὁ θεὸς, ἵνα ἴδωμεν* καὶ ἔλθτω ἡ βουλή τοῦ ἀγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γινώμεν · καὶ πάλιν · *Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου* (οὐ γὰρ ἀπλῶς ἐπιθυμοῦντας ; λέγει, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τοῦ ἀπιστεῖν ἐπιθυμοῦντας) · καὶ, *Ἡ ἡμέρα Κυρίου σκότος, φθὸς, καὶ οὐ φῶς*) διὰ τοῦτο ἐρρηκεν οὕτω. Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς παραμυθεῖται · ὡς ἂν εἰ ἔλεγε · Μὴ τὸ ἐν εὐπαθείᾳ εἶναι αὐτοὺς τεκμήριον ποιείσθωσαν τοῦ μὴ παραγίνεσθαι τὴν κρίσιν · οὕτω μὲν οὖν καὶ παραγίνεται. Ἄς οὖν δὲ καὶ ἐκείνο ζητῆσαι ·

εἰ ὁ Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ ὁ Ἑλλάς ἔρχεται, πῶς ὅταν λέγωσιν, *Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια*, τότε αὐτοὺς αἰφνίδιος βλεθρὸς ἐπίσταται; ταῦτα γὰρ οὐκ ἀφήσει μὴ εἰδῆναι τὴν ἡμέραν, τεκμήρια ὄντα τῆς παρουσίας αὐτῆς. Ἄλλ' οὐ τοῦτον τὸν καιρὸν αἰνίττεται, τοῦ Ἀντιχρίστου λέγω, οὔτε τὴν ἡμέραν ἐκείνην φησίν, ὅτι σημειῖον ἔσται τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι ὁ Χριστὸς οὐχ ἕξει σημείον, ἀλλ' ἀθρόον καὶ ἀπροσδοκῆτως ἦξει. Καὶ μὴν τῇ κυούσῃ<sup>α</sup>, φησίν, οὐκ ἐφίσταται ἀδήλως· οἷδε γὰρ ὅτι μετὰ ἐννέα μῆνας ἔσται ὁ τόκος. Καὶ σφόδρα μὲν οὖν ἀδήλως· αἱ μὲν γὰρ ἑπταμηνιαῖα ἔτεκον, αἱ δὲ ἐννεαμηνιαῖα· ἄλλως δὲ καὶ ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἀδηλος τοῦ τόκου. Πρὸς τοῦτο οὖν φησι ταῦτα ὁ Παῦλος. Καὶ ἀκριβὴς ἡ εἰκὼν· οὐ γὰρ πολλὰ τῆς ὠδίνος ἔστι τὰ τεκμήρια· πολλὰ γοῦν οὕτω καὶ ἐν ὁδοῖς καὶ τῆς οἰκίας ἕξω, μὴ προειδυῖται, ἔτεκον. Οὐ τὸ ἀδελόν δὲ μόνον ἐνταῦθα ἠνίκατο, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὀδύνης πικρὸν. Ὅσπερ γὰρ ἐκείνη παίζουσα, γελῶσα, οὐδὲν ὄλωσ προοριωμένη, ἐξαίφνης ἀρρήτοις κατασχεθεῖσα πόνοις διακόπτεται ταῖς ὠδῖσιν· οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ ἐκεῖναι, τῆς ἡμέρας· ἐπελευθούσης ἐκείνης. Καὶ οὐ μὴ ἐκφυγῶσιν. Εἴτα δεικνύς ὅτι οὐ περὶ αὐτῶν ταῦτα λέγει, ἐπήγαγεν· *Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοί, οὐκ ἐστὲ ἐν σκοτει, ἵνα ἡ ἡμέρα ἡμῶν ὡς κλέπτῃς καταλάβῃ*.

γ'. Ἐνταῦθα τὸν σκοτεινὸν καὶ ἀκάθαρτον βίον φησὶ. Καθάπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πάντα πράττουσιν οἱ μιᾶροι καὶ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων, πάντα λαθάνοντες, καὶ ἐν σκοτῷ κατακλείοντες ἑαυτοὺς. Εἰπέ γάρ μοι, οὐχὶ τὴν ἐσπέραν παρατηρεῖ ὁ μοιχός; καὶ οὐχὶ τὴν νύκτα ὁ κλέπτης; ὁ τυμβωρύχος οὐχὶ πᾶσαν τὴν ἔργασίαν ἐν νυκτὶ ἔχει; Τί οὖν; οὐχὶ ὡς κλέπτης αὐτοὺς καταλαμβάνει; οὐχὶ καὶ αὐτοὺς ἀδήλως ἐπίσταται; Ἄλλὰ [489] προΐσασι; Πῶς οὖν λέγει, *Οὐ χρεῖαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν*; Ἐνταῦθα οὐ πρὸς τὸ ἀδελόν φησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν συμφορὰν· τουτέστιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτῶν ἦξει. Ἀδήλως μὲν γὰρ ἦξει καλαυτοῖς, πλήν ἀλλ' οὐδενὶ περιβαλεῖ λυπηρῷ. *Ἴνα ἡ ἡμέρα, φησὶν, φε κλέπτῃς ἡμῶν καταλάβῃ*. Ἐπὶ γὰρ ἐργηροῦσαν καὶ ἐν φωτὶ ὄντων, κἂν γένηται τις εἰσοδος ληστοῦ, οὐδὲν λυμῆνασθαι δυνήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὀρθῶς ζώντων· ἀλλ' ἐκείνους τοὺς καθεύδοντας πάντων γυμνώσας ἄπεισι, τοὺς τοῖς ἐνθάδε θαρροῦντας. Εἴτα καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτῶν· ἐπάγει γάρ· *Πάντες γὰρ ὑμεῖς, φησίν, υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας*. Καὶ πῶς ἐνι, φησίν, υἱοὺς ἡμέρας εἶναι; Ὡς υἱοὺς ἀπωλείας, ὡς υἱοὺς γέννησης. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς Φαρισαίοις· *Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι πᾶριάζετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἐνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν γενένην υἱόν· καὶ ὁ Παῦλος· Δι' αὐτὸν ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας*, τουτέστι, τοὺς τὰ τῆς γέννησης πράττοντας, τοὺς τὰ τῆς ἀπειθείας. Ὅσπερ οὖν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ οἱ τὰ τῷ Θεῷ δοκούντα πράττοντες, οὕτω καὶ υἱοὶ ἡμέρας καὶ υἱοὶ φωτός, οἱ τὰ τοῦ φωτός πράττοντες. *Οὐκ ἐσμέν νυκτός οὐδὲ σκοτῶν*. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήσωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτός καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτός μεθύουσι·

*ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντας, νήσωμεν*. Δείκωσιν ἐνταῦθα ὅτι τὸ ἐν ἡμέρᾳ εἶναι ἡμῶν· ἐστὶν. Καὶ ἐνταῦθα μὲν, ἐπὶ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ τῆς νυκτός λέγω, οὐχ ἡμῶν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀκότων ἡμῶν ἔρχεται ἡ νύξ, καὶ μὴ βουλομένων ὕπνος ἐπίσταται· ἐπὶ δὲ τῆς νυκτός ἐκείνης καὶ τοῦ ὕπνου, οὐκέτι, ἀλλ' ἔξεστι διαπαντὸς ἐργηροῦναι, ἔξεστι διαπαντὸς ἡμέραν ἀγειν. Τοὺς γὰρ τῆς ψυχῆς ὄφθαλμοὺς κλειῖσαι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς κακίας ὕπνον ἐπαγαγεῖν, οὐκ ἔστι φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως. Ἄλλὰ γρηγορῶμεν, φησὶ, καὶ νήσωμεν. Ἐξεστι γὰρ ἐργηροῦντα καθεύδειν, μηδὲν πράττοντα ἀγαθόν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, *Καὶ νήσωμεν*. Καὶ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ ἂν γρηγορῇ τις, μὴ νήσῃ δὲ, μυριοὶ περιπεσεῖται δεινοῖς. Ὅσπερ γρηγορήσεως ἐπιτασὶς ἡ νῆψις ἐστὶν.

Οἱ καθεύδοντες, φησὶ, νυκτός καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτός μεθύουσι. Μέθη ἐνταῦθά φησιν οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ πάντων τῶν κακῶν. Καὶ γὰρ μέθη ψυχῆς πλοῦτος, καὶ χρημάτων ἐπιθυμία, καὶ σωμάτων ἔρωσ, καὶ πᾶν ἄπερ ἂν εἴη, μέθη ψυχῆς ἐστὶ. Διὰ τί δὲ ὕπνον τὴν κακίαν ἐκάλεσεν; Ὅτι πρῶτον μὲν ἀνεργητὸς ἐστὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν ὁ τοιοῦτος· ἐπειτα, δὲ· πάντα φαντασιεύεται, καὶ οὐδὲν ἀληθὲς ὄρα, ἀλλ' ὄνειράτων ἐστὶ μεστός, καὶ ἀτόπων πολλὰκις πραγμάτων· ἂν δὲ τι χρηστὸν ἴδῃ, οὐδὲν ἔχει βέβαιον οὐδὲ πεπηγός. Τοιοῦτον ὁ παρῶν βίος ἐστὶν· ὄνειράτων καὶ φαντασίας γέμει. Ὁ πλοῦτος ὄναρ, ἡ δόξα, πάντα τὰ τοιαῦτα. Ὁ καθεύδων, τὰ μὲν ὄντα καὶ ἀληθῶς ὑφεστῶτα οὐχ ὄρα, τὰ δὲ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα φαντασιεύεται. Τοιαυτὴ ἡ κακία ἐστὶ, [490] καὶ ὁ ἐν κακίᾳ βίος· οὐχ ὄρα τὰ ὄντα, τουτέστι, τὰ πνευματικά, τὰ οὐράνια, τὰ μένοντα, ἀλλὰ τὰ μέοντα καὶ ἀφιπτάμενα καὶ ἀποπηδῶντα ταχέως ἡμῶν. Οὐκ ἀρκεῖ δὲ ἐργηροῦναι καὶ νήφειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ καθοπλιῖσθαι. Κἂν γὰρ ἐργηροῦς τις ἦ καὶ νήσων, μὴ ἔχη δὲ ὄπλα, ταχέως αὐτὸν οἱ λησταὶ κατεργάζονται. Ὅταν οὖν καὶ ἐργηροῦναι χρῆ καὶ νήφειν καὶ καθοπλιῖσθαι, ἡμεῖς δὲ ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ ὤμεν καὶ καθεύδωμεν, τίς κωλύσει ἐκείνους πῆξαι τὴν μάχαιραν; Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν, ὅτι ὄπλων ἡμῖν δεῖ, ἐπήγαγεν· *Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντας νήσωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης· καὶ περισκεφαλῶμεν, ἐπιθῶ σωτηρίας*. — Πίστεως καὶ ἀγάπης, φησίν. Ἐνταῦθα βίον μετὰ δογμάτων ὀρθῶν αἰνίττεται. Ὅρα πῶς ἐδήλωσε τί ἐστὶ τὸ ἐργηροῦναι καὶ νήφειν, τὸ ἔχειν θώρακα, φησὶ, πίστεως καὶ ἀγάπης. Πίστιν οὐ τὴν τυχοῦσάν φησιν, ἀλλὰ τὴν ζέουσαν, τὴν εὐλοκρινῆ, τὴν ἀγειρώτους ποιούσαν τὸν προδοθημένους αὐτῆν. Ὅσπερ τὸν θώρακα οὐδὲν ἂν διατέμωι ταχέως, ἀλλ' ἐστὶν ἀφανὲς· τειχίον τῷ στηθεῖ· οὕτω καὶ σὺ πίστιν καὶ ἀγάπην περιέλασον τῇ ψυχῇ, καὶ οὐδὲν τῶν πεπυρωμένων βελῶν τοῦ διαδόλου ἐμπαγήνηαι δυνήσεται. Ἐνθα γὰρ ἡ β προκατεληγμένη τῷ τῆς ἀγάπης ὄπλῳ τῆς ψυχῆς ἡ δύναμις, πάντα εἰκὴ καὶ μάτην κατασκευάζουσι οἱ ἐπιβουλεύοντες. Ὅτε γὰρ πονηρία, οὐκ ἔχθρα, οὐ βασκανία, οὐ κολακεία, οὐχ ὑπόκρισις, οὐκ ἄλλο οὐδὲν καθικέσθαι δυνήσεται τῆς τοιαύτης ψυχῆς. Οὐχ ἀπλῶς δὲ ἀγάπην εἶπεν, ἀλλ' ὡς θώρακα ἰσχυρὸν εἶπεν ἐνδύσασθαι. Εἴτα οὕτως εἰ-

• Sic recte Colb. Editi, καὶ γὰρ τῇ κυούσῃ.

b Lego ἐνθα γὰρ ἂν ἦ.



cunda Epistola. Nam quoniam isti quidem erant in afflictione, illi autem in otio et deliciis, qui cum illis bellum gerebant: subinde mala presentia consolatur hoc sermone de resurrectione. Illi insultabant ex avorum loquentes cogitationibus, et dicentes: Quando erit? (quod quidem carpebant etiam prophetæ: *Væ dicentes, Cito appropinquat quæ faciet Dominus, ut videamus; et veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus [Isai. 5. 19]; et rursus, Væ qui desiderant diem Domini [Amos. 5. 18]* « non enim absolute dicit eos qui desiderant, sed eos qui desiderant eo quod non credant; » et, *Dies Domini, inquit, tenebræ, et non lux [Ibid.]*: ideo hoc dicit. Vide ergo quomodo eos consolatur Paulus, quasi diceret: Non ex eo, quod in voluptate vivaat et deliciis, conjiciant quod non adveniat iudicium: nam sic quoque advenit. Operæ pretium est autem illud quoque querere: Si Antichristus venit, et Elias venit, quomodo quando dicunt, *Pax et securitas*, tunc eis repentinus supervenit interitus? hæc enim non sinunt diem ignorari, cum sint iudicia ejus adventus. Sed non hoc tempus Antichristi subindicat, neque illum diem; quoniam illud erit signum adventus Christi, ipse autem non habebit signum, sed statim et repente veniet et ex inopinato. At enim prægnanti, inquit, tempus non clam supervenit; scit enim post novem menses partum futurum. Imo vero valde incerta res est: nam aliæ pariunt septimo mense, aliæ nono: alioquin etiam et dies et hora partus est incerta. Ille ergo est Pauli scopus. Et accurata est similitudo: non sunt enim multa partus indicia: nam multæ etiam in viis pariunt et extra domum, cum non præcivissent. Non solum autem hic innuit tempus incertum, sed etiam doloris acerbiter. Sicut enim illa ludens, ridens, nihil omnino prævidens, repente inexplicabilibus arrepta doloribus, in pariendo labore discerpitur: ita etiam animæ illæ, cum dies advenerit. *Et non effugient.* Deinde ostendens se de illis non loqui, subjungit: 4. *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille tanquam fur comprehendat.*

3 Hic tenebricosam et impuram dicit vitam. Tanquam enim in nocte omnia agunt impuri et scelerati homines, omnes latentes, et se in tenebris includentes. Nam, dic mihi, nonne vesperam observat adulter, nonne fur noctem? et qui sepulcra effodit, annon nocte id totum operatur? Quid vero; annon tanquam fur eos comprehendit? annon eis clanculum advenit? Sed ipsis scientibus? Quomodo ergo dicit, *Non indigetis ut scribamus vobis?* Hic loquitur non respiciens ad incertum tempus, sed ad calamitatem: hoc est, non veniet in malum ipsorum. Nam obscure et clam eis etiam veniet, sed eos in nullam conjiciet molestiam. *Ut dies, inquit, vos tanquam fur comprehendat.* Nam apud eos qui vigilant et sunt in luce, etiamsi ingressus fuerit latro, nihil damni afferre poterit: ita etiam in iis qui recte vivunt; sed iHis qui dormiunt omni re spoliatis et nudatis recedit, iis, inquam, qui his nimium confidunt. Deinde

aliud subjungit: 5. *Omnes enim vos, inquit, filii lucis estis, et filii diei.* Et quomodo fieri potest ut sint filii diei? Tanquam filii perditionis, tanquam filii gehennæ. Ideo Christus dicebat Pharisæis: *Væ vobis, quoniam circumitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum; et cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ (Math. 23. 15);* et Paulus, *Propter quæ venit ira Dei super filios inobedientiæ (Col. 3. 6);* hoc est, qui quæ sunt gehennæ faciunt, qui quæ sunt inobedientiæ. Ut ergo filii Dei sunt qui agunt quæ Deo placent, ita etiam filii diei et filii lucis, qui agunt quæ sunt lucis. *Non sumus noctis neque tenebrarum.* 6. *Igitur non dormiamus, sicut et cæteri, sed vigilemus et sobrii simus.* 7. *Qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: 8. nos autem, qui diei sumus, sobrii simus.* Ille ostendit quod in die esse, sit nostrum. Nam hic quidem, dico de hac die et nocte, non est nostrum, sed vel nobis invitis venit nox, et nobis nolentibus adest somnus: in illa autem nocte et somno non est ita, sed licet perpetuo vigilare, licet perpetuo diem agere. Nam animæ claudere oculos, et a vitio somnum inducere, non est naturæ, sed liberi arbitrii. *Sed vigilemus, inquit, et sobrii simus.* Licet enim ei qui vigilat dormire, nihil boni agendo: propterea subjungit, *Et sobrii simus.* Etenim in die si quis vigilet, non sit autem sobrius, in mala incidet innumerabilia. Quamobrem vigiliæ intensio est sobrietas.

*Omne vitium est ebrietas animæ. — Qui dormiunt, inquit, noctu dormiunt; et qui inebriantur, noctu inebriantur.* Ebrietatem hic dicit, non eam solum quæ est a vino, sed eam etiam quæ est ab omnibus malis. Ebrietas enim animæ sunt divitiæ, et pecuniæ cupiditas, et amor corporum; et quodcumque dixeris, est ebrietas animæ. Cur autem vitium vocavit somnum? Quoniam primum quidem qui est ejusmodi, caret omni actione virtutis: deinde visione et phantasia omnia apprehendit, nihil verum videt, sed est plenus somniis et absurdis sæpe rebus: si quid autem boni viderit, nihil habet firmum nec solidum. Talis est vita præsens: est plena somniis et visione. Divitiæ sunt somnium, et gloria, et quæcumque sunt hujusmodi. Qui dormit, ea quæ sunt et quæ vere consistunt non videt: quæ autem non sunt, tanquam quæ sint visione apprehendit. Tale est vitium, et quæ in vitio agitur vita: non videt quæ sunt, hoc est, spiritualia, cælestia, manentia; sed quæ fluunt et avolant, et cito a nobis resiliunt. Non satis est autem vigilare, et esse sobrium, sed etiam oportet armari. Nam etiamsi quis sit vigilans et sobrius, non habeat autem arma, latrones eum cito conficiunt. Cum ergo nos oporteat et vigilare, et esse sobrios, et armari; simus autem inerme et nudi, et dormiamus: quis vetabit quominus in nos desigat ense? Quare significans armis opus esse nobis, subjungit: 8. *Nos autem qui diei sumus, vigilemus, induti lorica fidei et caritatis, et galeam spem salutis. Fidei, inquit, et caritatis.* Hic vitam innuit et recta dogmata. Vide quomodo ostendit quid sit vigilare et esse sobrium, nempe habere lorica

boni et caritatis. Non quamvis dicit fidem, sed ferventem, sinceram, que tutos servare possit ea utentes. Sicut lorica nihil facile dissecuerit, sed est occultus murus pectori: ita etiam tu fidem et caritatem adige animæ, et nullum ex ignitis telis diaboli poterit infigi. Ubi enim armis caritatis protecta et munita est vis animæ, omnia temere ac frustra struunt et parant qui insidiantur: neque enim malitia, nec inimiticitia, nec invidia, non assentatio, non hypocrisis, aut quid ejusmodi animam poterit attingere. Non solum dixit caritatem, sed tamquam lorica validam indui oportere dixit. Deinde subjungit, *Et galeam spem salutis*. Sicut enim galea conservat id quod est præcipuum in nobis, nempe caput, amplectens et undique tegens: ita etiam spes non sinit rationem concidere, sed rectam constituit tamquam caput, nihil externum in ipsum sinens cadere. Quamdiu autem nihil in eam cadit, nec ipsa labitur: is enim qui est his armis munitus, fieri non potest ut cadat. *Manent enim fides, spes, caritas, tria hæc* (1. Cor. 13. 13). Deinde cum dixisset, *ludite, et circumponite*, ipse apparat arma, et ostendit unde prodeant fides, spes, et caritas, et fiant arma fortiora: 9. *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, 10. qui mortuus est pro nobis*.

4. Quamobrem non ad hoc vocavit ut perderet, sed ut servaret. Quod autem hoc velit, undenam constat? Filium suum dedit pro nobis: adeo desiderat ut nos salvi simus, ut Filium suum dederit, et non solum dederit, sed dederit ad mortem. Ex his cogitationibus et considerationibus spes nascitur. Ne de te enim desperes, o homo, ad Deum veniens, qui propter te ne Filio quidem suo pepercit: ne propter mala præsentia animum despondeas. Qui Unigenitum dedit ut te servaret, et eriperet a gehenna, cuiam de cætero parceret pro tua salute? Quamobrem oportet omnia bona sperare. Si enim iremus ad iudicem nos judicaturum, et qui pro nobis tantam ostendisset dilectionem ut filium suum mactaret, non extimesceremus. Bona ergo speremus et magna: caput enim et summam accepimus, si credimus. Vidimus enim exemplum; diligamus: extremæ enim esset amentia, eum non diligere qui ita est affectus. *Ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus*. 11. *Propter quod consolemini invicem et edificate alterutrum, sicut et facitis*. Et rursus alibi, *Sive vigilemus, sive dormiamus* (v. 6) [a]. Sed alterum illic dicit somnum, et hic alterum: hic enim mortem dicit corporalem, illic vero incuriam circa vitam. Hoc est, Pericula ne formidatis; etiamsi mortui fuerimus, vivemus: ne desperes, quoniam es in periculo; habes pignus certum et validum: si non nostri amore valde arderet, Filium suum non dedisset. Quamobrem etiamsi mortuus fueris, vives: nam ipse quoque est mortuus. Sive ergo mortui fuerimus, sive

vivamus, cum ipso vivemus. Hoc est indifferens; nihil mea refert vivamne an moriar; cum illo enim vivemus. Omnia ergo agamus pro illa vita, omnia operemur ad illam aspicientes. Tenebræ est vitium, o dilecte, mors est, nox est, nihil videmus eorum quæ oportet, nihil agimus eorum quæ convenit. Sicut mortui sunt deformes et fœtidi, ita animæ eorum qui sunt in vitio, sunt plenæ multa immunditia: clausi sunt eorum oculi, os est compressum, immobiles manent in lecto vitii; imo vero sunt miserabiliores iis quibus hæc accidunt. Nam isti quidem ad utraque sunt mortui; illi autem ad virtutem quidem nullo sunt sensu præditi, viventes autem ad vitium. Mortuum si quis percusserit, non sentit nec ulciscitur, sed sicut lignum aridum, ita etiam anima revera est arida, ut quæ vitam amisit: innumerabilia quotidie accipit vulnera, et nihil sentit, sed nullo dolore afficitur ad omnia. Non aberraverit si quis eos comparet furiosis, ebriis et delirantibus. Hæc autem omnia habet vitium, et omnibus adhuc graviora. Furioso multum ignoscitur a videntibus; non laborat enim morbo liberi arbitrii, sed solius naturæ: et autem qui degit in vitio quomodo ignoscetur? Unde ergo vitium? unde sit quod plures sunt mali? Undenam? interrogas tu: dic mihi undenam est vitium morborum? unde morbi? unde est phrenesis? undenam est gravis somnus? annon ex segnitie et ignavia? Si morbi naturales habent initium ab eligente voluntate, multo magis qui sunt liberi arbitrii. Unde ebrietas? annon ex animi intemperantia? phrenesis, annon ex nimia febris vi? febris autem, annon ex elementis quæ abundant in nobis? eorum autem quæ sunt in nobis nimia elementorum abundantia, annon ex segnitie et ex eo quod non attendatur? Quando enim vel defectu vel exsuperatione eduxerimus humorum nostrorum immoderationem, ignem illum accendimus. Rursus, si accensam flammam pergamus despiciere, rogam in nobis efficimus, quem ne possumus quidem extinguere. Ita etiam sit in vitio, quando ipsum incipiens non prohibemus nec excindimus, neque ad finem ejus deinceps possumus pervenire, sed id nostras vires superat. Quamobrem rogo omnia ita agamus ut numquam dormitemus. Non videtis quod cum custodes sæpe somno se parum dederint, eis magna custodia nihil profuit? nam per illud paucum universum perdidit, magna data licentia ac securitate ei qui voluerit suffurari. Nam sicut nos non ita videmus fures sicut illi nos, ita etiam diabolus omnium maxime instat et insidiat et stridet dentibus. Ne igitur dormitemus: ne dicamus, Nihil mali ex hoc accidit, nihil ex illo. Unde non expectavimus, sæpe fuimus spoliati. Ita etiam in vitio, unde non expectavimus, perimus. Omnia diligenter et accurate circumspectamus: ne inebriemur et non dormiemus; ne nos expleamus deliciis, et non dormiemus; ne ad ea quæ sunt externa insaniamus, et perseverabimus in sobrietate: nos omni ex parte componamus: et sicut eos qui super fanem intensum gradiuntur, ne

(a) Melius legeretur, non dormiamus, sed vigilemus et sobrii simus, ut habetur in textu quem citavimus et certe in mente habuit Chrysostomus. Menda subrepperit.

τῶν ἐπάγει· *Καὶ περικεφαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας.* Καθάπερ γὰρ ἡ περικεφαλαία τὸ καιρῖον σώζει τῶν ἐν ἡμῖν, τὴν κεφαλὴν περιβάλλουσα καὶ πάντοθεν στεγάζουσα· οὕτω καὶ ἡ ἐλπίς τὸν λογισμὸν οὐκ ἀφίσει διαπεσεῖν, ἀλλ' ὄρθον ἰσθῆτιν ὡσπερ καφαλὴν, οὐδὲν τῶν ἐξωθεν εἰς αὐτὸν πεσεῖν ἐῴσα. Ἔως δ' ἂν μὴδὲν καταφέρηται, οὐδὲ αὐτὴ ἐπολιθῆται· τὸν γὰρ τοῦτοις πεφραγμένον τοῖς ὅπλοις οὐκ ἐνι ποτὲ πεσεῖν. *Μένει γὰρ, φησί, πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα.* Εἶτα εἰπὼν, ἐνδύσασθε καὶ περιθέσθε, αὐτοὺς κατασκευάζει τὰ ὅπλα λοιπὸν, καὶ δείκνυσιν ὅθεν ἂν τεχθεῖ πίστις καὶ ἐλπίς καὶ ἀγάπη, καὶ τὰ ὅπλα ἰσχυρότερα γένοιτο, ἐπάγων καὶ λέγων· *Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν.*

δ'. Ὅποτε οὐ πρὸς τοῦτο ἐκάλεσεν εἰς τὸ ἀπολέσαι, ἀλλ' εἰς τὸ σώσαι. Καὶ ὅτι τοῦτο βούλεται, πόθεν ὀηλοῦν; Τὸν γὰρ αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, φησί· οὕτως ἡμᾶς ἐπιθυμῶν σωθῆναι, ὅτι τὸν γὰρ αὐτοῦ ἔδωκε, καὶ οὐκ ἀπλῶς ἔδωκεν, ἀλλ' εἰς θάνατον. Ἀπὸ τούτων τῶν λογισμῶν ἡ ἐλπίς τικτεται. Μὴ γὰρ ἀπογνῶς, ἄνθρωπε, πρὸς τὸν θεὸν ἀπερχόμενος τὸν μηδὲ Ἰού φεισάμενον διὰ σέ· μὴ ἀπαγορεύσης τοῖς παροῦσι κακοῖς. Ὅ τὸν Μονογενῆ δούς, ἵνα σε σώσῃ καὶ τῆς γεέννης ἐξέλθῃται, τίνας φείσεται λοιπὸν ὑπὲρ τῆς σῆς σωτηρίας; Ὅποτε ἐλπίζεις χρὴ πάντα χρῆσθαι. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πρὸς δικαστὴν ἀπῆμιεν μέλλοντα κρίνειν [491] ἡμᾶς, καὶ τοσαύτην ἀγάπην ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιδειγμένον, ὡς τὸν υἱὸν κατασφάζει, εἰδισαμένον ἂν. Ἐλπίζωμεν οὖν χρῆσθαι καὶ μεγάλα· τὸ γὰρ κεφάλαιον ἐλάβομεν, εἰ πιστεύομεν. Εἶδομεν γὰρ τὸ ὑπόδειγμα· ἀγαπήσωμεν· ἐσχάτης γὰρ ἀνοίας τὸ μὴ τὸν οὕτω διατεθέντα ἀγαπήσαι. *Ἴνα, εἰτε γρηγοροῦμεν, φησί, εἰτε καθεύδομεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν.* Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἰς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, *Εἰτε γρηγοροῦμεν, εἰτε καθεύδομεν* α'. Ἄλλ' ἔτερον ἐκεῖ τὸν ὕπνον φησί, καὶ ἕτερον ἐνταῦθα· ἐνταῦθα μὲν γὰρ τὸν θάνατον δηλοῖ τὸν σωματικόν, ἐκεῖ δὲ τὴν περὶ τὸν βίον ἀμέλειαν. Ὅ οὖν δηλοῖ, τοῦτο ἐστὶ· τοὺς κινδύνους μὴ δεδοίκατε· κἂν ἀποθάνωμεν, ζησόμεθα. Μὴ ἀπελπίζετε, ὅτι κινδυνεύετε· ἔχετε ἐνέχυρον ἀσφαλές· οὐκ ἂν, εἰ μὴ σφέδρα ἡμῶν περιεκαίετο, τὸν γὰρ αὐτοῦ ἔδωκεν. Ὅποτε κἂν ἀποθάνη, ζήσῃ· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἀπέθανεν. Ἄν τε οὖν ἀποθάνωμεν, ἂν τε ζῶμεν, μετ' αὐτοῦ ζησόμεθα. Ἀδιάφορον τοῦτο ἔχω· οὐδὲν μοι μέλει, ἂν τε ζῶ, ἂν τε ἀποθάνω· μετ' ἐκείνου γὰρ ζησόμεθα. Πάντα οὖν ὑπὲρ ἐκείνης πράττωμεν τῆς ζωῆς, πάντα πρὸς ἐκείνην ὀρώντες ἐργαζόμεθα. Σκότος ἐστὶν ἡ κακία, ἀγαπητὲ, θάνατός ἐστι, νύξ ἐστίν, οὐδὲν ὀρώμεν τῶν δεόντων, οὐδὲν πράττομεν τῶν προσηκόντων. Καθάπερ οἱ νεκροὶ δυσσευδεῖς εἰσι καὶ ὀδωδοτές, οὕτω καὶ εἰ ψυχὰι τῶν ἐν κακίᾳ πολλῆς εἰσιν ἀκαθαρσίας μεστοί· μέμικεν αὐτῶν τὰ ὄμματα, τὸ στόμα συνεληπται, ἀκίνητοι μένουσιν ἐν τῇ κλίῃ τῆς κακίας· μᾶλλον δὲ τῶν ταῦτα παθόντων ἔλεινότεροι. Οὗτοι μὲν γὰρ πρὸς ἑκάτερα νεκροὶ, ἐκεῖνοι δὲ πρὸς μὲν ἀρετὴν ἀναίσθητοι, ζῶντες δὲ

πρὸς κακίαν. Νεκρὸν κἂν πλήξῃ τις, οὐκ αἰσθάνεται, οὐδὲ ἀμύνεται· ἀλλ' ὡσπερ ξύλον αὐὸν ἢ οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ αὐὸν ὁντως ἐστίν, ἀποβαλοῦσα τὴν ζωὴν· μωρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβάνει τραύματα, καὶ οὐδενὸς αἰσθάνεται, ἀλλ' ἀναλήγτως πρὸς πάντα διάκειται. Οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι τοῖς μεμνημένοις αὐτοῦ παραβάλλον, τοῖς μεθύουσι, τοῖς παραπαλοῦσι. Πάντα δὲ ταῦτα ἔχει ἡ κακία, καὶ πάντων ἐστὶ χαλεπώτερα. Ὁ μαινόμενος ἔχει πολλὴν συγγνώμην παρὰ τῶν ὀρώντων· οὐ γὰρ ἐστὶ προαιρέσεως τὸ νόημα, ἀλλὰ φύσεως μόνης· ὁ δὲ ἐν κακίᾳ διάγων, πόθεν συγγνωσθήσεται; Πόθεν, οὐκ ἔχει κακία; πόθεν οἱ πλείους κακοί; Πόθεν, ἐρωτᾷς; εἰπέ μοι σὺ, πόθεν ἡ κακία τῶν νοσημάτων; πόθεν φρενίτις; πόθεν ὕπνος βαρῦς; οὐχὶ ἐξ ἀπροσεξίας; Εἰ τὰ φυσικὰ νοσήματα ἀπὸ προαιρέσεως ἔχει τὴν ἀρχὴν, πολλῶ μᾶλλον τὰ προαιρετικά. Ἡ μέθῃ πόθεν; οὐχὶ ἐξ ἀκρασίας ψυχῆς; ἡ φρενίτις οὐχὶ ἀπὸ υπερβολῆς πυρετοῦ; ὁ δὲ κυρετὸς οὐχὶ ἀπὸ πλεοναζόντων ἐν ἡμῖν στοιχείων; ἡ πλεονεξία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν στοιχείων οὐχὶ ἐξ ἀπροσεξίας; Ὅταν γὰρ ἡ ἐνοεῖα, ἡ πλεονεξία εἰς ἀμετρίαν τι τῶν ἐν ἡμῖν ἐξαγάγωμεν, ἀνάποτομεν ἐκεῖνο [492] τὸ πῦρ. Πάλιν, ἂν τῆς φλογὸς ἀφθείσης, ἐπιμένωμεν καταφρονούντες, καθ' ἑαυτῶν ἐργαζόμεθα τυράν, ἣν οὐδὲ σέσαις δυνατόμεθα. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κακίας γίνεται· ὅταν ἀρξάμενη αὐτὴν μὴ καλύωμεν, μηδὲ ἐκκόπτωμεν, οὐδὲ ἐφικέσθαι δυνατόμεθα τοῦ τέλους λοιπὸν, ἀλλὰ μείζων γίνεται τῆς ἡμετέρας ἰσχύος. Διὸ, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε μηδέποτε ἀπονυστάξαι. Οὐχ ὀράτε τοὺς φυλάκας, ὅτι πολλάκις μικρὸν ἑαυτοὺς δόντες τῷ ὕπνῳ, οὐδὲν ἀπώναντο τῆς πολλῆς φυλακῆς; δι' ἐκεῖνον γὰρ τοῦ μικροῦ τὸ πᾶν διεφθείραν, τῷ βουλομένῳ κλέψαι πολλὴν δόντες τὴν ἄδειαν. Καθάπερ γὰρ οὐκ οὕτως ἡμεῖς τοὺς κλέπτας ὀρώμεν, ὡς ἐκεῖνοι ἡμᾶς ὀρώσιν· οὕτω καὶ ὁ διάβολος μάλιστα πάντων ἐφέστηκε καὶ ἐνεδρεῖ, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας. Μὴ νυστάξωμεν τοῖνυν· μὴ εἰπωμεν, παρὰ τοῦτο οὐδὲν, παρ' ἐκεῖνο οὐδέν. Ὅθεν οὐ προσεδοκῆσαμεν, πολλάκις ἐστυλήθημεν. Οὕτω καὶ ἐπὶ κακίας· ὅθεν οὐ προσεδοκῆσαμεν, ἀπωλόμεθα. Πάντα περισκοπῶμεν ἀκριβοῦς, μὴ μεθυσκώμεθα, καὶ οὐκ ὑπνώσομεν· μὴ τρυφώμεν, καὶ οὐ καθευδήσομεν· μὴ μαινόμεθα πρὸς τὰ ἔξω, καὶ ἐν νήφει διατελέσομεν. Ῥυθμιζώμεν ἑαυτοὺς πάντοθεν. Καὶ καθάπερ ἐπὶ σχολίου τεταμένης βαδίζοντας οὐκ ἐνὶ ῥαθυμῆσαι οὐδὲ μικρὸν· τὸ γὰρ μικρὸν μέγα ἐργάζεται· κακὸν περιτραπεῖς γὰρ εὐθὺς κατηνέχθη καὶ ἀπώλετο· οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς δυνατὸν ῥαθυμεῖν. Στενὴν βαδίζομεν ὁδὸν ὑπὸ κρημῶν ἐκατέρωθεν ἀπειλημμένην, ὁμοῦ δύο πόδας οὐ δεχομένην. Ὅραξ πόσης ἡμῖν ἀκριβείας δεῖ; Οὐχ ὀραξ τοὺς τὰς ἀμφικρήμους ὁδοποροῦντας ὁδοὺς, πῶς οὐ τοὺς πόδας ἀσφαλίζονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς; Ἄν γὰρ δόξῃ ὁ ἐτέρωθι προσέχειν αὐτὸν, κἂν ὁ ποὺς βεβαίως ἐστήκη, ἰλιγγιάσας ἀπὸ τοῦ βάθους ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν κατήνεγκεν. Ἄλλ' ἑαυτῷ δεῖ προσέχειν, καὶ τῇ βαδίσει· διὰ τοῦτο φησι. Μῆτε δεξιά, μῆτε ἀριστερά. Πολὺς ὁ βυθὸς τῆς κακίας ἐστὶ, μεγάλοι οἱ κρημοὶ, πολὺ κάτω σκότος, στενὴ ἡ ὁδός· προσέχωμεν μετὰ φόβου, μετὰ τρόμου περιπατῶμεν. Οὐδεὶς τοιαύτην ὁδεύων ὁδὸν, ἐκκέχεται γέλωτι, οὐδὲ

<sup>a</sup> Scripserit procul dubio Chrysostomus, versiculum sextum allegans, μὴ καθεύδομεν, ἀλλὰ γρηγοροῦμεν καὶ νήρωμεν.

<sup>b</sup> Colbertinus unus, ὡσπερ ξύλον ξηρὸν αὐόν.

<sup>c</sup> Melius quadraret συμβῆ.

βρεχεται μέθῃ, ἀλλ' ἐν νήφει καὶ προσοχῇ τὴν τοιαύτην ὀδεύει ὀδὸν· οὐδεὶς τοιαύτην ὀδεύων ὀδὸν, ἐπιφέρεται τι τῶν περιττῶν· ἀγαπητὸν γὰρ εὐζῶνον ὄντα δυνήθηται διαδοραμεῖν· σὺ δεῖς συμποδίζει τοὺς πόδας τοὺς ἑαυτοῦ, ἀλλ' εὐλύτους ἀφήτησιν.

ε'. Ἡμεῖς δὲ μυρία φροντίειν ἑαυτοὺς καταδεσμοῦντες; καὶ μυρία φορτία βιωτικά ἐπιφερόμενοι, κερηνότες καὶ ἐκκεχυμένοι, πῶς τὴν στενὴν προσδοκῶμεν βαδίζειν ὀδόν; Οὐχ ἀπλῶς εἶπεν, ὅτι στενὴ ἐστὶν ἀλλὰ μετὰ θαυμασμοῦ· *Τὶ στενὴ ἡ ὁδός*; τούτῃστι, σφοδρὰ στενὴ. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν ἐπὶ τῶν πάντων θαυμαζομένων. Καὶ πάλιν, *Τεθλιμμένη*, φησὶν, [493] *ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν*. Καὶ καλῶς εἶπε *στενὴ*. Ὅταν γὰρ καὶ ῥημάτων καὶ ἐννοιῶν καὶ πράξεων καὶ πάντων ὀφειλομένων εὐθύνας ὑπέχειν, στενὴ ὄντως ἐστί. Στενοτέραν δὲ αὐτὴν ποιοῦμεν ἡμεῖς, πλατύνοντας ἑαυτοὺς καὶ εὐρύνοντες καὶ τοὺς πόδας ἐκχέοντες. Ἡ γὰρ στενὴ παντὶ μὲν δυσχερής, μάλιστα δὲ τῷ λιπανομένῳ, ὡς ὁ γε κατατῆκων ἑαυτὸν, οὐδὲ αἰσθήσεται τῆς στενοχωρίας· ὥστε ὁ μεμελητηκῶς θλιβεσθαι, οὐδὲ ἀποδυσπετήσῃ πρὸς τὸ πιεῖσθαι.

Μὴ τοῖνον μετὰ ἀνέτως προσδοκᾷ τις τὸν οὐρανὸν ὄψεσθαι· οὐ γὰρ ἐνι. Μηδεὶς μετὰ τρυφῆς ἐλπίζει τὴν στενὴν ὀδεύειν ὀδόν· οὐ γὰρ δυνατόν. Μηδεὶς τὴν εὐρύχωρον βαδίζων, τὴν ζωὴν ἐλπίζει τὴν. Ὅταν οὖν ἴδῃς λουτροῖς, τραπέζῃ πελυτελεῖ, ἢ δορυφορίας ἐντρυφῶντα τὸν δεῖνα, μὴ ταλανίσῃς σαυτὸν, ὡς οὐ μετέχοντα τούτων, ἀλλὰ στέναζον ἐκείνον, ὅτι τὴν ἀπολλυμένην ὀδεύει ὀδόν. Τί γὰρ ὄφελος ταύτης τῆς ὁδοῦ, ὅταν εἰς θλίβῃν τελευτᾷ; ποῖον δὲ βλάβος ἀπ' ἐκείνης τῆς στενοχωρίας, ὅταν εἰς ἀνεσιν ἵρηται; Εἰπέ μοι, εἴ τις εἰς τὰ βσιβλια καλούμενος, διὰ στενωπῶν θλιβερῶν καὶ ἀποκοήμων βαδίζει, ἕτερος δὲ τις τὴν ἐπὶ θάνατον ἀγόμενος διὰ μέσης ἔλκοιτο τῆς ἀγορᾶς, τίνα μακαριοῦμεν, τίνα στενάζομεν; οὐ τὸν διὰ τῆς εὐρυχώρου βαδίζοντα; Οὕτω καὶ νῦν, μὴ τοὺς τρυφῶντας μακαρίζωμεν, ἀλλὰ τοὺς μὴ τρυφῶντας· οὗτοι πρὸς τὸν οὐρανὸν σπεύδουσιν, ἐκεῖνοι πρὸς τὴν γέενναν. Καὶ ἴσως μὲν αὐτῶν πολλοὶ καὶ γελᾶσονται τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα· ἐγὼ δὲ μάλιστα διὰ τοῦτο θύδρομαι καὶ θρηγῶ, ὅτι οὐδὲ ἴσασιν ἐφ' οἷς χρὴ γελᾶν, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν μάλιστα πενθεῖν· ἀλλὰ πάντα συγγέουσι καὶ ταραττοῦσι καὶ θροβοῦσι. Διὰ ταῦτα αὐτοὺς ἐγὼ θρηγῶ. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; μέλλων ἀναστήσεσθαι, καὶ λόγον ὑφέξειν τῶν σοι πεπραγμένων, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεσθαι δίκην, τούτων μὲν οὐδένα λόγον ποιῆ, γαστριζεσθαι δὲ μελετᾷ καὶ μεθύειν, καὶ πρὸς τούτοις γελᾷ; Ἄλλ' ἐγὼ σε θρηγῶ, τὰ μένοντά σε ἐπιστά-

μενος κακῶ, τὴν διαδεξομένην σε τιμωρίαν· καὶ διὰ τοῦτο θρηγῶ μάλιστα, ὅτι γελᾷς. Πένθησον σὺν ἐμοί, θρήνησον μετ' ἐμοῦ τὰ σά κακὰ. Εἰπέ μοι, ἐάν τις σοι τῶν οἰκείων ἀπόληται, οὐχὶ τοὺς μὲν γελῶντας ἐπὶ τῇ τελευτῇ καὶ ἀποστρέφῃ, καὶ ἐχθροὺς ἡγῆ. τοὺς δὲ δακρύνοντας καὶ συμπενοθαύοντας φιλεῖς; Εἶτα τῆς μὲν γυναικὸς προκειμένης νεκρᾶς, τὸν γελῶντα ἀποστρέφῃ, τῆς δὲ ψυχῆς σοι θεανατωμένης, τὸν δακρύνοντα ἀποστρέφῃ, γελᾷ δὲ αὐτός; Ὅρξῃ πῶς ἡμᾶς διέθηκεν ὁ διάβολος, ἐχθροὺς ἑαυτοῖς εἶναι καὶ πολεμίους; Ἀνανήψωμέν ποτε, διαβλέψωμεν, γρηγορήσωμεν, ἐπιλαθόμεθα τῆς αἰωνίου ζωῆς, τὸν πῶλον ὑπνον ἀποτιναξόμεθα. Κρίσις ἐστὶ, κώλασις ἐστὶν, ἀνάστασις ἐστὶν, ἐξέτασις τῶν πεπραγμένων· ὁ Κύριος ἔρχεται ἐν νεφέλαις, *Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καθήσεται*, [494] *καὶ κύκλω αὐτοῦ καταγίγῃ σφοδρὰ*, φησὶ· ποταμὸς πυρὸς σύρεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ, σκώληξ ἀτελεύτητος, πῦρ ἄσβεστον, σκότος ἐξώτερον, βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Κἂν μυριάσις ἐπὶ τούτοις δυσχεραίνῃτε, ἐγὼ λέγων οὐ παύσομαι. Εἰ γὰρ λιθαζόμενοι οἱ προφῆται οὐκ εἰσῆλθον, πολλῶν μάλλον ἡμεῖς ἀπεχθείας δεῖ φέρειν, καὶ μὴ πρὸς χάριν ὑμῖν ὀμλεῖν, ἵνα μὴ ἀπατήσαντες ὑμᾶς, αὐτοὶ διχοτομηθῶμεν. Ἐκεῖ κώλασις ἐστὶν ἀθάνατος, ἀπαραμύθητος· ὁ προστησόμενος οὐδεὶς. *Τίς ἐλεήσει, φησὶν, ἐπαοιδὸν ὀφειδθηκτον*; Ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς μὴ ἐλεήσωμεν, τίς ἐλεήσει, εἰπέ μοι; Ἐάν ἴδῃς τινὰ ξίφος ἐλαύνοντα δι' ἑαυτοῦ, τούτου δυνήτῃ φεῖδεσθαι ποτε; Οὐδαμῶς· πολλῶν μάλλον, ὅταν παρὸν ἦ κατορθῶσαι, καὶ μὴ κατορθῶσθαι, τίς ἡμῶν φείσεται; Οὐδεὶς. Ἐλεήσωμεν ἑαυτοὺς· ὅταν εὐχόμεθα τῷ Θεῷ λέγοντες, Ἐλέησόν με, Κύριε, λέγωμεν πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἑαυτοὺς ἐλεήσωμεν. Ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι τοῦ τὸν Θεὸν ἡμᾶς ἐλεήσει· αὐτὸς ἡμῖν τοῦτο ἐχαρίσατο. Ἐάν ἀξία ἐλέους πράττωμεν, ἐάν ἀξία φιλανθρωπίας τῆς παρ' αὐτοῦ, ἐλεήσει ἡμᾶς ὁ Θεός· ἐάν δὲ ἑαυτοὺς μὴ ἐλεῶμεν, τίς ἡμῶν φείσεται; Ἐλέησον τὸν πλησίον, καὶ ἐλεηθήσῃ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Πόσοι καθ' ἐκάστην ἡμέραν προσέρχονται λέγοντες, Ἐλέησόν με, καὶ οὐδὲ ἐπιστρέφῃ; πόσοι γυμνοὶ, πόσοι ἀνάπηροι, καὶ οὐκ ἐπικαμπτόμεθα, ἀλλὰ παραπεμπτόμεθα· αὐτῶν τὰς ἰκετηρίας; Πῶς οὖν ἀξίους ἐλεηθῆναι, αὐτὸ; οὐδὲν ἀξίον ἐλέου ποιῶν; Γενώμεθα οἰκτιρμονες, γενώμεθα ἐλεήμονες· ἵν' οὕτως εὐαρεστησωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιτύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

\* Verba, ἀλλὰ παραπεμπόμεθα, quae in solis More! et Bened. editi. uerant, e caeteris omnibus reuocauimus. Edit.

parum quidem licet esse socordes; nam quod parum est, magnum affert damnum; eversus enim, statim præcipitatur et perit: ita nec licet nos esse socordes et desides. Angustam ingredimur viam, præcipitiis undique circumdatam, quæ simul duos non capit pedes. Vides quanta sit nobis opus diligentia? Annon vides eos qui inter duo præcipitia pergunt, non solum pedes munire, sed etiam oculos? Nam si alibi videtur attendere, etiamsi pes firmo hæreat vestigio, a profundo caligans oculus universum dejicit. Sed sibi oportet et suo gressui attendere: propterea dicit: Neque ad dexteram, neque ad sinistram. Magnum est vitii profundum, magna præcipitia, magnæ inferius tenebræ, angusta via: attendamus cum timore, cum tremore ambulemus. Nullus via ejusmodi ingrediens est in risum effusus, neque gravatur ebrietate, sed in sobrietate et jejunio ea via ingreditur: nullus hac via incedens aliquid affert superfluum; præclare enim cum eo agitur si succinctus et expeditus possit evadere: nullus suos impedit pedes, sed liberos dimittit et solutos.

5. Nos autem cum nos ipsos curis alligemus innumerabilibus, et onera innumerabilia quæ ad hanc vitam pertinent gestemus, hiantes et effusi, quomodo exspectamus angustam hanc viam ingredi? Non simpliciter dixit, Est angusta, sed cum admiratione, *Quam angusta illa via (Matth. 7. 14)*! hoc est, valde angusta. Hoc nos quoque facimus in iis quæ habentur in magna admiratione. Et rursus, *Arcta*, inquit, *via quæ ducit ad vitam (Ibid.)*. Et recte dixit, *Arcta*. Quando enim et verborum et cogitationum et actionum et omnium debemus rationem reddere, revera est angusta. Angustiorum autem eam facimus, dum nos ipsos extendimus et dilatamus, et pedes effundimus. Nam quæ est angusta quidem, est cuilibet difficilis, maxime autem ei qui est obesus: nam qui seipsum quidem macerat, ne sentit quidem angustias. Quamobrem qui meditatus fuerit comprimi et affligi, ne ægre quidem feret si comprimatur.

*Deliciæ nihil prosunt.* — Ne ergo expectet quisquam fore ut in otio et quiete caros videat; fieri enim non potest: nemo speret cum deliciis viam angustam ingredi; non potest enim hoc esse: nemo in lata via incedens, vitam speret. Cum ergo videris balneas, mensam sumptuosam habentem quempiam et magno stipatum satellitio, esse in deliciis, ne te miserum pronunties quod ea tibi non suppetant, sed illum desse, quod perditam viam incedat. Quid enim prodest hæc via, cum desinat in afflictionem? quid autem lædunt illæ angustiae, cum veniant ad quietem et animi relaxationem? Dic quæso, si quispiam vocatus ad regiam per angustos ingrediatur angiportus et præcipitia, alius autem abductus ad mortem trahatur per medium forum, quem beatum dicemus? quem deslebitus? annon eum qui per viam angustam ingreditur? Ita nunc quoque non eos beatos pronuntiemus qui vivunt in deliciis, sed eos qui non deliciantur: hi properant ad cælum, illi ad gehennam. Et fortasse multi ex ipsis etiam ridebunt quæ a nobis

dicuntur: ego autem ideo maxime fleo et lugeo, quod nesciant propter quænam ridere oporteat, et pro quibus maxime oporteat flere et lamentari, sed omnia confundunt et turbant. Propterea ego ipsos defleo. Quid dicis, o homo? es resurrecturus, et eorum quæ gesseris rationem redditurus, et ultimum daturus supplicium; horumque nullam habes rationem, meditaris autem ventri indulgere et inebriari, et ad hæc rides? Sed ego te defleo, ut qui sciam quæ mala te maneant, et supplicium quod te est excepturum; et ideo magis fleo quod tu rides. Luge mecum, tu mala mecum deplora. Dic mihi, si quis ex tuis necessariis tibi perierit, annon eos qui propter ejus decessum rident aversaris et inimicos reputas; eos autem qui fleant et tecum lugent, diligis? Itane si jaceat uxor mortua, risum avertis; tibi autem morte affecta anima, lacrymantem aversaris, ipse autem rides? Vides quomodo nos affecerit diabolus, ut nobis ipsis simus inimici et hostes? Tandem respiscamus, circumspiciamus, vigilemus, vitam æternam apprehendamus, profundum somnum excutiamus: est iudicium, est supplicium, est resurrectio, et examinatio eorum quæ gesta sunt: Dominus venit in nubibus, *Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu procella vehemens (Psal. 49. 3)*, inquit; fluvius ignis ante ipsum trahitur, vermis qui non exstinguitur, tenebræ exteriores, stridor dentium. Etiamsi milies hæc ægre feratis, ego non cessabo dicere. Nam si lapidibus appetiti prophætæ non silebant, multo magis nobis ferendæ sunt inimicitæ; et non est vobiscum loquendum ad gratiam, ne si vos deceperimus, ipsi discindamur. Illic est supplicium immortale, cujus nullum afferri poterit solatium; nullus est ibi qui defendat. *Quis miserebitur*, inquit, *incantatoris morsi a serpente (Eccli. 12. 13)*? Cum nos nostri ipsorum non misereamur, quis, dic quæso, miserebitur? Si videris quempiam se ense transadigentem, eum poteris umquam parcere? Nequaquam: nullo magis cum adsit recte gerere, et non recte geramus, quis nobis parcat? Nemo. Nostri misereamur: cum Deum precemur, dicentes, Misere mei, Domine, nobis ipsis dicamus, Et nostri ipsorum misereamur. Est in nostra potestate, ut Deus nostri misereatur: ipse hoc nobis donavit. Si agamus quæ sunt digna misericordia, quæ digna sunt ejus benignitate et clementia, Deus nostri miserebitur: si autem nostri non misereamur, quis nobis parcat? Misere proximi, et Deus ipse tui miserebitur. Quam multi quot die accedunt dicentes: Misere mei, et ne converteris quidem? quot nudi, quot manci et mutilati, et non inflectimur, sed amandamus eorum supplicationes? Quomodo ergo vis misericordiam consequi, cum ipse nihil facias dignum misericordia? Simus clementes et benigni, simus misericordes, ut sic Deo placeamus, et assequamur bona promissa iis qui ipsum diligunt, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

Cap. 5. v. 12. *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsumunt vobis in Domino, et monent vos, 13. et habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum; pacem habete cum eis.*

1. Necessè est ut qui præest multas habeat simultatum occasiones : et sicut medici necessè habent in multis molesti esse ægrotis, et cibos et medicamenta parantes quæ voluptatem quidem non habent, sed multam utilitatem; et sicut patres crebro filiis sunt molesti : ita etiam doctores, et multo magis. Nam medicus quidem etiamsi ab ægrotis habeatur odio, a cognatis tamen et propinquis ejus placide excipitur; et sæpe ab eo qui ægrotat : et pater quoque tam natura quam externis fretus legibus magna facilitate utitur suo in filios imperio; et si invitum castigaverit et increpaverit, nemo est prohibiturus, sed nec ille ipse eum audebit ex adverso aspicere : in sacerdote autem magna est difficultas. Atque primum quidem debet imperare ac præesse volentibus, qui ei gratiam habeant quod imperet : fieri autem non potest ut hoc cito accidat. Nam qui arguitur et reprehenditur, cujusmodicumque sit, omnino mittens habere gratiam, est infensus : similiter etiam faciet is cui suadetur, qui monetur et rogatur. Si itaque dixerò, Pecunias tuas effunde in egentes, dixi quid grave et molestum : si dixerò, Seda iram, animi exstingue furorem, nefariam compesce libidinem, ex deliciis aliquam partem amputa, sunt omnia gravia et molesta. Et si castigavero socordem et ignavum, aut abduxero ab ecclesia, aut ei communibus precibus interdixero, dolet, non quod ab iis exciderit, sed propter commune probrum ac dedecus. Nam hoc quoque est morbi incrementum, quod prohibiti a spiritualibus, non dolemus propter honorum tantorum privationem, sed propter eorum qui vident pudorem : rem ipsam non horremus, nec extimescimus. Propterea de his Paulus multa susque deque disserit. Et Christus quidem eos cum tanta subdidit necessitate ut diceret : *Super cathedram Moysi sederunt scribæ et Pharisei. Quæcumque ergo vobis dixerint ut servetis, servate : secundum opera autem eorum nolite facere (Matth. 23. 2).* Et rursus, quando curavit leprosum, dicebat : *Vade, ostende te sacerdoti, et offer munus tuum quod præcepit Moyses eis in testimonium (Ibid. 8. 4).* Atqui tu dicis : *Facitis eum filium gehennæ duplo magis quam vos.* Propterea dixi, inquit : *Quæ faciunt nolite facere.* Omnem ergo exclusit prætextum et occasionem ei qui est subjectus imperio. Hic etiam ad Timotheum scribens dicebat : *Qui recte præsumunt presbyteri, duplici honore digni habeantur (1. Tim. 5. 17).* Ad Hebræos quoque scribens dicebat : *Obedite præpositis vestris, et eis cedite (Hebr. 13. 17);* et hic rursus, *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsumunt vobis in Domino.* Nam quoniam

dixit, *Ædificate alterutrum;* ne existimarent quod ad doctoris dignitatem eos provexerit, hoc subjunxit : ac si diceret : Sed videte quod vobis permiserim aliter alterum ædificare : fieri enim non potest ut doctor dicat omnia. *Eos qui laborant,* inquit, *inter vos, et præsumunt vobis in Domino, et monent vos.* Quomodo ergo, inquit, non est absurdum ? Quid dicis ? tu quidem, si homo patrociniū suscipiat et te defendat apud hominem, omnia agis, et omnem ei habes gratiam : hic autem apud Deum tui patrociniū suscipit et te defendit, et ei non habes gratiam ? Et quomodo, inquit, me defendit ? Quoniam pro te precatur, et dono quod per baptismum datur tibi inservit, visitat, hortatur et monet, et media nocte si vocaveris venit ; is vero nihil aliud quam perpetuo tibi adstat ad os, et quæ tu in eum congeris fert maledicta. Quænam eum pressit necessitas ? rectene fecit an male ? Tu quidem et habes uxorem, et te explas deliciis, et vitam sectaris deditam mercaturæ : sacerdos autem in hoc suum contulit negotium ; nulla est ei alia vita quam ut versetur in Ecclesia. *Ut habeatis,* inquit, *illos abundantius in caritate propter opus illorum : et pacem habete cum ipsis.* Vides quomodo noverit ea quæ oriuntur dissidia ? Non solum, *Diligite,* inquit, *sed abundantius, sicut filii patres.* Per eos enim generat estis æterna generatione ; per ipsos estis regnum assequuti, per manus ipsorum fiunt omnia, per ipsos vobis portæ cælestes aperiantur. Nemo seditionem agitet, nemo contendat. Qui Christum diligit, cujusmodicumque sit sacerdos, eum diligit, quod per eum sit veneranda assequutus sacramenta. Dic mihi, si velles videre regiam multo auro splendentem, et gemmarum fulgore coruscantem, inveneris autem eum qui habet claves ; ille vero rogatus statim aperuerit, et intromiserit : annon ipsam omnibus præpares, non æque atque oculos amares, non osculareris ? Illic cælum tibi aperuit, et non oscularis, non amplecteris ? Si uxorem habeas, non eum maxime diligis qui eam tibi conciliavit ? Ita si Christum diligis, si diligis regnum cælorum, agnosce per quos id habueris. Propterea, inquit, *Propter opus illorum : pacem habete cum eis. 14. Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.*

2. Hic alloquitur eos qui præsumunt : *Corripite,* inquit, *inquietos ; id est, Ne ex potestate, inquit, increpate, nec ex arrogantia ; cum aequitate, cum mansuetudine. Consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.* Nam qui acriter reprehensus de se desperat, fit audacior despiciens : propterea oportet admonitione dulcere reddere medicamentum. Quinam autem sunt inordinati ? Ii plane qui agunt præter quod Deo videtur. Est enim militari ordine ipse Ecclesiæ ordo concinnior et convenientior. Quamobrem et maledicus est inordinatus, et ebriosus inordinatus, et avarus, et omnes qui peo-

## ΟΜΙΛΙΑ I'.

*Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νοουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἠγειροῦσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς.*

α'. Πολλὰς ἀνάγκη τὸν ἔρχοντα μικροφυγιῶν ἀφορμὰς ἔχειν· καὶ καθάπερ ἱατρῶν παῖδες πολλὰ λυπεῖν ἀναγκάζονται τοὺς κάμνοντας, καὶ αἰτία καὶ φάρμακα κατασκευάζοντες, ἤδονήν μὲν οὐκ ἔχοντα, πολλήν δὲ τὴν ὠφέλειαν· καὶ καθάπερ πατέρες πολλαχοῦ τοῖς υἱοῖς εἰσι φορτικοί· οὕτω καὶ οἱ διδάσκαλοι, καὶ πολλῶ μᾶλλον. Ὁ μὲν γὰρ ἱατρός κἂν πρὸς τὸν κάμνοντα [495] ἀπεχθάνηται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς προσήκοντας αὐτῷ καὶ ἐπιτηδέλους ἔχει ἡδέως, καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ πολλάκις τὸν κάμνοντα· καὶ ὁ πατήρ δὲ ἀπὸ τῶν τῆς φύσεως, ἀπὸ τῶν νόμων τὸν ἔξωθεν μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας κέχρηται τῇ κατὰ τοῦ παιδὸς ἀρχῇ· κἂν ἄκοντα παιδείῃ καὶ ἐπιπλήξῃ, οὐδεὶς ὁ κωλύσων, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἐκείνος ἀντιδιδέσθαι δυνήσεται· ἐπὶ δὲ τοῦ ἱερέως πολλὴ ἡ δυσκολία. Πρῶτον μὲν οὐκ ἐκόκτων ἄρχην ὀφείλει, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς εἰδόντων· τοῦτο δὲ οὐκ ἐνι συμβαίνειν ταχέως. Ὁ γὰρ ἐλεγχόμενος· καὶ ἐπιτιμώμενος, οἷος ἀνὴρ, πάντως τὴν χάριν ἀφείλε, ἀπεχθῶς ἔχει· ὡσαύτως· καὶ ὁ παραινόμενος, καὶ ὁ νοουθετούμενος, καὶ ὁ παρακαλούμενος· ποιῆσει. Ἄν εἶπω τοῖνον· Χρήματα κένωσον εἰς τοὺς δεομένους, ἐπαχθὲς εἶπόν τι καὶ φορτικόν· ἂν εἶπω· Κόλασον τὴν ὀργὴν, σβέσον τὸν θυμὸν, παῦσον τὴν ἀτοπον ἐπιθυμίαν, ὑπότμε τῆς τρυφῆς μέρος μικρὸν, πάντα φορτικά καὶ ἐπαχθῆ. Κἂν κοιάσω βραθυμούντα, ἢ τῆς ἐκκλησίας ἀπαγάγω, ἢ τῆς κοινῆς εὐχῆς ἀπείρξω, ἀλγεῖ, οὐ διὰ τὸ τούτων ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ διὰ τὴν κοινήν αἰσχύνην. Καὶ τοῦτο γὰρ τῆς νόσου ἐπίτασι· ὅτι τῶν πνευματικῶν κηλυόμενοι, οὐ διὰ τὴν στέρησιν τῶν τοσοῦτων ἀγαθῶν ἀλογοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ὀρώντων αἰσχύνην· οὐ φρίττομεν, οὐ δειδοίκαμεν τὸ πρᾶγμα. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω Παῦλος· περὶ τούτων πολλὰ διαλέγεται. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς αὐτοὺς μετὰ τοσαύτης ὑπέταξε τῆς ἀνάγκης, ὡς εἰπεῖν· *Ἐπὶ τῆς Μωσθεῶς καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν, ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε.* Καὶ πάλιν, ἠνίκα τὸν λεπρὸν ἐθεράπευσεν, ἔλεγεν· *Ὑγιασε, δεῖξον σαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκαι τὸ δῶρόν σου, ὃ προσέταξε Μωσθεῖς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.* Καὶ μὴν σὺ λέγεις· Ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. Διὰ τοῦτο εἶπον, φησὶν, *Ἄ ποιοῦσι, μὴ ποιεῖτε.* Πᾶσαν τοῖνον ἐξέκλεισε πρόφασιν τῷ ἀρχομένῳ ὁ Χριστός. Οὗτος δὲ καὶ Τιμοθέῳ γράφων ἔλεγεν· *Οἱ καλῶς προσετύετε προσδύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιοῦσθωσαν.* Καὶ πρὸς Ἑβραίους· δὲ γράφων ἔλεγε· *Πείθεσθε τοῖς ἠγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπεικτε· καὶ ἐνταῦθα πάλιν· Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν· *Οἰκοδομεῖτε εἰς τὸν ἔνα, ἵνα μὴ νομισῶσιν, ὅτι εἰς τὸ τῶν διδασκάλων ἀξίωμα αὐτοὺς ἀνήγαγε, τοῦτο ἐπηγαγε, μονονοχὶ λέγων, ὅτι Καὶ ὑμῖν ἐπέτρεψα οἰκοδομεῖν ἀλλήλους· οὐ γὰρ δυνατὸν πάντα τὸν δι-*

δάσκαλον εἰπεῖν. *Τοὺς κοπιῶντας, φησὶν, ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νοουθετοῦντας ὑμᾶς.* Καὶ πῶς οὐκ ἀτοπον, φησὶ; Τί λέγεις; σὺ μὲν, ἂν μὲν ἀνθρωπῶς σου προστῆ πρὸς ἀνθρώπον, πάντα πράττεις, πᾶσαν ὁμολογεῖς χάριν· οὗτο; δὲ πρὸς τὸν Θεὸν προϊσταταί σου, [496] καὶ οὐκ ὁμολογεῖς χάριν; Καὶ πῶς προϊσταταί, φησὶν; Ὅτι εὐχεται ὑπὲρ σοῦ, ὅτι τῇ πνευματικῇ δωρεᾷ τῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος ὑπηρετεῖται, ἐπισκέπτεται, παραινεῖ καὶ νοουθετεῖ, μέσαις νυξίν, ἂν καλέσης, ἦκει, οὐδὲν ἄλλο ἢ μόνον ὑπόκειται σου τῷ στόματι, καὶ τὰς βλασφημίας φέροι τὰς παρὰ σοῦ. Ποῖαν εἶχεν ἀνάγκην; καλῶς ἐποίησεν, ἢ κακῶς; Σὺ μὲν καὶ γυναῖκα ἔχεις, καὶ τρυφᾷ, καὶ βίον ἀργὴ ἐμπορικόν· ὁ δὲ ἱερεὺς πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἀπρηγόλησεν· οὐδεὶς αὐτῷ βίος ἕτερος, ἀλλὰ περὶ τὴν Ἐκκλησίαν σπρέφεται. *ἠγειροῦσθαι αὐτοὺς, φησὶν, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς.* Ὅρας πῶς οἶδε μικροφυγίας γινομένας; Μὴ ἀπλῶς, φησὶν, ἀγαπάτε, ἀλλ' ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, ὡσανεὶ παῖδες πατέρας. Διὰ γὰρ αὐτῶν ἐτέχθητε τὴν γέννησιν τὴν αἰώνιον, δι' αὐτῶν τῆς βασιλείας ἐπετύχετε, διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν πάντα γίνεται, δι' αὐτῶν ὑμῖν πύλαι οὐράναι ἀνοίγονται. Μηδεὶς στασιαζέτω, μηδεὶς φιλονεικεῖτω. Ὁ τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, οἷος ἂν ἦ ὁ ἱερεὺς, ἀγαπήσει αὐτὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐπέτυχεν. Εἰπέ μοι, εἰ βουληθεὶς ἰδεῖν τὰ βασιλεία πολλῶ καταλάμποντα τῷ χρυσῷ, καὶ περιαστράπτοντα τῇ τῶν λίθων αἰγλή, εὐροις τὸν τὰς κλειεῖ ἔχοντα, ὁ δὲ παρακληθεὶς, εὐθέως ἦνοιξε, καὶ παρέπεμφέ σε ἔνδον, οὐχὶ πάντων ἂν αὐτὸν πρσετίθεις; οὐχὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἴσον ἠγάπησας; οὐχὶ ἐφίλει; Τὸν οὐρανόν σοι ἀνέψξεν οὗτος, καὶ οὐ φίλει; καὶ περιέπει; Εἰ γυναῖκα ἔχοις, οὐχὶ τὸν προσηθήσαντα ποθεῖς πάντων μάλιστα; Οὕτως, εἰ φιλεῖς τὸν Χριστὸν, εἰ φιλεῖς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐπίγνωθι διὰ τίνων ἔσχες αὐτήν. Διὰ τοῦτο φησι, *Διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν· εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς.* *Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νοουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖτε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.*

β'. Ἐνταῦθα πρὸς τοὺς ἔρχοντας διαλέγεται. *Νουθετεῖτε, φησὶ, τοὺς ἀτάκτους· τουτέστι, μὴ ἀπὸ ἐξουσίας, μηδὲ ἀπὸ αὐθαδίας ἐπιπλήσσετε, ἀλλὰ μετὰ ἐπεικειας, μετὰ ἡμερότητος.* *Παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.* Ὁ γὰρ αὐστηρῶς ἐπιπληττόμενος, ἀπεγνωκῶς ἑαυτοῦ, θρασύτερος γίνεται καταφρονῶν· διὰ τοῦτο τῆς νοουθεσίας χρῆ ἡδὺ κατασκευάζειν τὸ φάρμακον. Τῆς δὲ εἰσὶν οἱ ἀτακτοί; Πάντως οἱ παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν πρᾶττοντες. Τάξιος γὰρ ἐστὶ τῆς στρατιωτικῆς ἀρμοδιωτέρα αὕτη ἢ τάξις τῆς Ἐκκλησίας. Ὡστε καὶ ὁ λοιδορὸς ἀτακτος, καὶ ὁ μέθυσος ἀτακτος καὶ ὁ πλεονέκτης καὶ πάντες οἱ ἀμαρτάνοντες· οὐ γὰρ τεταγμένα βαδίζουσιν ἐν τῇ

\* Sic Colb. melius quam Vulg., σπρέφεσθαι. F.rit.

φάλαγγι, ἀλλὰ παράφορα· διὸ καὶ περιτρέπονται. Ἄλλ' ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος τῶν κακῶν, οὐ τοιοῦτον μὲν, κακία δὲ καὶ αὐτό. Ποῖον τοῦτο; Ἡ μικροψυχία· καὶ γὰρ καὶ αὕτη ὁμοίως τῇ βραθυμίᾳ ἀπάλλυσιν. Ὁ μὴ φέρων ὕβριν, ὀλιγόψυχος· ὁ μὴ φέρων πειρασμὸν, ὀλιγόφυλος· οὐτός ἔστιν ὁ ἐπὶ τῆς πέτρας σπαρεῖς. [497] Ἔστι καὶ ἄλλο εἶδος, τὸ τῆς ἀσθενείας. Ἀντέχεσθε, φησί, τῶν ἀσθενῶν, ἀσθενῶν λέγων τῶν περὶ πίστιν· γίνεται γὰρ ἀσθένεια καὶ περὶ αὐτὴν. Ἄλλ' ὅρα πῶς οὐκ ἀφίησιν αὐτοὺς διαπτύεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ γράφων ἔλεγε, *Τοὺς ἀσθενούοντας τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε*. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς ἡμετέροις τὸ ἀσθενοῦν μέρος οὐκ εἰμὲν ἀπολέσθαι. *Μακροθυμεῖτε*, φησί, *πρὸς πάντας*. Τί οὖν; καὶ πρὸς τοὺς ἀτάκτους; Καὶ σφόδρα· οὐδὲν γὰρ τοῦτου φαρμάκου ἴσον διδασκάλῳ μάλιστα, οὐδὲν οὕτω τοῖς ἀρχομένοις ἐπιτήθειον· πάντως ἐντρέψαι δύναται, πάντως δυνάσασθαι, καὶ τὸν πάντων ἀγριώτερον καὶ ἀναίσχυντότερον.

Ὅρατε μὴ τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῶ. Εἰ κακὸν ἀντὶ κακοῦ οὐ χρὴ ἀποδιδόναι, πολλῶ μᾶλλον κακὸν ἀντὶ ἀγαθοῦ, πολλῶ μᾶλλον μὴ προὔπαρξαντος κακοῦ, ἀποδοῦναι κακόν. Ἄλλ' ὁ δεῖνα, φησί, πονηρός ἐστι, καὶ ἐλύπησε, καὶ πολλά με ἠδίκησε. Βούλει αὐτὸν ἀμύνασθαι; μὴ ἀνταποδῶς· ἔασον ἀτιμώρητον. Ἄρα μέγρι τούτου; Οὐδαμῶς. Ἄλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. Αὕτη μείζων ἢ φιλοσοφία, μὴ μόνον κακοῖς μὴ ἀμύνεσθαι τὰ κακὰ, ἀλλὰ ἀγαθοῖς· αὕτη γὰρ ἔστιν ὄντως ἀμυνα κάκεινῳ βλάβην ἔχουσα, καὶ ὠφέλειαν σοι· μᾶλλον δὲ κάκεινῳ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν, ἐὰν βέλῃ. Καὶ ἵνα μὴ νομίσης ἔτι περὶ τῶν πιστῶν μόνων τοῦτο εἰρηται, διὰ τοῦτο εἶπε· *Καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. Πάντοτε χαίρετε*. Τοῦτο περὶ τῶν πειρασμῶν τῶν θλίψιν ἐμποιοῦντων. Ἄκουετε, ὅσοι πενία περιπεπτώκατε, ὅσοι λυπηροὶ πράγμασι· ἀπὸ τούτων γὰρ χαρὰ τίεται. Ὅταν γὰρ τοιαύτην ἔχωμεν ψυχὴν, ὥστε μηδένα ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ πάντας εὐεργετεῖν, πόθεν, εἶπέ μοι, τὸ τῆς λύπης κέντρον παρεῖλασθαι δυνήσεται; Ὁ γὰρ οὕτω χαίρων τῷ παθεῖν κακῶς, ὡς καὶ εὐεργεταῖς ἀμύνεσθαι τὸν πεποικηκίτα κακῶς, πόθεν δυνήσεται ἀναβῆναι λοιπὸν; Καὶ πῶς οἶόν τε τοῦτο, φησὶν; Ἄν ἐθέλωμεν, δυνατόν. Εἴτα καὶ τὴν ὁδὸν ἐδείξεν· *Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ*. Τὸ αἰεὶ εὐχαριστεῖν, τοῦτο φιλοσόφου ψυχῆς. Ἐπαθεῖς τι κακόν; Ἄλλ' ἐὰν θέλῃς, οὐκ ἔστι κακόν· εὐχαρίστησον τῷ Θεῷ, καὶ μετεβλήθῃ τὸ κακὸν εἰς ἀγαθόν· εἰπέ καὶ σὺ ὡς Ἰωβ· *Εἴη τὸ δογμα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας*. Τί γὰρ, εἶπέ μοι, τοιοῦτον πέπονθας; νόσος ἐπέπεσεν; ἀλλ' οὐδὲν ξένον· θνητὸν γὰρ ἡμῖν τὸ σῶμα καὶ παθητόν. Ἄλλὰ πενία συνήνητος χρημάτων; ἀλλὰ καὶ ταῦτα κτητὰ καὶ ἀπόκτητα, καὶ ἐνταῦθα μένοντα. Ἄλλ' ἐπιβουλαὶ καὶ συκοφανταίαι παρ' ἐχθρῶν; ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς ἠδίκημεθα ἐν τούτοις, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ πεποικηκότες· Ψυχὴ γὰρ, φησὶν, ἢ ἀμαρτάνουσα, αὐτὴ καὶ ἀποθνήσκειται. Ἡμαρτε δὲ οὐχ ὁ παθὼν κακῶς, ἀλλ' ὁ ποιήσας κακῶς. Οὐ τοῖνον τὸν ἀποθανόντα ἀμύνεσθαι χρὴ, ἀλλ' εὐχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὥστε αὐτὸν ἐξελέσθαι τοῦ θανάτου. Οὐχ ὁράτε τὴν μέλισσαν, ὅτι πλήττουσα ἐπαποθνήσκει τῷ κέντρῳ; Δι' ἐκεῖνου τοῦ ζώου παιδεύει ἡμᾶς ὁ Θεὸς μὴ λυπεῖν τοὺς πλησίον· αὐτοὶ

[498] γὰρ τὸν θάνατον δεχόμεθα πρότεροι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ πλήττοντες ἴσως πρὸς μικρὸν ἐλυπήσαμεν· αὐτοὶ δὲ οὐκέτι ζησόμεθα, καθάπερ οὐδὲ ἐκεῖνο τὸ ζῶον. Καίτοι γε ἐπαινεῖ αὐτὸ ἡ Γραφὴ λέγουσα· *Ὡς ἐργάτις ἔστιν*· ἥς τὴν ἐργασίαν βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται· ἀλλ' οὐδὲν αὐτῆς προσταταὶ εἰς τὸ μὴ ἀποθάνειν, ἀλλὰ δεῖ πάντως ἀπολέσθαι. Εἰ δὲ ἐκεῖνην οὐκ ἐξαιρεῖται ἡ λοιπὴ πλεονεξία ποιοῦσαν κακῶς, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς.

γ'. Θηρίων γὰρ ὄντως χαλεποτάτων, τὸ μηδενὸς σε ἀδικούντος, ἀρχεῖν ἀδικίας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ θηρίων. Ἐκεῖνα γὰρ ἂν ἀφῆς ἐπὶ τῆς ἐρήμου νέμεσθαι, καὶ μὴ στενογωρησᾶς εἰς ἀνάγκην καταστήσης, οὐδέποτε λυμανεῖται, οὔτε προσελεύσεται, οὔτε δῆξεται, ἀλλ' ἀπελεύσεται τὴν οἰκίαν ὁδόν· οὐ δὲ ἄνθρωπος ὢν λογικὸς, τετιμημένος ἀρχῆς τοσαύτης καὶ τιμῆ καὶ δόξῃ, οὐδὲ τὰ θηρία μιμῆ περι τοὺς ὀμοφύλους, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν ἀδικεῖς καὶ κατεσθίεις; Καὶ πόθεν ἀπολογησάσθαι δυνήσῃ; οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος· *Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; ἀλλ' αὐτοὶ ἠδίκητε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς*. Ὁρᾷς, ὅτι τὸ κακῶς παθεῖν ἐν τῷ κακῶς ποιῆσαι ἔστι, τὸ δὲ εὖ παθεῖν ἐν τῷ κακῶς παθεῖν; Εἰπέ γὰρ μοι· εἰ τις λοιδοροῖτο τοῖς ἀρχουσι, εἰ τις ὑβρίζει τοὺς κρατοῦντας, τίνα ἀδικεῖ; ἑαυτὸν, ἢ ἐκεῖνους; Ἄηλον ὅτι ἑαυτόν. Εἴτα ἀρχοντα μὲν ὁ ὑβρίζων, οὐκ ἐκεῖνον ὑβρίζει, ἀλλ' ἑαυτὸν, ὁ δὲ ἄνθρωπον ὑβρίζων, δι' ἐκεῖνον τὸν Χριστὸν οὐχ ὑβρίζει; Οὐδαμῶς, φησὶ. Τί λέγεις; ὁ δὲ τὰς βασιλέως εἰκόνας λιθάζων, τίνα λιθάζει; οὐχ ἑαυτόν; Εἴτα εἰ· ὁ εἰκόνα μὲν βασιλέως ἐπιγείου λιθάζων, ἑαυτὸν καταλεύει, τοῦ δὲ Χριστοῦ τὴν εἰκόνα ὁ ὑβρίζων (ἄνθρωπος γὰρ εἰκὼν Θεοῦ), οὐχ ἑαυτόν ἀδικεῖ; Μέχρι πότε χρημάτων ἐρώμεν; οὐ παύσομαι γὰρ αὐτῶν καταδοῦν ταῦτα γὰρ πάντων αἰτία τῶν κακῶν. Μέχρι τίνος οὐ λαμβάνομεν κόρον τῆς ἀπλήστου ταύτης ἐπιθυμίας; τί ἔχει καλὸν τὸ χρυσίον; Ἐκπέπληγμα ἐπὶ τῷ πράγματι· ὄντως γοητεία τίς ἔστι τὸ πρᾶγμα, χρυσὸν καὶ ἀργυρον τοσούτου τιμᾶσθαι παρ' ἡμῖν. Τῶν μὲν οὖν ψυχῶν ἡμῶν οὐδεὶς ἡμῖν λόγος, ἀψύχων δὲ εἰκόνων πολλὴ ἡ θεραπεία. Πόθεν ἐπεισῆλθε τὸ νόσημα τοῦτο οἰκουμένη; τίς ἐξολοθρεύσαι αὐτὸ δυνήσεται; πῶς ἐκκόψαι λόγος τὸ χαλεπὸν τοῦτο θηρίον, καὶ πανωλεθρίᾳ διαφθεῖραι; Ἐνέσπαρται ταῖς τῶν ἀνθρώπων διανοαῖς ἢ ἐπιθυμία, καὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἐν εὐλαθείᾳ. Αἰσχυνόμεθα ἐπὶ τοῖς εὐαγγελικαῖς παραγγέλλμασι· ῥήματα κεῖται ἐν τῇ Γραφῇ μόνον, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων οὐδαμῶς δεικνύνται. Ἄλλὰ τίς ὁ εὐπρόσωπος τῶν πολλῶν λόγος; Παιδίᾳ ἔχω, φησὶ, καὶ αὐτὸς δέδοικα μήποτε εἰς ἀνάγκην καταστῶ λιμῶ [499] καὶ ἐνδείας, μήποτε ἐτέρων δεηθῶ· αἰσχυνόμεθα ἐπαιτεῖν. Διὰ τοῦτο οὖν ἄλλους ποιεῖς ἐπαιτεῖν; Οὐ δύναμαι, φησὶ, πεινῆν. Διὰ τοῦτο οὖν ἐτέρους περιβάλλεις λιμῶ; οἴδας ὅσον δεινὸν τὸ ἐπαιτεῖν; ὅσον τῷ ἢ λιμῶ φθειρεσθαι; φεῖσαι καὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν σῶν. Αἰσχύνῃ πεινῆν, εἶπέ μοι, ἀρπάξῃν δὲ οὐκ αἰσχύνῃ; δέδοικας λιμῶ φθειρεσθαι, ἐτέρους δὲ φθειρεῖν οὐ δέδοικας; Καίτοι τὸ μὲν πεινῆν οὐδὲ αἰσχύνῃν ἔχει, οὐδὲ ἐγκλημα· τὸ δὲ ἐτέρους περιβάλλειν

ε Coniunctio et expungenda videtur.

ε Forte rescribendum τό.



cant : non enim ordinate incedunt in acie, sed prave; ideo evertuntur. Cæterum est aliud quoque genus malorum, non tale quidem, sed ipsum quoque vitium, nempe dissensio : nam ipsa quoque similiter perdit atque socordia et segnities. Qui non fert contumeliam, est pusilli animi : qui non fert tentationem, est pusilli animi : hic est qui supra petram est seminatus. Est et aliud genus, nempe infirmitatis. *Suscipite*, inquit, *infirmos*. Infirmos dicit circa fidem : circa illam enim infirmitas esse potest. Sed vide quomodo non sinat eos haberi despiciatui. Alibi quoque scribens dicebat : *Infirmos in fide suscipite* (Rom. 14. 1). Etenim in nostris corporibus infirmam partem non sinimus perire. *Patientes*, inquit, *estote ad omnes*. Quid ergo? etiam erga inordinatos? Et valde quidem : nullum enim medicamentum doctori magis quam hoc convenit : nullum est magis aptum ei qui paret : plane potest pudorem incutere ei etiam, qui est omnium ferissimus et impudentissimus.

*Vera ultio quæ.* — 15. *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat*. Si malum pro malo non est reddendum, multo minus malum pro bono; multo magis, si nullum prius fuerit malum, non est malum reddendum. Sed iste, inquit, est improbus, et me multis affecit injuriis. Vis illum ulcisci? ne ei par pari referas : sine abeat impune. Satisne est huc usque? Nequaquam. *Sed semper quod bonum est sectamini, et invicem, et in omnes*. Hæc major est philosophia, non solum mala malis non rependere, sed bona : hæc enim revera est ultio, et illi damnum afferens, et tibi utilitatem; imo illi quoque magnam, si velit, utilitatem. Et ne existimes hoc dictum esse de fidelibus solum, propterea dicit, *Et invicem, et in omnes*. 16. *Semper gaudete*. Hoc de tentationibus quæ pariunt afflictionem. Audite quicumque incidistis in paupertatem, et qui in res adversas; ex his enim nascitur gaudium. Quando enim hoc sumus animo, ut nullum ulciscamur, sed omnes afficiamus beneficio, quomodo, quæso, poterit subire stimulus doloris? Qui enim dum male afficitur sic lætatur, ut beneficiis se lædentem ulciscatur, quomodo de cætero poterit nocere affici? Et quomodo potest, inquit, hoc fieri? Si velimus, fieri potest. Deinde etiam viam ostendit : 17. *Sine intermissione orate*; 18. *in omnibus gratias agite* : hæc est enim voluntas Dei. Semper gratias agere, hoc est animi philosophici. Passus es aliquid mali? Sed si velis, non est malum : age Deo gratias, et mutatur malum in bonum : dic tu quoque sicut Job : *Sit nomen Domini benedictum in sæcula* (Job 1. 21). Quid enim, dic mihi, tale passus es? Invasit morbus? sed non est novum nec alienum; est enim nobis corpus mortale et patibile. At tibi accedit egestas pecuniæ? sed ea et acquiri et amitti potest, et hic manet. At tibi insidias paraverunt inimici, et te sunt calumniati? sed nos in his injuriam non accepimus, sed illi qui fecerunt : *Animu enim*, inquit, *quæ peccat, ipsa morietur* (Ezech. 18. 20). Peccavit autem non qui male est passus, sed qui male fecit. Eum ergo qui est mortuus non oportet ulcisci, sed

pro eo orare, ut ipse a morte liberetur. Non videtis quod apis in stimulo moriatur? Per hoc animat nos erudit Deus, ne propinquos molestia afficiamus : ipsi enim prius mortem accipimus. Illos quidem fortasse parum molestia affecimus; ipsi autem non amplius vivemus, sicut nec illud animal. Atqui Scriptura id laudat dicens, *Quam operatrix est apis* : cujus opus reges et privati ad sanitatem adhibent : sed nihil eam protegit ut non moriatur, sed omnino preceat oportet. Si eam autem male facientem non liberant reliqua, quibus præcellit, multo magis nos.

3. Ferarum enim sævissimarum est illud, quod, cum nullus te injuria afficiat, tu prior injuriam facias; imo ne ferarum quidem illud est. Nam si illas siveris pasci in solitudine, et non in augustum adductas adegeris ad necessitatem, numquam te lædent, neque accedent, neque mordebunt, sed viam suam abibunt : tu autem, cum sis homo ratione præditus, tantoque imperio, honore et gloria ornatus, ne ferarum quidem imitaris in eos qui sunt ejusdem generis, et fratrem injuria afficis et exedis? Et quomodo te poteris defendere? non audis Paulum dicentem : *Cur non potius injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis et fraudatis : et hoc fratribus* (1. Cor. 6. 7. 8). Vides quod in malefaciendo sit male pati, et in male patiendo beneficio affici? Nam, dic quæso, si quis maledicto appeteret magistratus, si quis contumelia afficeret eos qui dominatum obtinent, cuinam facit injuriam? sibi, an illis? Est perspicuum quod sibi faciat. Itane qui magistratum quidem afficit contumelia, non illum, sed seipsum contumelia afficit; qui autem hominem contumelia afficit, in ipso Christum non afficit contumelia? Nequaquam, inquit. Quid dicis? qui imagines Imperatoris appetit lapidibus, quosnam appetit lapidibus? annon seipsum? Si is qui regis terrestris imaginem lapidibus appetit, seipsum appetit lapidibus : qui Christi autem imaginem contumelia afficit (est enim homo Dei imago), non seipsum afficit injuria? Quamdiu pecunias amabimus? non enim cessabo adversus eas clamare : hæc enim sunt malorum omnium causæ. Quousque nulla nos capit satietas inexplebilis hujus cupiditatis? quidnam pulchri bonive habet aurum? Totus plane stupeo : hoc plane quædam sunt præstigie, aurum et argentum a nobis in tanto honore haberi. Atque animarum quidem nostrarum nos nullam habemus rationem, inanimas autem imagines valde colimus. Undenam orbem terræ invasit hic morbus? quis eum poterit exterminare? quænam ratio immanem hanc belluam excindere et penitus delere poterit? Insa est in animis hominum cupiditas, etiam eorum qui videntur esse pii ac religiosi. Evangelicorum nos pudeat præceptorum : verba sita sunt solum in Scriptura, factis autem nusquam apparent. Sed quid speciose dicitur a multis? Habeo, inquit, filios, et metuo ne ipse veniam in necessitatem famis et egestatis, ne aliis egeam : pudeat me mendicare. Propterea ergo facis ut alii mendicent? Non possum, inquit, esurire. Propterea alios in famem

conjicis? Scis quam grave sit mendicare, quam grave fame perire? parce fratribus tuis. Te pudet esurire, dic mihi, nec te pudet rapere? times ne fame pereas, alios autem non vereris perimere? Atqui esurire quidem nec probrum habet nec crimen; in ea autem alios conjicere, non solum affert probrum, sed etiam ultimum supplicium. Hæc omnia sunt prætextus, verba et nugæ. Nam quod filiorum causa hæc non faciatis, testantur qui filios quidem non habent, nec habebunt, non socus tamen vexantur et misere agunt, et tantas complectuntur divitias, quantas si eas relicturi essent mille filiis. Non est sollicitudo de filiis, quæ reddit pecuniæ avidum, sed morbus animi. Propterea et multi qui non habent filios, laborant insano amore pecuniæ: alii autem numerosam habentes sobolem, etiam quas habent facultates despiciunt: illi in illo die te accusabunt. Nam si susceptorum filiorum necessitas vim afferret ad colligendas pecunias, oporteret illos idem habere desiderium, eandem cupiditatem: si autem non habemus, furimus, non propter filiorum multitudinem, sed propter avaritiam et pecuniæ cupiditatem. Et quinam sunt, inquit, qui cum filiis pecuniam despiciunt? Multi, et crebro. Si vis autem, dicam etiam de veteribus. Annon Jacob habuit duodecim filios? annon vitam egit mercenarii? annon injuria affliciebatur a socero? num magnus liberorum numerus coegit eum ut quod non debuit caperet consilium? Quid vero Abraham? annon cum Isaac alios quoque multos habuit filios? quid ergo? annon ea quæ habebat peregrinis possidebat? Vides quod non solum injuriam non faciebat, sed suis etiam bonis cedebat, non solum bene faciens, sed etiam sua sponte injuria affectus a filio fratris? Nam propter Deum ferre, dum tua tibi rapiuntur, multo est majus quam bene facere. Quare? Nam hoc quidem est fructus animi et liberi arbitrii; unde etiam fit facile: illud vero est insultus et violentia, et facilius quispiam sua sponte decies mille prodegerit talenta, et existimabit se nihil grave esse passum, quam si ei invito rapti fuerint tres oboli, placide feret. Quamobrem hoc est magis animæ philosophia. Hoc autem videmus Abrahamo usuvenisse: *Vidit enim, inquit, Lot circumcirca sitam regionem, et irrigabatur sicut paradus Dei, et eam elegit (Gen. 13. 10. 11)*. Ille autem non contradixit. Vides quod non solum non faciebat injuriam, sed etiam injuria affliciebatur? Quid tuos filios accusas, o homo? Non propterea nobis Deus dedit filios, ut aliena raperemus. Vide ne hoc dicens Deum irrites. Nam si dicis eos esse tibi auctores et causas rapinæ et avaritiæ, timeo ne eis priveris, ut qui lædant et insidientur. Deus dedit tibi filios ut tui curam gerant in senectute, ut virtutem a te discant.

4. Nam propterea genus hominum ita Deus voluit consistere, duo maxima apparatus: unum quidem, patres magistros et doctores constituens; alterum autem, magnam ingenerans dilectionem. Si enim temere gignerentur homines, nullus adversus alium affectum haberet. Nam si nunc cum sint patres et

filiis et nepotes, multi multos non curant, multo magis tunc. Propterea filios tibi dedit Deus: ne accuses ergo filios. Si autem si quibus sunt filii, nullam habent defensionem et excusationem, ii qui nullos habent, et cruciantur in colligendis divitiis, quidnam habent quod dicant? Sed ii quoque dicunt aliquid quod caret omni defensione. Quidnam autem hoc est? Ut pro filiis, inquit, monumentum habeamus divitias. Plane res est valde ridicula. Pro filiis, inquit, domus erit immortalis memoria gloriæ meæ. Non tuæ gloriæ, o homo, sed tuæ avaritiæ erit memoria. Non vides quomodo nunc multi præclaras domos obscures hæc dicunt inter se: Quam multa iste nefarie circumveniendo acquisivit, quam multa rapuit ut hanc domum ædificaret? et nunc ille quidem factus est pulvis et cinis; ipsa vero hereditaria sorte alii obtigit. Non tuæ ergo gloriæ, sed avaritiæ relinquis memoriam. Et corpus quidem tuum humi est conditum; avaritiæ autem memoriam, quæ diuturnitate temporis latere poterat, non sinis, sed ut eruatur et effodiatur per domum efficit. Quamdiu enim ea steterit a te habens denominationem, et tua esse dicatur, plane necesse est ut omnium ora adversus te sint aperta. Vides quod melius sit nihil habere, quam talem sustinere accusationem? Et hæc quidem hic: illic autem, dic quæso, quid faciemus, tam multorum dominium hic assequuti, ex iis autem quæ habemus, vel nihil vel pauca admodum impertiti? quomodo quæ injuste et per avaritiam a nobis sunt acquisita exuemus? Nam qui vult avare parta exuere, non pauca dat ex multis, sed multis partibus plura iis quæ rapuit, et desistit rapere.

ἐλεημοσύνη ἐκεῖνος δέδοται· μόνος, τοὺς οὐκ ἰσχύου-  
σιν ἐκ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας ἐπαρκεῖσαι ἑαυτοῖς,  
ἢ τοὺς διδάσκουσι, καὶ τὸ πᾶν ἀπησχολημένοις εἰς  
τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον. *Οὐ γὰρ φιμώσεις*, φησὶ,  
*βοῦν ἀλωῶντα*· καὶ, *Ἄξιός ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ  
αὐτοῦ.* Ὅστε οὐδὲ οὕτως ἀργός ἐστιν, ἀλλ' ἐργα-  
σία, καὶ ἐργασίας μεγάλης λαμβάνει τὸν μισθόν.  
Τὸ δὲ εὐχεσθαι καὶ νηστεῖν ἀργοῦντα, οὐκ ἐστὶν  
ἔργον χειρῶν· ἐργασίαν γὰρ φησὶν ἐνταῦθα τὴν διὰ  
τῶν χειρῶν. Καὶ ἵνα μηδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύσης,  
ἐπήγαγε· *Μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιερ-  
γαζομένους.* Τοῖς δὲ τοιοῦτος παραγγέλλομεν καὶ  
*παρακαλοῦμεν διὰ τὸ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-  
στοῦ.* Ἐπειδὴ σφόδρα καθήψατο, προσηνέτερον  
βουλόμενος ποιῆσαι τὸν λόγον, ἐπήγαγε· *Διὰ τοῦ  
Κυρίου*, πάλιν τὸ ἀξιώπιστον καὶ φοβερόν ταύτῃ δι-

esse Dei arbitrati, ipsi dormirent, vide quomodo ab eis quoque exigit ut cooperentur, dicens: *Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quod quæ præcipimus et facitis et facietis.* Fidelis quidem, inquit, est Deus et promittens salutem dare, omnino dabit, sed ut promisit. Quomodo autem promisit? Si velimus et eum audiamus: non absolute, neque tamquam ligna et lapides, otiosos salvabit. Recte autem posuit et illud, *Confidimus in Domino*: hoc est, credimus ejus benignitati et clementiæ. Rursus eos deprimit, totum inde pendere statuens. Nam si dixisset, *Vobis autem credimus*, esset quidem magna laus; sed non ostendisset eos credere omnia a Deo pendere: si autem dixisset, *Confidimus autem in Domino*, quod vos custodiet, et non addidisset, *De vobis*, et illud, *Quæ præcipimus et facitis et facietis*, eos fecisset pigriores, in Dei potestatem universum conjiciens. Oportet enim nos in ipsum totum conjicere, sed ipsos quoque operantes, labores subeuntes, et suscipientes certamina: et ostendit quod etiamsi sufflueret solum virtus ad nobis dandam salutem, oportet tamen ipsam esse perpetuam et nobis adesse usque ad extremum vitæ spiritum. *Dominus autem*, inquit, *dirigat corda vestra in caritate Dei et patientia Christi.* Eos rursus laudat et precatur, suam erga illos curam ostendens. Nam quoniam ad eos increpandos erat accessurus, eorum corda his prius lenit ac mitigat, et dicendo, *Confido vos audituros*, et ab eis petendo preces, et rursus eis bona precando innumerabilia. *Dominus autem dirigat*, inquit, *corda vestra ad Dei caritatem.* Multa enim sunt quæ avertunt a caritate, et multæ semitæ quæ inde divertunt; primum quidem vitium namonæ, tamquam impudentes quasdam manus in nostram immittens animam, et mordicus apprehensos vel invitos inde vellit et trahit: deinde inanis gloria, et sæpe etiam afflictiones et tentationes avertunt. Propterea tamquam quodam spiritu, Dei auxilio opus habemus, ut nobis velum tamquam ab aliquo vehementi spiritu transmittatur ad Dei caritatem. Ne mihi enim dixeris, *Diligo ipsum etiam plus quam me ipsum*: hæc sunt verba: ostende factis, si ipsum diligis plus quam teipsum. Dilige plus quam pecuniam, et tunc te credo ipsum diligere plus quam teipsum: qui autem pecunias non despicias propter Deum, quomodo teipsum despicias? Quid enim dico pecunias? qui avaritiam et plura habendi cupiditatem non despicias, quod etiam absque Dei jussis oporteret facere, quomodo te ipsum despicias? *Et in patientiam Christi*, inquit. Quid est, *In patientiam*? Ut patiamur sicut ille passus est, aut ut illa agamus, aut ut etiam eum exspectemus cum patientia, hoc est, ut simus parati. Nam quoniam multa promisit, et ipse venit ad judicandum vivos et mortuos, illum exspectemus et sustineamus. Ubi autem dicit patientiam, omnino subindicat afflictionem: hoc enim est Deum diligere, sustinere, et non conturbari. 6. *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum*

*traditionem quam acceperunt a nobis.* Hoc est, Non nos hæc dicimus, sed Christus: hoc enim est, *In nomine Domini nostri Jesu Christi.* Ostendit his verbis quam sit terribilis denuntiatio. Per Christum, inquit, annuntiamus. Nusquam igitur Christus præcipit nos esse otiosos. *Ut subtrahatis vos*, inquit, *ab omni fratre.* Ne mihi dicas divitem, ne pauperem, ne sanctum: hoc est immodestia et dissolutio. *Ambulante*, inquit, hoc est, vivente. *Et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* Traditionem ait quæ sit per opera; et proprie hanc semper dicit traditionem. 7. *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos*, 8. *neque gratis panem manducavimus ab aliquo.* Quamquam etiamsi comedissem, gratis non comedissem: *Dignus est enim*, inquit, *operarius mercede sua (Luc. 10. 7).* *Sed in labore et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, daremus vobis ad imitandum nos.* 10. *Nam et cum essemus apud vos, denuntiabamus vobis, quod si quis non vult operari, nec manducet.*

2. Vide quomodo in priori quidem epistola mitius de hoc disserit, ut quando dicit: *Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis et contendatis (1. Thess. 4. 10. 12)*: et nusquam, *Denuntiamus*; neque, *In nomine Domini nostri Jesu Christi*, quod quidem est terribile et habet periculum; sed, *Ut abundetis*, inquit, *et contendatis*, quod erat adhortantis ad virtutem, ut, inquit, *honeste ambuletis (1. Thess. 4. 11).* Hic autem nihil hujusmodi, sed, *Si quis non vult operari, nec manducet.* Nam si Paulus, cui non erat necesse, sed in cujus erat potestate esse in otio, et tantum opus susceperat, operabatur tamen, et non solum operabatur, sed die ac nocte operabatur, ut posset etiam aliis opitulari; multo magis alios oportebat hoc facere. 11. *Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.* Hoc quidem hic: illic autem in priori. *Ut honeste*, inquit, *ambuletis ad eos qui foris sunt.* Quare? Fortasse nihil adhuc erat tale: nam alibi quoque admonens dicebat, *Beatius est magis dare quam accipere (Act. 20. 35).* Illud autem, *Honeste ambulate*, non est de immodestia et dissolute et: et ideo subjungit, *Ut nullo egeatis.* Hic autem aliam quoque ponit necessitatem, ut quod bonum est et honestum faciant apud omnes: procedens enim dicit, *Nolite deficere bonum facientes (Ibid. v. 15).* Plane enim necesse est ut qui est otiosus et potest operari, sit curiosus. Eleemosyna autem iis solis est data, qui ex operatione manuum sibi non possunt victum suppeditare; aut iis qui docent, et sunt penitus occupati in negotio docendi. *Non enim alligabis*, inquit, *os bovi trituranti (Deut. 15. 4)*: et, *Dignus est operarius mercedem suam (Matth. 11. 10).* Quare nec hic quidem est otiosus, sed operæ, ejusque mercedem accipit. Otiosum autem orare et jejunare non est opus manuum: operationem enim hic dicit eam quæ fit per manus. Et ut nihil tale suspiceris, subjungit: *Nihil operantes, sed curiose agentes.* 12. *Iis autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus*

et obsecramus in Domino Jesu Christo. Quoniam eos valde tetigit, mitiorem volens reddere orationem, subjunxit, *Per Dominum Jesum Christum*: et rursus probabilitatem et terrorem afferens dixit: *Ut cum silentio operantes panem suum manducant*. Cur non dixit, Si non sint autem immodesti et dissoluti, alantur a vobis; sed utrumque exigit, ut et sint in silentio, et operentur? Quia ipsos operantes vult sibi alimentum parare. Hæc enim sibi vult illud, *Ut panem suum manducant*; id est, ex suis laboribus, non alienum, ex mendicitate partum. 13. *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes*. Vide quomodo statim fracta sunt paterna viscera. Non potuit ulterius proseguere increpationem, sed rursus eorum est misertus: vide autem cum quanta prudentia. Non dixit, Sed eis ignoscite, donec corrigantur; sed quid? *Vos autem nolite deficere benefacientes*. Subtrahite, inquit, vos ab ipsis, et eos increpate: ne tamen eos fame intereuntes despiciat. Si vero, inquit, a nobis habens abundantiam, maneat otiosus, benignum quoddam medicamentum dicit. Quid ergo dicit: Si eam quæ est a nobis habens abundantiam, manet otiosus? In eo, inquit, placidum ac benignum dixi medicamentum: nempe, Subtrahite vos ab ipso; hoc est, Ne ei detis fiduciam et loquendi libertatem, ostendite vos ei succensere. Non est hoc parvum. Talis fit ad fratres increpatione, si vere eos volumus corrigere. Non ignoramus modos increpationis. Nam, dic, quæso, si fratrem haberes carnalem, eumne despiceres fame pereuntem? Non sane opinor; sed forte etiam corrigeres. 14. *Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam*. Vide Pauli humilitatem: non dixit, Qui non obedit, mihi non obedit; sed placide subinducat. *Hunc notate*. Ut non lateat, hoc facere hortatur. *Ne commisceamini cum illo*. Non est parva hæc castigatio. Deinde rursus, *Ut confundatur*. Nec sinit ulterius progredi. Ut enim cum dixisset, *Si quis non operatur, nec manducet*, veritus ne fame interirent, subjunxit, *Vos autem nolite deficere benefacientes*: ita cum dixisset, Subtrahite vos, et, *Non commisceamini cum illo*, deinde veritus ne hoc ipsum eum excinderet a fraternitate (nam qui despondit animum, cito peribit, cui non datur fiducia et libertas loquendi), subjunxit: 15. *Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem*. Per hæc ostendit, quod et in eum magnum statuatur supplicium, eo quod eum privet fiducia.

3. *Eleemosyna quomodo danda*. — Nam si esse cum multis accipientem est pudendum: quando et præbuerint increpantes, et se subtraxerint, quantum est hoc probrum, et quantum ad mordendum animum sufficit! Nam si ii qui dant tardius, aut murmurant, eos incendunt qui accipiunt (ne mihi enim dixeris de impudentibus mendicis, sed de fidelibus); si qui dant sunt increpaturi, quid non facerent quod non mererentur supplicium? Non sic nos, sed tamquam maxima affecti injuria, eos qui mendicant afficimus contumelia, et aversamur. Non das; cur etiam es molestus? *Admonete*, inquit, *ut fratres,*

non contumelia afficite tamquam inimicos. Qui fratrem admonet, non hoc facit publice, non probrum in publicum traducit, sed hoc facit privatim et cum magna attentione, et dolens, ægre ferens, et lacrymans et lamentans. Fraterno ergo animo præbeamus, fraterna voluntate admoneamus: non tamquam dolentes eo quod demus, sed tamquam dolentes, propterea quod ille transgrediatur mandatum. Quid enim lucraris? Nam si postquam dederis contumelia afficis, perdis voluptatem distributionis: quando autem nec dederis et contumelia affeceris, quid mali non fecisti illi misero et calamitoso? Accessit tamquam aliquid a te accepturus, recessit autem letali accepto vulnere, et magis est lacrymatus. Nam cum propter egestatem necesse habeat mendicare, et quia mendicat, contumelia afficitur; vide quantum futurum sit contumeliosorum supplicium. *Qui contumelia afficit pauperem, eum irritat qui ipsum fecit* (Prov. 14. 21). Nam, dic mihi, ipse eum propter te sinit esse egenum, ut tu possis te ipsum curare, et tu eum contumelia afficis qui propter te est egenus? quantæ hæc sunt pravitalis! quam ingrati animi est hoc factum! *Admonete*, inquit, *ut fratres*. Etiam postquam dederis jussit admonere: quando autem etiam, cum non dederimus, contumelia afficimus, quænam erit nobis defensio? 16. *Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco*. Vide quomodo postquam narravit quæ sunt agenda, ea obsignet precatione, veluti quædam signacula eorum, quæ sunt deposita, preces ponens et supplicationem. *Det vobis*, inquit, *pacem in omni loco*. Nam quoniam est verisimile pugnas ex his exorturas, cum illi evadant asperiores, et hi non perinde atque illi præbeant, merito hoc nunc est precatus. *Det*, inquit, *vobis pacem semper*. Hoc est enim quod quæritur, ut eam semper habeant. Quid est, *In omni loco*? Ubique vult pacem esse, ut nullo ex loco habeant occasionem contentionis. Ubique enim pax est bona, etiam apud eos qui sunt foris: audi enim eum alibi dicentem: *Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete* (Rom. 12. 18). Ad ea enim quæ recte gerere volumus nihil est adeo aptum, ut esse pacificum et non turbulentum, et liberum esse ab inimicitiiis, et nullum habere inimicum. *Dominus sit cum omnibus vobis*. 17. *Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo*. 18. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen*. Hoc dicit se scribere in omni epistola, ut nemini liceat eas adulterare, cum positum sit veluti magnum signum subscriptionis. Salutationem autem appellat precationem, ostendens quod et tunc omnia agebant spiritualia, et quando salutare oportebat, res erat cum lucro; et quod precatio non esset solum symbolum amicitiae. Ab ea incipiebat, et in eam desinebat, magnis mœnibus muniens quæ utrimque dicebantur, firmaque et solida ponebat fundamenta, firmumque et tutum finem imponebat. *Gratia*, inquit, *vobis et pax*; et rursus, *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen*. Hoc etiam Christus

λῶν. *"Ἰνα μεθ' ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν καυτῶν ἄρτον ἐσθίωσι.* Διὰ τὴ μὴ εἶπεν, Εἰ δὲ μὴ ἀτακτοῦσι, τρεφέσθωσαν παρ' ὑμῶν· ἀλλὰ ἀμφοτέρα ἀπαιτεῖ, καὶ τὸ ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι, καὶ τὸ ἐργάζεσθαι; Ὅτι βούλεται αὐτοὺς ἐργαζομένους τρέφειν ἑαυτοῦς. Τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, *"Ἰνα τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσι,* τούτέστι τὸν ἐξ οἰκείων πόνων, ἀλλὰ μὴ τὸν ἀλλότριον, τὸν ἀπὸ τοῦ προσαιτεῖν ἐκποριζόμενον. Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοί, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιούντες. Ὅρα πῶς εὐθέως κατεκλάσθη τὰ σπλάγγνα τὰ πατρικά. Οὐκ ἴσχυσε περαιτέρω τὴν ἐπιτιμίαν προαγαγεῖν, ἀλλὰ πάλιν αὐτοὺς ἠλέησε· καὶ ὅρα μεθ' ὅσης συνέσεως. Οὐκ εἶπε, Πλὴν συγγινώσκετε αὐτοῖς, ἕως ἂν διερθώσωνται· ἀλλὰ τί; Ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακήσητε. Στέλλεσθε μὲν, φησὶν, ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐπιτιμάτε αὐτοῖς, μὴ μὴν περιδῆτε λιμῶ διασφραρύντας. Τί οὖν, φησὶν, ἂν ἔχων τὴν παρ' ἡμῶν ἀφθονίαν ἐπιμένῃ ἀργῶν; Ἐπὶ τούτου φάρμακον προσηνῆς, φησὶν, εἶπον, ὅτι Στέλλεσθε ἀπ' αὐτοῦ, τούτέστι, μὴ μεταδίδετε αὐτῶ παρῆσας, ἐνδείκνυσθε ὅτι ὀργίζεσθε. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο. Τοιαύτη γὰρ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γίνεται ἐπιτιμίασις, εἰ γε ὄντως διορθώσασθαι βουλόμεθα. Οὐκ ἀγνοοῦμεν τοὺς τρόπους τῆς ἐπιτιμήσεως. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ σαρκικὸν εἶχες ἀδελφόν, ἄρα ἂν περιείδης αὐτὸν λιμῶ τηκόμενον; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἴσως κἂν ἐρῶθιμας αὐτόν. *Εἰ δὲ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς.* Ὅρα ταπεινοφροσύνην τοῦ Παύλου· οὐκ εἶπεν, Ὁ παρακούων, ἐμοῦ παρακούει· ἀλλ' ἡρέμα αἰνίττεται. *Τοῦτον σημειοῦσθε.* Ὅστε μὴ λανθάνουσιν τοῦτο ποιεῖν προτρέψει. *Μὴ συναγαμίγνυθε αὐτῶ.* Οὐ μικρὰ παιδείσις καὶ αὕτη. *Εἶτα πάλιν· "Ἰνα ἐντραπῆ,* φησὶν. Οὕτως οὐκ ἀφήσιν περαιτέρω προελθεῖν. Ὅσπερ γὰρ εἶπὼν, *Εἰ τις μὴ ἐργάζεται, μηδὲ ἐσθιέτω,* δεοικῶς μὴ λιμῶ ἀπόλωνται, ἐπήγαγεν, Ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακήσητε· οὕτως [540] εἶπὼν, *Στέλλεσθε, καὶ, Μὴ συναγαμίγνυθε αὐτῶ,* εἶτα δέσας μὴ τοῦτο αὐτὸ ἐκκόψῃ αὐτὸν τῆς ἀδελφότητος (ὁ γὰρ ἀπογνοὺς ἑαυτοῦ ταχέως ἀπολείπει μὴ μεταλαβὼν παρῆσας), ἐπήγαγε· *Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἠγείσθε, ἀλλὰ νοουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.* Διὰ τούτου δείκνυσιν ὅτι μεγάλην ὤρισε κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν, τῶ τῆς παρῆσας αὐτὸν ἀποστρεφῆσθαι.

γ' Εἰ γὰρ καὶ τὸ εἶναι μετὰ πολλῶν λαμβάνοντα αἰσχύνῃς ἄξιον, ὅταν καὶ ἐπιτιμῶντες παρέχοιεν καὶ στέλλωνται, πόσου ὄνεϊδος τοῦτο; πῶς ἰκανὸν δακεῖν ψυχὴν; Εἰ γὰρ μόνον ὀκνηρότερον διδόντες, ἢ γογγύζοντες ἐμπυρίζουσι τοὺς λαμβάνοντας (μὴ γὰρ μοι περὶ τῶν ἀναισχύντων ἐπα. τῶν εἴπησ, ἀλλὰ περὶ τῶν πιστῶν)· εἰ καὶ ἐμελλὸν ἐπιτιμῶν διδόντες, τί οὐκ ἂν εἰργάσαντο; πόσης οὐκ ἦν τιμωρίας ἄξιον; Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡς τὰ μέγιστα ἠδικημένοι, οὕτω τοὺς προσαιτούντας ὑβρίζομεν, ἀποστρεφόμεθα. Οὐ δίδως· τί καὶ λυπεῖς; *Νοουθετεῖτε,* εἶπεν, ὡς ἀδελφούς, οὐχ ὑβρίζετε ὡς ἐχθρούς. Ὁ τὸν ἀδελφὸν νοουθετῶν, οὐ δημοσίᾳ τοῦτο ποιεῖ, οὐκ ἐκπομπεύει τὴν ὕβριν, ἀλλὰ ἰδίᾳ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς, καὶ ἀλγῶν, καὶ δακνόμενος, καὶ δακρῶν καὶ ὀδυρόμενος. Ἀπὸ ἀδελφικῆς τοίνυν παρέχωμεν τῆς διανοίας ἀπὸ ἀδελ-

φικῆς νοουθετῶμεν τῆς προαιρέσεως· μὴ ὡς ἀλγούντες, ἐπὶ τῶ διδόναι, ἀλλ' ὡς ἀλγούντες ἐπὶ τῶ ἐκείνον παραβαίνειν τὴν ἐντολήν. Ἐπεὶ τί τὸ κέρδος; Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὸ δοῦναι ὑβρίζεις, λυμαίνῃ τῇ τῆς δόσεως ἡδονῇ· ὅταν δὲ μήτε ὄψ· καὶ ὕβριση, πόσον οὐκ εἰργάσω κακὸν τὸν ἀθλιὸν ἐκείνον καὶ ταλαίπωρον; Προσηλθεν ὡς ἐλεηθῆσόμενος παρὰ σοῦ· λαβῶν δὲ καιρίαν τὴν πληγὴν ἀπήλθε, καὶ μᾶλλον ἐδάκρυσεν. Ὅταν γὰρ ἀναγκάζηται διὰ τὴν ἐνδειαν προσαιτεῖν, διὰ δὲ τὸ προσαιτεῖν ὑβρίζεται, ὅρα πόση τῶν ὑβριζόντων ἔσται ἡ τιμωρία· Ὁ ἀτιμάζων πένητα, φησὶ, παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν. Εἰπέ γάρ μοι· αὐτὸς αὐτὸν ἀφῆκε πένεσθαι διὰ σέ, ἵνα σὺ ἐχθρῆ θεραπεύειν σαυτὸν, καὶ σὺ τὸν διὰ σέ πενόμενον ὑβρίζεις; πόσης ἀγνωμοσύνης ταῦτα; πόσης ἀχαριστίας τοῦτο τὸ ἔργον; *Νοουθετεῖτε,* φησὶν, ὡς ἀδελφούς. Καὶ μετὰ τὸ δοῦναι νοουθετεῖν ἐκέλευσεν· ὅταν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ διδόναι ὑβρίζωμεν, τίς ἡμῖν ἔσται ἀπολογία; Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δῶν ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντός ἐν παντὶ τόπῳ.<sup>a</sup> Ὅρα πῶς, ὅταν τὰ πρακτέα ὑπαγορεύῃ, ἐπισημαίνεται αὐτὰ τῇ εὐχῇ, καθάπερ τινὰ σήμαντρα τῶν ἀποτεθέντων, τιθεὶς τὴν δέησιν καὶ τὴν ἱκετηρίαν. *Δῶν ὑμῖν, φησὶ, τὴν εἰρήνην ἐν παντὶ τόπῳ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τούτων εἰδὸς μάχας [541] γίνεσθαι, ἐκείνων τε τραυτέρων γινομένων, τούτων τε οὐκέτι ὁμοίως τοῖς τοιοῦτοις παρεχόντων, εἰκότως τοῦτο ἐπηύξατο νῦν, *Δῶν ὑμῖν εἰπὼν τὴν εἰρήνην διαπαντός.* Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ζητούμενον, ὥστε αἰεὶ ἔχειν αὐτήν. Τί ἐστίν, Ἐν παντὶ τόπῳ; Πανταχόθεν βούλεται εἰρηνεύειν, ὥστε μηδαμόθεν ἔχειν φιλονεικίας ἀφορμὴν. Πανταχῶ γὰρ εἰρήνην καλὸν, ὅπου γε καὶ πρὸς τοὺς ἕξω· ἄκως γὰρ αὐτοῦ ἀλλαχού λέγοντος· *Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε.* Οὐδὲν γὰρ οὕτω πρὸς τὸ κατορθῶσαι ἢ βουλόμεθα ἐπιτῆδειον, ὡς τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀτάραχον, ὡς τὸ ἀπεχθείας ἀπὸ ἀπάτης, καὶ μηδένα ἔχειν ἐχθρόν. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὃ ἐστὶ σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράψω. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Τοῦτο λέγει γράφειν ἐν πίσῃ ἐπιστολῇ, ὥστε μηδενὶ ἐξείναι παραποιεῖν αὐτῆς, τῆς ὑπογραφῆς ὡσπερ τεκμηρίου κειμένου μεγάλου. Ἀσπασμὸν δὲ καλεῖ τὴν εὐχὴν, δεικνύς ὅτι πάντα πνευματικὰ ἔπραττον τότε, καὶ ὅτε ἀσπασσάσθαι ἔδει, μετὰ κέρδους τὸ πρᾶγμα ἦν καὶ εὐχὴν οὐχ ἀπλῶς φιλίας σύμβουλον. Ἀπὸ τούτου ἤρχετο, καὶ εἰς αὐτὸ ἔληγε, περιφράττων τειχίους μεγάλοις τὰ λεγόμενα ἐκατέρωθεν, ἀσφαλεῖς τε θεμελίους τιθεὶς, καὶ τὸ τέλος ἐπήγαγεν ἀσφαλές. *Χάρις ὑμῖν, φησὶ, καὶ εἰρήνη· καὶ πάλιν, Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.* Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐπηγγέλλετο λέγων τοῖς μαθηταῖς, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Ἀλλὰ τοῦτο γίνεται, ὅταν ἡμεῖς βουλόμεθα· οὐ γὰρ πάντως ἔστα μεθ' ἡμῶν, ἐὰν ἑαυτοὺς πόρρω ποιῶμεν. Μεθ' ὑμῶν, φησὶν, ἔσομαι διαπαντός. Μὴ τοίνυν τὴν χάριν ἀπὲλάσσωμεν. Στέλλεσθαι ἡμᾶς βούλεται ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. Μέγα ἦν τότε τοῦτο τὸ κακὸν, τὸ ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἀσπασθῆναι: τῶν ἀδελφῶν. Τοῦτω γοῦν ἄπαντας τιμωρεῖται, καθῶς καὶ

<sup>a</sup> Omnes editi et mss. nostri habent ἐν παντὶ τόπῳ, *omni modo.* Sed Gentiarius Helvetius, qui vertit, *in omni loco,* ἐν παντὶ τόπῳ legisse videtur. Vulgata etiam Latina nostra, *in omni loco.* Cude ἐν παντὶ τόπῳ incunctauter posuimus hic et iuxta.

ἀλλαχοῦ γράζων Κορινθίους ἔλεγε· *Τῷ τοιοῦτῳ μηδὲ συνεσθίειν* φησίν. Ἄλλ' οὐ νῦν μέγα αὐτὸ ἡγοῦνται οἱ πλείους, ἀλλὰ πάντα συγκέχυται καὶ διεφθαρται· μετὰ μοιχῶν, μετὰ πόρνων, μετὰ πλεονεκτῶν ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ἀναμιγνύμεθα. Εἰ ἀπὸ τοῦ ἀργῶς τρεφομένου μόνον στέλλεσθαι ἔδει, πόσῳ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἄλλων; Καὶ ἵνα μάθῃς ὅσον ἦν φοβερὸν τὸ χωρίζεσθαι ἀπὸ τοῦ συλλόγου τῶν ἀδελφῶν, καὶ ὅσον φέροι κέρδος τοῖς εὐγνωμόνως τὴν ἐπιτίμησιν δεχομένοις, ἀκουσον ὅπως ὁ πεφυστωμένος ἐκεῖνος τῷ ἁμαρτήματι, ὁ εἰς ἐσχάτην κακίαν ἐλάσας, ὁ πορνεύειαν πορευύσας, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὁ ἀναισθητῶς ἔχων τοῦ τραύματος (τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὑπερβολὴ διαστροφῆς)· οὗτος δὴ ὁ τοιοῦτος οὕτω κατεκάρμυθη καὶ συνεστάλη, ὥστε τὸν Παῦλον εἰπεῖν· Ἄρκει τῷ τοιοῦτῷ ἡ ἐπιτίμησις αὐτῆ ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων· ὥστε κυρώσατε εἰς αὐτὴν ἀγάπην. Καθάπερ γὰρ μέλος ἀποσπασθὲν τοῦ λοιποῦ σώματος, οὕτως ἦν τότε.

[542] δ'. Τὸ δὲ αἴτιον, καὶ πόθεν ἦν τοῦτο φοβερὸν τότε· ἐπειδὴ καὶ τὸ εἶναι μετ' αὐτῶν μέγα ἀγαθὸν αὐτοῖς ἐνομίζετο. Καθάπερ γὰρ οἰκίαν μίαν οἰκοῦντες, καὶ ὑπὸ πατέρα ἕνα ὄντες, καὶ μιᾶς τραπέζης μετέχοντες, οὕτως ὄκουν τότε καθ' ἐκάστην Ἐκκλησίαν. Τὸ τοῖσιν τοσαύτης ἐκπεσεῖν ἀγάπης, πῶσον κακὴν ἦν; Νῦν δὲ οὐδὲ εἶναι ἢ μέγα δοκεῖ, διὰ τὸ μηδὲ μέγα τι νομίζεσθαι, ὅταν μετ' ἀλλήλων ὄμεν. Ὅπερ ἐν τάξει τιμωρίας ἦν τότε, τοῦτο διὰ τὴν πολλὴν ψύχιν τῆς ἀγάπης καὶ χωρὶς τιμωρίας γίνεται νῦν, καὶ στελλόμεθα ἀπ' ἀλλήλων εἰκῆ, καὶ ἀπὸ ψυχρότητος. Τὸ γὰρ πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἶναι ἀγάπην· τοῦτο πάντα διέλυσε καὶ ἤρᾶνε τὰ σεμνὰ καὶ λαμπρὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθαι ἔδει. Μεγάλῃ διδασκάλου παρῆρσία, ὅταν ἐκ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ἔχη τοῖς μαθηταῖς ἐπιτιμᾶν. Διὰ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς*· καὶ τοῦ βίου μᾶλλον ὀφείλει διδάσκαλος εἶναι, ἢ τοῦ λόγου. Μηδεὶς δὲ νομίζετω τοῦτο μεγαληγορίας εἶναι· εἰς γὰρ ἀνάγκην καταστὰς τοῦτο ἐφθίγγετο, καὶ πρὸς τὸ κοινῇ χριστιμον. *Ὅτι οὐκ ἠτακτῆσαμεν*, φησὶν, *ἐν ὑμῖν*. Ἀπὸ τούτου οὐχ ὀρέξῃ τὴν ταπεινοφροσύνην, ἣν δωρεὰν καλεῖ καὶ εὐταξίαν; *Ὅτι ἠτακτῆσαμεν*, φησὶν, *ἐν ὑμῖν*, οὐδὲ *δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν*. Δείκνυσιν ἐνταῦθα καὶ πένητας αὐτοὺς ἴσως ὄντας. Καὶ μὴ μοι εἴπῃς, Ἄλλ' οὐ πάντες πένητες ἦσαν· περὶ γὰρ πενήτων καὶ τῶν οὐκ ἄλλως τῆς ἀναγκαίας εὐπορούντων τροφῆς, ἢ ἀπὸ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας διαλέγεται. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἴνα ἀπὸ πατέρων ἔχουσιν, ἀλλ', Ἴνα ἐργαζόμενοι τὸν ἄρτον ἄρτον ἐσθλωσιν. Εἰ γὰρ ὁ κήρυξ ἐγὼ, φησὶ, τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας ἐφωβήθη βαρῆσαι ὑμᾶς, πολλῶ μᾶλλον ὁ μηδὲν ὑμᾶς ὠφελῶν. Τοῦτο γὰρ ὄντως βᾶρος ἐστὶ. Βᾶρος δὲ ἐστὶν, ὅταν τις μὴ μετὰ προθυμίας πολλῆς διδῷ. Ἄλλ' οὐ τοῦτο αἰνίττεται, ἀλλ' ὡς οὐκ ἐχόντων εὐκόλως. Διὰ τί γὰρ οὐκ ἐργάζῃ; χεῖράς σοι εἰς τοῦτο ἔδωκεν ὁ Θεός, οὐχ ἵνα παρ' ἐτέρων λαμβάνῃς, ἀλλ' ἵνα ἐτέροις παρέχης. *Ὁ δὲ Κύριος*, φησὶ, *μεθ' ὑμῶν*. Τοῦτο ἔξεστι καὶ

ἡμῖν ἑαυτοῖς ἐπεύχεσθαι, ἂν τὰ τοῦ Κυρίου πράττωμεν. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐντεταλμένη ἔμιν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*. Οὐ μόνον ταῦτα πρὸς ἐκείνους εἰρηται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς. Ὅτι γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐπήγγελται μόνον, δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Ἔως τοῦ αἰῶνος τῆς συντελείας*, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' ἴχνος ἐκείνων βαίνουσι ε. Τί οὖν πρὸς τοὺς μὴ διδασκάλους φησὶν; Ἐκαστος ὑμῶν, εἰ βούλοιο, διδάσκαλος ἐστίν, εἰ [543] καὶ μὴ ἐτέρου, ἀλλ' ἑαυτοῦ διδάξων σεαυτὸν πρῶτον. Ἐὰν διδάξῃ πάντα, ὅσα ἐντεταλὰ σοὶ τηρεῖν, διὰ τούτου πολλοὺς ἔξεις τοὺς ζηλοῦντας. Ὅσπερ γὰρ ὁ λύχνος, ὅταν αὐτὸς γένηται λαμπρὸς, μυρίους δύναται ἀνάψαι· ἐσβεσμένοις δὲ οὐδὲ ἑαυτῷ παρέξει φῶς, οὔτε ἐτέρους ἀνάψαι λύχνους δυνήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ βίου τοῦ καθαροῦ, ἔάν τὸ ἐν ἡμῖν φῶς λαμπρὸν ἦ, μυρίους καὶ μαθητὰς καὶ διδασκάλους ἐργασόμεθα, ὡσπερ ἀρχέτυπον προκειμένοι. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τὰ παρ' ἐμοῦ ῥήματα τοὺς ἀκούοντας ὠφελῆσαι δυνήσεται, ὡς ὁ βίος ὁ ἡμέτερος. Ἔστω γὰρ, εἰ βούλει, ἀνὴρ τις τῷ Θεῷ φίλος, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμπων, καὶ γυναῖκα ἔχων· ἔξεστι γὰρ καὶ γυναῖκα ἔχοντα ἀρέσκειν Θεῷ· παιδεία καὶ οἰκέτας καὶ φίλους· οὗτος, εἰπέ μοι, οὐ πολλῶ μᾶλλον ἐμοῦ τοὺς πάντας ὠφελῆσαι δυνήσεται; Ἐμοῦ μὲν γὰρ ἅπαξ ἢ δευτέρον ἀκούσονται ἰ τοῦ μινδῶς, ἢ οὐδὲ ἅπαξ, καὶ ἅπερ ἂν ἀκούσωσιν, ἴσως μέχρι τοῦ τῆς ἐκκλησίας οὐδοῦ φυλάξαντες, εὐθέως ἀποβάλλουσιν· ἐκείνου δὲ τὸν βίον ὀρῶντες διηνεκῶς, μεγάλα κερδαίνουσιν. Ὅταν γὰρ ὕβρισθῃς μὴ ἀνθυβρίση, οὐχὶ σχεδὸν ἐνέπηξαι καὶ ἐνεχάραξαι τῆς ἐπιεικειᾶς αὐτοῦ τὴν αἰδῶ εἰς τὴν τοῦ ὕβριζοντος ψυχῆν; κἂν μὴ παραυτίκα ὀμολογῇ τὴν ὠφέλειαν, ἀπὸ τοῦ θυμοῦ ἢ αἰσχυρόμενος ἢ ἐντροπέμενος, ἀλλ' ὁμως αἰσθησὶν εὐθέως λαμβάνει· καὶ ἀδύνατον ἀνθρώπου ὕβριστήν, κἂν θηρίον ἦ, ἀνεξικάκῃ τινὶ προσμίξαντα, μὴ μέγαλα κερδίσαντα ἀπελθεῖν. Τὰ γὰρ ἀγαθὰ κἂν μὴ πράττωμεν, ἀλλ' ὁμως ἐπαينوῦμεν ἅπαντες· καὶ θαυμάζομεν. Ἡ γυνὴ πάλιν ἂν ἰδῇ τὸν ἄνδρα ἐπιεικῆ, μέγαλα κερδαίνει ἀεὶ συνοῦσα, καὶ τὸ παιδίον. Ἐξεστὶν οὖν ἐκάστῳ διδασκάλῳ γενέσθαι. *Οικοδομοῦτε γὰρ*, φησὶν, *ἀλλήλους εἰς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε*. Ὅρα γὰρ προσέπεσε ζῆμία ἐπὶ τῆς οἰκίας; ἡ γυνὴ ὀρυβεῖται, ἅτε ἀσθενεστέρα οὐσα καὶ φιλόκοσμος; ὁ ἀνὴρ ἔδην ἢ φιλόσοφος καὶ καταγελαστής ζῆμίας, καὶ ἐκείνην παρμιθεῖται, καὶ πείθει φέρειν γενναίως. Ἀρ' οὖν, εἰπέ μοι, οὐ πολλῶ μᾶλλον αὐτῆν τῶν ἡμετέρων ὠφελῆσει· λόγων; Εἰπεῖν μὲν γὰρ παντὶ εὐκόλον, πρᾶξι δὲ ὅταν εἰς χρεῖαν καταστώμεν, σφίδρα δύσκολον. Διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ρυθμιζέσθαι ἡ ἀνθρωπίνῃ φύσει εἴλωε· καὶ τοσαύτη τῆς ἀρετῆς ἡ ὑπερβολή, ὥστε καὶ δοῦλος πολλάκις ὑλόκληρον ὠφέλησεν οἰκίαν μετὰ τοῦ δεσπότου.

<sup>a</sup> Forte legendum, Τὸ δὲ αἴτιον πόθεν.

<sup>b</sup> Lege οὐδὲν εἶναι. Sic mss. omnes recte. Editi vero, εἰπῃς ὅτι πένητες ἦσαν.

<sup>c</sup> Verba, ἀλλὰ καὶ τοῖς... βαίνουσι, post ἐπήγγελται μόνον (transferebantur) videntur.

<sup>d</sup> Verbum ἀκούσονται inseruimus e Colb. et marg. Savil. Edit



præcepit discipulis, dicens, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth. 28. 20). Sed hoc fit quando nos volumus: non enim erit omnino nobiscum, si nos procul removerimus. Vobiscum, inquit, ero perpetuo. Ne ergo gratiam abigamus. Vult ut nos subtrahamus ab omni fratre inordinate ambulante. Hoc tunc magnum erat malum a cœtu fratrum esse avulsos. Hoc certe modo pœnas sumit de omnibus: sicut etiam alibi ad Corinthios scribens dicebat, *Cum hujusmodi ne convesci quidem* (1. Cor. 5. 11) jubet. Sed non hoc magnum nunc plerique existimant; sed sunt omnia confusa et corrupta: cum adulteris, cum scortatoribus, cum avaris temere et sine discrimine commiscemur. Si ab eo qui otiose alebatur se subducere oportebat, quanto magis ab aliis? Et ut discas quam esset terribile separari a conventu fratrum, et quantum lucrum afferret iis qui benigne suscipere reprehensionem, audi quomodo ille qui peccato erat inflatus, qui ad extremum vitium erat provectus, qui talem admisit fornicationem, qualis nec inter gentes nominabatur, qui vulnus suum non sentiebat (hoc enim est summa perversitas): ille, inquam, qui talis erat, ita fuit inflexus et reductus, ut diceret Paulus, *Sufficit illi, qui est ejusmodi, increpatio hæc quæ fit a pluribus* (2. Cor. 2. 6): quamobrem confirmate in ipsum caritatem. Tunc enim ita erat, ut membrum a reliquo corpore avulsam.

4. Causa autem cur hoc tunc terribile esset, hæc erat: quoniam etiam cum eis esse tunc magnum bonum existimabatur. Sicut enim qui unam domum habitant, et sunt in unius patris potestate, et unius mensæ sunt participes: ita tunc habitabant in unaquaque Ecclesia. A tanta ergo excidisse caritate quantum erat malum! Nunc autem nihil videtur esse magnum, quia nec magnum quidpiam esse existimatur, quando simul conjuncti versamur. Quod tunc erat instar supplicii, nunc, quod valde refrixerit caritas, non pœnæ loco habetur, et temere alter ab altero separamur, idque ex algore caritatis. Malorum enim omnium causa est quod non sit caritas: hoc omnia Ecclesiæ bona honesta ac præclara, propter quæ exsultare oporteret, destruxit et delevit. Magna est doctoris fiducia, quando a rebus recte a se gestis potest increpare discipulos: quamobrem Paulus dicebat, *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos* (2. Thess. 3. 7); et magis debet esse doctor ex vita, quam ex sermone. Nemo autem existimet hoc esse gloriosæ jactantiæ: ad necessitatem enim reductus hoc dixit, et ad id quod confert in commune. *Quoniam non fuimus*, inquit, *inordinati inter vos*. Et hic non vides humilitatem, quam donationem vocat modestiamque ac moderationem? *Non fuimus*, inquit, *inter vos inordinati, neque gratis panem manducavimus*. Ostendit hic quoque forte illos fuisse pauperes. Nec mihi dixeris, Sed non omnes erant pauperes: loquitur enim de pauperibus, et quibus non alias necessarium suppetit alimentum, quam ex operatione manuum, Ut a patribus ha-

beant, sed, *Ut operantes panem suum comedant*. Nam si ego, præco doctrinæ verbi, timui vos gravare, multo magis is qui vobis nihil prodest: hoc enim plane est gravare. Gravare autem est quando quispiam non dat cum magna animi alacritate. Sed non hoc inuit, sed ut qui non facile habeant. Cur enim non operaris? Deus ad hoc tibi dedit manus, non ut ab aliis accipias, sed ut aliis præbeas. *Dominus autem*, inquit, *vobiscum*. Hoc ipsum quoque licet precari, si agamus quæ sunt Domini: audi enim Christum dicentem discipulis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis: et ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* (Matth. 28. 19. 20). Non solum illis hoc dictum est, sed etiam nobis. Nam quod illis solum non sit promissum, palam est ex eo quod dixit, *Usque ad consummationem sæculi*, sed illis etiam qui ejus vestigiis insistant. Quid ergo illis dicit qui non sunt doctores? Unusquisque vestrum, si velit, potest esse doctor, si non alterius, sui tamen: docete ipsum primum. Si docueris omnia quæ mandavit ut servares, per hoc multos habebis qui æmulentur. Sicut enim lucerna quando ipsa fuerit lucida, accendere potest innumerabiles; extincta autem, ne sibi quidem præbebit lumen, neque alias lucernas accendere poterit: ita etiam de vita pura dicendum: si quæ est in nobis, fuerit lucida, efficiemus innumerabiles et discipulos et doctores, quasi exemplar propositi. Neque enim verba mea iis qui audiunt ita prodesse poterunt, ut nostra vita. Esto enim, si velis, vir Deo carus et virtute resplendens, et habens uxorem; licet enim uxorem quoque habenti et liberos et servos et amicos, Deo placere: annon is omnibus multo magis poterit prodesse, quam ego? Ex me enim in mense semel aut bis, aut ne semel quidem lucrum faciant; et quæ audierint, fortasse usque ad limen ecclesiæ servantes, statim abjiciunt: illius autem vitam videntes assidue, multum lucrantur. Quando enim contumelia affectus, ipse non vicissim affecerit, annon suæ lenitatis et mansuetudinis pudorem in animo ejus qui contumelia afficit, infigit et insculpit? Quod si non statim fateatur quàm accepit utilitatem, aut ira præpeditus, aut rubore suffusus, aut pudore affectus, sensum tamen statim accipit: et fieri non potest ut homo contumeliosus, etiamsi sit bestia, si cum homine leni et patiente fuerit versatus, non magno accepto lucro recedat. Bona enim etiamsi non agamus, laudamus tamen omnes et admiramur. Mulier rursus si viderit virum placidum et modestum, multum lucratur semper cum eo versans, et puer itidem. Licet ergo unicuique esse doctorem: *Ædificate enim*, inquit, *alterutrum, sicut et facitis* (1. Thess. 5. 11). Perpende, quæso: domui tuæ aliquid damnum accidit? conturbatur uxor, ut quæ sit infirmior et magis mundana? maritus si sit philosophus, et damni accepti irrisor, illam consolatur, et persuadet ut generoso et forti ferat animo. Annon ergo, die quæso, ei magis proderit quam ipsi nostri sermones? Nam

dicere quidem omnibus, est facile; agere autem, cum opus fuerit, valde est difficile. Propterea ex factis humana natura magis solet corrigi et componi: tanta est virtutis excellentia, ut servus toti domui sæpe profuerit cum domino.

5. Non enim frustra nec temere illos assidue jubet Paulus virtutem exercere, et obedire dominis; non tantam curam gerens ut ministrent dominis, quantum ut ne verbum Dei et doctrina blasphemetur: quando autem non blasphematur, cito etiam habebitur in admiratione. Scio etiam multas domos multum lucrificasse ex virtute servorum. Si autem servus qui est sub potestate, potest dominum corrigere, multo magis dominus servos. Vos hoc ministerium mecum, quæso, distribuite. Ego cum omnibus loquor in communem, vos seorsum unicuique, et cuique committatur proximorum procurare salutem. Quod enim oporteat eos qui sunt patresfamilias domui suæ præesse, et eorum curam in his gerere, audi quo mulieres transmittat Paulus: *Si quid autem velint discere, domi viros suos interrogent* (1. Cor. 14. 35): nec eas adducit ad doctorem. Nam ut in ludis literariis sunt etiam inter discipulos doctores et magistri, ita etiam in Ecclesia: vult enim non ab omnibus molestiam exhiberi doctori. Quare? Quoniam magna erunt bona: non solum quoniam levis erit labor doctori, sed etiam quoniam unusquisque discipulus id curans, cito potest evadere doctor et magister, hanc habens sollicitudinem. Vide enim quantum ministerium affert mulier: domum custodit, et curam gerit omnium quæ domi sunt, ancillis instat et eas urget ad opus, vestit suis manibus, efficit ut voceris pater filiorum, te liberat a prostibulis, dat auxilium ad continentiam, sedat œstrum naturæ. Sed tu eam quoque beneficio affice. Quomodo? In spiritualibus ei manum porrige: quæ audieris utilia, ea non secus atque hirundines ore portans, affer et pone in ore matris et pullorum. Quomodo enim non est absurdum te in aliis quidem primas velle obtinere, et locum tenere capitis, in doctrina autem ordinem deserere? Eum qui imperat, iis qui parent, oportet præesse, non in honoribus, sed in virtutibus. Nam hoc quidem imperantis, illud vero eorum qui parent est officium. Si multo honore fruaris, hoc nihil ad te; accepisti enim ab aliis: si multa virtute refulgeas, hoc totum est tuum. Es caput uxoris, concinna, cor-

rige et compone reliquum corpus. Non vides quod caput non tantum loco superat reliquum corpus, quantum cura et providentia, ut quod ipsum regat ac dirigat tamquam gubernator? In capite enim et corporis et animæ sunt oculi: illinc ad eos affluit vis perspicendi, illinc vis regendi quæ tenet principatum. Et reliquum quidem corpus constituitur ad ministrandum; hoc vero collocatum fuit ad imperandum. Omnes sensus illinc habent principium et fontem: illinc instrumenta emittuntur vocalia, facultas videndi, facultas odorandi, tactus universus: illinc constituitur radix nervorum et ossium. Vides quod providentia magis excellat, quam honore? Ita nos etiam imperemus mulieribus: eas vincamus, non quod plus honoris quæramus, sed quod ipsæ a nobis majori afficiantur beneficio. Ostendi eas non parvis nos afficere beneficiis; sed si velimus eas remunerari spiritualibus, nos vincimus. Nam in corporalibus non possumus aliquid asferre quod eis ex æquo respondeat. Quid enim? affertis multas pecunias? Sed illa servat: hæc autem cura propendet ex æquilibris, et sicea opus habet. Quare? Quia plurimi qui multa possidebant, quoniam non habebant quæservaret, omnia perdidērunt. Sed propter liberos est inter ambos societas: par quoque est utriusque beneficium; imo vero illa in his laboriosius obit ministerium, ut quæ semper ferat foetum, et partus vexetur laboribus. Quamobrem in solis spiritualibus eam potes vincere. Ne curemus ut sint nobis pecuniæ, sed ut quæ nobis creditæ sunt animæ, eas cum fiducia coram Deo sistamus: in illis enim corrigendis et concinnandis nobis quoque multum proderimus. Nam qui alium docet, si nihil aliud, in dicendo compungitur, maxime dum videt seipsum iis esse obnoxium de quibus alios reprehendit. Quoniam ergo et nobis ipsis et illis prosumus, et per illas domui, et hoc in primis Deo est gratum; ne nos pigeat et nostræ, et eorum qui nobis ministrant animæ curam gerere: ut pro omnibus accipiamus remunerationem, et cum multis divitiis perveniamus in sanctam civitatem matrem nostram Jerusalem cælestem: a qua absit ut umquam excidamus, sed cum resplenderimus in optima vitæ institutione, cum magna fiducia digni censemur videre Dominum Jesum Christum, cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria, potentia, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ε'. Οὐδὲ γὰρ εἰκὴ οὐδὲ ἀπλῶς αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιτάττει τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν ὁ Παῦλος, καὶ πειθηρίους εἶναι τοῖς δεσπόταις, οὐ τῆς διακονίας τοσοῦτον φρονιζῶν τῶν δεσποτῶν, ὅσον ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημηθῆται καὶ ἡ διδασκαλία· ὅταν δὲ μὴ βλασφημηθῆται, ταχέως καὶ θαυμασθήσεται. Καὶ οἶδα πολλὰς οἰκίας, ὅτι μεγάλα ἐκέρθαναν ἀπὸ τῆς τῶν δούλων ἀρετῆς. Εἰ δὲ οἰκέτης ὑπ' ἐξουσίαν κείμενος τὸν δεσπότην [544] ρυθμίσει δύναται· ἂν, πολλῶ μᾶλλον δεσπότης οἰκέτας. Διαινεῖμασθε πρὸς ἐμὲ, παρακαλῶ, ταύτην τὴν διακονίαν. Ἐγὼ πᾶσι κοινῇ διαλέγομαι· ὑμεῖς ἰδίᾳ ἕκαστω, καὶ ἕκαστος ἐγγεγραμμένος τὴν συντηρίαν τῶν πλησίων. Ὅτι γὰρ δεῖ τῶν τῆς οἰκίας προσεστάνων ἐν τούτοις, ἀκουσον ποῦ παραπέμπει τὰς γυναῖκας ὁ Παῦλος· *Εἰ δὲ τι μαθεῖν θέλωσι*, φησὶν, *ἐν οἴκῳ τοῖς ἰδίους ἀνδράσιν ἐπερωτᾶτωσαν*· καὶ οὐ προσάγει αὐτάς τῳ διδασκάλῳ. Καθὰπερ γὰρ ἐν ταῖς διατριβαῖς τῶν γραμμάτων εἰσι καὶ ἐν τοῖς μαθηταῖς διδάσκαλοι, οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· βούλεται γὰρ μὴ ὑπὸ πάντων ἐνοχλεῖσθαι τὸν διδάσκαλον. Διὰ τί; Ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ οὕτως ἔσται, οὐ μόνον ὅτι κούφος ἔσται ὁ πόνο; τῳ διδασκάλῳ, ἀλλ' ἐπι καὶ τῶν μαθητῶν ἕκαστος μεριμνήσας, ταχέως γενέσθαι δύναται διδάσκαλος, ταύτην ἔχων τὴν φροντίδα. Ὅρα γὰρ πόσην διακονίαν εἰσάγει ἡ γυνὴ· οἰκουρεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν πάντων φροντίζει, ταῖς θεραπεύει ἐφέστηκεν, ἀμφιένυσσι ταῖς αὐτῆς χερσὶ, πατέρα σε ποιεῖ παῖδων καλεῖσθαι, χαμαιτυπεῖων ἀπαλλάττει, πρὸς σωφροσύνην βοηθεῖ, τὸν οἶστον τῆς φύσεως παύει. Ἄλλ' εὐεργέτει αὐτὴν καὶ σὺ. Πῶς; Ἐν τοῖς πνευματικοῖς ὁρεσὶν ἄπερ ἂν ἀκούσης χρήσιμα, ταῦτα, καθὰπερ αἱ χελιδόνες, τῷ στόματι διαδαστάζων ἀπάγγε, καὶ ἐνθες εἰς τὸ στόμα καὶ τῆς μητρὸς καὶ τῶν νεοτῶν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν πρωτείων ἀξιοῦν σαυτὸν, καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς χώραν ἐπέχειν, ἐν δὲ τῇ διδασκαλίᾳ λείπειν τὴν τάξιν; Τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων οὐκ ἐν ταῖς τιμαῖς ὑπερέχειν δεῖ, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀρεταῖς· τοῦτο γὰρ ἄρχοντος· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῶν ἀρχομένων ἐστὶ, τοῦτο δὲ αὐτοῦ τοῦ ἀρχοντος κατόρθωμα. Ἄν πολλῆς ἀπολαύσης τιμῆς, οὐδὲν τοῦτο πρὸς σέ· ἔλαβες γὰρ παρ' ἑτέρων· ἂν πολλῇ λάμπης τῇ ἀρετῇ, τοῦτο ὅλον σόν. Κεφαλὴ τῆς γυναικὸς εἰ· οὐκοῦν ρυθμιζέτω τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ἡ κεφαλῇ. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὐ τῳ τῷ τοσοῦτον ὑπερέχει

τοῦ λοιποῦ σώματος, ὅσον τῇ προνοίᾳ, καθὰπερ τις κυβερνήτης, ἅπαν αὐτὸ εὐθύνουσα; Ἐν γὰρ τῇ κεφαλῇ καὶ οἱ τοῦ σώματος, καὶ οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί· ἐκεῖθεν ἐπιβρέει τοῖς τοῖς διορατικῶν, ἐκεῖθεν τὸ ἡγεμονικόν. Καὶ τὸ μὲν λοιπὸν τάττεται εἰς διακονίαν, αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἐπιτάττειν κείται. Πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις ἐκεῖθεν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πηγὴν· τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐκεῖθεν ἀναπέμπεται, τὸ διορατικόν, τὸ ὁσφρητικόν, ἡ ἀφῆ πᾶσα· ἡ γὰρ τῶν νεύρων ρίζα καὶ τῶν ὁστών ἐκεῖθεν συνέστηκεν. Ὅρᾷς ὅτι τῇ προνοίᾳ μᾶλλον ὑπερέχει, ἢ τῇ τιμῇ· Οὕτω καὶ τῶν γυναικῶν ἡμεῖς ἄρχομεν· νικῶμεν αὐτάς μὴ τῳ πλείονα τιμῆν ζητεῖν παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ τῳ μειζόνως αὐτάς εὐεργετῆσθαι παρ' ἡμῶν. Ἐδειξα ὅτι οὐ μικρὰς ἡμᾶς εὐεργεσίας εὐεργετοῦσιν, ἀλλ' ἐὰν θέλωμεν ἐν τοῖς πνευματικοῖς δοῦναι τὴν ἀντίδοσιν, ἡμεῖς νικῶμεν· ἐπεὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀντίβροπον τι εἰσυγαγεῖν οὐ δυνατόν. [545] Τί γὰρ; εἰσάγετε πολλὰ χρήματα; Ἄλλ' ἐκεῖνη φυλάττει· ἀντίβροπος δὲ αὐτῇ ἐκεῖνης ἡ πρόνοια, καὶ οὕτως αὐτῆς δεῖται. Διὰ τί; Ὅτι πολλοὶ πολλὰ κεκτημένοι, ἐπειδὴ φυλάττουσαν οὐκ ἔσχον, πάντα ἀπώλεσαν. Ἄλλὰ τῶν παίδων ἔνεκεν κοινωνοῦτε ἀμφοτέροι, καὶ ἴση παρ' ἑκατέρου ἡ εὐεργεσία· μᾶλλον δὲ ἐκεῖνη πολυπονητέραν ἐν τούτοις ἔχει τὴν διακονίαν, διαπαντὸς φέρουσα τὸ κυόμενον, καὶ ταῖς ὠδίσι διακοπτομένη. Ὡστε ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνοις δυνήση νικᾶν. Μὴ δὴ φροντίζομεν ὅπως ἡμῖν χρήματα ἔσται, ἀλλ' ὅπως ἄς ἐνεπιτευθῆμεν ψυχὰς, μετὰ παρῆρησίας τῳ Θεῷ παραστήσωμεν· ἐν τῳ γὰρ ρυθμίζομεν ἐκείνας καὶ ἑαυτοὺς τὰ μέγιστα ὀνήσομεν. Ὁ γὰρ ἕτερον διδάσκων, εἰ καὶ μὴδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἐν τῳ λέγειν κατανύσσεται, καὶ μάλιστα ὅταν ἴδῃ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον ὄντα τούτοις, ὑπὲρ ὧν ἑτέροις ἐπιτιμᾷ. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμῖς αὐτοὺς, κἀκεῖνας ὠφελοῦμεν, καὶ δι' ἐκείνων τὸν οἶκον, καὶ τῳ Θεῷ τοῦτο δοκεῖ προηγουμένως, μὴ ἀποκάμωμεν καὶ τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῆς τῶν διακονομένων ἡμῖν ψυχῆς κηδόμενοι, ἐν' ὑπὲρ πάντων λάθωμεν τὴν ἀμοιβὴν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πλοῦτου κατανηθώμεν εἰς τὴν ἀγίαν πόλιν τὴν μητέρα ἡμῶν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἥς μὴ γένοιτο ποτε ἐκπεσεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρίστῃ λάμπαντας πολιτεία μετὰ πολλῆς τῆς παρῆρησίας ἀξιοθῆναι ἰδεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, μεθ' οὗ τῳ Πατρὶ ἅμα τῳ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## PRÆFATIO

Nusquam majorem quam hic difficultatem offendas, definiendi nempe Antiochiæne an Constantinopolî has homilias habuerit Chrysostomus. Tillemontius Constantinopoli habitas suspicatur, nixus Photii judicio qui opinatur conciones illas, quas Constantinopoli habuit sanctus doctor, minus accurate et eleganter concinnatas esse, quam eas quæ Antiochiæ pronunciavit. Verum, ut ipse fatetur Tillemontius, hæc Photii norma, hoc indicium, non ita firmum est, ut liceat ipsi sine examine astipulari. Ipse namque Photius homilias laudat multas, quæ Constantinopoli habitæ sunt; aliasque, haud dubie Antiochenas, deprimit, et negligentius adornatas censet. Ego vero omnibus diligenter excussis, argumenta duo proferre possum, quæ inducamur ad opinandum eas Antiochiæ fuisse dictas. Primum petitur ex laudibus illis monasteriorum et monachorum, in quæ maximam partem homiliæ quartæ decimæ insumit. Qua de re ille sæpe tractat in aliis operibus, sed semper in Antiochenis, fere nunquam in Constantinopolitanis. In montibus enim Antiochiæ vicinis monachi multi erant, qui severioris disciplinæ laude florebant, et ea de causa a multis invisebantur. Aliud argumentum inde mutuatur, quod licet in his concionibus de episcoporum officio passim agatur, quia Paulus Timotheum episcopi munere fungentem alloquens, quid exercere episcopus, quid vitare debeat, perpetuo decantat; nihil tamen innuit Chrysostomus, nihil in tanto concionum decursu vel carptim tangit, quo possimus vel suspicari illum tunc episcopum fuisse. Quod tamen in aliis commentariis, ubi par occasio non habebatur, sæpe fecit. In hanc certe partem, ut nempe dicam eas Antiochiæ habitas fuisse, magis me propendere fateor. Verum ea de re eruditi lectoris iudicium exspecto.

Licet autem aliquot in locis negligentius agere, et nonnunquam vilia nec memoratu quidem honesta

## ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

## ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΩΤΗΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

[547] Τῶν τοῦ Ἀποστόλου μαθητῶν εἰς καὶ ὁ Τιμόθεος ἦν. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν ὁ Λουκᾶς, ὅτι θαυμαστός τις νέος ἦν, μαρτυρούμενος ὑπὸ τῶν ἐν Λύστρῃ καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν· ὃς ἅμα τε μαθητῆς ἐγένετο, καὶ διδάσκαλος· καὶ οὕτω σφόδρα συνετός ἦν, ὡς ἀκούων Παύλου χωρὶς περιτομῆς κηρύσσοντος, καὶ μαθὼν ὅτι καὶ Πέτρον ἀντίστη τούτου ἔνεκεν, ἐλθεῖν μὴ μόνον τὸ ἐναντίον μὴ κηρῦξαι, ἀλλὰ καὶ παθεῖν περιέτεμε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ· οὕτω τε αὐτῷ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν ἐνεπίστευσεν. Ἦρκει μὲν οὖν ὁ τοῦ Παύλου πέθος δεῖξαι τὸν ἄνδρα, ὅστις ἐστὶ. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ αὐτῷ μαρτυρεῖ γράφων [καὶ λέγων], *Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκατε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ Κορινθίους πάλιν ἐπιστέλλει λέγων,*

*Ἐπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὃς ἐστὶ μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ· καὶ πάλιν, Βλέπετε μὴ τις αὐτὸν ἐξουθενήσῃ· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς καὶ γῶ. Καὶ Ἑβραίοις δὲ γράφων ἔλεγε. Γινώσκατε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολλυμένον· καὶ πολλὴν πανταχόθεν εὐροί τις ἂν αὐτοῦ τὴν ἀγάπην. Καὶ τὰ νῦν δὲ γινόμενα θαύματα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν παρρησίαν.*

Εἰ δέ τις ἐξετάζοι, τί δήποτε Τίτῳ καὶ Τιμοθέῳ γράφει μόνους, καίτοι γε καὶ Σίλας τῶν εὐδοκίμων ἦν, καὶ Λουκᾶς ὁμοίως· φησὶ γὰρ αὐτὸς γράφων, *Καὶ Λουκᾶς ἐστὶ μόνος μετ' ἐμοῦ· καὶ Κλήμης δὲ εἰς τῶν συνόντων αὐτῷ ἐτύγχανε· φησὶ γὰρ καὶ περὶ αὐτοῦ, Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου·* τίτος οὖν ἔνεκεν Τίτῳ καὶ Τιμοθέῳ

## IN EPISTOLAS PRIMAM ET SECUNDAM AD TIMOTHEUM.

tactare deprehendatur, passim tamen τοὺς πλεονέκτας, avaros, et eos qui facultatis augendæ studio cæterorum bona diripere satagebant, egregie carpit et insectatur, nusquam finem facit impetendi. Neque alium ejus commentarium reperias, ubi huic amovendo malo parem insumpserit operam. Unde inferas pestem illam manavisse in dies latius, multosque tunc fuisse, qui aliorum dispendio rem suam augere studerent, novosque insurrexisse quotidie, qui hac cupiditate capti, in aliorum opes involarent.

Erat et aliud morbi genus, quod tunc latius grassabatur magisque periculosum erat; præstigiatorum videlicet eorumque qui *fato et genesi* omnia tribuebant, præstigiatorumque genera omnia inducebant, quarum nomina sic ille recenset in fine homiliæ decimæ: *Alia mitto grandi tuctu digna, auguria, vaticinia, observationes, genesis, symbola, ligamina, divinationes, incantationes, magicam artem.* Hæc omnia isto tempore adeo frequentabantur, ut nusquam reperias illam tam frequenter et valide morbum hujusmodi insectantem.

Aliam quoque rem aggreditur, quæ tunc serpebat in Ecclesiæ damnum, quod tempe virgines Deo dicatæ vestium cultui nimium studerent, et ex incessu et ornatu viris placere cuperent. Quid inde tabis et damni emersurum esset, tam ipse pluribus persequitur, tam etiam quisvis statim deprehendere possit.

Hosce commentarios Latine converterat vir eruditus, cujus nomen ignotum, et qui elegantem accuratamque interpretationem adornare potuisset, nisi in animum induxisset omnia ad nutum suum mutare, figuras et tropos prætermittere, et auctoris sententiæ illa adjicere pro lubito, quæ sibi magis placerent. Hæc igitur missa interpretatione, novam paravimus.

SANCTI PATRIS NOSTRI  
JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEUM COMMENTARIUS

ARGUMENTUM.

Ex numero discipulorum Apostoli erat Timotheus, quem testificator Lucas mirabilem fuisse juvenem, testimoniis eorum qui Lystris et Iconii erant probatum (*Act. 16. 2*), qui simul fuit discipulus et doctor, tantaque prudentia atque sapientia, ut cum audiret Paulum missa circumcissione prædicantem, didicissetque illum ea de causa Petro obstitisse, eligeret non modo contra illam non prædicare, sed etiam illam pati: circumcidit enim illum (*Ibid. v. 23*), inquit, in ejusmodi ætate; sicque illi totum ministerium tradidit (*b*). Satis certe erat ille Pauli erga

(a) Collatæ sunt hæc homiliæ cum Colbertino Codice num. 616, et cum altero Colbertino num. 909 ad Editionem Morellianam. Neuter Codex ad finem usque pertingit.

(b) Quod hic de circumcissione dicit Chrysostomus, ali quid obscuritatis habet, et sic est intelligendum: Illa prudentia erat Timotheus, ut licet videret Paulum cum Petro disputasse, et quod ille cogeret gentes judaizare, et licet Paulus circumcissionem non probaret; ne tamen Judæi a Christiana religione avertantur, ipse a Judæis per ma-

ipsum affectus ad indicandum quantis vir esset. Nam alibi quoque de illo testificator scribens et dicens: *Experimentum autem ejus cognoscitis, quoniam tantumquam patri filius mecum servivit in evangelio (Philipp. 2. 22)*; et Corinthiis rursus scribens dicit, *Misi vobis Timotheum, qui est filius meus carissimus et fidelis in Domino*; et iterum, *Videte ne quis eum contemnat: opus enim Domini operatur, sicut et ego (1. Cor. 4. 17. et 16. 10. 11)*. Hebræis quoque scribens ait: *Cognoscite fratrem Timotheum dimissum (Hebr. 13. 23)*; multamque ejus dilectionem passim reperias. Eaque etiam quæ nunc fiunt miracula, ejus fiduciam et virtutem annuntiant (*a*).

*Cur Timotheo et Tito tantum scribat Paulus; et non*

trem ortum habens, se circumcidi passus est. Ejusque sententiam pronavit B. Paulus qui circumcidit illum.

(a) De miraculis ossium Timothei vide hæc illam primam ad p. ulum Antiochenum, Tom. 2, col. 1<sup>a</sup>

*aliis discipulis.* — Si quis ergo quærat cur Tito et Timotheo tantum scribat, etiamsi Silas inter probatos et virtute præditus esset, similiterque Lucas; ait quippe ille, *Et Lucas est mecum solus* (2. Tim. 4. 11): Clemens quoque ex numero sociorum ipsius erat; de illo namque dicit, *Cum Clemente et cæteris adiutoribus meis* (Philipp. 4. 3): cur ergo Tito et Timotheo tantum scribit? Quia his Ecclesias jam regendas dederat, illos autem adhuc secum circumducebat: his loca quædam conspicua assignaverat. Tanta enim erat Timotheus virtute præditus, ut nihil juvenus impediret. Ideo scribit ille, *Nemo adolescentiam tuam contemnat; [et rursus, Adolescentulas tanquam sorores* (1. Tim. 4. 12. et 5. 2)]. Cum adest enim virtus, omnia superabundant, nihilque impedimento est. Etenim sæpe de episcopis loquens ac de illis plurima proferens, nusquam de ætate plura

persequitur. Quod si scribendo dicat, *Filios hæreticæ subditos*; et, *Unius uxoris virum* (1. Tim. 5. 4. 2), non hoc dicit quasi necesse sit illum et uxorem et filios habere; sed ut si contigerit ex sæcularibus quempiam ad hoc munus evehi, ut tales sint qui sciant et domui præesse et filiis et cæteris omnibus. Nam si sæcularis cum sit, in his rebus utilis et opportunus non fuerit, quomodo illi Ecclesiæ cura committatur? Cur autem epistolam mittebat discipulo, cui jam docendi munus traditum fuerat? nonne oportebat primo illum perfecte instituere, ac deinde illum mittere? At ille doctrina opus habebat non eadem, qua discipuli, sed ea quæ doctori congrueret. Vide igitur illum per totam epistolam doctori congruentem doctrinam efferentem. Statimque ab exordio non dicit, *Ne attendas iis qui aliter docent; sed quid? Ut illis denuntiares ne doceant aliter* (1. Tim. 1. 5).

## HOMILIA I.

CAP. 1. v. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Domini Jesu Christi, spei nostræ, 2. Timotheo carissimo filio in fide, gratia, misericordia, pax a Deo Patre nostro et Christo Jesu Domino nostro.*

ximis bonis sic affici solemus, An somnium est? dicentes, quia vix credimus: sic etiam in Dei donis. Quid igitur erat illud quod vix credebatur? Quod inimici, quod peccatores, quod ii qui in lege justificati non fuerant, neque per opera; ii repente per solam fidem primas consequuturi essent. Plurima igitur et in Epistola ad Romanos, plurima hic quoque hæc de re disserit. *Fidelis*, inquit, *sermo et omni acceptione dignus, quoniam Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Quia enim Judæi hæc maxime alliciebantur, suadet eis ut ne legi attendant, quod per illam non possent sine li-de salutem consequi. Adversus hoc igitur pugnat. In-

δὲ παρασίτους, οἱ δὲ κολάζειν, οἱ δὲ τέρασι καὶ μαρτοῖς καὶ νάνοις· καὶ γὰρ τὰ τῆς φύσεως ἀμαρτήματα ταῦτα φέρουσιν εἰς τέρψιν. Καὶ φίλοις τοῖς δυνάτω φιλίᾳ οὐδέποτε φθονοῦμεν, οὐδὲ δακνόμεθα τῇ τούτων εὐπραγίᾳ· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο πάσχομεν· καὶ μερίζονα ἴδοι τις ἂν τὴν φιλίαν ἰσχύουσαν, ἢ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Καὶ γὰρ ὁ ὑπουργὸς καὶ ὁ φθονερός μᾶλλον τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖται. Πῶς; ἐγὼ λέγω· ὅτι τοῦ μὲν Θεοῦ ὄρωντος τὰ κατὰ καρδίαν, οὐκ ἀφίσταται ἀνθρώπος δόλους βάπτων· ἂν δὲ ἀνθρωπὸν ἴδῃ ἀνθρώπος, ἀπόλωλε, καὶ ἐρυθριᾷ. Τί [566] τοῦτο λέγω; Πρὸς φίλον μὲν κακούμενον ἀπερχόμεθα, κἂν μικρὸν τι ἀναβαλόμεθα, φοβούμεθα μὴ καταγινώσκωμεν· τοῦ δὲ Χριστοῦ πολίζομεν, ἀδικούντες, λυποῦντες, παροξύνοντες, οὐδὲ ἐπισκεψάμεθα. Καὶ πρὸς τοὺς φίλους δὲ τοὺς πιστοὺς, οὐκ ἐπειδὴ πιστοὶ εἰσιν, ἀπερχόμεθα, ἀλλ' ἐπειδὴ φίλοι.

δ'. Ὁρᾷς οὐδὲν φόβῳ Θεοῦ γινόμενον, οὐδὲ τῷ περὶ αὐτὸν φιλίᾳ, ἀλλὰ τὰ μὲν φίλᾳ, τὰ δὲ συνθηεῖα; Ὁρώντες φίλον ἀποδημόντα, κλαίοντες, στένομεν, ἂν δὲ καὶ ἀποθανόντα ἴδωμεν, ὀλογοῦμεθα, καίτοι γε εἰδότες, ὅτι οὐ διαπαντὸς ἡμῶν διαστήσεται, ἀλλ' αὐτὸν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολήψομεθα· τοῦ δὲ Χριστοῦ χωριζομένου ἡμῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μᾶλλον ἐκ τὸν Χριστὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπελαύνοντες ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀλογοῦμεν, οὐδὲ δεινὸν τι ποιεῖν νομίζομεν, ἀδικούντες, λυποῦντες, παροξύνοντες, τὰ μὴ δοκοῦντα αὐτῷ πράσσοντες. Ἄλλ' οὕτω τοῦτο φρικτὸν, εἰ μὴδὲ ὡς φίλῳ αὐτῷ κεχρήμεθα· ἐγὼ γὰρ δεῖξω, ὅτι καὶ ὡς ἐχθρῷ αὐτῷ χρώμεθα. Πῶς; Τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, φησὶν ὁ Παῦλος, ἐχθρα εἰς Θεόν. Ἡμεῖς δὲ τοῦτο μὲν ἀεὶ περιφρομεν, τὸν δὲ Χριστὸν ἀεὶ βουλόμενον ἡμῶν ἐπιτρέχειν, καὶ πρὸς τὰς θύρας ἡμῶν ἐρχόμενον διώκομεν (αἱ γὰρ πονηραὶ πράξεις τοῦτο ἐργάζονται)· καὶ ποιοῦμεν αὐτὸν ὑβρίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διὰ τὰς πλεονεξίας ἡμῶν, διὰ τὰς ἀρπαγὰς. Δοξάζεται τις εὐδοκίμων, καὶ τὰ αὐτοῦ φεγγόμορος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελῶν; καὶ ἡμεῖς τούτῳ φθονοῦμεν, ὅτι τὰ τοῦ Θεοῦ ἐργάζεται· καὶ δοκοῦμεν μὲν φθονεῖν ἐκεῖνον, ὁ δὲ φόβος διαβαίνει εἰς Χριστόν. Οὐ, φησὶν, ἀλλὰ βουλόμεθα οὐ δι' ἐτέρων, ἀλλὰ εἰ ἡμῶν τὴν ὠφέλειαν γίνεσθαι. Οὐ διὰ τὸν Χριστόν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς· ἐπεὶ εἰ διὰ τὸν Χριστόν, ἀδιάφορον ἂν ἦν

ἡμῶν τὸ καὶ δι' ἐτέρων, καὶ δι' ἡμῶν ταῦτα γίνεσθαι. Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ τις ἰατρὸς παῖδα ἔχων τυφλοῦσθαι μέλλοντα, αὐτὸς μὲν ἐξασθενήσει· πρὸς τὴν ἰατροῦ, ἕτερον δὲ εὐροὶ δυνάμενον τοῦτο ἐργάζεσθαι, ἄρα ἂν ἀπήλασεν αὐτόν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ μονοουχὶ ἔρει πρὸς αὐτόν· Εἴτε διὰ σοῦ, εἴτε δι' ἐμοῦ, τὰ τῆς ὠφελείας γινέσθω. Τί δὴ ποτε; Ὅτι οὐ τὸ ἑαυτοῦ ὄρᾳ, ἀλλὰ τὸ τῷ παιδί συμφέρον. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, εἰ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἔρωμεν, εἰπομεν ἂν, Εἴτε δι' ἡμῶν, εἴτε δι' ἐτέρου τινος, τὸ λυσιτελεῖς γινέσθω· Εἴτε ἀληθεῖα, εἴτε προφάσει, φησὶ, Χριστὸς καταγγέλλεται. Ἄκουε γὰρ τοῦ Μωϋσέως λέγοντος πρὸς τοὺς παροξύναι αὐτὸν βουλομένους, ἤνικα οἱ περὶ Ἑλλάδῃ καὶ Μυδιᾷ προεφήτευσον· Μὴ ζηλοῦσθε ἐν ἑμοί· καὶ τίς δὴν πάντα τὸν λαὸν Κυρίου προφήτας εἶναι; Ταῦτα δὲ πάντα ἀπὸ φιλοδοξίας γίνεται. Ἄρα οὐκ ἐχθρῶν ταῦτα καὶ πολεμίων;

Εἰπέ σέ τις κακῶς; ἀγάπησον αὐτὸν σύ. Καὶ πῶς δυνατόν; Δυνατὸν, καὶ σφόδρα δυνατόν, ἐάν θέλῃς. Ἄν δὲ καλῶς εἰπόντα φιλήσῃς, οὐκ ἔτι σοι χάρις· οὐ γὰρ διὰ τὸν Κύριον, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐφημίαν τοῦτο πεποίηκας. Ἐβλαψέ σέ [567] τις; εὐεργέτησον· ἂν δὲ ὠφελήσαντα ὠφελῆσῃς, οὐδὲν μέγα πεποίηκας. Ἠδικήθης καὶ ἐζημιώθης τὰ μεγάλα; τοῖς ἐναντίοις ἀμείψασθαι σπούδαςον. Ναί, παρακαλῶ, οὕτω διοικῶμεν τὰ καθ' ἑαυτοῦς· πυσώμεθα τοῦ ἀδικεῖν καὶ μισεῖν τοὺς ἐχθρούς· αὐτοὺς τοὺς ἐχθροὺς κελεύει φιλεῖν, ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτὸν φιλοῦντα διώκομεν. Μὴ γένοιτο, φησὶ. Τῷ βήματι τοῦτο πάντες φθειρόμεθα, διὰ δὲ τῶν ἔργων οὐ πάντες. Τοσαύτη ἡ τῆς ἀμαρτίας σκοτώσις, ὅτι ἄπερ οὐκ ἔστι λόγῳ φορητὰ, ταῦτα δι' ἔργων φορητὰ ἔστιν. Ἄπιστῶμεν ὄψε γούν ποτε τῶν βλαπτῶντων καὶ λυμαινομένων ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἵνα τύχωμεν ὧν τοὺς φίλους εἰκόσ τυχεῖν. Θέλω γὰρ, φησὶν, ἰν', ὅπου εἰμι ἐγὼ, ὡς καὶ οἱ μαθηταὶ μου, ἵνα τὴν δόξαν ὀρώσι τὴν ἐμὴν. Ἦς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

\* Legendum ἐξασθενήσει.

#### ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

*Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἀξίος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθη, ἵνα ἐν ἑμοί πρῶτον ἐρδειχθῆται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἁμαρταν μικροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπων τῶν μελλόντων πιστεῦναι ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

α'. Οὕτω μεγάλα εἰσιν αἱ εὐεργεσίαι τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαι προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα, ὡς πολλαχοῦ καὶ ἀπιστεῖσθαι. Ἄ γὰρ μήτε ἐνενόγησε, μήτε προτεδῆκxε νοῦς ἀνθρώπινος, ταῦτα ἡμῶν ἐχαρίσατο. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ οἱ ἀπόστολοι λόγον ὑπὲρ τούτου ποιοῦντες, ὥστε πιστεῦσθαι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν παρασχεθέντα. Καθάρ-

\* Hanc variam lectionem affert Savilius, καθάπερ γὰρ, ἐπὶ τῶν παρ' ἡμῶν μεγάλων πραγμάτων.

περ γὰρ ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀγαθῶν· τοῦτο πάσχομεν, ἄρα μὴ δυναρ ἔστιν; λέγοντες, τῷ ἀπιστεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν. Τί οὖν ἦν τὸ ἀπιστούμενον; Εἰ οἱ ἐχθροὶ, εἰ οἱ ἁμαρτωλοὶ, εἰ οἱ ἐν νόμῳ μὴ δικαιωθέντες μὴδὲ δι' ἔργων, οὕτοι ἐξαίφνης διὰ πίστεως, μόνως ἐμελλον τῶν πρωτεῶν τεύξεσθαι. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τούτου διαλέγεται τοῦ κερφαλαίου, πολλὰ δὲ καὶ ἐνταῦθα. *Πιστὸς, φησὶν, ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἀξίος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.* Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι τούτῳ μάλιστα ἐφέλικοντο, πείθει αὐτοὺς τῷ νόμῳ μὴ προτέχειν, ὡς εὐκ ἐνὸν δι' ἐκεῖνον σωθῆναι πίστεως χωρὶς. Πρὸς τοῦτο τοῦτον μάχεται. [568] Ἄπιστον γὰρ εἶναι ἐδόκει, εἰ δὴ ἀνθρώπος πάντα τὸν ἐμπροσθεν καταδαπανήσας; ἢ οὐ

εική καὶ μάττην ἐν πονηραῖς πράξεσι καταναλώσας. ἔμελλε σώζεσθαι ὑστερον ἀπὸ πίστεως μόνης. Διὰ τοῦτο φησι, *Πιστὸς ὁ λόγος*. Ἀλλὰ τινες οὐκ ἠπίστουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνεκάλουν, ὃ καὶ νῦν ποιοῦσιν Ἑλληγες λέγοντες· *Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ*. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσαν λέγοντος, *Ὅπου ἐπιδόρασεν ἡ ἀμωρτία, ὑπερξεπερῖσσευσεν ἡ χάρις*, διασύροντες τὰ ἡμέτερα ἐκείνοι ἔλεγον τοῦτο. Οὕτω καὶ ὅταν περὶ γέννησις διαλεγώμεθα αὐτοῖς, Καὶ ποῦ, φασί, ταῦτα ἄξια Θεοῦ, εἰ ἄνθρωπος μὲν τὸν οἰκέτην λαβὼν τὸν ἑαυτοῦ πολλὰ ἡμαρτηκότα, ἀφίησι καὶ συγγνώμης ἄξιοι· ὃ δὲ Θεὸς ἀθάνατα κολάζει; Καὶ ὅταν περὶ λουτροῦ πάλιν αὐτοῖς διαλεγώμεθα καὶ τῆς διὰ τούτου τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, Ποῦ ταῦτα, φασί, ἄξια Θεοῦ, τὸν μυρία ἐργασάμενον κακὰ, ἀφίεναι τῶν ἁμαρτημάτων; Ὅρξῃ τὴν ἐνδιαστροφήν γνῶμην, πῶς πανταχοῦ τὴν οἰκίαν ἐνδείκνυται φιλοεικίαν; Καὶ μὴν εἰ ἡ ἀφesis καλὴν ἢ κολάσις· εἰ δὲ ἡ κολάσις οὐ καλὴν, ἡ ἀφesis καλὴν· κατὰ τὸν ἐκείνων φημι λόγον· κατὰ γὰρ τὸν ἡμέτερον ἀμώτερον καλὰ· καὶ πῶς, ἐν ἐτέρῳ δείξομεν καιρῷ· οὐ γὰρ τοῦ παρόντος ἂν εἴη. Βαθὺν γὰρ ὄντα καὶ πολλῆς δεόμενον τῆς ἐπεξεργασίας, ἐν καιρῷ δεῖ τοῦτον προθεῖναι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας; ἀγάπη;· τῶς δὲ τῶν προκειμένων ἐχώμεθα. *Πιστὸς, φησὶν, ὁ λόγος*. Πόθεν πιστὸς; Καὶ ἀπὸ τῶν προαγόντων, καὶ ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα. Ὅρα πῶς καὶ προκατασκευάζει, καὶ μετὰ τὸ κατασκευάζαι αὐτῷ ἐνδιατρίβει. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην ἠλέησε, τοῦτο κατασκευάζοντος ἦν. Καὶ οὐκ ἠλέησε, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ πιστὸν ἐποίησε· τοσοῦτον οὐ χρεῖ, φησὶν, ἀπιστεῖν ὅτι ἠλέησεν. Οὐδεὶς γὰρ ὄρων τὸν δεσμώτην ἐν βασιλείῳ στρεφόμενον, ὅτι ἠλεῖσθαι ἀμφιβάλλει ποτέ· ὅπερ ἐπὶ τῷ Παύλῳ ἦν ἰδεῖν. Ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ ποιεῖται τὸ σημείον, καὶ οὐκ αἰσίου, ἐκείνους καλῶν ἑαυτὸν ἁμαρτωλῶν, ἀλλὰ καὶ μάλλον εὐφραίνεται. Οὕτω γὰρ μάλιστα δύναται δεῖξαι τὸ μέγα τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὁαῦμα, καὶ ὅτι φιλανθρωπίας ἡμῶν τσοαύτης. Καὶ πῶς ἀλλαχοῦ λέγων περὶ ἑαυτοῦ, *Κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος*, ἐν ταῦθ' αἰσίου ἁμαρτωλῶν εἶναι, καὶ πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν; Ὅτι πρὸς τὴν δικαιοσύνην, ἣν ὁ Θεὸς εἰργάσατο, καὶ τὴν ὄντως ζητουμένην, ἁμαρτωλοὶ καὶ οἱ ἐν τῷ νόμῳ· *Πάντες γὰρ ἡμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ*. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀπλῶς εἶπε δικαιοσύνην, ἀλλὰ, *τὴν ἐν νόμῳ*. Ὅτι περὶ γὰρ ὁ ἀργύριον πολὺ κεκτημένος καθ' ἑαυτὸν μὲν πλούσιος φαίνεται, κατὰ δὲ τὴν σύγκρισιν τῶν θησαυρῶν τῶν βασιλικῶν σφόδρα πένης, καὶ πρῶτος πένης· οὕτω δὴ καὶ ἐν ταῦθα, πρὸς τοὺς ἀγγέλους κρινόμενοι, ἁμαρτωλοὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ εἰ δίκαιοι. Εἰ δὲ Παῦλος ὁ τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἐργασάμενος πρῶτος ἁμαρτωλὸς, τίς ἄρα τῶν ἄλλων δίκαιοις ἂν κληθεῖ; (Ὁὐ [569] γὰρ διαβάλλων αὐτοῦ τὸν βίον ὡς ἀσελγῆ, τοῦτό φησι, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην πρὸς ταύτην συγκρίνων, τὸ μηδὲν εἶναι δείκνυσιν· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοὺς τοὺς ἔχοντας αὐτὴν ἀποφαίνει. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεῖσθαι φησὶν, *ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πῦσιν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεῦσιν εἰς αὐτὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον*.

β'. Ὅρξῃ πῶς πάλιν ταπεινῶν καὶ καταστέλλει ἑαυ-

τὸν, ἐτέραν εὐτελεστέραν λέγων αἰτίαν; Τὸ μὲν γὰρ δι' ἄγνοιαν λέγειν ἐλεθῆναι, οὐ σφόδρα δείκνυσιν ἁμαρτωλῶν τὸν ἐλεούμενον, οὐδὲ ἄγαν κατεγνωσμένον· τὸ δὲ διὰ τοῦτο ἐλεθῆναι, ἵνα μηδεὶς ἀπαγορεύῃ λοιπὸν τῶν ἡμαρτηκότων, ἀλλὰ θαρρῆ ὅτι καὶ αὐτὸς τῶν αὐτῶν ὑφείξει, σφόδρα μέγα καὶ μεθ' ὑπερβολῆς· Ὅποτε φεγγάμενος, *Πρῶτός εἰμι ἐν τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ βλάβος καὶ διώκτης καὶ ὑβριστής· καὶ, Ὅχι εἰμι λιανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος*, καὶ ὅσα εἴρηκεν· ὅμως οὐδὲν οὕτω ταπεινὸν ἐφθέγγετο. Καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος δὲ τοῦτο σαφές ἐσται. Ἔστι γὰρ πόλις πολυάνθρωπος πάντας τοὺς πολίτας ἔχουσα φαύλους, τοὺς μὲν ἤτιον, τοὺς δὲ μάλλον, πάντας μέντοι κατεγνωσμένους· εἰς δὲ τις ἐν τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις πάντων μάλλον ἔστω κολάσεως καὶ τιμωρίας ἄξιος, καὶ πᾶν ἐπελθὼν εἶδος κακίης. Ἄν τοῖνον λέγῃ τις, ὅτι πᾶσιν ἀφείναι βούλεται ὁ βασιλεὺς, οὐχ οὕτω πιστεύουσι τῷ λόγῳ, ἔω; ἂν ἴδωσι τὸν πάντων φαυλότερον αὐτῶν τούτου τυχόντα· οὐκ ἔστι γὰρ λοιπὸν ἀμφισβήτησις. Τοῦτο καὶ Παῦλος φησὶν, ὅτι βουλόμενος ὁ Θεὸς πλετοροφῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι πάντα αὐτοῖς ἀφίησι, τὸν πάντων ἁμαρτωλότερον εἶλετο. Οὐ γὰρ ἂν, ἐμοὶ τυχόντος συγχωρήσεως, φησὶ, περὶ τῶν ἄλλων ἀμφισβήτησέ τις· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε τις καὶ ἐν τῇ συνθηκῇ, Ἐάν δὲ τῷδε ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ, οὐδένα τῶν ἄλλων κολάσει. Καὶ δείκνυσιν διὰ τοῦτου οὐδὲ ἄξιον ἑαυτὸν ὄντα συγχωρήσεως, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς ἐτέρους σωτηρίαν ταύτης πρότερον ἀπολαύσαντα. Μηδεὶς τοῖνον ἀμφιβαλλέτω, φησὶ, περὶ σωτηρίας, ὅποτε ἐγὼ ἐσώθην.

Καὶ ὄρα τοῦ μακαρίου τούτου τὴν ταπεινοφροσύνην. Οὐκ ἔφη, *ἵνα ἐνδείξηται ἐν ἐμοὶ τὴν μακροθυμίαν, ἀλλὰ, τὴν πῦσιν μακροθυμίαν*· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Μάλλον ἐμοὶ ἐπ' ἄλλῳ οὐκ ἔχει μακροθυμήσαι, οὐδὲ εὐρεῖν οὕτως ἁμαρτωλῶν, παντὸς δεόμενον αὐτοῦ τοῦ ἐλέους, πάσης τῆς μακροθυμίας, οὐ μέρους, καθάπερ οἱ ἐπὶ μέρους ἁμαρτάνοντες. *Πρὸς ὑποτύπωσιν, φησὶ, τῶν μελλόντων πιστεῦσιν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον*, τουτέστι, πρὸς παράκλησιν, πρὸς προτροπήν. Ἐπειδὴ δὲ μέγα τι περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐφθέγγετο, καὶ ὅτι τσοαύτην ἀγάπην ἐνεδείξατο, ἵνα μὴ τις νομίῃ ταύτης ἀπεστερηθεῖ τὸν Πατέρα, ἀναφέρει· καὶ αὐτῷ δόξαν ἐπάγων, καὶ φησὶ· *Τῷ δὲ βασιλεὶ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Ἀμήν. Ἰπὲρ δὴ τούτων, φησὶν [570] οὐ τὴν Υἱὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα δοξάζομεν. Ἐρώμεθα οὖν τοὺς αἰρετικούς;· Ἰδοῦ, *Μόνῳ Θεῷ, εἴρηκε περὶ Πατρός λέγων· ἄρα οὐ Θεὸς ὁ Υἱός; καὶ, Μόνῳ ἀφθάρτῳ· ἄρα οὐκ ἀφθαρτος ὁ Υἱός; καὶ ὃ διδώσιν ἡμῖν μετὰ ταῦτα, αὐτὸς οὐκ ἔχει; Ναί, φησὶ, καὶ Θεὸς, καὶ ἀφθαρτος, ἀλλ' οὐ τοιοῦτος, οἷος ὁ Πατήρ. Τί φῆς; οὐ τοιοῦτος, καὶ ἐλάττονος οὐσίας ἐστίν; οὐκοῦν καὶ ἀφθαρσίας ἐλάττονος. Τί δὲ ἐστίν, μείζων καὶ ἤτιον ἀφθαρσία; ἢ γὰρ ἀφθαρσία οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τὸ μὴ διαφθεῖσθαι. Δόξα μὲν γὰρ μείζων καὶ ἤτιον ἐστίν, ἀφθαρσία δὲ μείζων καὶ ἤτιον οὐκ ἐστίν, ὡστερ οὖν οὐδὲ ὑγεία ἤτιον καὶ πλείων· ἢ γὰρ φθειρεσθαί τις δεῖ, ἢ μὴ; ὁμοίως. Τί οὖν, φησὶν; ἡμεῖς καὶ ἄφθαρτοι οὐσάτως; Μὴ γένοιτο· οὐδαμῶς. Διὰ τί; Ὅτι αὐτὸς μὲν φύσει τούτο ἔχει, ἡμεῖς δὲ ἐπεισάκτως. Ἀρ' οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ οὕτως; Οὐδαμῶς·*



credibile enim esse videbatur, quod vir qui totam priorem vitam frustra et in pravis operibus insumpserat, ex sola fide postea salutem consequuturus esset. Ideo ait, *Fidelis sermo*. Verum quidam non modo non credebant, sed etiam criminabantur, ut nunc faciunt Græci dicentes: *Faciamus mala ut veniant bona*. Quia enim audierant illum dicentem, *Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia* (Rom. 3. 8. et 5. 20); illi traducentes nostra, ista dicebant. Sic etiam cum de gehenna ipsis verba facimus: Et quomodo, inquit, hæc digna sunt Deo, siquidem homo servum multa peccasse deprehensum venia dignatur, Deus autem immortaliter punit? Et cum de lavacro rursus loquimur et de remissione peccatorum per illud facta, Quomodo, inquit, hæc sunt digna Deo, ei qui innumera mala patrarit, peccata remittere? Vident' perversam mentem, quomodo ubique suam efferat contentionem? Atqui si remissio est mala, punitio est bona: si autem punitio non bona est, remissio est bona: secundum eorum sententiam dico; secundum nostram enim utraque bona est; et quomodo, alio tempore ostendemus, neque enim in præsentī licet. Cum enim profundum sit, et multa opus habeat disquisitione, suo tempore id vestræ caritati proponendum erit: interim vero rem propositam persequamur. *Fidelis sermo*, inquit. Unde fidelis? Et a præcedentibus et a sequentibus. Vide quomodo rem prius disponat, et postquam disposuit, illam tractet. Nam cum dixit illum sui blasphemum et persecutoris misertum esse, hoc præparantis et disponentis erat. Neque tantum misertus est, inquit, sed etiam fidelem fecit: in tantum, inquit, fides neganda non est quod misertus sit. Nemo enim videns eum, qui in vinculis fuerat, in regia versari, dubitabit quin ille misericordiam sit consequutus: id quod in Paulo videre erat. A seipso enim argumentum exhibet, nec pudet eum se dicere peccatorem, sed et magis latetur: ita enim maxime potest ostendere magnum providentiæ Dei miraculum, quod tanta dignatus sit benignitate. Et quomodo qui alibi de se dixerat, *Secundum justitiam, quæ in lege est, sine querela factus* (Philipp. 3. 6); hic se peccatorem dicit, et peccatorum primum. Quia ad justitiam quam Deus operatus est, et quæ vere queritur, peccatores erant qui in lege viverent: *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei* (Rom. 3. 23). Ideo non simpliciter dixit justitiam, sed, *Quæ in lege est*. Quemadmodum enim qui multum argenti possidet, ex se quidem dives esse videtur; sed si sua comparentur cum regis thesauris, admodum pauper est, et primus pauper: ita hic etiam, si cum angelis comparentur homines, peccatores sunt, etiamsi justī. Si autem Paulus, qui justitiam legis operatus erat, primus peccator est, quis aliis justus vocetur? Non enim vitam criminatus suam ut lascivam hoc dixit; absit; sed justitiam illam cum hac comparans, nihil esse dicit; neque hoc tantum, sed etiam eos qui illam haberent, peccatores pronuntiat. *Sed propterea misericordiam consequutus sum*, inquit, *ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem patientiam ad informa-*

*tionem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam*.

2. Vides quomodo rursus se humiliet et deprimat, alia etiam leviore adjecta causa? Nam quod ignorantia veniam se consequutum esse dicat, non admodum peccatorem declarat eum qui veniam impetravit, nec valde damnandum: quod autem dicit se misericordiam consequutum, ut nullus deinceps peccator desperet, sed confidat se eadem consequuturum esse; magnum valde atque ingens est. Itaque cum dixit, *Primus sum peccatorum, et blasphemus, persecutor et contumeliosus*, et, *Non sum dignus vocari apostolus* (1. Cor. 15. 9), et cætera; nihil tamen adeo humile loquutus est: id quod exemplo perspicuum fiet. Sit quaedam civitas populosa, cives habens omnes improbos, alios plus, alios minus, omnes tamen reprobos: quidam autem inter illos sit omnibus dignior pœna et supplicio, qui omne nequitia genus exercuerit: si quis ergo dixerit velle regem omnibus veniam dare, non tam facile erodent, donec viderint omnium improbissimum veniam consequutum: nulla enim postea dubitatio supererit. Hoc et Paulus dicit, quod nempe volens Deus homines certiores facere, quod omnia illis condonet, eum qui plus quam omnes peccato obnoxius erat delegit. Me namque veniam consequuto, de aliis nemo dubitaverit; ac si quis ex consuetudine diceret: Si huic ignoverit Deus, nullum aliorum punit. Hincque ostendit se quoque indignum venia fuisse, sed propter aliorum salutem se prius illam consequutum fuisse. Nemo igitur de salute dubitet, inquit, quando ego salutem sum consequutus.

*Pauli humilitas*. — Et vide sancti hujus humilitatem. Non dixit, Ut ostenderet in me patientiam, sed, *Omnem patientiam*; ac si diceret: In nullo alio plus quam in me patientia opus habuit, neque invenit adeo peccatorem, qui omni misericordia, omni patientia indigeret, non parte tantum, sicut ii qui in parte tantum peccaverunt. Ad informationem, inquit, *illorum, qui credituri sunt ei in vitam æternam*; hoc est, ad exhortationem, ad incitamentum. Quoniam autem magnum quidpiam de Filio loquutus est, et quoniam tantam dilectionem exhibuit; ne quis putaret, ab ea privari Patrem, etiam ipsi gloriam refert et ait: *17. Regi autem sæculorum immortalī, invisibili, soli sapienti Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen*. Pro his, inquit, non modo Filium, sed etiam Patrem glorificamus. Interrogemus ergo hæreticos. Ecce *Soli Deo* dixit, de Patre loquens: ergone Filius non est Deus? et, *Soli incorruptibili*; ergone Filius non incorruptibilis? et quod ipse postea dat nobis, ipse non habet? Etiam, inquit, et Deus et incorruptibilis est, sed non talis qualis Pater. Quid dicis? non talis, et minoris substantiæ est? ergo et minoris incorruptionis erit. Quid autem est major et minor incorruptio? incorruptio enim nihil aliud est quam non corrumpi. Gloria quidem major et gloria minor est, incorruptio autem major et minor nusquam, sicut nec sanitas minor et

major : aut corrumpi quidpiam oportet, aut non omnino corrumpi. Quid ergo? inquit; nosne similiter incorruptibiles erimus? Absit: nullo modo. Quare? Quia ipse ex natura illud habet; nobis autem id datum concessumque est. Ergone etiam in Filio res sic habet? Nequaquam; sed et ipse natura talis est. In quo ergo est differentia? Quia ille quidem, inquit, a nemine factus est talis; Filius autem a Patre habet. Nos hoc confitemur, neque negamus quod Filius ex Patre incorruptibiliter natus sit. Ideo, inquit, Patrem glorificamus, quod talem ipsum genuerit. Viden' quod tunc maxime glorificetur pater, cum filius magna peregerit? ad ipsum enim omnia quæ filii sunt referuntur. Igitur cum et potentem genuerit, et talem qualis ipse est, [non] magis gloria filii est quam patris, cum sibi ipse sufficiat, cum infirmus non sit. Illud vero, *Regi sæculorum*, etiam de Filio dictum est, *Per quem fecit et sæcula* (Hebr. 1. 2). Idipsum est et hoc loco. Apud nos quidem utraque res distincta est, formatio nempe et creatio; et alius quidem construit, operatur, laborat; alius vero imperat. Quare? Quia qui construit minor est. Illic vero minime: non alterius est dominatio, nec alterius creatio. Neque enim cum audio, *Per quem fecit et sæcula*, aufero a Patre formationem; neque cum audio Patrem esse Regem sæculorum, a Filio dominatum aufero: hæc quippe et huic et illi communia sunt, utraque in ambobus sunt. Creavit Pater, quod formatorem Filium genuerit: regnat Filius, quod Dominus sit creaturarum. Neque enim pro mercede operatur, ut apud nos fit, neque alteri obediens ut nos, sed per propriam bonitatem et hominum amorem. Quid autem? Filius visus est aliquando? Nemo id dicere possit. Quid ergo sibi vult illud, *Incorruptibili, invisibili, soli sapienti Deo?* quid vero sibi vult quando dicit, *Neque enim est nomen aliud, in quo nos salvari oportet?* et rursus, *Non est in alio aliquo salus* (Act. 4. 12)? *Honor et gloria*, inquit, *in sæcula. Amen.* Honor et gloria non verbis redditur. Quoniam igitur et ipse non verbis nos honoravit, sed rebus et operibus: sic et nos illum honoremus per facta et opera. Quamquam hic honor nos tangit, illum autem minime: neque enim indiget ille honore nostro, nos autem ejus honore indigemus.

3. Itaque si honoremus illum, nos etiam honoramus. Ut enim qui oculos aperuit ut solarem lucem videat, sibi ipsi prodest, dum astri pulchritudinem miratur, neque illi aliquid gratiæ confert; neque enim splendidiorem illum efficit, sed manet ut erat: sic, et multo magis, qui Deum miratur et honorat, sibi salutem et utilitatem magnam parat. Quomodo? Quia virtutem adiens ab ipso glorificatur: Nam *Glorificantes me*, inquit, *glorificabo* (1. Reg. 2. 30). Quomodo igitur ipse glorificatur, inquires, si gloria a nobis collata non fruitur? Eodem modo quo esurire dicitur et sitire: nostra enim omnia propria sibi facit, ut vel sic nos attrahat: honores simul et contumelias, ut vel sic timeamus; neque sic tamen attrahimur.

*Deus quomodo glorificandus.* — Glorificemus ergo Deum: extollamus Deum et in corpore et in spiritu nostro. Et quomodo quis in corpore glorificat, inquires, quomodo in spiritu? Hic spiritum dicit animam, ad differentiam corporis. Quomodo ergo quis glorificat in corpore? quomodo in anima? In corpore glorificat, qui non fornicatur, qui non ebriatur, qui ventri non indulget, qui non studet ornatu, qui id tantum curat, quantum ad valetudinem dumtaxat satis sit, qui non mœchatur; quæ non unguentis perfunditur, quæ non coloribus vultum depingit, quæ Dei formatione contenta est et nihil adjicit. Cur ergo, quæso te, adjicis rei a Deo perfecte creatæ? non tibi sufficit illa formatio? ut melior igitur opifex opus decorare tentas? Non est hoc certe; sed ideo ornaris, et Conditorem contumelia afficis, ut innumeros amatores attrahas. Et quid faciam? inquires: neque enim ego volo, sed propter virum id facere compellor. Adamari non solet quæ non vult. Te formosam Deus fecit, ut etiam in hoc admirationi haberetur, non ut contumelia afficeretur: ne ipsi hujusmodi dona retribuas, sed continentiam et honestatem. Formosam te Deus fecit, ut te honestatis præmiis augetet. Non par res est, eam quæ amabilis est castitatem servare, et eam quæ a nullo appeti possit idipsum facere. Audis quid dicit Scriptura de Josepho? *Erat*, inquit, *speciosus et decorus aspectu* (Gen. 39. 6). Quid nos juvat audire Josephum fuisse pulchrum? Ut ejus pulchritudinem magis admiremur et honestatem. Te formosam Deus fecit, cur te deformem facis? Sicut enim si quis auræ statuæ lutum illinat: ita sunt illæ quæ fucum adhibent: terram tibi infers partim rubicundam, partim candidam. Verum quæ deformes sunt, inquires, id jure faciunt. Qua de causa? dic mihi; ut deformitatem obtegant? Sed id frustra faciunt. Quandoquæ, quæso, id quod naturale est ab eo quod studio et arte conficitur, superatur? Cur ergo deformitas mœrori est, si probro careat? Audi enim sapientem quemdam dicentem: *Ne vituperes virum in aspectu suo, neque laudaveris virum in specie sua* (Eccli. 11. 2). Deum igitur magis admirare artificem optimum, non autem illum; non enim illius est opus. Quod enim, quæso, lucrum ex forma? Nullum, sed plures contentiones, majores molestiæ, pericula, suspiciones. Eam enim quæ non tali decore fulget, nemo suspectam habebit: illa vero formosa, ni magna honestate et modestia utatur, statim in malam famam incidet; et vir ejus in suspitione deget cum illa: qua re quid molestius dici possit? nec tantam ex forma et specie ejus percipiet voluptatem, quantum ex zelyptia mœrorem. Voluptas enim ex consuetudine narcescit, dum uxor lasciviæ, dissolutio-nis, libidinis notam accipit, atque mens vana et admodum arrogans evadit: hæc quippe omnia pulchritudo secum trahit. In ea autem quæ formosa non est, hujusmodi impedimenta non reperias. Neque enim adsunt canes irruentes; sed illa veluti agna in quiete pascitur, lupo nullo turbante vel insiliente, assidente pastore. Nihil damni inferitur: si altera formosa, al-

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς φύσει. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἡ διαφορὰ; Ὅτι αὐτὸς μὲν, φησί, παρ' οὐδενὸς ἐγένετο τοιοῦτος, ὁ δὲ Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς. Καὶ ἡμεῖς τοῦτο ὁμολογοῦμεν· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἀρούμεθα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἀφάρθρως γεγέννηται. Ὑπὲρ τούτων, φησί, τὸν Πατέρα δοξάζομεν, ὅτι τοιοῦτον αὐτὸν ἐγέννησεν. Ὁρᾷς ὅτι τότε μάλιστα δοξάζεται ὁ πατήρ, ὅταν μεγάλα ἢ κατωρθωκῶς ὁ παῖς; εἰς αὐτὸν γὰρ ἀναφέρεται τὰ τοῦ υἱοῦ. Οὐκοῦν, ὅταν ὄντα τὸν ἦ γεγεννηκῶς, καὶ τοιοῦτον ὄντα αὐτὸς, ἡ δόξα τοῦ υἱοῦ<sup>α</sup> μᾶλλον ἐστὶν ἢ τοῦ πατρὸς, ὅταν αὐτάρκη, ὅταν ἐαυτῷ ἀρκούντα, ὅταν μὴ ἀσθενῇ. Τῷ δὲ, *Βασιλεῖ τῶν αἰώνων*, καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται, *Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν*. Τὸ αὐτὸ ἐστὶν ἐνταῦθα. Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν διήρηται ἀμυρότερα, ἢ δημιουργία, λέγω, καὶ ἡ κτίσις, καὶ ἕτερος μὲν κατασκευάζει καὶ ποιεῖται καὶ ταλαιπωρεῖ, ἕτερος δὲ κρατεῖ. Διὰ τί; Ὅτι ὁ κατασκευάζων ἐλάττων ἐστίν. Ἐκεῖ δὲ οὐδαμῶς· οὐχ ἑτέρου μὲν ἡ δεσποτεία, ἑτέρου δὲ ἡ δημιουργία. Οὐδὲ γὰρ, ἐπειδὴ ἀκούσω, *Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν*, ἀφαιρῶ τὸν Πατέρα τὸν δημιουργικόν· οὐτε δὲ ὅταν ἀκούσω, Ὁ Πατήρ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, τὸν Υἱὸν ἀφαιρῶ τὴν δεσποτείαν· κοινὰ γὰρ καὶ ἐκείνου καὶ τούτου ταῦτα· ἀμφοτέρω γὰρ ἑκατέρω ἐστίν. Ἐκτίσεν ὁ Πατήρ τῷ δημιουργῶν Υἱὸν γεγεννηκέναι· βασιλεύει ὁ Υἱὸς τῷ Κύριος εἶναι τῶν κτισμάτων. Οὐ γὰρ μισοῦ ἐργάζεται, καθάπερ οἱ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ ἐτέρω ὑπακούων, καθάπερ οὗτοι, ἀλλὰ δι' οἰκίαν ἀγαθότητα καὶ φιланθρωπίαν. Τί δὲ; ὁ Υἱὸς ὠράθη ποτέ; Οὐκ ἂν τις ἔχοι λέγειν. Τί οὖν ἐστίν, Ἀφάρθρως, ὁράτως, μόνη σοφῷ Θεῷ; τί δὲ ὅταν λέγῃ, Οὐδὲ γὰρ ἐστὶν δρομα ἕτερον, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς; καὶ πάλιν, Οὐκ ἐστὶν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἢ σωτηρίῳ; Τιμὴ καὶ δόξα, φησὶν, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμῆν. Τιμὴ καὶ δόξα οὐ διὰ ῥημάτων γίνεται. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς οὐ διὰ ῥημάτων ἡμᾶς ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων [571] καὶ δι' ἔργων, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτὸν τιμῆσωμεν καὶ διὰ πραγμάτων καὶ δι' ἔργων. Καίτοι αὐτῇ μὲν ἡ τιμὴ ἡμῶν ἄπτεται, ἐκείνη δὲ αὐτοῦ οὐδαμῶς· οὐ γὰρ δεῖται τῆς παρ' ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμεθα.

γ. Ἄσπερ κἂν τιμῆσωμεν αὐτὸν, πάλιν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐτίμησαμεν. Ἄσπερ γὰρ ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, ἵνα τὸ ἤλιακὸν ἴδῃ φῶς, ἐαυτὸν πάλιν ὤνησε, θαυμάζων τὸ κάλλος τοῦ ἄστρου, οὐκ ἐκείνῳ τι κεχάρηται· οὐ γὰρ λαμπρότερον αὐτὸ πεποίηκεν, ἀλλὰ μένει τὸ αὐτό· οὕτω, καὶ πολλῷ μᾶλλον, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ· ὁ θαυμάζων τὸν Θεὸν καὶ τῶν τιμῶν, ἐαυτὸν ἔσωσε, καὶ ὠφέλησεν ὠφέλιαν μεγίστην. Πῶς; Ὅτι τὴν ἀρετὴν μετερχόμενος<sup>β</sup>, παρ' αὐτοῦ δοξάζεται· *Τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με*, φησί, *δοξάσω*. Πῶς οὖν αὐτὸς δοξάζεται, φησὶν, ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἡμετέρας οὐδὲν ἀπολαύων; Ἄσπερ οὖν καὶ πεινήν λέγεται, καὶ διψῆν· πάντα γὰρ οἰκιοῦται τὰ ἡμέτερα, ἵνα κἂν οὕτως ἡμᾶς ἐφελκύσῃται, καὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς ὑβρεῖς, ἵνα κἂν οὕτω φοβηθῶμεν· καὶ οὐδ' οὕτως ἐφελκόμεθα.

Δοξάζωμεν δὴ τὸν Θεὸν, ἀρωμεν τὸν Θεὸν ἐν τῷ

σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἡμῶν. Καὶ πῶς τις ἐν τῷ σώματι δοξάζει, φησί; πῶς δὲ ἐν τῷ πνεύματι; Πνεῦμα ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολήν τοῦ σώματος. Πῶς οὖν τις δοξάζει ἐν τῷ σώματι; πῶς δὲ ἐν τῇ ψυχῇ; Ἐν σώματι δοξάζει ὁ μὴ πορνεύων, ὁ μὴ μεθυσκόμενος, ὁ μὴ γαστριζόμενος, ὁ μὴ καλλωπιζόμενος, ὁ τσαυτὴν αὐτοῦ ποιούμενος πρόνοιαν, ὅσον πρὸς ὑγίαν ἀρκεῖν μόνον, ὁ μὴ μοιχεύων, ἢ μὴ μυριζομένη, ἢ μὴ χρώματι διαγράφουσα τὸ πρόσωπον, ἢ ἀρκουμένη τῇ πλάσει τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδὲν ἐπιταχυνόμενη. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, προσάγεις τὰ παρὰ σαυτῆς τῇ ἀπρητισμένη παρὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργίᾳ; οὐκ αὐτάρκης σοι γέγονεν ἡ διάπλασις; ὡς βελτίων τοίνυν τεχνίτις ἐπιχειρεῖς βυθμίσαι τὸ ἔργον; Οὐκ ἐστὶ τούτο, ἀλλὰ διὰ τοῦτο καλλωπιζῆ, καὶ ὑβρίζεις τὸν δημιουργόν, ἵνα μύριους ἔραστας ἐπισπάσῃ. Καὶ τί πάθω, φησὶν; οὐδὲ γὰρ ἐγὼ βούλομαι, ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνδρα ταῦτα ποιεῖν ἀναγκάζομαι. Οὐκ ἐνὶ μὴ βουλομένην ἐρᾶσθαι. Καλὴν σε ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἵνα θαυμάζηται καὶ ἐπὶ τούτῳ, οὐχ ἵνα ὑβρίζηται· μὴ τούτοι; αὐτὸν ἀμείβου τοῖς δώροις; ἀλλὰ σωφροσύνη καὶ κοσμιότητι. Καλὴν σε ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἵνα σοι τοὺς τῆς κοσμιότητος ἄθλους αὐξήσῃ. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον, ἐπέραστον οὖσαν σωφρονεῖν, καὶ ὑπ' οὐδενὸς γενομένην περιμάχητον. Ἀκούεις τί φησὶν ἡ Γραφή περὶ τοῦ Ἰωσήφ; ὅτι *Ἦρ ὠραίος καὶ καλὸς τῇ δύσει*. Τί ἡμᾶς τοῦτο ἀκούοντας ὠφελεῖ, ὅτι καλὸς ἦν Ἰωσήφ; ἵνα μᾶλλον αὐτοῦ τὸ κάλλος θαυμάζωμεν καὶ τὴν κοσμιότητα. Ἐποίησέ σε καλὴν ὁ Θεός; τί τοίνυν κατασκευάζεις ἄμορφον σαυτὴν; Ἄσπερ γὰρ ἂν εἴ τις χρυσῷ ἀνδριάντι ἐπιχρίσειε πηλὸν βορβοῦρου, οὕτως εἰσὶν αἱ τοῖς ἐπιτριμμάσι κεχρημένα· γῆν καταπάσεις σαυτὴν· τὴν μὲν φονικίην, τὴν δὲ λευκίην. Ἄλλ' αἱ ἄμορφοι, φησὶν, εἰκότως τοῦτο πράττουσι. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; ἵνα τὴν ἀμορφίαν κρύψωσιν; [572] Ἄλλὰ ἀνόνητα πονοῦσι. Πότε γὰρ, εἰπέ μοι, τὸ φυσικὸν ὑπὸ τοῦ τεχνικοῦ<sup>α</sup> καὶ ἐπιτετραυμένου νικᾷται; Τί δὲ ὄλιως ἡ ἀμορφία λυπαί, ὅταν ψόγον μὴ ἔχη; Ἄκουε γὰρ σοφοῦ τίνος λέγοντος, *Μὴ βδελύξῃ ἄνδρα ἐν ὀράσει αὐτοῦ, μηδὲ αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν τῷ κάλλει αὐτοῦ*· μᾶλλον μὲν οὖν Θεὸν θαύμασον τὸν ἀριστοτέχνην, ἐκείνον δὲ μηκέτι· οὐ γὰρ αὐτοῦ κατόρθωμα τὸ γενόμενον. Ποῖον γὰρ κέρδος ἀπὸ κάλλους, εἰπέ μοι; Οὐδὲν, ἀλλ' ἀγῶνας πλείους, μείζονες ἐπήρειαι, καὶ οἱ κίνδυνοι καὶ αἱ ὑποψίαι. Τὴν μὲν γὰρ οὐ τοιαύτην οὐδ' ἂν ὑποπτεύσειε τις· ἐκείνη δὲ ἂν μὴ πολλῇ τῇ κοσμιότητι καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἢ κεχηρημένη, εὐθέως δέξεται δόξαν πονηρὰν· καὶ ὁ ἀνὴρ δὲ μεθ' ὑποψίας συνοικεῖ, οὗ τί γένοιτο· ἂν χαλεπότερον; οὐ τοσαύτην ἀπὸ τῆς θεῶς κτώμενος τὴν ἡδονήν, ὅσον ἀπὸ τῆς ὑπονοίας καρποῦται τὴν λύπην. Ἐκείνη μὲν γὰρ τῇ συνηθείᾳ μαραινεται, βλακείας, διαχύσεως, ἀσελείας δόξαν λαμβανούσης αὐτῆς τῆς ψυχῆς, βαναύσου γινομένης, ἀπονοίας πολλῆς πληρουμένης· πρὸς ταῦτα γὰρ πάντα μᾶλλον ἡ εὐμορφία ἔλκει. Τὴν δὲ οὐ τοιαύτην οὐκ ἂν εὐροίμεν πολλὰ τὰ κωλύματα ἔχουσαν. Οὕτε γὰρ οἱ ἐπιπηδῶντες κύνες εἰσὶν, ἀλλὰ, καθάπερ τις ἀμνάς, ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ βίσκεται, οὐδενὸς

<sup>α</sup> Omnino legendum οὐ τοῦ υἱοῦ, et paulo post, τὸ δὲ, τῷ βασιλεῖ.

<sup>β</sup> Sic Colb. et marg. Savil. Legebatur μετέρχεται, quod, quia posito ei, ferri possit. Eubr.

<sup>α</sup> Legendum videtur γῆ καταπάσεις σαυτὴν, vel γῆν κ. σαυτῆ.

<sup>β</sup> Sic correctum e Commel. et Savil. Legebatur vitiose τεχνοῦ. Eubr.

ἐνοχλοῦντος λύκου οὐδὲ ἐπιπηδῶντος, ἄτε τοῦ ποι-  
 μένος παρακαθημένου αὐτῆ. Οὐκ ἔστι πλεονεξία τὸ  
 ἐτέραν μὲν εἶναι καλὴν, ἐτέραν δὲ μὴ τοιαύτην·  
 πλεονεξία ἔστι τὸ ἐτέραν μὲν πορνεύειν καὶ καλὴν  
 μὴ οὐσαν, ἐτέραν δὲ εἶναι πονηρὰν. Εἰπέ γάρ μοι,  
 τίς ἀρετὴ ὀφθαλμῶν; ἄρα τὸ ὑγροῦς εἶναι καὶ εὐ-  
 στρήφους καὶ στρογγύλους καὶ κυανοῦς, ἢ τὸ ὀξεῖς  
 καὶ διορατικούς; Ἐγὼ μὲν τοῦτό φημι, καὶ δῆλον  
 ἔκειθεν· Τίς ἀρετὴ λύχνου; τὸ λαμπρὰ φαίνειν καὶ  
 πᾶσαν καταυγάζειν τὴν οἰκίαν, ἢ τὸ καλῶς πεπλά-  
 σθαι καὶ στρογγύλον εἶναι; Ἐκεῖνο πάντως ἂν εἴποι-  
 μεν· τοῦτο μὲν γὰρ ἀδιάφορον, τὸ δὲ ζυτούμενον  
 ἔκεινο. Διὰ τοῦτο καὶ, Σαπρὸν λύχον ἐποίησας, πρὸς  
 τὴν ἐγκεχειρισμένην θεραπευίδαν ἀεὶ λέγομεν· οὕτω  
 λύχον τὸ φωτίζειν ἔστιν. Οὐκοῦν καὶ ὀφθαλμοῦς, ἔαν  
 τε τοῖσδε ἔαν τε τοῖσδε ἦ, οὐδὲν ἔστιν, ἕως ἂν μετὰ  
 πάσης αὐταρκείας τὴν χρείαν πληροῖ· ὡσπερ οὐκ καὶ  
 σαπρὸς λέγεται, ἔαν ἀμβλωπηῇ, καὶ τὴν σύνθεσιν μὴ  
 ἔχη πᾶσαν ἀπρητισμένην· καὶ γὰρ τοὺς ἀνευγμέ-  
 νων τῶν ὀφθαλμῶν μὴ βλέποντας σαπρὸς; ἔχειν  
 ὀφθαλμοῦς φαμεν. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν  
 πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν καὶ τοῦτο ὀφθαλμοῦ κακία.  
 Τῆς δὲ βιόδος, εἰπέ μοι, ποῖα ἀρετὴ; ἄρα τὸ εὐθεῖαν  
 εἶναι, καὶ ἀπεξεσμένην ἐκατέρωθεν, καὶ τὴν ἀνα-  
 λογίαν σύμμετρον ἔχειν, ἢ τὸ πρὸς τὴν ὁσφρησιν  
 ἐπιτηδεῖαν εἶναι, καὶ δυναμένην ταχέως ἀντιλαμβά-  
 νεσθαι καὶ παραπέμψαι τῷ ἐγκεφάλῳ; Τοῦτο δὴ  
 παντὶ που δῆλόν ἔστι. Φέρε δὴ, καὶ ἐπὶ ὑποδείγματι  
 τὸ πρᾶγμα προσεξετάσωμεν. Εἰπέ γάρ μοι, τοὺς  
 ἄρπαγας, τὰ σκευή, ποῖα φήσομεν κατεσκευάσθαι  
 καλῶς, τὰ δυνάμενα ἀρπάζειν μετὰ ἀκριθείας καὶ  
 κατέχειν, ἢ τὰ διαπεπλάσμενα καλῶς; Ἄηλον [573] ὅτι  
 ἔκεινα. Τί δὲ δόδοντας, ποίους εἶναι φήσομεν καλοῦς;  
 τοὺς τμητικούς καὶ εὐκόλως διατέμνοντας τὴν τροφήν,  
 ἢ τοὺς καλῶς συγκειμένους; Ἄηλον ὅτι ἐκείνους. Καὶ  
 ὅλως ἐπὶ παντός τοῦ σώματος τοῦτω προσάγοντες τῷ  
 λόγῳ τὴν ζήτησιν, εὐρήσομεν πάντα τὰ ὑγιῆ καὶ  
 καλὰ, ἕως ἂν ἐνεργῇ μετὰ ἀκριθείας τὰ οικεῖα τῶν  
 μελῶν ἕκαστον. Οὕτω καὶ σκεῦος ἕκαστον λέγομεν  
 καλὸν, καὶ ζῶον καὶ φυτὸν, οὐκ ἀπὸ τῆς διαπλάσεως,  
 οὐδ' ἀπὸ τοῦ χρώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διακονίας.  
 Οὕτω καὶ οἰκέτην καλοῦμεν καλὸν τὸν ἐπιτήδειον  
 ἡμῖν πρὸς διακονίαν, οὐ τὸν ὠραῖον καὶ βλάκα.  
 Ὅρξ πῶς ἔστιν εἶναι καλὴν; Ὅταν τοίνυν τῶν

μεγίστων καὶ θαυμαστῶν ὁμοίως ἀπολαύωμεν, οὐδὲν  
 πλεονεκτούμεθα. Οἶόν τι λέγω· Τὸν κόσμον τοῦτον  
 ὁμοίως ὀρώμεν, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τοὺς ἀστέ-  
 ρας, τὸν ἀέρα ὁμοίως ἔλκομεν, τοῦ ὕδατος, τῆς  
 τροφῆς ὁμοίως μετέχομεν, ἂν τε εὐμορφοῦ ὦμεν, ἂν  
 τε μὴ. Εἰ δὲ χρῆ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, τῶν  
 εὐμόρφων αἱ μὴ τοιαῦται μᾶλλον ὑγιεινότεραι.  
 Ἐκεῖναι μὲν γὰρ ὡς δὴ τὴν ὥραν διαφυλάττουσαι,  
 καμάτοις ἑαυτὰς οὐ διδάσαιν, ἀλλ' ἀργία καὶ σκια-  
 τροφία, ὑφ' ὧν μάλιστα αἱ τῶν μελῶν ἐνέργεια  
 ἀμβλύτεται γίνονται· αὐτὰς δὲ ἀπλῶς καὶ ἄδην,  
 ἄτε οὐδεμίαν περὶ ταῦτα ἔχουσαι τὴν σπουδὴν, ἔκει  
 τὸ πᾶν ἀναλίσκουσι. Δοξάζωμεν τοίνυν τὸν Θεόν,  
 ἄρωμεν αὐτὸν ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, μὴ καλλωπιζώ-  
 μεθα· περιττὴ αὕτη ἢ σπουδὴ καὶ ἀνόνητος. Μὴ  
 παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας ὄψεις μόνως φιλεῖν· ἂν γὰρ  
 ἦς οὕτω κοσμομένη, ταχέως ὑπὸ τῆς ἡταιρηκίας,  
 μελετήσας ἐν τῇ ὄψει τῆ σῆ, ἀλίσκεται· ἂν μέν-  
 τοι διδάξης αὐτὸν τρόπους φιλεῖν καὶ κοσμιότητα, οὐ  
 ταχέως πορνεύσει· οὐδὲ γὰρ εὐρίσκει ταῦτα παρὰ  
 τῆ πόρνη, ἀλλὰ τὰ τοῦτοις ἐναντία. Μὴ τοίνυν  
 διδάξης αὐτὸν ὑπὸ γέλωτος ἀλίσκεσθαι, μῆδὲ ὑπὸ  
 σχήματος ἐκκεχυμένην, ἴνα μὴ κατὰ σαυτῆς ἀρτύ-  
 σης τὰ φάρμακα. Ποῖδεις αὐτὸν κοσμιότητι χαίρειν·  
 δυνήσῃ δὲ τοῦτο, ὅταν καὶ τὸ σχῆμα τοιοῦτον ἦ·  
 ἐπεὶ ἔαν ἐπιτερωμένη καὶ ἄστωτος ἦς, πῶς δυνήσῃ  
 προτενεχεῖν ῥῆμα σεμνόν; τίς δὲ σε οὐ χλευάσεται  
 καὶ γελάσει; Πῶς δὲ ἔστι καὶ ἐν τῷ σώματι ἄρα·  
 τὸν Θεόν· Ἀρετὴν ἀσχοῦντα, τὴν ψυχὴν καλλωπι-  
 ζοντα· καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῆς τοῦτο οὐ κεκλύεται. Οὕτω  
 δοξάζωμεν τὸν Θεόν, ὅταν πάντοθεν ὦμεν ἀγαθοί, καὶ  
 δοξάζομεθα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ὁμοίως,  
 ἀλλὰ πολλῶ μειζρόνως. *Λογίζομαι γὰρ, φησίν, ὅτι  
 οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν  
 μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς.* Ἦς  
 γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλαν-  
 θρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ  
 τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος,  
 τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.  
 Ἀμήν.

<sup>a</sup> Duo codices mss., πῶς δὲ ἔστι καὶ ἐν τῷ σώματι ἄρα  
 τὸν Θεόν; In Editis male, πῶς δὲ ἔστι καὶ ἐν τῷ Πνεύματι  
 ἀρεῖσαι τῷ Θεῷ;

## [574] ΟΜΙΛΙΑ Ε΄.

*Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαι σοι, τέ-  
 κνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς παραγούσας ἐπὶ σὲ  
 προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν  
 καλὴν στρατείαν, ἔχωρ πλίστιν καὶ ἀγαθὴν  
 συνελθῆσιν, ἦν τινες ἀποσώμενοι, περὶ τὴν  
 πίστιν ἐναντήσων.*

α'. Τὸ τῆς διδασκαλίας καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα  
 μέγα ἔστι καὶ θαυμαστὸν, καὶ δυνατὸς τῆς τοῦ Θεοῦ  
 δεόμενον ψήφου, ὥστε τὸν ἄξιον εἰς μέσον παραγα-  
 γεῖν. Οὕτω καὶ τὸ παλαιὸν ἐγένετο, οὕτω καὶ νῦν  
 γίνεται, ὅταν χωρὶς πάθους ἀνθρωπίνου τὰς αἰρέσεις  
 ποιώμεθα, ὅταν πρὸς μὴδὲν ὀρώντες βιωτικὸν, μὴ  
 πρὸς φιλίαν, μὴ πρὸς ἀπέχθειαν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ το-  
 σοῦτου πνεύματος μετέχομεν, ἀλλ' ἀρκεῖ πρόθεσις  
 ἀγαθῆ τοῦ Θεοῦ τὴν χειροτονίαν ἐπισπάσασθαι. Ἐπεὶ  
 οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι Πνεύματος μετέχον, ὅτε τὸν Ματ-

θίαν ἐξελέξαντο, ἀλλ' εὐχῆ τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψαντες,  
 ἐγκατέλεξαν αὐτὸν τῷ τῶν ἀποστόλων ἀριθμῷ· οὐ γὰρ  
 πρὸς φιλίαν ἀνθρωπίνην ἐώρων. Οὕτως ἔδει καὶ νῦν  
 ἐφ' ἡμῶν γίνεσθαι. Ἄλλ' ἡμεῖς πρὸς ἕσχατον βραθυ-  
 μίας ἐληλακότες, καὶ τὰ φανερά πρὸς ἀκριθείαν  
 προίεμεθα· ὅταν δὲ τὰ δῆλα παρορώμεν, πῶς τὰ  
 ἀδῆλα ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐκκαλύψει; Εἰ ἐν τῷ μικρῷ, φησίν,  
 οὐκ ἐγένεσθε πιστοί, τὸ μέγα καὶ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν  
 ἐγγχειρίσει; Τότε δὲ, ἐπεὶ οὐδὲν ἀνθρώπινον ἐγένετο,  
 καὶ ἀπὸ προφητείας ἐγένοντο οἱ ἱερεῖς. Τί ἔστιν ἀπὸ  
 προφητείας; Ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου. Προφητεία γὰρ  
 ἔστιν, οὐ τὸ τὰ μέλλοντα λέγειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ παρ-  
 όντα, ἐπεὶ καὶ ὁ Σαοὺλ κατὰ προφητείαν ἐδείχθη  
 ἐν τοῖς σκεύεσι κρυπτόμενος· ὁ γὰρ Θεὸς τοῖς δικαίοις  
 ἀποκαλύπτει. Προφητεία ἦν καὶ τὸ λέγειν, Ἄσχε-  
 ρισατέ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν. Οὕτω καὶ

tera non talis fuerit ; sed multum damni infertur , si altera fornicetur , etsi non formosa , altera vero maligna sit. Dic enim mihi , quænam est virtus oculorum ? an quod molles , versatiles , rotundi et carulei sint , an quod acuti ac penetrantes ? Ego hoc postremum dixerim , atque hoc exemplo liquidum : quænam est lucernæ virtus ? an quod clara splendeat et totam illuminet domum ? an quod pulchre efformata et rotunda sit ? Ego primum dixerim ; illud enim quæritur , secundum vero inutile est. Ideoque ancillæ ad hoc deputatæ semper dicimus , Lucernam male parasti : sic lucernæ officium est illuminare. Itaque sive talis sive talis fuerit oculus , nihil interest , donec ut par est officium suum implet : ut etiam malus dicitur , si obtusus sit , nec perfectam habeat conditionem : eos enim qui apertis oculis non vident , malos habere oculos dicimus. Quodcumque enim officium suum non implet , malum vocamus : tales sunt mali oculi. Narium vero , dic mihi , quænam virtus est ? an ut rectæ sint , et utrimque ad normam et proportionem efformatæ , atque ad olfactum aptæ , quæ possint cito odorem excipere et in cerebrum mittere ? Hoc cuius palam est. Age ergo , rem exemplo disquiramus. Dic mihi , instrumenta ad capiendum adornata , quænam apposite facta dicemus , quæ possint optime capere et retinere , an quæ pulchre concinnata fuerint ? Haud dubie priora. Dentes autem quos optimos dicemus ? eosne qui cibum dissecant et mandunt , an eos qui concinne ordinati sunt ? Priores certe , ut perspicuum est. Universim autem in toto corpore , si singula hac ratione examinemus , invenimus membra omnia sana pulchra dici , donec officio suo exacte fungi possunt. Sic et vasa singula bona dicimus , sic animalia et plantas , non ex forma nec ex colore , sed ex ministerio : ita et famulum dicimus bonum eum qui ad ministerium nobis commodus est , non autem formosum atque mollem. Videntur quomodo pulchra possis esse ? Cum ergo omnibus

rebus maximis et mirabilibus similiter fruamur , nihil minus aliis habemus : hunc mundum pari modo videmus : solem , lunam , stellas , aerem similiter spiramus , aqua et cibo pariter utimur , sive formosi , sive deformes simus. Si vero quid mirabile dicere oporteat , formosis saniores sunt quæ forma huiusmodi non fruuntur. Illæ namque ut pulchritudinem servant , laboribus se non dedunt , sed otio ac deliciis , quæ maxime vis membrorum obtusior fit : hæc autem , utpote quæ nullam de forma curam habeant , se laboribus omnino dedunt. Glorificemus ergo Deum , portemus illum in corpore nostro , ne quæramus ornatum : inutilis ac superflua hæc cura est. Ne erudiamus viros ut facies solas ament : nam si ita sis ornata , cito a meretrice , unice specie tua allectus , capietur : contra si docueris eum mores et honestatem amare , nec cito nec facile fornicabitur : neque enim hæc in meretrice inveniet , imo his contraria. Ne itaque docueris eum a risu capi , neque a dissoluto habitu , ne adversus teipsam veneficia pares , doce illum in honestate gaudere : hoc vero poteris , cum habitus talis fuerit. Nam si te efferas et lubrica fueris , quomodo dictum honestum et grave adhibere poteris ? quis te non irridebit ? Quomodo autem in corpore possumus portare Deum (a) ? Si virtutem exerceamus et animam ornemus : illam enim ornare non prohibemur. Sic Deum glorificamus , cum omnino boni sumus ; et nos quoque glorificabimur in illo die , non similiter sed multo magis. *Existimo enim , inquit , quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam , quæ revelabitur in nobis (Rom. 8. 18). Quam utinam omnes assequamur , gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi , quicum Patris et Spiritui sancto gloria , imperium , honor nunc et semper , et in sæcula sæculorum. Amen.*

(a) Illud enim refertur ad illum superius memoratum Scripturæ locum : *Glorificate et portate Deum in corpore vestro. In Editis male habetur : Quomodo autem possumus in Spiritu placere Deo ?*

### HOMILIA V.

CAP. I. v. 18. *Hoc præceptum commendo tibi , fili Timothee , secundum præcedentes in te prophetias , ut milites in eis bonam militiam , 19. habens fidem et bonam conscientiam , quam quidam repellentes , circa fidem naufragium fecerunt.*

1. *Sacerdotes quinam eligendi.*—Doctrinæ et sacerdotii dignitas magna mirabilisque est , quæ vere Dei calculo opus habet , ut dignum in medium adducat. Sic olim fiebat ; sic etiam nunc fit , quando sine humano affectu electiones facimus , quando ad nihil sæculare respicimus , nec ullam amicitiae vel odii rationem habemus. Etsi enim non tanta nobis Spiritus participatio est ; at sufficit bonum propositum , ut Dei ipsius ordinationem attrahat. Quandoquidem neque apostoli Spiritus participes erant , quando Matthiam elegerunt , sed orationi rem committentes , ipsum apostolorum numero adjecerunt : non enim ad amicitiam humanam respiciebant. Sic oportet nunc etiam apud nos fieri. At nos in ex-

tremam ignaviam delapsi , etiam manifesta abjicimus : si vero manifesta prætermittimus , quomodo nobis Deus obscura et incerta revelabit ? Si in modico , inquit , non fuistis fideles ; quod magnum et verum est , quis vobis tradet ? Tunc autem , quia nihil fiebat humanum , ex prophetia sacerdotes eligebantur. Quid est ex prophetia ? A Spiritu sancto. Prophetia enim est , non futura dicere modo , sed etiam præsentia : nam Saül quoque ex prophetia ostensus est , cum lateret inter vasa : Deus enim iustus revelat. Prophetia erat etiam dicere : *Segregate mihi Paulum et Barnabam (Act. 13. 2)* : ita etiam Timotheus electus fuerat. Prophetias autem hic plurimas dicit : fortassis illam , per quam illum accepit cum circumcidit ipsum , et cum ordinavit , ut et ipse scribit dicens : *Noli negligere gratiam quæ in te est (1. Tim. 4. 14)*. Ut illum igitur excitaret , et attentum vigilemque redderet , in memoriam ipsi revocat quis elegerit et ordinavit : ac si diceret : Ipse Deus

te elegit, ipse tibi concedidit, non humano calculo euectus es : ne contumelia vel probro afficias Dei calculum. Deinde quia præceptum dixerat, et gravius fortasse erat, quid dicit? *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee.* Ut filio et genuino præcipit, non cum auctoritate vel imperio, sed paterne, *Fili*, inquit, *Timothee.* Quod autem commendet, custodiæ diligentiam significat, nec rem esse nostram : non enim nos rem acquisivimus, sed Deus largitus est : neque hoc tantum, sed etiam fidem et bonam conscientiam. Quæ igitur ille dedit, nos custodiamus. Nisi ipse venisset, neque fides inveniretur, neque vita pura, quam in infantia suscipimus. Ac si diceret : Non ego sum qui præcipio, sed is qui elegit : nam quod ait : *Secundum præcedentes in te prophetias*, hoc significat. Illas audi, illis obtempera. Quid vero præcipis? *Ut milites in eis bonam militiam.* Illæ te elegerunt ad hoc, bonam militiam milita. Bonam dicit : est enim mala militiæ, de qua ait : *Sicut enim exhibitis membra vestra arma peccato et immunditiæ (Rom. 6. 19).* Illi sub tyranno militabant, tu vero sub rege. Cur autem rem illam vocat militiam? Ostendens vehementer bellum excitatum esse, omnibus quidem, sed magis doctori ; et quod validis armis sit opus, sobrietate nempe, vigilantia, perpetuis vigiliis, quia adversus sanguinem aciem dirigere oportet, et nihil mollietiei habere. *Ut milites in illis*, inquit. Ut enim in exercitiis non omnes uno modo militant, sed in diversis ordinibus : sic et in Ecclesia alius doctoris ordinem servat, alius discipuli, alius idiotæ ; tu vero doctoris. Deinde ne quis putaret, id satis esse, quid ait? *Habens fidem et bonam conscientiam.* Nam doctorem prius sui doctorem esse oportet. Sicut enim dux, nisi prius fuerit optimus miles, neque dux unquam fuerit : eodem modo is qui docet. Hoc alibi quoque dicit : *Ne forte, cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar (1. Cor. 9. 27).* *Habens*, inquit, *fidem et bonam conscientiam*, ut sic cæteris præsis. Hæc audientes ne dedignemur majorum monita, etiamsi doctores simus. Nam si Timotheus, cui non omnes sumus æquiparandi, præcepta et doctrinam accipit, idque cum in doctoris ordine esset : multo magis nos id facere convenit. *Quam quidam repellentes*, inquit, *circa fidem naufragium fecerunt.* Merito certe. Nam ubi vita reprehensibilis est, dogma simile paritur ; multosque videre est hinc in profundum malorum delapsos, atque in paganismum conversos. Ne enim futurorum metu crucientur, menti suæ suadere student nostra omnia esse falsa. Et a fide quidam evertuntur, qui omnia ratiociniis exquirunt : naufragium enim pariunt ratiocinia ; fidesque est quasi navis tutissima.

2. Qui igitur ex illa deciderint, necesse est naufragium facere : et hoc exemplo ostendit : 20. *Ex quibus Hymenæus est*, inquit, *et Alexander.* Et horum exemplo nos corrigit. Videtis quomodo istis quoque temporibus essent qui perverse docerent, qui curiose inquirerent, qui a fide discederent, qui propriis ratiociniis explorarent? Qui naufragium facit, nudus est et omnibus destitutus : sic etiam qui ex fide ex-

cidit, nihil ultra habet, nec ubi consistat, nec quo pergat : non habet vitam, quæ ipsi prodesse valeat : nam capite jam corrupto, quid prodest reliquum corpus? Si enim fides sine bona vita nihil est, multo magis si illa absit. Si sua despicit Deus propter nos, multo magis nos propter illum nostra despiciere oportet. Ita enim se habet is qui ex fide excidit : nusquam consistit, hinc illinc natat, donec submergatur. *Quos tradidi*, inquit, *satanæ, ut discant non blasphemare.* Viden' quod blasphemia sit, divina ratiociniis perquirere? Jure quidem : quid enim commune habeat ratiocinium humanum cum illis? Quomodo autem satanas illos non blasphemare docet? si enim alios non blasphemare docet, multo magis seipsum id docere oportuit : si vero seipsum hactenus docere non potuit, neque alios poterit. Non dixit, *Ut doceat illos non blasphemare, sed, Ut discant non blasphemare.* Non ille hoc operatur, sed hoc ita evenit : quemadmodum alibi dicit de fornicatore : *Tradite hujusmodi satanæ ad interitum carnis (1. Cor. 5. 5)* : non ut corpus salvum faciat, sed ut spiritus servetur : hoc vero nullam personam indicat. Quomodo autem contingit? Sicut carnifices innumeris obnoxii sceleribus, alios castigant, ita et hic de maligno dæmone dicendum. Et cur tu illos non punivisti, sicut illum Barjesum, sicut Cephas Ananiam ; sed satanæ tradidisti? Non ut puniantur, sed ut discant. Et certe vium et auctoritatem habebat, ut cum dicit : *Quid vultis? in virga veniam ad vos (Ibid. 4. 21)?* et rursus, *Non ut nos probati simus, sed ut vos quod bonum est faciatis*; iterumque, *Non in eversio-nem, sed in ædificationem (2. Cor. 13. 7. 10).* Cur igitur satanam ad supplicium vocat? Ut cum vehementia et supplicio contumelia esset major : imo vero infideles illi docebant, eos vero qui a fide recesserant satanæ tradebant. Cur ergo Petrus Ananiam punivit? Ananiam infidelis erat adhuc qui etiam tentabat. Ut ergo infideles discerent se non posse latere, ideo pro seipso illos puniebant : eos vero qui hæc didicissent, deindeque abscedebant, tradebant illi satanæ, ut ostenderent se non propria virtute, sed ipsorum custodia retineri, et tradebantur quotquot se in arrogantiam extulissent. Quemadmodum igitur apud reges inimicos suis manibus jugulant, subditos vero carnificibus tradunt : ita et hic agitur. Hinc ostenditur propter apostolorum custodiam ita factum fuisse : et præterea non parva res erat posse imperare diabolo : hinc enim ostendebatur diabolum apostolis servire ac vel invitum ipsis cedere. Itaque non parvum illud erat ad gratiam ostendendam. Quomodo autem tradiderit audi : *Congregatis*, inquit, *robis et Spiritu meo, cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradite hujusmodi satanæ (1. Cor. 5. 4. 5).* Ejiciebatur ergo statim a communi consensu, abscedebatur a grege : erat desertus et nudus, tradebatur lupo. Sicut enim nubes castra Hebræorum, sic Spiritus Ecclesiam significabat. Si quis igitur extra Ecclesiam esset, comburebatur : extra autem educebatur judicio apostolorum. Sic et

ὁ Τιμόθεος ἤρθη. Προφητείας δὲ ἐναυθά φησι τὰς πολλὰς, ἵσως ἂ ἐκείνῃ μεθ' ἧς αὐτὸν ἔλαβεν ὅτε περιέτεμε, καὶ ὅτε ἐχειροτόνηι, καθὼς καὶ αὐτὸς γράφων φησί· *Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος*. Διανοιστὰς τοίνυν αὐτὸν, καὶ νήφειν παρασκευάζων καὶ ἐργηγορέναι, ἀναμνησθεὶς τοῦ ἐλομένου καὶ χειροτονησαντος· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Ὁ Θεὸς σε ἐξελέξατο αὐτὸς σοὶ ἐνεπίστευσα, οὐκ ἀνθρωπίνῃ γέγονας ψήφῳ· μὴ ὑβρίσης, μηδὲ κατασχύνῃς τοῦ Θεοῦ τὴν ψήφον. Εἶτα ἐπειδὴ παραγγελίαν ἔφησε, καὶ φορτικώτερον ἦν, τί φησι; *Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθειμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε*. Ὡς τέκνῳ, καὶ γνησίῳ παραγγέλλει. Οὐ γὰρ αὐθεντικῶς οὐδὲ δεσποτικῶς οὐδὲ μετ' ἐξουσίας, ἀλλὰ πατρικῶς, *Τέκνον*, φησί, *Τιμόθεε*. Ἐὶ δὲ παραθέσθαι τῆς φυλακῆς τὸ ἀκριβὲς δηλοῖ, καὶ τὴ οὐχ ἡμέτερον· οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτὸ ἐκτησάμεθα, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐχαρίσατο· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνειδήσιν. Ἄπερ οὖν ἔδωκε, ταῦτα φυλάττωμεν. Εἰ μὴ αὐτὸς ἦλθεν, οὕτε [575] ἡ πίστις αὐτῆ εὐρίσκατο, οὕτε ὁ βίος ὁ καθαρὸς, ὃν ἐκ παιδείας λαμβάνομεν. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Οὐκ ἐγὼ εἰμι ὁ παραγγέλλων, ἀλλ' ὁ ἐλπίμενος· τὸ μὲν γὰρ, *Κατὰ τὰς προαγοῦσας ἐπὶ σέ προφητείας*, τοῦτό ἐστιν. Ἐκεῖνον ἄκουσον, ἐκεῖναί σου εἰσιν. Τί δὲ παραγγέλλει, εἰπέ; *Ἴνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν*. Ἐκεῖναί σε ἐβλόντο εἰς ὃ ἐβλόντό σε, στρατεύου τὴν καλὴν στρατείαν. Καλὴν εἶπεν· ἔστι γὰρ καὶ κακὴ στρατεία, περὶ ἧς φησιν· *Ὅσπερ γὰρ παροστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα τῆ ἀμαρτίας καὶ τῆ ἀκαθαρσίας*. Ἐκεῖνοι ὑπὸ τυραννῆ στρατεύονται, σὺ δὲ ὑπὸ βασιλεῖ. Διὰ τί δὲ καλεῖ στρατείαν τὸ πρᾶγμα; Δηλὼν ὅτι πόλεμος ἐγήγερται σφοδρὸς πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ τῷ διδασκάλῳ, ὅτι ὄπλων ἡμῖν ἰσχυρῶν δεῖ, ὅτι νήφεις, ὅτι ἐργηγορέσως, ὅτι δινηνεκοῦς ἀγρυπνίας, ὅτι πρὸς αἷμα καὶ μάχας παρεσκευασθαι ὀφείλομεν, ὅτι παρατίθεσθαι, καὶ μηδὲν ἔχειν χαλῶν. *Ἴνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς*, φησί. Καθίπερ γὰρ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων οὐ πάντες εἰς ἓν εἶδος στρατεύονται, ἀλλ' ἐν διαφόροις τάγμασιν· οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ μὲν εἰς διδασκάλου τάξιν, ὁ δὲ εἰς μαθητοῦ, ὁ δὲ εἰς ἰδιώτου, σὺ δὲ ἐν τούτῳ. Εἶτα, ἵνα μὴ τις νομίση ἄρκειν τοῦτο, τί φησιν; *Ἐχὼν πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν*. Τὸν γὰρ διδασκαλον πρότερον ἑαυτοῦ χρὴ εἶναι διδασκαλον. Ὅσπερ γὰρ ὁ στρατηγός, ἐὰν μὴ πρότερον ἢ στρατιώτης ἤριστος, οὐδὲ στρατηγός ἔσται ποτέ· οὕτω καὶ ὁ διδάσκων. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Μὴ πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδίκιμος γένησθαι*. Ἐχὼν, φησί, *πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν*, ἵν' οὕτω τῶν ἄλλων προϊστᾶσαι. Ταῦτα ἀκούοντες, μὴ ἀπαξιώσωμεν τὰς τῶν μειζόνων παραινέσεις, κἂν διδασκαλοὶ ὦμεν. Εἰ γὰρ Τιμόθεος, οὐ πάντες οὐκ ἔσμεν ἀνάξιτοι, δέχεται παραγγελίας καὶ διδάσκειται, καὶ αὐτὰ ἐν τάξει διδασκάλου ὦν, πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς. *Ἦν τινες*, φησὶν, *ἀπιστοί μιν, περὶ τὴν πίστιν ἐνουδάγησαν*. Εἰκότως. Ὅταν γὰρ ἡ βίος ἀπεγνωσμένος, καὶ δόγμα τίχεται τοιοῦτον· καὶ ἔστιν ἰδεῖν πολλοὺς ἐκ τούτου καταπεσόντας εἰς βυθὸν κακῶν, καὶ εἰς Ἑλληνισμὸν ἐκτραπέντας. Ἴνα γὰρ μὴ τῷ φόβῳ τῶν ψευδῶν βασιλεύσῃται, σπουδαζοῦσι πείσαι τὴν ψυχὴν, ὅτι ψευδὴ πάντα τὰ παρ' ἡμῖν. Καὶ πιστεῶς τινες ἐκτρέπονται, οἱ λογισμοῖς τὸ πᾶν ζητούντες· ναυάγιον γὰρ ἐργάζεται ὁ λογισμὸς, καὶ ὡσπερ πλοῖον ἀσφαλές ἐστὶν ἡ πίστις.

<sup>a</sup> Collb. et marg. Savil., ἐναυθά πληθυντικῶς; εἶπεν ἴσως, ὁριμῆ.

β'. Τοὺς ἐκτραπέντας τοίνυν ἐκείθεν ἀνάγκη ναυαγεῖν, καὶ δεῖκνυσαι τοῦτο ἀπὸ τοῦ ὑποδείγματος. *Ἦν ἔστιν Ἰμέτριος*, φησὶ, καὶ *Ἀλέξανδρος*. Καὶ ἀπὸ τούτων ἡμᾶς σωφρονίζει. Ὅρατε πῶς ἐξ ἐκείνων τῶν χρέων ἦσαν οἱ παραδιδάσκοντες, οἱ πολυπραγμονοῦντες, οἱ τῆς πίστεως ἀπεχόμενοι, οἱ ζητούντες λογισμοῖς οἰκείους<sup>b</sup>; Ὁ ναυάγιον γυμνὸς καὶ πάντων ἐστὶν ἐρημος· οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως ἐκπεσὼν οὐδὲν ἔχει λοιπὸν, οὐχ ὅπου στή, οὐχ ὅπου κατάσχη· οὐ βίον ἔχει, δι' οὐ κερδαίνει τι ἐκείθεν· τῆς γὰρ κεφαλῆς διεσφραμμένης, [576] τί τοῦ λοιποῦ σώματος ὄφελος; Εἰ γὰρ ἡ πίστις βίου χωρὶς οὐδὲν ἐστὶ, πολλῶ μᾶλλον τοῦναντίον. Εἰ τῶν αὐτοῦ καταφρονεῖ ὁ Θεὸς δι' ἡμᾶς, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς τῶν ἡμετέρων δι' αὐτὸν χρὴ καταφρονεῖν. Οὕτω γὰρ ἐστὶν, ὅταν τις ἐκπέσῃ τῆς πίστεως· οὐδαμοῦ ἴσταται, ἀλλὰ ἄλλην ἄλλως νήχεται, ἕως ἂν καταποντισθῇ πάλιν. *Οὐκ παρέδωκα*, φησὶ, *τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν*. Ὅρᾳς τι βλασφημία ἐστὶ τὸ λογισμὸς ζητεῖν τὰ θεῖα; Εἰκότως· τί γὰρ ἂν ἔχοι κοινὸν λογισμὸς ἀνθρώπινος πρὸς ἐκεῖνα; Πῶς δὲ ὁ Σατανᾶς αὐτοὺς παιδεύει μὴ βλασφημεῖν; εἰ γὰρ τοὺς ἄλλους παιδεύει μὴ βλασφημεῖν, πολλῶ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐχρῆν· εἰ δὲ ἑαυτὸν μέχρι τοῦ νῦν οὐ δύναται παιδεύσαι, οὐδὲ τοὺς ἄλλους. Οὐκ εἶπεν, Ἴνα παιδεύσῃ αὐτοὺς μὴ βλασφημεῖν, ἀλλ', *Ἴνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν*. Οὐκ ἐκεῖνος τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλὰ τοῦτο ἐκβαίνει· ὡσπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ἐπὶ τοῦ πεπορευηκότος· *Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς δλεθρον τῆς συμφορῆς*· οὐχ ἵνα ὀσπῇ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἵνα σωθῇ τὸ πνεῦμα· τοῦτο δὲ ἀπρόσωπὸν ἐστὶ. Πῶς οὖν τοῦτο γίνεται; Ὅσπερ οὖν οἱ δῆμιοι μυρίων γέμοντες κακῶν τοὺς ἄλλους σωφρονίζουσιν, οὕτω καὶ ἐναυθά ἐπὶ τοῦ πονηροῦ δαίμονος. Καὶ διὰ τί μὴ σὺ αὐτοὺς ἐκόλασας, ὡσπερ ἐκείνον τὸν Βαρισοῦν, ὡσπερ Κηφᾶς Ἀνανίαν, ἀλλὰ τῷ Σατανᾷ παρέδωκας; Οὐχ ἵνα κολασθῶσιν, ἀλλ' ἵνα παιδευθῶσι. Καίτοι καὶ οὗτος ἔχει ἰσχύν, ὡς ὅταν λέγῃ· *Τί θέλετε, ἐν ῥάβδῳ ἔλω πρὸς ὑμᾶς*; καὶ πάλιν· *Οὐχ ἵνα ἡμεῖς δοῦμι οὐ μιν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε*· καὶ πάλιν, *Οὐκ εἰς καθαρέσειν, ἀλλ' εἰς οἰκοδομήν*. Τί οὖν τὸν Σατανᾶν καλεῖ πρὸς τὴν τιμωρίαν; Ἴνα μετὰ τῆς σφοδρότητος καὶ τῆς κολάσεως καὶ ἡ ὑβρις ἢ μείζων· μᾶλλον δὲ τοὺς μὲν ἀπίστους αὐτοῖ ἐπαιδεύον, τοὺς δὲ ἐκτραπέντας τῷ Σατανᾷ παρεδίδουν. Τί δὴ ποτε δὲ Πέτρος τὸν Ἀνανίαν; καὶ γὰρ ὁ Ἀνανίας ἀπιστος ἦν ἐτι πειράζων. Ἴνα μάθωσι τοῖνον οἱ ἀπιστοί, ὅτι οὐ δύναται λαθεῖν, διὰ τοῦτο δι' ἑαυτῶν αὐτοὺς ἐτιμωροῦντο· τοὺς δὲ τοῦτο μαθόντας λοιπὸν, εἶτα ἐκτραπέντας, τῷ Σατανᾷ παρεδίδουν, δεῖκνύντες ὅτι οὐκ οἰκεία δύναμις, ἀλλὰ τῆ αὐτῶν φυλακῆ συνειχόντο, καὶ παρεδίδοντα ὅσοι εἰς ἀπόνοιαν ἤρθησαν. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν βασιλεύων, τοὺς μὲν πολέμιους καὶ οἰκείας σφάττουσι χερσὶ, τοὺς δὲ ὑφ' ἑαυτοῦς τοῖς δῆμοις παραδιδόασιν, οὕτω καὶ ἐναυθά. Δείκνυνται δὲ ἀπὸ τούτου, ὅτι διὰ τὴν τῶν ἀποστόλων φυλακὴν τοῦτο ἐγένετο· ἄλλως δὲ οὐδὲ μικρὸν ἦν τὸ δύνασθαι ἐπιτάττειν τῷ διαβόλῳ· τοῦτο γὰρ δεκνύντο; ἦν, ὅτι δουλεύει καὶ εἶκαι ἐπὶ ἄκων τοῖς ἀποστόλοις ὁ διάβολος. Ὅστε οὐκ ἔλαττον εἰς χάριν τοῦτο ἦν. Πῶς δὲ παρέδωκεν, ἄκουσον. *Συναχθέντων ὑμῶν*, φησὶ, *καὶ τοῦ ἐμοῦ Πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ*. Ἐξεβάλλετο οὖν

<sup>b</sup> Marg. Savil. οἱ ζητούντες τὰ θεῖα μυστήρια λογισμοῖς οἰκείους.

εὐθέως τοῦ κοινῷ συνεδρίου, ἀπεσχίζετο τῆς ἀγάλης, ἐγένετο ἔρημος καὶ γυμνός, παρεδίδοτο τῷ λύκῳ. "Ὅσπερ γάρ [577] ἡ νεφέλη τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑβραίων, οὕτως τὴν Ἐκκλησίαν τὸ Πνεῦμα ἐγνώριζεν. Εἴ τις τοίνυν ἐκτὸς ἐγένετο, κατεκαίετο· ἐγένετο δὲ ἐκτὸς τῆ κρίσει τῶν ἀποστόλων. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος παρέδωκε τὸν Ἰουδαὶν τῷ Σατανᾷ· εὐθέως· γὰρ μετὰ τὸ ψωμίον εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὗς μὲν διορθώσασθαι ἐβούλοντο, οὐκ ἐκόλαζον αὐτοί· τοὺς δὲ ἀδιορθώτους αὐτοὶ ἐτιμωροῦντο· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὅτι φοβερώτεροι μᾶλλον ἦσαν ἑτέροις ἐκδιδόντες αὐτούς. Οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ παρεδόθη τῷ Σατανᾷ· ἀλλ' ἐκεῖνος οὐκ ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ἀλλ' ὑπὲρ πλεονόσους εὐδοκίμησεως.

Υ'. Πολλὰ τοιαῦτα γίνεται καὶ νῦν. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἱερεῖς οὐ πάντας ἴσασιν τοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀναξίως τῶν μυστηρίων μετέχοντας, ὁ Θεὸς πολλάκις τοῦτο ποιεῖ, καὶ παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ Σατανᾷ. Ὅταν γὰρ νόσοι, ὅταν ἐπιβουλαὶ, ὅταν πένθη καὶ συμφοραὶ συμβαίνωσιν, ὅταν ἄλλα τιὰ τοιαῦτα, δια τούτου γίνεται. Καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος δηλοῖ, οὕτως λέγων· *Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί*. Καὶ πῶς, φησὶν, ὅταν ἅπασι δι' ἐναυτοῦ προσερχώμεθα; Τοῦτο γὰρ τὸ δεῖνόν, ὅτι οὐ καθάρτητι διανοίας, ἀλλὰ διαστήματι χρόνου τὴν ἀξίαν διορίζεις τῆς προσόδου, καὶ τοῦτο εὐλόγηται εἶναι νομίζεις, τὸ μὴ πολλάκις προσελθεῖν, οὐκ εἰδώς ὅτι τὸ ἀναξίως προσελθεῖν, κἂν ἅπασι γένηται, ἐκηλιθώσῃ τὸ δὲ ἀξίως, κἂν πολλάκις, ἔσωσεν. Οὐκ ἔστι τόλμα τὸ πολλάκις προσεῖναι, ἀλλὰ τὸ ἀναξίως, κἂν ἅπασι τις τοῦ παντός χρόνου προσέλθῃ. Ἡμεῖς δὲ οὕτως ἀνοήτως διακείμεθα καὶ ἀθλίως, ὅτι μυρία διαπαντός ἐργαζόμενοι τοῦ ἐναυτοῦ κακῶ, τὸ μὲν ἀποδύσασθαι ἐκεῖνα οὐδεμίαν ποιούμεθα φροντίδα, νομίζομεν δὲ ἀρκεῖν τὸ μὴ συνεχῶς κατατολμᾶν καὶ ἐπιπηδᾶν ὑβριστικῶς τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἐννοοῦντες ὅτι καὶ οἱ τὸν Χριστὸν σταυρώσαντες ἅπασι ἐσταύρωσαν. Ἄρ' οὖν, ἐπειδὴ ἅπασι, ἔλαττον τὸ ἁμαρτημα; Καὶ ὁ Ἰουδᾶς δὲ ἅπασι προσέδωκε· τί οὖν; τοῦτο αὐτὸν ἐξείλετο; Διὰ τί γὰρ χρόνῳ τὸ πρᾶγμα μετερχόμεθα; χρόνος προσόδου ἔστω ἡμῖν τὸ καθαρὸν συνειδός. Οὐδὲν πλέον ἔχει τὸ ἐν τῷ Πάσχα μυστήριον τοῦ νῦν τελουμένου· ἐν ἔστι

καὶ τὸ αὐτὸ, ἡ αὐτὴ τοῦ Πνεύματος χάρις· ἀεὶ Πάσχα ἔστιν. Ἴστε οἱ μύσται τὸ εἰρημένον. Καὶ ἐν Παρασκευῇ, καὶ ἐν Σαββάτῳ, καὶ ἐν Κυριακῇ, καὶ ἐν ἡμέρῃ μαρτύρων ἡ αὐτὴ θυσία ἐπιτελεῖται. *Ἄσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον*, φησὶ, *τοῦτον, ἢ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταργέλλετε*. Οὐκ ὄρη καιροῦ περιέγραψε τὴν θυσίαν. Πῶς οὖν τότε, φησὶ, Πάσχα λέγεται; Ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν. Μηδεὶς τοίνυν ἑτέρως ἐκεῖνον προσίτω, καὶ τοῦτω ἄλλως· μία δύναμις ἔστι, μία ἀξία, μία χάρις, ἐν σῶμα καὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἐκεῖνος τοῦ ἁγιώτερον, οὐδὲ τοῦτο ἐκεῖνον ἔλαττον. Καὶ τοῦτο καὶ ὑμεῖς ἴστε, οὐδὲν καινότερον ὀρώντες, πλὴν τῶν κοσμικῶν τούτων παραπετασμάτων καὶ τοῦ λαμπροῦ πλήθους. Ἐχουσι δὲ τί πλέον αἱ ἡμέραι ἐκεῖνα; τοῦτο, ὅτι ἀπ' [578] αὐτῶν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ σωτήριος ἡμῶν ἡμέρα, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐτύθη ὁ Χριστὸς, λοιπὸν δὲ κατὰ τὰ μυστήρια οὐδεμίαν προτέρησιν ἔχουσι. Καὶ τροφή μὲν προσβάλλων αἰσθητῆ, νίπτεις τὰς χεῖρας, πλύνεις τὸ στόμα· τροφή δὲ μέλλων προσεῖναι πνευματικῆ, οὐ νίπτεις τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ γέμωμεν ἀκαθαρσίας προσέρχῃ; Καὶ τί, φησὶν; οὐκ ἀκούσιν αἱ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστεία τὸν πολὺν φορυτὸν καθάραι τῶν ἁμαρτημάτων; Καὶ τί τὸ θελος, εἰπέ μοι; ἂν τις μύρον ἀποθέσθαι θέλων καθάρῃ τὸν τόπον, εἴτα πάλιν μικρὸν μετὰ τὸ ἐμβαλεῖν καὶ κόπρον ἐπιβάλλῃ, οὐκ ἀπέπτῃ ἡ εὐωδία; Τοῦτο γίνεται καὶ ἡμῖν· ἐγενόμεθα ἄξιον προσερχόμενοι κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν· εἴτα πάλιν μολύνομεν ἐκρυτούς. Τί οὖν τὸ κέρδος; Τοῦτο καὶ περὶ τῶν δυναμένων ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ἡμέραις ἀπονίπτεσθαι φάμεν. Μὴ δὴ ἀμειλίωμεν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, παρακαλῶ, ἵνα μὴ γένηται κενὸς ὁ κόπος ἡμῶν. Ἀνθρώπος γὰρ, φησὶν, ἀποστρέφω ἀπὸ ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν, *Ὅσπερ κύων ἐστὶν εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέφων*. Ἄν οὕτω ποιῶμεν, καὶ οὕτω προσέχωμεν, δυννησόμενα τῶν βραβείων ἀξιωθῆναι ἐκεῖνων· ὦν γόνυ πάντα ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

*Παρακλιῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιῆσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεῦθεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων των ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρμεον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Σωτήρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐλίγνωσησιν ἀληθείας ἐλθεῖν.*

α'. Ὅσπερ κοινός τις ἔστι πατὴρ τῆς οἰκουμένης ἀπάτης ὁ ἱερεύς. Πάντων τοίνυν ἄξιον αὐτὸν κήδεσθαι, καθάπερ καὶ ὁ Θεός, ὃ ἱεράτα· διὰ τοῦτο φησὶ, *Παρακλιῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιῆσθαι δεήσεις, προσευχάς*. Δὴ γὰρ ἐντεῦθεν γίνεται τὰ ἀγαθὰ, τὸ τε ἔχθος ὁ πρὸς τοὺς ἐξω ἔχομεν καταλύεται· οὐδεὶς γὰρ πρὸς τοῦτον ἀπεχθῶς ἔχειν δύνησεται, ὑπὲρ οὗ δεήσεις ποιεῖται· αὐτοὶ τε ἐκεῖνοι· βελτίους γίνονται τῷ τε εὐχὰς ὑπὲρ αὐτῶν γίνεσθαι, τῷ τε μὴ ἐκθηριῦσθαι πρὸς ἡμᾶς. Οὐδὲν γὰρ οὕτω πρὸς διδασκαλίαν ἐπαγωγὴν, ὡς τὸ φιλεῖν καὶ

φιλεῖσθαι. Ἐνόησον δὲ ὅσον ἦν ἀκούειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, τοὺς μαστίζοντας, τοὺς ἐλαύνοντας, τοὺς ἀποκτινύνοντας, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πάσχοντες ὑπὲρ τῶν τὰ τοιαῦτα δρώντων προσευχάς [579] πρὸς τὸν Θεὸν ποιοῦνται ἐκτενεῖς.

Ἐρᾶς πῶς ἀνώτερον εἶναι βούλεται τὸν Χριστιανὸν πάντων; καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν παιδῶν τῶν νηπίων, κἂν βασταζόμενον τὸ παιδίον τύπτῃ τοῦ πατρὸς τὴν ἔψιν, οὐδὲν ὑποτέμνεται τῆς φιλοστοργίας· οὕτω κἂν τυπτούμεθα παρὰ τῶν ἐξωθεν, οὐδὲν ὀφειλομεν ἔλαττον τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτούς. Τί δὲ ἔστι τὸ, *Πρῶτον πάντων*; Τουτέστιν, ἐν τῇ λατρειᾷ τῇ καθημερινῇ. Καὶ τοῦτο ἴσασιν οἱ μύσται πῶς κατ' ἐκάστην ἡμέραν γίνεται, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ καὶ ἐν πρωτῇ· πῶς ὑπὲρ παντός τοῦ κόσμου, καὶ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων ποιούμεθα τὴν δέησιν. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι οὐκ ὑπὲρ πάντων εἴπεν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πιστῶν. Τί οὖν, ὅταν λέγῃ, *Ἐπὲρ βασιλέων*; οὐ γὰρ δὴ τότε θεοσεβεῖς



Dominus Judam satanæ (Joan. 13. 27) tradidit : statim enim post buccellam intravit in illum satanas. Dici potest etiam quod illi, quos corrigere volebant, non ipsi castigabant; illos autem qui emendari non poterant, supplicio afficiebant : vel etiam terribiliores erant, cum aliis traderent puniendos. Sic et Job traditus est satanæ; verum ille non peccatorum causa, sed ut clarior evaderet.

3. *Contra eos qui aut indigne aut semel tantum in anno ad communionem accedebant.* — Multa nunc quoque similia fiunt. Quia enim sacerdotes non omnes peccatores norunt, nec eos qui indigne mysteria percipiunt, Deus sæpe hoc facit, et eos satanæ tradit. Quando enim morbi, quando insidiæ, quando luctus et calamitates contingunt, quando similia, ejus rei causa fiunt. Hoc quoque Paulus declarat, ita dicens : *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi (1. Cor. 11. 30).* Et quomodo, inquires, cum in anno semel accedamus? Hoc enim grave est, quod non munditia animæ, sed intervallo temporis dignitatem accessus metiare, et hoc pietatem esse existimes, quod non sæpius accedas : ignorans, quod indigne accedere, etsi semel tantum, notam inurat; digne autem accedere, etsi sæpius, salutem pariat. Non est audaciæ sæpius accedere, sed indigne, etiam si semel tantum in anno quis accedat. Nos autem ita stolidi et miseri sumus, ut innumera per annum scelera perpetrantes, nullo modo curemus illa deponere, sufficereque putamus quod non sæpe audeamus in corpus Christi contumeliose insilire : non cogitantes eos qui Christum crucifixerunt, semel tantum crucifixisse. An ergo, quia semel tantum minus est scelus? Judas semel prodidit : quid ergo? an hoc illum a supplicio eripuit? Cur hanc rem tempore metimur? tempus accedendi sit nobis puritas conscientiæ. Nihil plus habet mysterium in Paschate celebratum, eo quod nunc celebratur : unum et idem est, eadem Spiritus gratia : semper Pascha

est. Illud nostis qui initiati estis. Et in Parasceve et in Sabbato et in die Dominico et in die Martyrum idem sacrificium consummatur : *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, inquit, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis (2. Cor. 11. 26).* Non temporis termino sacrificium circumscripsit. Cur ergo, inquires, tunc Pascha dicitur? Quia tunc passus est Christus pro nobis. Nemo igitur tunc aliter accedat, aliter nunc : una virtus est, una dignitas, una gratia, unum et idipsum corpus : non illud isto sanctius, neque istud illo minus est. Et hoc vos scitis : nihil nova videtis præter sæcularia ista vela, et splendidum cætum. Habent tamen aliquid amplius dies illi, quia in illis initium accepit salutaris ille dies, quo immolatus est Christus; quod ad mysteria vero pertinet, nullam prærogativam habent. Tu vero ad cibum sensilem accedens, manus et os abluis : cum autem ad spiritualem escam accessurus es, animam non abluis, sed immunditia plenus accedis? Et quid? dicis : annon satis sunt quadraginta jejunii dies ad peccatorum congeriem expurgandam? Ecqua utilitas? dic mihi; si quis unguentum condere volens, emundet locum, deinde paulo postquam injece- rit, stercus adjiciat : nonne bonus odor evolavit? Hoc etiam nobis accidit : digni pro viribus nostris facti sumus cum accederemus; deinde rursus nos inquinamus. Quæ ergo utilitas? Hoc dicimus etiam de iis, qui quadraginta dierum spatio sese abluerunt et mundare possunt. Ne salutem nostram negligamus, rogo, ne labor noster sit inutilis. Homo enim, inquit, qui aversus fuerit a peccato suo, et rursus pergens, eademque ipsa faciens, *Quasi canis est ad proprium vomitum reversus (Prov. 26. 11).* Si ita ut dixi faciamus, et ita attendamus, præmia illa consequi poterimus : quæ utinam obtineamus omnes, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

CAP. 2. v. 1. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, 2. pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut securam et quietam vitam agamus in omni pietate et sanctitate. 3. Hoc enim pulchrum et acceptabile coram Salvatore nostro Deo, 4. qui omnes homines vult salvare, et ad cognitionem veritatis venire.*

1. Quasi communis totius orbis pater sacerdos est. Curam igitur omnium gerat oportet, sicut et Deus, cujus sacerdos est : ideo ait : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes.* Duo enim hinc oriuntur bona; odium quod erga extraneos habemus, solvitur : nemo enim odio habere poterit eum, pro quo obsecrationes emittit : et illi ipsi meliores fiunt, et quia orationes pro ipsis emittuntur, et quod ipsi feritatem adversum nos deponant. Nihil enim ita confert ad doctrinam, ut cum quis amat et amatur. Cogita vero quantum illud esset, cum audirent illi

qui insidiis appetebant, qui flagellabant, pellebant, necabant, quod ii qui talia paterentur, pro iis qui hæc patrarent intentas preces ad Deum emitterent.

*Christianus omnibus superior esse debet.* — Viden' ut Christianum omnibus superiorem esse velit? Sicut enim in infantibus, etiamsi gestatus puellus patris faciem percutiat, nihil hinc paternus affectus minuitur : ita etiamsi ab extraneis illis percutiamur, non debemus nostram erga eos benevolentiam minere. Quid sibi vult illud, *Primum omnium?* Id est, in cultu quotidiano. Et hoc sciunt initiati, quomodo quotidie fiant preces et vespere et mane; quomodo pro toto mundo, pro regibus et omnibus qui magistratum gerunt, obsecrationem emittamus. At dicet fortasse qui-piam, illum non pro omnibus dixisse, sed pro fidelibus. Cur ergo dixerit, *Pro regibus?* Reges enim seu Imperatores tunc veram religionem non sectabantur, sed longo tempore impii impiiis

succedebant. Deinde ne res adulatio esse videretur, prius dixit, *Pro omnibus*, ac deinde, *Pro regibus*. Si enim dixisset, *Pro regibus*, tantum, fortasse quis hoc suspicatus esset. Deinde, quia verisimile erat ut Christianus animus hæc audiens torpesceret, neque motum hoc admitteret; si pro gentili mysteriorum tempore preces oporteret offerri: vide quid dicat, et quomodo lucrum apponat, ut sic ille admonitionem admittet; *Ut securam*, inquit, *et quietam ducamus vitam*. Id est, illorum salus nobis tranquillitatem parit: sicut et in Epistola ad Romanos hortans illos ut obediant principibus, dicit: *Si non propter necessitatem, sed propter conscientiam* (Rom. 13. 5). Deus enim principatus constituit ad communem utilitatem. Quomodo ergo non absurdum fuerit, ipsos quidem ideo militare et arma circumferre, ut nos in tranquillitate vivamus; nos autem non supplicationes offerre pro iis qui periculo subeunt et militant? Itaque non adulatio illud est, sed secundum justitiæ rationem agitur. Nisi enim illi servarentur, et si bella non prospere gererent, nostra haud dubie turbis et tumultibus plena forent: nam vel nos bellum gerere oporteret, profligatis illis et cæsis, aut undecunque fugere et errare. Sunt enim illi velut obices præmissi, qui eos qui intus manent in pace conservent. *Obsecrationes*, inquit, *orationes, postulationes, gratiarum actiones*. Deo quippe gratiæ agendæ sunt etiam de bonis quæ aliis conferuntur: verbi gratia, quod solem suum oriri faciat super malos et bonos, quod pluat super justos et injustos. Vides ut ille non modo per orationem, sed etiam per gratiarum actionem nos jungat et conglutinet? Nam qui cogitur gratias agere Deo pro bonis proximi, cogitur etiam illum diligere, et erga illum bene affectus esse. Quod si pro iis qui proximi nobis sunt, oporteat gratias agere, multo magis pro iis qui ad nos vel palam vel clam accedunt, sive libenter sive inviti, pro iis etiam qui molesta inferre videntur: etenim ad utilitatem nostram omnia dispensat Deus.

2 *Adversus eos qui contra proximum precantur*. — Omnis igitur oratio nostra gratiarum actionem habeat. Quod si precari jubemur pro proximis, non pro fidelibus tantum, sed etiam pro infidelibus, cogita quantum sit malum adversus fratres orare. Quid dicis? ille te pro inimicis jussit orare, et tu contra fratrem precaris? Non contra illum precaris, sed contra teipsum: Deum enim irritas, illa impia proferens verba: Ita te exhibe illi, ita fac illi, percutite illum, retribue illi. Hæc procul sint a Christi discipulis, mansuetis, benignis. Ab ore, quod tanto mysterio dignatum est, nihil amarum prodeat, nihil insuave proferat lingua, cui divinum corpus impositum est: puram illam servemus, ne maledicta per illam proferamus. Nam si contumeliosi regnum non possidebunt, (1. Cor. 6. 10), multo minus illi qui imprecantur: necessarium enim est eum contumelia afflicere qui imprecatur: contumelia autem et precatio longe ab invicem distant: imprecatio et oratio longo intervallo separantur. Oras Deum ut sit propitius, et tu contra alium precaris? Si non remiseris, non remit-

tetur tibi (Matth. 6. 15): et tu non modo non remittis, sed Deum ne remittat rogas? Viden' nequitiae excessum? Si non remittenti non remittitur, quomodo remittetur ei, qui Deum rogat ne remittat? Non illi nocet, sed tibi. Quare? Si enim exaudiendus eras in iis quæ pro te precaris, propterea numquam exaudieris, qui execrando ore preces emittis: execrandum enim et impurum omnino est os hujusmodi, omni sœtore plenum, omni immunditia. Cum oporteret te de peccatis tuis tremere, et omni conatu illa curare, accedis ut Deum concites adversus fratrem tuum, nec times, nec de rebus tuis sollicitus es? non vides quid tibi moliaris? Imitare saltem pueros, qui in ludos literarios pergunt, et cum vident a sociis suis eorum quæ didicerint rationes exigi, et ob negligentiam omnes verberari, atque accurate singulos examinari et plagis affici, præ metu quasi moriuntur; ac si quis ex condiscipulis illos sæpe percutiat, ne irascuntur quidem, adeo metu distinentur, neque magistrum interpellare audent; sed unum tantum spectant, ut ingressi sine plagis exire possint; illudque tempus observant: et cum egressi fuerint, sive plagis acceptis, sive non acceptis, præ voluptate de iis non ultra cogitant. Tu vero stans et de peccatis tuis sollicitus, non exhorrescis cum aliorum peccata in memoriam revocas? et quomodo Deum rogas? Dum illum contra proximum precaris, peccata tua graviora facis, nec sinis ut ille tibi veniam concedat. Quomodo enim, inquit Deus, si vis me severe inquirere de malis contra te patrat, peccatorum tuorum contra me admissorum veniam tibi concedi postulas? Discamus tandem esse Christiani: si precari nesciamus, quod tamen admodum facile est, quod aliud sciamus? Discamus precari ut Christiani: gentilius sunt illæ preces, Judæorum sunt illæ supplicationes; Christiani vero sunt illis contrariæ, veniam nempe et remissionem petere pro iis quæ contra nos facta sunt. *Maledicimur*, inquit, *et benedicimus; persequutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur et obsecramus* (1. Cor. 4. 12. 13). Audi Stephanum dicentem: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (Act. 7. 59). Non modo non adversus illos precabatur, sed etiam pro illis: tu vero non modo non pro illis precaris, sed contra illos. Sicut igitur ille admirabilis, ita et tu pessimus es homo. Quem admirabimur? dic mihi; eosne pro quibus oravit, an eum qui pro illis precatus est? Illic utique: si vero nos, multo magis Deus. Vis inimicum percuti? ora pro illo, sed non ea mente, non ut percutiatur: hoc enim ita evenit; tu vero non id in scopo habeas. Nam beatus ille injuste omnia patiebatur, et precabatur pro percussoribus: nos autem plurima juste patimur ab inimicis. Si autem is qui injuste patiebatur, non ausus est contra percussores orare: qui juste patimur, et non modo non precamur pro inimicis, sed etiam contra illos oramus, quo non supplicio digni sumus? Videris quidem illi plagam infligere, sed vere contra te gladium convertis, cum non permittas ut Jdex tibi peccata tua condonet, dom-

ἦσαν βασιλεῖς, ἀλλὰ μέχρι πολλοῦ προήλθον, ἀσ-  
 βεῖς ἀσβεῖς; διαδεχόμενοι. Εἶτα, ἵνα μὴ κολακεία τὸ  
 πρῶγμα ἦ, προλαβῶν εἶπεν· Ἰπὲρ πάντων, καὶ  
 τότε, Ἰπὲρ βασιλέων. Εἰ γὰρ εἶπεν, Ἰπὲρ βασι-  
 λέων μόνων, ἴσως ἄν τις τοῦτο ὑπέλαθεν. Εἶτα ἐπει-  
 δὴ εἰκὸς ἦν τὴν τοῦ Χριστιανοῦ ψυχὴν ναρκᾶν ταῦτα  
 ἀκούουσαν, καὶ μὴ προσέσθαι τὴν παραίνεσιν, εἰ γὰρ  
 ὑπὲρ τοῦ Ἑλλήνου ἐν τῷ τῶν μυστηρίων δεῖ καιρῷ  
 δεήσεις προσφέρειν, ὅρα τί φησι, καὶ πῶς τίθησι  
 τὸ κέρδος, ἵνα κἄν οὕτω δέξῃ τὴν παραίνεσιν. Ἰνα  
 ἡμερον, φησι, καὶ ἡσύχιον βίον διώωμεν. Του-  
 ἔστιν, ἡ ἐκείνων σωτηρία ἡμῶν ἀμεριμνία ὑπάρχει·  
 ὡσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ, προ-  
 τρέπων αὐτοὺς πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι, φησὶν· Εἰ  
 μὴ διὰ τὴν ἀνάγκην, ἀλλὰ διὰ τὴν συνείδησιν.  
 Ὁ γὰρ Θεὸς εἰς τὴν κοινήν χρῆσιμον τὰς ἀρχὰς δι-  
 στατάζει. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον αὐτοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ-  
 του στρατεύεσθαι, καὶ τὰ ὅπλα τίθεσθαι, ἐν ἡμεῖς  
 ἐν ἀδείᾳ ὦμεν· ἡμεῖς δὲ μηδὲ ὑπὲρ τῶν κινδυνευόν-  
 των καὶ στρατευομένων ποιεῖσθαι δεήσεις; οἶστε οὐ  
 κολακεία ἐστὶ τὸ πρῶγμα, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου  
 γίνεται λόγος. Εἰ γὰρ μὴ ἐαυθίζοντο, μηδὲ εὐδοκίμου  
 ἐν τοῖς πολέμοις, ἀνάγκη καὶ τὰ ἡμέτερα ἐν ταρ-  
 χαῖς εἶναι καὶ θορυβοῖς· ἡ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἡμεῖς  
 στρατεύεσθαι ἔδει, κατακοπέντων ἐκείνων, ἢ φεύγειν  
 πανταχοῦ καὶ πλανᾶσθαι. Καθάπερ γὰρ πρόβολοι  
 γινέσθαι, φησὶ, προβεβλημένοι, καὶ τοὺς ἔδον ἐν  
 εἰρήνῃ φυλάττοντες. Δειήσεις, φησὶ, προσευχάς,  
 ἐντεύξεις, εὐχαριστίας. Δεῖ γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ  
 Θεῷ καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς ἄλλους γενομένων αγαθῶν,  
 οἷον ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ αγα-  
 θοὺς, ὅτι βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Ὁρᾷς  
 ὅτι οὐ μόνον διὰ τῆς εὐχῆς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς εὐχαρι-  
 στίας ἐνοῖ καὶ συγκολλᾷ ἡμᾶς; Ὁ γὰρ ἀναγκαζόμε-  
 νος εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶν τοῦ πέλας αγα-  
 θῶν, ἀναγκάζεται καὶ φιλεῖν αὐτὸν καὶ οἰκείως  
 πρὸς αὐτὸν διακίεσθαι. Εἰ δὲ ὑπὲρ τῶν τοῦ πέλας  
 εὐχαριστεῖν δεῖ, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν εἰς ἡμᾶς  
 καὶ τῶν λάθρα γινόμενων, καὶ ἐκόντων καὶ ἀκόντων,  
 καὶ ὑπὲρ τῶν [580] δοκούντων εἶναι· λυπηρῶν· καὶ  
 γὰρ πρὸς τὸ αγαθὸν ὁ Θεὸς ἡμῖν ἅπαντα οἰκονομεῖ.

β'. Πᾶσα τοῖνον ἡμῖν εὐχὴ εὐχαριστίαν ἐχέτω. Εἰ  
 δὲ καὶ ὑπερευχεσθαι τὸν πέλας οὐχὶ πιστῶν μόνων,  
 ἀλλὰ καὶ ἀπίστον προστατόμεθα, ἐνόησον ὅσον  
 ἐστὶ κακὸν κατεύχεσθαι τῶν ἀδελφῶν. Τί λέγεις;  
 ἐκείνους; σε ὑπὲρ ἐχθρῶν ἐκέλευσεν εὐχεσθαι, σὺ δὲ  
 τοῦ ἀδελφοῦ κατεύχῃ; Οὐκ ἐκείνου κατεύχῃ, ἀλλὰ  
 σαυτοῦ· τὸν γὰρ Θεὸν παροξύνεις, ἐκεῖνα τὰ ἀνόσια  
 φοβεγγόμενος βήματα· οὕτω δεῖξον αὐτῷ, οὕτω  
 ποίησον αὐτῷ, βάλῃ αὐτὸν, ἀνταπόδος αὐτῷ. Πόρρω  
 ταῦτα τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, τῶν ἐπεικῶν καὶ  
 προσηγῶν. Τοῦ στόματος τοῦ ἡξιωμένου τοιαύτης  
 μυσταγωγίας μηδὲν πικρὸν ἐκβαλλέτω, μηδὲν ἀηδὲς,  
 ἢ τῷ ὀσφί σῶματι προσομιλοῦσα γλῶσσα· καθάραν  
 αὐτὴν φυλάττωμεν, μὴ ἄρξας προσφέρωμεν δι' αὐτῆς.  
 Εἰ γὰρ λοιδοροὶ οὐ κληρονομήσουσι βασιλείαν, πολ-  
 λῷ μᾶλλον οἱ κατευχόμενοι· ἀνάγκη γὰρ καὶ ὑβρι-  
 ζεῖν τὸν κατευχόμενον· ὑβρις δὲ καὶ εὐχὴ ὁλλήλων  
 ἀπεσχοίνονται· ἀρὰ καὶ εὐχὴ πολλὴ τὸ μέσον ἔχει·  
 κατηγορία καὶ εὐχὴ πολλὴ τὸ μέσον ἔχουσι. Προσεύχῃ  
 τὸν Θεὸν ἰσχυρῶς ποιεῖται, καὶ ἐτέρου κατεύχῃ; Ἐὰν  
 μὴ ἀφῆς, οὐκ ἀφεθήσεται σοι· καὶ αὐτὸς οὐ μόνον  
 οὐκ ἀφίξῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν μὴ ἀφεῖναι παρακα-

λεῖς; Εἶδες ὑπερβολὴν κακίας; Εἰ τῷ μὴ ἀφίεντι οὐκ  
 ἀφίεται, τῷ καὶ τὸν Δεσπότην παρακαλοῦντι μὴ ἀφεί-  
 ναι, πῶς ἀφεθήσεται; Οὐκ ἐκείνον βλάπτεις, ἀλλὰ  
 σαυτόν. Τί δῆποτε; Εἰ γὰρ καὶ ἀκούεσθαι ἔμελλες  
 ὑπὲρ τῶν σαυτοῦ, διὰ ταῦτα οὐδέποτε εἰσακουσθήσῃ,  
 ὅτι μιὰρῷ στόματι τὰς εὐχὰς ποιεῖς· μιὰρὸν γὰρ ὄν-  
 τως τὸ τοιοῦτον στόμα καὶ ἀκάθαρτον, πάσης δυσ-  
 ωδίας ἐμπεπλησμένον, πάσης ἀκαθαρσίας. Δέον σε ὑπὲρ  
 τῶν σῶν τρέμειν ἀμαρτημάτων, καὶ τὸν ἀγῶνα  
 πάντα ὑπὲρ τούτων ποιεῖσθαι, σὺ δὲ προσέρχῃ τὸν  
 Θεὸν κινήσων κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ; οὐ γὰρ δέδοικας  
 καὶ μεριμνᾷς τὰ σαυτοῦ; οὐχ ὁρᾷς τί διαπράττει;  
 Μίμησαι κἄν τὰ παιδία τὰ εἰς διδασκαλεῖον φοιτῶντα.  
 ἄπερ ἐπειδὴν τὴν ἑαυτῶν συμμορίαν ἔδον ἴδῃ τῶν  
 μαθημάτων ἀπειτουμένην τὰς εὐθύνas, καὶ διὰ τὴν  
 βαθυμίαν ἅπαντας τυπτομένους, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον  
 ἐξεταζόμενον πικρῶς καὶ κηπτόμενον ὑπὸ τῶν πλη-  
 γῶν, ἀποτέθηκεν ὑπὸ τοῦ δέους· κἄν μυρία τις  
 αὐτὰ πλήξῃ τῶν συμφοιτητῶν, οὐκ ἀνέχεται ὀργι-  
 σθῆναι, τοῦ φόβου τὴν ψυχὴν κατέχοντας, οὐδὲ ἐντυ-  
 χεῖν τῷ διδασκάλῳ, ἀλλ' εἰς ἐν μόνον ὁρᾷ τὸ εἰσελθεῖν  
 καὶ ἀπαλλαγῆναι πληγῶν χωρὶς, καὶ πρὸς ἐκείνον  
 τὸν καιρὸν σκοπεῖ· κἄν ἐξέλθῃ, εἴτε πληγὰς λαβῶν  
 εἴτε μὴ λαβῶν, οὐδὲ εἰς νοῦν ἐκεῖνα λοιπὸν βάλλεται  
 ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Σὺ δὲ ἐστὼς καὶ μεριμνῶν ὑπὲρ  
 τῶν ἀμαρτημάτων τῶν σῶν, οὐ φρίττετε τῶν ἐτέρων  
 μνημονεύων; καὶ πῶς τὸν Θεὸν παρακαλεῖς; Δι' ὧν  
 γὰρ αὐτὸν κατ' ἐκείνου ἀξιοῖς, διὰ τούτων καὶ τὰ  
 σαυτοῦ πικρότερα ἐργάζῃ, οὐκ ἀφίεις αὐτὸν συγγνώ-  
 μην δοῦνα· τοῖς σοῖς. Πῶς γὰρ, εἰ θέλεις με γίνε-  
 σθαι, φησὶν, ἐξεταστὴν ἀκριβῆ τῶν εἰς σὲ πεπλημ-  
 μελημένων, πῶς [581] τὴν παρὰ σοῦ εἰς ἐμὲ γεγε-  
 νημένον ἀξίως γενέσθαι τὴν συγχώρησιν; Μάθωμὲν  
 ποτε εἶναι Χριστιανοί· εἰ εὐχεσθῶν οὐ ἴσμεν, ἔπερ  
 ἐστὶν εὐκτολον καὶ σφόδρα βῆδιον, τί τῶν ἄλλων εἰσέ-  
 μεθα; Μάθωμὲν εὐχεσθαι ὡς Χριστιανοί· Ἑλλήνων  
 εἰσὶν ἐκεῖνα αἱ εὐχαί, Ἰουδαίων ἐκεῖνα αἱ δεήσεις·  
 τοῦ Χριστιανοῦ δὲ ἐναντίας, ἀφῆσιν καὶ ἀμνηστίαν  
 αἰτεῖν τῶν εἰς ἡμᾶς πεπλημμελημένων. Λοιδόροϋ-  
 μενοι, φησὶν, εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα,  
 βλασφημοῦμενοι παρακαλοῦμεν. Ἄκουε τοῦ Στε-  
 φάνου λέγοντος, Κύριε, μὴ στήσης αὐτοῖς τὴν  
 ἄμαρτίαν ταύτην. Οὐ μόνον οὐ κατηύχετο, ἀλλὰ καὶ  
 ὑπερηύχετο· σὺ δὲ οὐ μόνον οὐκ ὑπερηύχεθ, ἀλλὰ  
 καὶ κατηύχεθ. Ἄσπερ οὖν θαυμαστος ἐκείνος, οὕτω  
 σὺ κάκιστος. Τίνα θαυμάζωμεν, εἰπέ μοι; τοὺς ὑπὲρ  
 ὧν τῦξάτο, ἢ τὸν ὑπερευχόμενον; Τοῦτον δηλονότι·  
 εἰ δὲ ἡμεῖς, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός. Βούλει πλήττε-  
 σθαι τὸν ἐχθρόν; εὐχαὶ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλὰ μὴ τοιαύτη  
 διανοία, μὴ ὡς πλήττων· τοῦτο μὲν γὰρ γίνεται, σὺ  
 δὲ μὴ τοῦτω ποιεῖ τῷ σκοπῷ. Καίτοι ὁ μακάριος  
 ἐκείνος ἀδικῶς πάντα ἔπασχε, καὶ ὑπερηύχετο·  
 ἡμεῖς δὲ πολλὰ καὶ δικαίως πάσχομεν παρὰ τῶν  
 ἐχθρῶν. Εἰ δὲ ὁ ἀδικῶς παθὼν οὐκ ἐτόλμησε μὴ  
 ὑπερευχῆσθαι, οἱ δίκαια πάσχοντες, καὶ μὴ μόνον  
 οὐκ ὑπερευχόμενοι, ἀλλὰ καὶ κατευχόμενοι, τίνοις  
 οὐκ ἐσμὲν ἀξιοὶ τιμωρίδας; Δοκεῖς μὲν ἐκείνῳ διδόναι  
 τὴν πληγὴν, τὸ δὲ ἀληθὲς κατὰ σαυτοῦ τὸ ξίφος  
 ὠθεῖς, οὐκ ἀφίεις τὸν δικαστὴν ἐν τοῖς σοῖς ἀμαρτή-  
 μασι γενέσθαι; ἡμερον, δι' ὧν αὐτὸν κατὰ ἐτέρων  
 παροξύνεις. Ἡ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθή-  
 σεται ὑμῖν, φησὶ, καὶ ὃ κρίματι κρινετε, κριθή-  
 σεσθε. Γενόμεθα τοῖνον συγγνωμονικοί, ἵνα τοιοῦ-  
 του τύχωμεν τοῦ Θεοῦ.

γ'. Ταῦτα οὐκ ἀκούει ὑμᾶς, μόνον βούλομαι, ἀλλὰ καὶ φυλάττειν. Νῦν δὲ μέχρι βημάτων ἡ μνήμη μόνον, τάχα δὲ οὐδὲ μέχρι τούτων· ἀλλὰ διαλυθέντων ἡμῶν, ἂν ἐρωτήσῃ τις τῶν μὴ παραγεγονότων, τί διελέχθημεν, οἱ μὲν οὐδὲ ἐροῦσιν, οἱ δὲ εἰδότες ἐροῦσι τὴν ὑπόθεσιν, εἰς τὴν εἰρήκαμεν μόνον, ὅτι ὠμίλησεν εἰς τὸ μὴ δεῖν μνησικακεῖν, ἀλλὰ, καὶ ὑπερευχεσθαι, εἴτα ἀφέντες εἰπεῖν τὰ λεχθέντα πάντα (οὐ γὰρ οἶδ' ἂν τε μεμνησθαί), οἱ δὲ μικρῶν μέμνηνται, ἀλλ' ἐνίων<sup>a</sup>. Διὸ παρακαλῶ, εἰ μὴδὲν κερδαίνετε ἐκ τῶν λεγομένων, μὴδὲ προσέχειν τῇ ἀκροάσει. Τί γὰρ τὸ βραλος; μείζον τὸ κρίμα γίνεται, χαλεπωτέρα ἡ τιμωρία, ὅτι μετὰ μυρίας περιμένσεις τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένονεν. Διὰ τοῦτο εὐχῆν ἡμῖν ὤρισεν ὁ Θεός, ἵνα μὴδὲν βιωτικὸν μὴδὲ ἀνθρώπινον αἰτῶμεν. Ἰστε δὴ οἱ πιστοὶ τίνα δεῖ εὐχεσθαι, πῶς πᾶσα κοινὴ ἐστὶν ἡ εὐχή. Ἄλλ' οὐκ εἰρηται, φησὶν, ὑπὲρ τῶν ἀπίστων εὐχεσθαι ἐκεῖ. [582] Ἐπειδὴ μὴ ἴστε τῆς εὐχῆς τὴν δύναμιν, μὴδὲ τὸ βῆθος καὶ τὸν θησαυρὸν αὐτῆς ἐπιγίνωσκετε· εἰ γὰρ τις αὐτὴν ἀναπτύξειεν, εὐρήσει καὶ τοῦτο κείμενον ἐν αὐτῇ. Ὅταν γὰρ λέγῃ ὁ εὐχόμενος, *Γενηθήτω τὸ θέλημα σου ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς*, οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο αἰνιττεται. Πῶς; Ὅτι ἐν οὐρανῷ οὐδεὶς ἀπίστος, οὐδεὶς προσκρούων. Εἰ τοίνυν περὶ τῶν πιστῶν μόνων ἦν, οὐκ εἶχε λόγον τὸ λεγόμενον. Εἰ γὰρ οἱ πιστοὶ ἔμελλον τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, οἱ δὲ ἀπίστοι οὐχί, οὐκέτι ὡς ἐν οὐρανῷ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἦν, ἀλλὰ τί; Ὅτι ἐν οὐρανῷ, φησὶν, οὐδεὶς πονηρὸς, οὕτως μὴδὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἔστω· ἀλλὰ πάντας, φησὶν, εἰς τὸν φόβον ἔλκυσσον τὸν σαυτοῦ, πάντας ἀγγέλους ποίησον τοὺς ἀνθρώπους, κἂν ἐχθροὶ ἡμῶν ὦσι, κἂν πολέμιοι. Οὐχ ὄραξ πόσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁ Θεὸς βλασφημεῖται; πόσα ὑβρίζεται καὶ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν; καὶ διὰ βημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων; Τί οὖν; ἐσθεσε διὰ τοῦτο τὸν ἥλιον; ἐκοίμισε τὴν σελήνην; κατέβραζε τὸν οὐρανόν; ἀνετάραξε τὴν γῆν; ἐξήρανε τὴν θάλασσαν; ἠφάνισε τῶν ὑδάτων τὰς πηγὰς; συνέχεε τὸν ἀέρα; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ πᾶν τούναντιον· ἀνατέλλει τὸν ἥλιον, βρέχει τὸν ὑετὸν, δίδωσι καρπούς, δίδωσι τροφὰς ἐτησίους τοῖς βλασφήμοις, τοῖς ἀνοήτοις, τοῖς μισροῖς, τοῖς δίκταις, οὐ μίαν ἡμέραν οὐδὲ δευτέραν οὐδὲ τρίτην, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον.

Τοῦτον μίμνησαι καὶ σὺ, τοῦτον ζήλωσον κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην. Οὐ δύνασαι τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι; μὴ κακηγορήσῃς. Οὐ δύνασαι ὑετὸν δούναί; μὴ λοιδορήσῃς. Οὐ δύνασαι θρέψαι; μὴ παροινήσῃς. Ἄρκεῖ ταῦτα παρὰ σοῦ ὄρωρα· παρὰ τοῦ Θεοῦ δι'

<sup>a</sup> Colb. καὶ ἐνίων.

ἔργων γίνεται εἰς τοὺς ἐχθρούς ἡ εὐεργεσία· σὺ κἂν διὰ λόγων ποίησον, ὑπέρευξαι τοῦ ἐχθροῦ· οὕτως ἔση ὁμοίως τῷ Πατρὶ σου τῷ ἐν οὐρανοῖς. Μυριάκις ὑπὲρ τούτων διελέχθημεν, καὶ διαλεγόμενοι οὐ παύομεθα· μόνον γινέσθω τι πλέον. Ἡμεῖς οὐ ναρκῶμεν οὐδὲ ἀποκάμνομεν, ἡμεῖς οὐ περικακοῦμεν λέγοντες· μόνον ὑμεῖς μὴ ἀκούοντες δόξητε ἐνοχλεῖσθαι. Δοκεῖ δὲ τις ἐνοχλεῖσθαι, ὅταν μὴ ποιῇ τὰ λεγόμενα· ὁ γὰρ ποῖων, συνεχῶς βούλεται τὰ αὐτὰ ἀκούειν, ὥσπερ οὐκ ἐνοχλούμενος, ἀλλ' ἐγκωμιαζόμενος. Ὅποτε οὐδαμόθεν ἄλλοθεν τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ λεγόμενα· ἐκεῖθεν καὶ ὁ λέγων φορτικός· ἐστίν. Ἐάν τις ἐλεημοσύνην, εἰπέ μοι, ποιῇ, εἴτα ἄλλος περὶ ἐλεημοσύνης διαλέγεται, οὐ μόνον οὐκ ἀποκναίει· ἔτι πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ἀλλὰ καὶ γάννυται, ἀκούων τῶν οἰκείων κατορθωμάτων λεγομένων καὶ ἀνακηρυττομένων. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ οὐδὲν πρὸς ἀνεξικακίαν ἔχομεν κοινόν, οὐδὲ κατώρθωται ἡμῖν τοῦτο, διὰ τοῦτο δοκοῦμεν εἶναι καὶ πρὸς τὰ ῥήματα δυσχερεῖς· εἰ δὲ τὰ πράγματα ἦν, οὐκ ἂν λόγος ἡμᾶς ἐλύπησεν. Εἰ τοίνυν μὴ βούλεσθε ἡμᾶς φορτικούς εἶναι μηδὲ ἐπαχθεῖς, οὕτως ποιήσατε, δι' ἔργων ἐπιδείξασθε τὸ πρᾶγμα· ὡς οὐδέποτε παυσόμεθα ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ὑμῖν διαλεγόμενοι, ἕως ἂν κατορθωθῇ ἐν ὑμῖν. Μάλιστα μὲν γὰρ καὶ κηδεμονίᾳ καὶ φιλοστοργίᾳ τῇ πρὸς ὑμᾶς [583] τοῦτο πρᾶττομεν· ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸν ἐπιτεκίμενον ἡμῖν κίνδυνον. Τὸν γὰρ σαλπίζοντα, κἂν μηδεὶς εἰς πόλεμον ἐξίη, σαλπίζειν δεῖ, τὸ αὐτοῦ πληροῦντα. Οὐ τοίνυν μείζονα ὑμῖν τὴν κόλασιν ἐργάσασθαι βουλόμενοι, τοῦτο πρᾶττομεν, ἀλλὰ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀποδύσασθαι. Μετὰ δὲ τούτου, καὶ ἡ ὑμετέρα ἡμᾶς ἀγάπη κατέγει· ἀποσπώμεθα γὰρ τὰ σπλάγγνα καὶ δακνόμεθα, εἰ τι τοιοῦτο συμβαίη. Ἄλλὰ μὴ γένοιτο. Οὐκ ἔστι δαπάνης, ὅπερ εἶπομεν νῦν, οὐκ ἔστιν ἐπιζητίας χρημάτων, οὐκ ἔστιν ἰδοῦ μακρᾶς· θελήσαι δεῖ μόνον, ῥῆμά ἐστι, προαίρεσις ἐστίν. Φυλάττωμεν ἡμῶν τὸ στόμα, οὐρανὸν καὶ μοχλοὺν ἐπιθῶμεν, ἵνα μὴδὲν τὸν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ φεγγώμεθα. Ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν γίνεται τοῦτο, οὐχ ὑπὲρ ὧν εὐχόμεθα. Τοῦτο αἰεὶ λογιζώμεθα, ὅτι καὶ ὁ εὐλογῶν τὸν ἐχθρὸν, ἑαυτὸν εὐλογεῖ, καὶ ὁ καταρῶμενος, ἑαυτὸν καταρᾶται, καὶ ὁ εὐχόμενος ὑπὲρ τοῦ ἐχθροῦ, ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὐχεταί, οὐχ ὑπὲρ ἐκείνου. Ἄν οὕτω ταῦτα ποιοῦμεν, δυνασόμεθα τὸ κατόρθωμα τοῦτο εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, καὶ τυχεῖν τῶν ἐπηγγελλόμενων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

<sup>b</sup> Monet legendum ἀποκνεῖ, vel ἀποκναίεται. Dunæus.

## ΟΜΙΛΙΑ Ζ'

*Ἴνα ἡρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Σωτήρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθειν.*

α'. Εἰ τοὺς κοινούς βούλεται λύεσθαι πολέμους; καὶ τὰς μάχας καὶ τὰς ταραχὰς, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὲρ βασιλέων καὶ ὑπὲρ ἀρχόντων παρακαλεῖ τὸν ἱερωμένον εὐχὰς ποιεῖσθαι, πολλῶ μᾶλλον καὶ τοὺς ἰδιώτας

τοῦτο χρῆ ποιεῖν. Τῶν πολέμων γὰρ ἐστὶν εἶδη τρία· τὰ χαλεπωτέρα· εἰς μὲν οὗτος ὁ κοινός, ὅταν οἱ παρ' ἡμῖν στρατιώται πολέμωνται παρὰ βαρβάρους· δευτέρος, ὅταν, καὶ εἰρησῆς οὐσης, ἡμεῖς πρὸς ἀλλήλους πολεμῶμεν· τρίτος, ὅταν ἕκαστος πρὸς ἑαυτὸν πολεμῇ. Οὗτος δὴ καὶ πάντων ἐστὶ χαλεπωτάτος. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ παρὰ τῶν βαρβάρων οὐδὲν μέγα ἡμᾶς βλάψαι δυνήσεται· τί γὰρ, εἰπέ μοι; ἐσφαξε καὶ ἀνεῖλεν, ἀλλ' οὐδὲν τὴν ψυχὴν ἐλυμήνατο. Ἄλλ' οὐδὲ ὁ δευτέ-

illum irriuas contra alium. *In qua enim mensura mensi fueritis, remetiatur vobis, inquit; et quo iudicio iudicabitis, iudicabimini (Matth. 7. 2).* Simus ergo ad veniam proxi, ut veniam consequamur a Deo.

3. Hæc autem volo vos non audire tantum, sed etiam servare. Nunc vero verba solum memoria retinetis, imo fortasse ne verba quidem; sed cum receseritis, si quis ex absentibus interrogaverit, quam rem tractaverimus, alii ne respondent quidem, alii gnari dicent argumentum quod tractavimus, quod non oporteat injuriarum remiisci, imo etiam pro inimicis orare; deinde quæ dicta fuere omnia omittent: neque enim meminisse possunt: alii autem pauca sed quædam tamen memoria retineant. Ideo obsecro, si nihil ex dictis lucrarnini, ne dictis attendatis. Quæ enim hinc utilitas? majus crimen erit, gravius supplicium, quia post mille monita in iisdem manemus. Ideo nobis Deus orationem constituit, ut nihil mundanum vel humanum petamus. Scitis vero, fideles, quænam petere in oratione oporteat, et quomodo omnis oratio communis sit. At non dictum fuit, inquit, quod pro infidelibus sit illic orandum. Quia nescitis orationis vim, neque altitudinem nec thesaurum illius cognoscitis: si quis enim eam diligenter scrutetur, hoc etiam in illa inveniet. Cum enim precando dicitur, *Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra*, nihil aliud quam illud subindicatur. Quomodo? Quia in cælo nullus infidelis est, nullus qui offendat. Si ergo id de fidelibus tantum intelligendum esset, dictum non esset rationi consentaneum. Nam si fideles voluntatem ejus facturi essent, infideles vero minime, voluntas ejus non sicut in cælo in terra fieret; sed quid? Sicut in cælo, inquit, nemo malus est; sic neque in terra sit: sed omnes, inquit, ad tui timorem attrahe, omnes homines angelos facito, etiamsi inimici hostesque sint. Non vides quantum quotidie Deus blasphemetur? quantum contumelia afficiatur et ab infidelibus et a fidelibus, et per verba et per res ipsas? Quid ergo? an propterea solem exstinxit? an lunæ cursum sustulit? an cælum dirupit? an terram concussit? an mare exsiccavit? an fontes aquarum sustulit? an aerem confudit? Nequaquam: imo contra, solem oriri curat, pluviam demittit, fructus dat et annuos cibos blasphemis, insensatis, execrandis, persecutoribus; non uno die, non secundo, non tertio, sed per totam vitam.

*Pro inimicis precandum.* — Hunc et tu imitare, hunc secundum humanas vires æmulare. Non potes ut sol oriatur curare? a maledictis abstinere. Non po-

tes pluviam dare? ne contumeliam inferas. Non potes alimenta dare? ne violentus sis. Hæc tua dona sufficiant: a Deo autem per opera exhibentur collata inimicis beneficia: tu per verba saltem exhibe, pro inimico precare: sic eris similis Patri tuo qui in cælis est. De his millies disseruimus, et disserendi finem non facimus: aliquid plus saltem eveniat. Nos non torpescimus, nec defatigamur, nec molestia dicendo afficimur: vos saltem audiendo ne molestia affici videamini. Videtur autem quis molestia affici, cum dicta non exsequitur: qui enim exsequitur, libenter et sæpe vult illa audire, ut qui non molestia afficiatur, sed laudetur. Itaque non aliunde molestia accidit, quam quod dicta ad opus non exeant: hinc efficitur ut orator oneri sit. Si quis, verbi gratia, eleemosynam faciat, deindeque alius de eleemosyna loquatur, non modo non torpescit audiens, sed tractatur, cum audit opera sua predicari et celebrari. Ita nos quoque, quia nihil commune habemus cum injuriarum oblivione, neque illud bonum opus exsequimur, ideo verba hujusmodi videmur moleste ferre: si autem rem exsequeremur, verba illa non molestiam crearent. Si ergo vultis nos non molestos vobis esse, sic facite: operibus rem exhibete. Numquam cessabimus de his vos alloqui, donec illa exsequamini. Ex affectu enim maxime et sollicitudine hoc facimus; insuperque quia nobis periculum impendit. Tubicinem namque, etiamsi nemo ad bellum exeat, tuba canere oportet, officiumque suum implere. Non igitur ut majus vobis supplicium paremus id facimus, sed ut, quantum in nobis est, vos eximamus. Ad hæc vestra etiam nos caritas detinet: nam viscera nostra discerpuntur, et angore afficimur, si quid hujusmodi contingat. Sed absit. Non sumptibus opus est ad id quod dicimus, non pecuniæ impendendæ, non est longa peregrinatione opus; voluntate solum, verbo et electione est opus. Custodiamus os nostrum, januam ac vectem apponamus, ut nihil quod Deo displiceat loquamur. Pro nobis agimus, non pro quibus precamur. Hoc semper cogitemus, quod qui inimicum benedicit, seipsum benedicit, et qui maledicit, seipsum maledicat, et qui pro inimico precatur, pro se precatur, non pro illo. Si sic nos geramus, poterimus insigne illud opus peragere et promissa bona consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VII.

CAP. 2. v. 2. *Ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate.* 3. *Hoc enim bonum et acceptum est coram Salvatore nostro Deo,* 4. *qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.*

4. *Tria bellorum genera.* — Si vult communia bella dissolvi et pugnas perturbationesque, et ideo sacer-

dotem hortatur ut preces fundat pro regibus et principibus, multo magis privatos quoque id oportet facere. Bellorum quippe sunt tria genera graviora: est bellum commune, cum milites nostri a barbaris impetuntur: secundum bellum est, cum, etiam pacis tempore, nos invicem impugnamus: tertium cum unusquisque adversum se bella gerit. Hoc autem

est omnium gravissimum. Illud enim barbarorum bellum, non admodum nobis nocere poterit: quid enim, quæso, facient illi? jugulabunt, occident, sed animam non labefactabunt. Sed neque secundum bellum damnum afferre poterit, nobis nolentibus. Etiam si enim alii nos bello impellant, nobis licet in pace degere: audi enim prophetam dicentem: *Pro eo ut me diligenter detrahebant mihi; ego autem orabam; et rursus, Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus; et iterum, Cum loquebar illis, impugnabant me gratis* (Psal. 108. 4. et 119. 7. et 108. 3). Tertium vero bellum sine periculo effugere non possumus. Cum enim corpus nostrum adversus animam dissidet, gravesque cupiditates excitat, et corporis voluptates armat, iram, invidiam; si hoc bellum non solvatur, non possumus promissa consequi bona, sed necesse est eum qui hunc tumultum non comprimit, cadere et illa accipere vulnera, quæ pariunt mortem in gebeana. Nobis ergo quotidie opus est cura et sollicitudine multa, ne in nobis huiusmodi bellum excitetur; vel si excitatum est, ne maneat, sed comprimatur et sedetur. Quid enim juvat, si orbis totus profunda pace fruatur, dum tu adversus teipsum bellum geris? Hanc habere pacem oportet: si illa fruamur, nihil externum nobis nocere poterit: ad hanc vero non parum confert pax communis: ideo ait: *Ut quietam et tranquillam vitam agamus*. Si quis autem, dum tranquillitas est, perturbatur, admodum est infelix. Viden' illum de hac loqui pace, quam ego tertiam dico? Ideo cum dixisset, *Ut quietam et tranquillam vitam agamus*, non hic stetit, sed addidit, *In omni pietate et castitate*. In pietate autem et castitate quis esse non potest, nisi pax illa constituta sit. Cum enim ratiocinia et quæstiones fidem nostram perturbant, quæ pax? cum spiritus libidinis, quæ pax? Ne enim existimes illum de hac loqui vitam, quam omnes homines agunt; cum dixisset, *Ut quietam et tranquillam vitam agamus*, subiungit, *In omni pietate et castitate*. Possunt enim quietam et tranquillam vitam agere gentiles, impudici, et qui in deliciis voluntantur, et ex iis inveneris qui hanc vitam agant. Ut igitur discas illum non hanc vitam dicere, adjicit, *In omni pietate et castitate*. Illa enim vita insidias habet et pugnas, et anima quotidie vulneratur a perturbationibus cogitationum. Quod autem hanc vitam indicare velit, palam est ex additamento; palam item est ex eo quod non simpliciter, In pietate, dixerit, sed addita hac voce, *In omni*. Hoc enim dicens, videtur non solum in dogmatibus vitam requirere, sed etiam illam quæ per vitæ genus firmatur: nam in utraque pietas quærenda est. Quæ enim utilitas, si ii qui in fide pie sentiunt, vita et operibus impii sint? Quodque hæc vita possit ex operibus impii fieri, audi beatum illum alibi dicentem: *Confitentur verbis se nosse Deum, factis autem negant* (Tit. 1. 16); et rursus, *Fidem abnegavit, et est infideli deterior* (1. Tim. 5. 8); iterumque, *Si quis frater appellatus fuerit fornicator, aut avarus, quod est idolorum servitus, aut idololatra, huiusmodi non honorat Deum* (1. Cor. 5. 11); et rur-

sum, *Qui fratrem suum odit, ignorat Deum* (1. Joan. 2. 9). Viden' quot sint impietatis modi? Ideo ait, *In omni pietate et castitate*. Fornicator enim non modo inhonestus est, sed etiam impudicus. Etiamque avarus et inhonestus dicatur et intemperans. Hæc enim cupiditas est, non minus quam concupiscentia corporum. Qui ergo illam non castigat, intemperans dicitur: quod enim concupiscentiam non castigat, intemperans vocatur. Itaque iracundum etiam intemperantem dixerim, et invidum, et pecuniæ amantem, et dolosum, et omnem in peccato versantem, et intemperantem et inhonestum et impudicum appellarim. *Hoc enim bonum et acceptum est*, inquit, *in conspectu Salvatoris nostri Dei*. Hoc quid est? Precari pro omnibus: hoc acceptum est Deo, hoc ille vult: nam *Vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire*.

2. Imitare Deum. Si vult omnes homines salvos fieri, jure pro omnibus orandum est: si vult ille omnes salvos fieri, tu etiam velis: si vis autem, precare: nam volentium est precari. Viden' quomodo ex omni parte animæ suadeat, ut etiam pro gentilibus precetur? Et quantum indicet hinc obvenire lucrum, *Ut quietam*, inquit, *et tranquillam vitam agamus*: et quod multo majus est, quod hoc Deo placeat, et quod in hoc similes illi evadamus, cum eadem quæ ipse velimus. Hæc possent vel feram flectere. Ne timeas ergo si pro gentilibus preceris; ipse quoque hoc vult: time tantum cum imprecaris; hoc enim ipse non vult. Quod si pro gentilibus precari oportet, palam est etiam pro hæreticis esse precandum; pro omnibus enim hominibus orandum est, neque illos persequi oportet. Hoc autem aliunde quoque bonum est, quod nempe illi ejusdem sint naturæ. Deus vero laudat et acceptam habet benevolentiam et amicitiam, quam in alterutrum habemus. Si ergo, inquires, Deus ipse dare vult, quid meis precibus est opus? Hoc multum et tibi et illis confert, ad dilectionem illos trahit, et non sinit ut ferarum more sæviant; hæc etiam possunt illos ad fidem attrahere. Multi enim homines quod inter se proterve contenderent, a Deo discesserunt. Hoc nunc Dei salutem appellat, qui *Vult*, inquit, *omnes homines salvos fieri*: quia hæc est vere salus; sine hac enim nihil magnum, alia salus est, sed solum salutis nomen habet. *Et ad agnitionem veritatis venire*, inquit. Cujus veritatis? Fidei in ipsum. Nam prius dixerat, *Præcipe non aliter docere: ne vero quis ipsis ut inimicis attenderet, neve hinc rixas quæreret*, dicit: *Vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire*. His vero dictis subiunxit: 5. *Unus enim Deus, et unus mediator Dei et hominum*. Dixerat, *Ad agnitionem veritatis venire*; ostendens orbem in veritate non esse. Deinde vero, *Unus Deus*, ut ostenderet plurimos non esse, sicut multi putabant. Dixit se Filium suum misisse mediatorem, ut commonstraret se omnes velle salvos fieri. Quid ergo? an Filius non est Deus? Utique est. Quomodo ergo dicit, *Unus*? Ad differentiam idolorum, non ut Filium excludat: nam de veritate et de errore sermo illi erat. Mediator autem debet ea jungere et communia facere, quorum

*nibus meis, nocte ac die, 4. desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear. Gratias ago Deo, quia memor tui sum, inquit: ita te diligo. Hoc exsuperantis caritatis est, cum quis tam ardentem amat, ut se amicitia sua exornet. Gratias ago, inquit, Deo, cui servio. Quomodo? In conscientia pura a progenitoribus meis. Quia conscientia ipsius nihil noxium habebat. Alioquin etiam hic de vitæ ratione loquitur: et ubique vitæ rationem conscientiam appellat. Vel hoc sibi vult, Nihil ex bonis, quæ concupivi, propter humanam causam prodidi, ne cum persequerer quidem. Ideo ait: *Sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate* (1. Tim. 1. 13). Ac si diceret, Ne suspiceris rem esse malitiam. Recte mores suos commendat, ut caritati suæ fidem faciat. Hoc autem vult significare: Nihil mentior, neque alia in mente habeo, alia dico. Itaque tunc quoque ex necessitate sese laudavit, ut in libro Actuum significatur. Cum enim illum ut seditiosum et novatorem calumniarentur, ideo dicebat; *Et dixit Ananias ad me: Deus patrum nostrorum præordinavit te scire voluntatem suam et videre justum, et audire vocem ex ore ejus, quoniam testis illi eris ad omnes homines eorum, quæ vidisti et audisti* (Act. 22. 14. 15). Ita et hoc loco, ut ne, quasi in oblivionem venisset, videretur amicitia et conscientia vacuum esse, merito se ipsum laudat dicens, *Quod indesinentem tui habeo memoriam, neque utcumque, sed In orationibus meis*. Id est, orationi incumbo; hac in re omne tempus insumo. Hoc enim declarat cum dicit, *Nocte et die Deum de hac re obsecro, desiderans te videre*. Viden' ardentem amorem? viden' dilectionis ceu furorem? viden' humilitatem? quomodo sese purget apud discipulum? Deinde ostendit se non temere vel sine causa hoc facere. Jam id supra ostendit et nunc etiam declarat: dicit enim, *Memor lacrymarum tuarum*. Verisimile erat illum sic separatim, magis flevisse quam puerulum a mamma et a lacte avulsam. *Ut gaudio implear, inquit, desidero te videre*. Numquam me tanta voluptate privassem, etiamsi sensu carerem et crudelis ferinusque essem; lacrymæ enim illæ tuæ in memoriam revocatæ me flexissent. At non talis ego sum, sed Deo pure servio. Multa me ad te necessario pertraherent. Flebat igitur ille. Aliam quoque affert causam, quæ consolationem afferat: 5. *Recordationem, inquit, accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta*.*

2. Deinde aliam adjecit laudem, quod non ex gentibus, neque ex infidelibus, sed ex ea esset domo, quæ jam olim Christo serviret. *Quæ habitavit, inquit, in avia tua Loide et in matre tua Eunice*. Erat enim, inquit, filius mulieris Judææ fidelis. Quomodo Judææ? quomodo fidelis? Quæ non erat ex gentibus. Propter patrem autem ejus qui gentilis erat, et propter Judæos, qui istis in locis erant, assumens circumcidit illum. Viden' quomodo lex solvi incipiebat, cum commixtiones illæ fierent? Et animadvertite quanta concesso, ut se illum non despiciere comprobaret. Ego Deo servio, inquit, veramque habeo conscien-

tiam ; et tu lacrymas. Non propter lacrymas tantum te videre cupio , sed propter fidem , quod veritatis operator et minister sis, quod nihil dolosum apud te sit. Cum ergo te amore dignum exhibeas, qui adeo benevolus sis, et tam genuinus Christi discipulus : cum ego quoque non sine affectu sim, sed ex numero eorum qui veritatem curant, quid impediēbat quominus ad te veniam ? *Certus sum autem, quod et in te.* Jam olim , inquit, hoc tibi inest bonum, a majoribus fidem accepisti non simulatam. Majorum quippe laudes, cum illis consortes sumus , ad nos quoque pertinent ; sin ab illis discedamus, nihil valent, imo magis nos condemnant. Ideo subjunxit : *Certus sum autem, quod et in te.* Non, Conjicio, inquit, sed, *Certus sum, et persuasus.* Si ergo propter nihil humanum ad hoc venisti, nihil te decutere poterit. 6. *Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Vide quomodo ostendat illum in mœrore multo esse et animi demissione. Parum abest quin dicat : Ne putes quod ego te despexerim ; sed scito me nec te improbasse, nec tui oblitum esse : et si alium neminem , aviam et matrem cogita. Ideo cum sciam te non simulatam fidem habere, te commonefacio : alacritate quippe opus habes ut exsuscites gratiam Dei. Ut enim ignis opus habet lignis, sic et gratia alacritate nostra, ut semper ferveat. *Admonco te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum ; id est, gratiam Spiritus, quam accepisti, ut præsis Ecclesiæ, ut signa edas, et cultum omnem exhibeas.* Penes nos enim est illam vel exstinguere vel accendere : idcirco alibi dicit, *Spiritum nolite exstinguere* (1. *Thess.* 5. 19). Ex ignavia enim et negligētia exstinguitur ; ex vigilantia et attentione excitatur. Est quidem in te, sed tu ardentiorē efficit ; id est, fiducia impleto, gaudio, lætitia : sta viriliter. 7. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.* Id est, non ideo spiritum accepimus, ut reprimamur, sed ut cum fiducia agamus. Multis enim dat spiritum formidinis, ut in bellis, ut in libris Regum legitur : *Et cecidit, inquit, spiritus formidinis in illos* (Exod. 15. 16) ; id est, timorem ipsis immisit. At contra tibi dedit spiritum virtutis et caritatis erga illum. Ergo illud etiam ex gratia est : nec simpliciter ex gratia, sed cum nos prius nostra exhibuerimus. Nam ille qui facit ut clamemus, *Abba Pater*, et caritatem erga Deum indit, et erga proximum ; ut diliganus invicem, inquit : ex virtute namque posito timore, caritas gignitur. Nihil enim ita amicitiam solvere solet ut formido, et proditiōnis opinio. *Non enim dedit nobis Deus, inquit, spiritum timoris, sed caritatis, virtutis et sobrietatis.* Sobrietatem vero dicit mentis et animæ sanitatem : aut *Sobrietatis*, ut scilicet sobrie agamus, si quid nobis grave accidat, ut nos sobrios reddat, et superflua abscindat. Ne ergo graviter feramus, si quid nobis molestum contingat : illud enim sobrietatis est. *Ne festinus, inquit, in tempore inductionis* (Eccli. 2. 2). Multi plurima domi tristitia habent, et doloris quidem omnes

participes sumus, causæ vero non item ; sed alius ab uxore, alius a filio, alius a famulo, alius ab amico , alius ab inimico, alius a vicino, alius ab aliquo detrimento vexatur ; ac multæ diversæque sunt mœroris causæ. In summa nullum reperire est mœroris prorsus vacuum ; sed alius minor, alius majora habet mœstitiæ argumenta. Ne igitur ægre feramus, neque nos solos in mœrore esse putemus.

3. Non potest enim homo, qui hanc fluxam ducat vitam, sine mœrore esse ; sed si non hodie, cras ; si non cras, postea doloris causa accidet. Ut enim fieri nequit, ut qui navigant sine sollicitudine sint , si in pelago magno navigent : sic qui hanc ducunt vitam, non possunt non in mœrore esse ; etiamsi divitem dixeris : quia enim dives est, multas concupiscentiarum occasiones habet ; etiamsi regem ipsum protuleris : nam et ille multorum imperio subest , neque omnia pro arbitrio facit, sed multa præter arbitrium suum largitur ; et ille maxime omnium est, qui contra voluntatem suam cuncta peragit. Quare ? Quia multos habet qui de suis accipere cupiant. Considera autem, in quanto angore est, cum aliquid facere vult, neque potest, aut propter formidinem, aut propter suspicionem, aut propter hostes, aut propter amicos ? Sæpe autem, cum aliquid agere aggreditur, omnem rei gestæ voluptatem admittit rei adversantium multitudinem.

*Homo numquam curis vacuum est.*— Sed quid ? putasne illos dolore vacuos esse, qui sine cura vitam agunt ? At non ita res se habet. Sicut enim non potest immortalis homo inveniri, sic neque curis vacuum. Quanta illos pati oportet, quæ non possunt verbis exprimi ; re autem ipsi soli videre et experiri possunt ? quam multi in ipsis deliciis, in ipsa voluptate mori optaverunt ? Voluptas enim non prorsus a mœrore eximit ; imo ipsa voluptas infinitos parit dolores , morbos, fastidia : atque his etiam sublatis dolet sine causa. Cum enim anima sic affecta est, sine causa etiam dolere solet. Etenim dicunt medici infirmum stomachum intempestivos mœrores parere. Annon id nobis contingit, cum dolemus, neque ullam doloris causam novimus ? Neminem denum invenias dolore vacuum : quod si quidam alii minorem habeant doloris causam quam nos, tamen singuli se parem habere arbitrantur, magisque incommodis suis quam alienis afficiuntur. Quemadmodum enim ii, quibus aliqua corporis pars dolet, putant se plus dolere quam proximos ; et qui oculo infirmatur, nullum morbum huic parem esse putat ; rursus qui stomacho infirmatur, hunc omnium malorum gravissimum esse dicit ; et singuli eas quibus tenentur infirmitates omnium molestissimas esse existimant : sic qui in mœrore est, dolorem suum omnium maximum putat ; hoc enim, experimento facto, existimat. Exempli causa : qui filios non habet, nihil infœcunditate molestius esse putat ; qui contra cum paupertate multos habet filios, nihil perinde atque liberorum multitudinem detrectat ; qui unum habet, nihil pejus esse putat, quam unum tantum habere. Hinc enim,

ἐπιμειζίων τούτων γινομένων; Καὶ ὄρα πόσα ἐθήκε πληροφωρῶν ὅτι οὐ κατεφρόνησεν. Ἐγὼ λατρεύω τῷ Θεῷ, φησί· συνείδησιν ἔχω ἀληθῆ· σὺ δὲ τὰ δάκρυα. Οὐ διὰ τὰ δάκρυα μόνον (ἐπιποθῶ σε ἰδεῖν) <sup>a</sup>, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν πίστιν, ὅτι ἀληθείας εἰ ἐργάτης, ὅτι οὐδὲν δολορὸν παρὰ σοί. Ὅταν οὖν καὶ σαυτὸν ἀξιῶν τοῦ φιλεῖσθαι παρέχῃς, οὕτω μὲν ὢν φιλόστοργος, οὕτω δὲ γνήσιος μαθητῆς τοῦ Χριστοῦ, ὅταν μὴδὲ ἐγὼ τῶν ἀστόργων ὦ, ἀλλὰ τῶν ἀληθεύειν σπουδαζόντων, τί τὸ κωλύον ἦν ἐμὲ ἐλθεῖν; *Πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.* Ἄνωθεν ἔχεις τοῦτο, φησί, τὸ καλὸν, ἐκ προγόνων [ὄβι] διεδέξω τὴν πίστιν τὴν ἀνυπόκριτον. Τὰ γὰρ τῶν προγόνων ἐγκώμια, ὅταν μὲν αὐτοῖς κοινωνῶμεν, καὶ ἡμῶν ἔστιν· ὅταν δὲ μὴ, οὐδὲν ἰσχύει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον κατακρίνει. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.* Οὐ στοχαζομαι, φησὶν, ἀλλὰ πέπεισμαι καὶ πεπληροφόρημαι. Εἰ τοίνυν δι' οὐδὲν ἀνθρώπινον ἦλθες ἐπὶ τοῦτο, οὐδὲν σε παρασαλεύσαι δυνήσεται. Δι' ἣν αἰτίαν ἀγαμμινῆσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὃ ἔστιν ἐν σοί διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Ὅρα πῶς δεῖκνυσιν αὐτὸν ἐν ἀθυμίᾳ ὄντα πολλῇ, πῶς ἐν κατηφέει. Μονονοῦχ' γὰρ τοῦτ' ἔφησι· Μὴ νομίσης ὅτι κατεφρόνησά σου· ἀλλ' εἰδῶς ἔσο, ὅτι οὔτε κατέγων, οὔδὲ ἐπελήσθην· καὶ εἰ μὴδὲνα ἕτερον, τὴν μάμμην καὶ τὴν μητέρα ἐννοεῖ. Διὸ ἐπειδὴ οἶδα, ὅτι ἀνυπόκριτον ἔχεις πίστιν, ἀναμνησάσκω· δεῖ γὰρ σοὶ προθυμίας πρὸς τὸ ἀναζωπυρεῖσθαι τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Καθάπερ τὸ πῦρ δεῖται ξύλων, οὕτω καὶ ἡ χάρις τῆς προθυμίας τῆς ἡμετέρης, ἵνα αἰετὶ ἀναζήτῃ. *Ἀγαμμινῆσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὃ ἔστιν ἐν σοί διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου·* τούτεστι, τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ἣν ἐλαθες εἰς προστασίαν τῆς Ἐκκλησίας, εἰς σημεῖα, εἰς τὴν λατρείαν ἔπρασαν. Ἐν ἡμῖν γὰρ ἔστι καὶ σβῆσαι καὶ ἀνάψαι τοῦτο· διὸ ἀλλαγῶ λέγει, *Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε.* Ὑπὸ μὲν γὰρ ἀκηδίας καὶ βραθυμίας σβέννυται, ὑπὸ δὲ νήψεως καὶ προσοχῆς διεγείρεται. Ἐνεστι μὲν γὰρ ἐν σοί, πλην ἀλλὰ σφοδρότερον ἐργάζου αὐτὸ, τούτεστι, παρβύσιας ἐμπλησον αὐτὸ, χαρὰς, εὐφροσύνης· στήθι γενναίως. *Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ.* Τούτεστι, οὐ διὰ τοῦτο τὸ πνεῦμα ἐλάδομεν, ἵνα ὑποστελλώμεθα, ἀλλ' ἵνα παρβύσιαζώμεθα. Πολλοῖς γὰρ δίδωσι πνεῦμα δειλίας, ὅλον ἐπὶ τῶν πολέμων ἐν ταῖς Βασιλείαις γέγονε. *Καὶ ἔπεσε,* φησὶ, *πνεῦμα δειλίας ἐπ' αὐτούς·* τούτεστι, φόβον αὐτοῖς ἐνέθηκεν. Ἀλλὰ σοὶ ἔδωκε τούναντιον πνεῦμα δυνάμεως καὶ ἀγάπης, τῆς εἰς αὐτὸν. Ἄρα καὶ τοῦτο ἀπὸ χάριτός ἐστιν, ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς ἀπὸ χάριτος, ἀλλ' ὅταν καὶ ἡμεῖς πρότεροι ἐπιδειξώμεθα τὰ παρ' ἑαυτῶν. Τὸ γὰρ ποιοῦν ἡμᾶς κράζειν, Ἄββά, ὁ Πατήρ, καὶ τὴν ἀγάπην τίθησι τὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον· ἵνα ἀλλήλους, φησὶν, ἀγαπῶμεν· ἀπὸ γὰρ τῆς δυνάμεως καὶ τοῦ μὴ δειλιῆν ἡ ἀγάπη γίνεται. Οὐδὲν γὰρ οὕτω φίλων διαλύειν εἴωθεν, ὡς δειλία καὶ προδοσίας φήμη. *Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός, φησὶ, πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ ἀγάπης καὶ δυνάμεως καὶ σωφρονισμοῦ.* Ἦτοι σωφρονισμὸν τὴν ὑγείαν λέγει τῆς διανοίας καὶ τῆς ψυχῆς, ἢ *Σωφρονισμοῦ,*

ὥστε σωφρονίζεσθαι ἡμᾶς, κἂν τι δεινὸν γένηται, ἵνα σωφρονίζῃ ἡμᾶς, καὶ τὰ περιττὰ κόπτῃ. Μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν ἐπὶ τοῖς δεινοῖς τοῖς συμπίπτουσι· σωφρονισμὸς τοῦτ' ἔστι. *Μὴ σπεύσης,* φησὶν, *ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς.* Πολλοὶ πολλὰ κατ' οἶκον ἔχουσι λυπηρὰ, καὶ τῇ μὲν λύπῃ κοινωνοῦμεν ἀλλήλους, τῇ δὲ ὑποθέσει οὐκέτι· ἀλλ' ὁ μὲν ἀπὸ γυναικὸς, ὁ δὲ ἀπὸ παιδὸς, ἕτερος ἀπὸ οἰκέτου, ἄλλος ἀπὸ φίλου, ἄλλος ἀπὸ ἐχθροῦ, ἄλλος ἀπὸ γείτονος, [662] ἄλλος ἀπὸ ζημίας, καὶ πολλὰ καὶ διάφοροί εἰσιν αἱ αἰτίαι τῆς λύπης· καὶ ὅλως οὐκ ἔστιν εὐρεῖν τινα λύπης καθαρὸν καὶ ἀθυμίας, ἀλλὰ ὁ μὲν μικρὰ, ὁ δὲ μείζονα ἔχει τὰ λυποῦντα. Μὴ τοίνυν ἀσχάλλωμεν, μὴδὲ αὐτοὶ μόνον νομίζωμεν εἶναι ἐν λύπῃ.

γ'. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρώπων ὄντα καὶ τὸν ἐπίκτητον τοῦτον ζῶντα βίον, λύπης εἶναι χωρὶς· ἀλλ' ἂν μὴ σήμερον, αὔριον· ἂν μὴ αὔριον, μετὰ ταῦτα συμβαίνει τὸ λυπηρὸν. Ὅσπερ γὰρ οὐκ ἐνὶ τινὰ πλεόντα μὴ εἶναι ἐν ἀγωνίᾳ, πλεόντα λέγω πέλαιος μέγα· οὕτως οὐδὲ τὸν τοῦτον τὸν βίον ζῶντα οὐχ οἶόν τε μὴ εἶναι ἐν ἀθυμίᾳ, κἂν πλοῦσιον εἴπῃ· ἐπειδὴ γὰρ πλοῦσιός ἐστι, πολλὰς ἀφορμὰς ἐπιθυμιῶν <sup>b</sup> ἔχει· κἂν αὐτὸν τὸν βασιλέα· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὑπὸ πολλῶν κρατεῖται, καὶ οὐ πάντα κατὰ γνώμην πράττει, ἀλλὰ πολλὰ παρὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ χαρίζεται, καὶ μάλιστα πάντων ἐκείνός ἐστιν ὁ πάντα πράττων ἃ μὴ θέλει. Τί δῆποτε; Ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐκ τῶν ἐκείνου λαμβάνειν βουλομένους. Ἐννόησον δὲ, ἐν ὅσῃ ἐστὶν ἀθυμία, ὅταν βούληται μὲν τι πράττειν, μὴ δύνηται δὲ ἢ διὰ δέος, ἢ δι' ὑποψίαν, ἢ διὰ πολεμίους, ἢ διὰ φίλους; Πολλάκις δὲ, ὅταν καὶ φιλονεικήσῃ τι πράξαι τῶν αὐτῷ δοκούντων, τὸ πᾶν αὐτῷ τῆς ἡδονῆς ἠφάνισε τῆς ἐκ τῆς πράξεως ἐκείνης, πολλῶν ὄντων τῶν ἀπεχθάνομένων αὐτῷ.

Ἀλλὰ τί; νομίζει τοὺς ἀπάργμονα βίον ζῶντας εἶναι ἐν βίῳ λύπης καθαρούς; Οὐκ ἔστιν. Ὅσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν εἶναι ἀθάνατον ἀνθρώπων ὄντα, οὕτως οὐδὲ λύπης χωρὶς. Πόσα εἰκόσ' ὑπομένειν αὐτοὺς πράγματα, ἃ λόγῳ μὲν παραστήσασιν οὐκ ἔστιν, ἔργῳ δὲ ἐκείνου μόνου δυνατὸν εἰδέναι; πόσοι μυριάκις ἠδύσαντο ἀποθανεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ πλοῦτι, καὶ τῇ τρυφῇ; Τὸ γὰρ τρυφεῖν οὐ πάντως καὶ ἐκτὸς εἶναι λύπης ποιεῖ· μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ τρυφεῖν μυρίας εἴκει λύπας, νόσους, ἀρθρίας· καὶ χωρὶς τούτων, αἰτίας πολλάκις μὴ ὑποκειμένης. Ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ ἐν ἔξει τοιαύτῃ καταστῇ, καὶ ἀπλῶς οἶδεν ἀλγεῖν. Καὶ γὰρ ἱατρῶν λέγουσι παῖδες ὅτι καὶ παρὰ στομάχου κατασκευὴν ἀσθενῆ ἀκαιροὶ γίνονται λύπαι. Ἡ οὐχὶ καὶ παρ' ἡμῖν τοῦτο συμπίπτει, ὅταν ἀλγῶμεν, καὶ μὴ εἰδῶμεν τῆς λύπης τὴν ὑπόθεσιν; Καὶ ὅλως οὐκ ἔστιν εὐρεῖν ἐν λύπῃ λύπης χωρὶς· εἰ δὲ οὐ τοσαύτην ἔχουσι ἀφορμὴν λύπης, ὅσην ἡμεῖς, ὅμως οὕτως ἔχειν ἕκαστος νομίζει· τὸ γὰρ οἰκεῖον μᾶλλον αὐτὸν λυπεῖ τοῦ ἀλλοτρίου. Ὅσπερ γὰρ οἱ τὰ μέρη τῶν σωμάτων ἀλγούντες, νομίζουσι τοὺς πλησίον πλεονεκτεῖν ταῖς ἀλγηδόναι, καὶ ὁ τὸν ὀφθαλμὸν νοσῶν, οὐδὲν ἕτερον ἠγείται τοιοῦτον εἶναι πάθος, ὅλον τὸ αὐτοῦ· πάλιν ὁ τὸν στόμαχον νοσῶν, τοῦτο πάντων χαλεπώτερον εἶναι φησὶ, καὶ ἕκαστος ἐν ᾧ κατέχεται, τοῦτο πάντων ἀναιρότερον εἶναι ἠγείται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀθυμίας, ἕκαστος ὑπὸ τῆς λύπης ἢ κατέχεται, ταύτην φησὶν εἶναι ἀλγεινότεραν· μετὰ

<sup>a</sup> Verba ἐπιποθῶ σε ἰδεῖν, ex versiculo Paulino repetita, intra parentheses adiecimus, quippe quorum maxime indiget sententia. Erit.

<sup>b</sup> Savil. in iarg., ἀθυμιῶν, et ita legendum esse censet Dupius.

γάρ τῆς πείρας τῆς οἰκείας τοῦτο κρίνει. Οἶον, ὁ παι-  
δας οὐκ ἔχων, οὐδὲν οὕτω δαινὸν νομίζει, ὡς ἀπαιδί-  
αν· ὁ πολλοὺς [663] ἔχων πάλιν μετὰ πανίας, οὐδὲν  
εὐτως ὡς πολυπαιδιαν αἰτιάται· ὁ ἕνα ἔχων, οὐδὲν  
χειρὸν τοῦ ἕνα ἔχειν νομίζει. Ἐντεῦθεν γάρ, φησί,  
καὶ ῥήθυμίας γίνεται, καὶ ἐν λύπῃ τὸν πατέρα καθ-  
ίστησιν, ἀεὶ περιπόθητος αὐτῷ τυγχάνων, καὶ οὐ-  
δεμίαν ἐπιστροφὴν δεχόμενος. Ὁ καλὴν ἔχων γυναῖκα,  
οὐδὲν χειρόν φησι τοῦ καλὴν ἔχειν γυναῖκα· ὑποψί-  
ας γάρ τὸ πρᾶγμα γέμει καὶ ἐπιβουλῆς· ὁ δυσειδῆ,  
οὐδὲν χειρόν φησι τοῦ ἄμορφον ἔχειν γυναῖκα· ἀη-  
δίας γάρ τὸ πρᾶγμα ἐμπέμπεται. Ὁ ἰδιώτης οὐδὲν  
ἀχρηστότερον τοῦ βίου τούτου φησὶν οὐδὲ εὐτελέ-  
στερον· ὁ στρατιώτης οὐδὲν μοχθηρότερον φησὶν,  
οὐδὲ ἐπιφαλότερον τῆς στρατείας· βέλτιον γάρ  
ἄρτιν κεχρησθαι μόνῳ καὶ ὕδατι, ἢ τοσαύτας φέρειν  
ἐπαγχείας. Ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν οὐδὲν ἐπιπικνωτέρον φησι  
τοῦ τῶν ἄλλων τὰς ἀνάγκας θεραπεύειν· ὁ ἀρχόμενος  
οὐδὲν δουλικώτερον φησὶν ἐτέρων· ἐξουσία ὑποκεί-  
σθαι. Ὁ γεγαμηκὸς οὐδὲν χειρόν φησι γυναικὸς  
καὶ φροντίδος· ὁ μὴ γεγαμηκὸς οὐδὲν ἀνελευθεριώ-  
τερον φησι τοῦ μὴ γαμεῖν, καὶ οἰκίας ἀπεστερησθαι  
καὶ ἀναπαύσεως. Ὁ ἔμπορος τὸν γεωργὸν μακαρίζει  
τῆς ἀσφαλείας· ὁ γεωργὸς τὸν ἔμπορον τοῦ πλούτου.  
Καὶ ἄλλως δυσάρεστον πως τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον,  
μεμφίμοιρον καὶ βαρύθυμόν ἐστιν. Ὅτε πάντων τῶν  
ἀνθρώπων καταγινώσκει, τότε φησὶν, Οὐδὲν ἀνθρω-  
πος, τὴν πᾶσαν λέγοντες φύσιν ἐπιμοχθον ζῶον καὶ  
ταλαίπωρον. Πῶσοι τὸ γῆρας θαυμάζουσι; πόσοι  
τὴν νεότητα μακαρίζουσι; Οὕτω καὶ ταῖς ἡλικίαις  
πολλὴ ἡ ἀθυμία. Ὅταν ἴδωμεν κατηγορουμένους  
ἡμᾶς διὰ ἡλικίαν, φαιμέν, Διὰ τί μὴ ἦμεν γέροντες;  
ὅταν λευκαίνηται ἡ κεφαλὴ, πάλιν, Πού ἡ νεότης;  
Καὶ ἄλλως μυρίας ἔχουμεν ἀφορμὰς τοῦ λυπεῖσθαι.  
Μία μόνη ἐστὶν ὁδὸς ταύτης ἀπληλαγμένη τῆς ἀν-  
ωμακίας, ἡ κατὰ ἀρετὴν· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴ λύπην  
ἔχει, ἀλλὰ λύπην οὐκ ἀνόνητον, ἀλλὰ κέρδος καὶ ὠφέ-  
λειαν ἔχουσαν. Ἡ γὰρ ἡμαρτέ τις, καὶ διὰ τῆς λύ-  
πης· κατανουγείς, ἀπενίωσθε τὰ ἁμαρτήματα· ἡ  
ἀδελφῶν πεπαικὸς συνήλγησε, καὶ ἐνταῦθα πάλιν  
ἔχει τὸν μισθὸν οὐ μικρόν· τὸ γὰρ συναλγεῖν τοῖς  
ἐν συμφοραῖς οἷσι, πολλὴν ἡμῖν πρὸς Θεὸν δίδωσι  
τὴν παρῆρσιαν.

δ'. Ἀκουσον ὅσα περὶ τοῦ Ἰωβ φιλοσοφεῖ ἡ θεία  
Γράφη· ἀκουσον καὶ Παῦλος τί φησι· *Κλαίειν μετὰ  
κλαιόντων*· καὶ πάλιν, *Τοῖς ταπεινοῖς συναπαγό-  
μενοι*. Ἡ γὰρ κοινωνία τῶν λυπομένων τὸ σφόδρα  
φορτικὸν τῆς λύπης ἀφαιρεῖν ἐβόθεν. Ὅσπερ γάρ  
ἐπὶ φορτίου, ἂν τοῦ βάρους τις κοινωνήσῃ, ἐπιλά-  
φρυνε τὸν μόνον τὸ ἄχθος φέροντα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν  
ἄλλων ἀπάντων. Νῦν δὲ τῶν μὲν οἰκείων ἡμῖν τινος  
τετελευτηκότος, πολλοὶ οἱ παρακαθήμενοι, πολλοὶ οἱ  
παραμυθούμενοι· καὶ ἔθον πεσόντα πολλάκις διεγεί-  
ρομεν, τῶν δὲ ἀδελφῶν ἡμῶν τὰς ψυχὰς πιπτούσας θνοῦ  
μᾶλλον παραβλέπομεν καὶ παρατρέχομεν. Καὶ ἐὰν εἰς  
καπηλείον αὐτοῦ ἴδωμεν ἀσέμνως εἰσιόντα, οὐκ ἀνα-  
Legendum τοῦ ἱτέρων.

κόπομεν· κἂν μεθύοντα, οὐ κωλύομεν, κἂν ὁ τι δη-  
ποτε ἕτερον ποιοῦντα τῶν ἀτόπων· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ  
συμπράττομεν. Διὰ τοῦτο Παῦλος εἶπεν, *Ὁ μόνον  
αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράτ-  
τουσι*· [664] καὶ συμμορίας πότου καὶ μέθης ποιοῦσιν  
οἱ πολλοί. Ποίησον, ἀνθρώπε, συμμορίας, ὥστε ἀπο-  
θέσθαι τὴν μανίαν τῆς μέθης· τοῖς δεδεμένοις καλὰ  
ταῦτα τὰ φιλικὰ, τοῖς ἐν θλίψει οἷσι. Τοιοῦτόν τι καὶ  
Κορινθίοις ἐπέταξεν ὁ Παῦλος, *Ἴνα μὴ, ὅταν ἔλθω  
φησί, τότε λογίαι γίνωνται*. Νῦν δὲ μέθης μὲν καὶ  
τρυφῆς καὶ σπατάλης ἐνεκεν πάντα πράττομεν, καὶ  
κλίνην κοινήν, καὶ τράπεζαν κοινήν, καὶ οἶνον κοινόν,  
καὶ ἀνάλωμα κοινὸν ποιοῦμεν· ἐλεημοσύνην δὲ οὐ-  
δεὶς ἐποίησατο κοινήν. Τοιαῦτα ἦν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων  
τὰ φιλικὰ, πάντα εἰς μέσον κατατίθεντο τὰ ὑπάρ-  
χοντα. Ἐγὼ δὲ οὐ πάντα κειλύω, ἀλλὰ μέρος τι. *Ὁ  
ἄν τις εὐδοκῶν, φησὶν, ὀριστῶ ἐκαστος κατὰ  
μῖαν τῶν σαββάτων*, ὥσπερ τινὰ φόρον φέρειν ὑπὲρ  
τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, καὶ κατατίθεσθαι, καὶ οὕτω διδόν-  
ναι ἐλεημοσύνην, κἂν μικρόν, κἂν μέγα. Οὐκ ὀφθήσῃ  
γάρ, φησί, *κερὸς ἐνώπιον Κυρίου*. Ἰουδαίους ταῦτα  
ἔλέγετο, πόσῳ μᾶλλον ἡμῖν; Διὰ τοῦτο ἐστήκασιν οἱ  
πένητες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα μηδεὶς εἰσῆ κενός, ἵνα  
μετὰ ἐλεημοσύνης εἰσῆ. Εἰσέρχῃ ἐλεηθῆναι· ἐλέησον  
πρότερον. Ὁ δὲ ὑστερον ἐρχόμενος, πλέον ὀφείλει·  
ὅταν γὰρ ἀρξώμεθα ἡμεῖς, ὁ δευτέρος πλέον κατατί-  
θῃσι. Ποίησόν σοι ὀφειλέτην τὸν Θεόν, καὶ τότε αὐτὸν  
αἴτησαι· δάνεισον, καὶ τότε ἀπαίτει, ἵνα μετὰ τόκου  
λάβῃς· βούλεται τοῦτο ὁ Θεός, οὐκ ἀποφεύγει. Ἄν  
μετὰ ἐλεημοσύνης αἰτῆς, χάριν ἔχει· ἂν μετὰ ἐλε-  
μοσύνης ἀπαίτησῃ, δανείζεις καὶ τόκους λαμβάνεις.  
Ναί, παρακαλῶ. Οὐκ ἐν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τὸ  
ἀκούεσθαι ἐστίν· ἐκτείνων σου τὰς χεῖρας, μὴ εἰς  
τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας. Ἄν  
εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας ἐκτείνῃς τὴν χεῖρα, αὐ-  
τῆς ἡψω τῆς κορυφῆς τοῦ οὐρανοῦ· ὁ γὰρ ἐκεῖ καθ-  
ήμενος λαμβάνει τὴν ἐλεημοσύνην· ἂν δὲ ἀκάρτους  
ἀνατείλῃς, οὐδὲν ὠνήσας. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ σε προσελ-  
θὼν ὁ βασιλεὺς ἤτησε μετὰ τῆς ἀλουργίδος, οὐκ ἂν  
προθύμως ἅπαντα τὰ ὄντα δέδωκας; νῦν δὲ οὐχ ὑπὸ  
ἐπιγείου βασιλέως, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῶν πενή-  
των αἰτούμενος ἔστηκας παρορῶν καὶ τὴν ὁδοῖν  
ὑπεριθέμενος; καὶ πόσις οὐκ ἂν εἰς κολάσεως  
ἄξιος; Οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν, οὐδὲ ἐν τῇ  
πλήθει τῶν βημάτων, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις τὸ ἐπα-  
κούεσθαι ἐστίν. Ἄκουε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος·  
*Ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνῃς, ἀποστρέψω  
τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐὰν πληθύ-  
νητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν*. Δέον  
γὰρ σιγῆν, καὶ μηδὲ ἀνανεῦσιν εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν  
ἐλέου δεόμενον, ὁ παρῆρσιαν ἔχων καὶ πολλὰ φθέγ-  
γεται. Ἀλλὰ τί φησι; *Κρίνατε ὄφρα καὶ ταπεινῶν,  
καὶ δικαίως αὐτῶν χήρων, καὶ μάθετε καλὸν ποιεῖν*.  
Οὕτω δυνασώμεθα ἀκούεσθαι, κἂν κάτω τὰς χεῖρας  
ἔχωμεν, κἂν μὴ φθεγγώμεθα, μηδὲ ζητῶμεν. Ταῦτα  
τοῖνον ζηλώσωμεν, ἵνα τύχωμεν τῶν ἐπιτηγελμένων  
ἡμῖν ἀγαθῶν.

## ΟΜΙΛΙΑ Β'.

[665] *Μὴ οὖν ἐπαισχυθῆς τὸ μαρτύριον τοῦ  
Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ·  
ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ Ἐδαγγελῶ κατὰ  
δύναμιν Θεοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέ-  
σαντος κληθεῖς ἀγαθῶν, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν,  
ἀλλὰ κατὰ ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δο-*

*θεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων  
αιώνων, φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιτα-  
νείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

α'. Οὐδὲν χειρὸν, ἢ ὅταν τις ἀνθρωπίνους λογισμοῖς  
τὰ θεῖα κρίνῃ καὶ μετρήῃ πράγματα· οὕτω γὰρ ἀπο-

inquit, ignavus efficitur, et in angore patrem collocat, cui semper carissimus est, neque ad meliorem frugem se recipit. Qui pulchram habet uxorem, nihil pejus esse putat quam formosam habere; res quippe suspicione et insidiis plena est: qui deformem habet, nihil pejus esse dicit, quam talem habere; res enim insuavitate plena est. Qui privatus homo est, nihil vita illa inutilius et vilius esse existimat: miles nihil laboriosius et periculosius militia dicit esse; melius enim esse pane et aqua in cibum uti, quam tales ferre molestias. Qui in principatu est constitutus, nihil esse acerbius existimat, quam aliorum necessitates curare: qui vero subditus est, nihil vilius esse, quam alienæ potestati subjici. Qui nuptias contraxit, nihil pejus censet uxore et cura: qui nondum duxit, nihil liberali viro indignius putat, quam non duxisse, sicut se et domo et quiete privari. Negotiator agriculturam beatum prædicat, quod in tuto sit; agricola negotiatorem ob divitias. In summa hominum genus numquam pro voto res habet, semper queritur et indignatur. Quando omnes homines simul damnat, tunc dicit: Nihil est homo; totamque naturam esse dicit laboribus et ærumnis obnoxiam. Quot senectutem mirabilem prædicant? quot juventutem beatam dicunt? Ita ex ipsa ætate magnus mœror oritur. Cum junioris ætatis causa nos reprehendi videmus, dicimus, Cur non sumus senes? cum caput canitiæ albescit, dicimus contra, Ubi juvenus? Demum innumeræ mœroris causæ se offerunt. Una solum via est quæ tantam inæqualitatem tollat, nempe via ad virtutem: imo ipsa quoque dolorem habet, sed dolorem non inutilem, sed lucrum habentem. Vel enim peccavit quispiam, et dolore compunctus peccata abluit; vel lapsus fratri condoluit, et hic rursus non parvam mercedem refert: nam iis qui in calamitate sunt condolere, multam nobis apud Deum dat fiduciam.

4. Audi quanta de Job philosophetur divina Scriptura; audi etiam quid dicat Paulus, *Flere cum flentibus*; et rursus, *Humilibus consentientes* (Rom. 12. 15. 16). Societas enim eorum qui in mœrore sunt molem mœroris allevare solet. Quemadmodum enim in onere si quis una pondus ferat, levavit eum qui onus ferebat: sic et in aliis omnibus. Nunc autem, si quis ex propinquis nostris defunctus fuerit, multi assident, multi consolantur; asinumque lapsum sæpe erigimus, fratrum vero nostrorum lapsas animas plus quam asinum despiciamus et prætercurrimus. Et si eum in cauponam fœde ingredi videamus, non cohibemus; si ebrium, non impedimus; si aliud quidvis indignum facientem, potius cum illo cooperamur. Ideo Paulus dicebat: *Non solum ipsi*

*faciunt, sed etiam facientibus consentimus* (Rom. 1. 32): et consortia potus et ebrietatis multi faciunt. Fac, mi homo, societates, ut deponatur ebrietatis furor: vincitis hæc pulchra sunt et amabilia, iis qui in calamitate versantur. Hujusmodi quidpiam Corinthiis præcepit Paulus: *Ne cum venero, inquit, tunc collectæ fiant* (1. Cor. 16. 2). Nunc autem ebrietatis, deliciarum et voluptatis causa nihil non agimus, et lectum communem, communem mensam, vinum commune, communes sumptus facimus; eleemosynam vero communem nemo fecit. Hujusmodi amicitie signa et socialia erant apostolorum tempore; omnia bona in medium conferebant. Ego vero non omnia jubeo, sed quandam partem. *Quod cuique placuerit, inquit, definit unusquisque una sabbatorum* (Ibid.), quasi tributum quoddam ferendo pro septem diebus, et deponendo; et sic detur eleemosyna, sive parum, sive multum: nam ait, *Non apparebis vacuus coram Domino* (Exod. 23. 15; Deut. 16. 16). Hæc Judæis dicebantur; quanto magis nobis? Ideo stant pauperes ante fores, ut nemo vacuus ingrediatur, ut cum eleemosyna ingrediatur. Ingredieris, ut misericordiam assequaris: prius ipse miserere. Qui autem posterior venit, amplius debet: cum enim nos inceperimus, qui sequitur amplius deponit. Fac tibi Deum debitorem, et tunc illi supplica: fœnori da, et tunc repete, ut cum usura recipias: hoc vult Deus, nec recusat. Si cum eleemosyna repetas, fœnori das et usuras accipis. Etiam, rogo. Non in extensione manuum exaudiemur: extende manus tuas, non in cælum, sed in pauperum manus. Si in pauperum manus extendas manum, ipsum cæli culmen attingisti: nam qui illic sedet eleemosynam accipit: si infructuosas extendas manus, nihil lucratus es. Dic enim mihi, si te aliens rex peteret cum purpura, nonne alacriter omnia dares? nunc autem non a terreno rege, sed a cælesti per pauperes rogatus, stas despiciens, et donum differens? equo supplicio non dignus fueris? Non enim in extensione manuum et in multitudine verborum, sed in operibus exaudimur. Audi enim prophetam dicentem: *Cum manus vestras extenderitis, avertam oculos meos a vobis; et si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos* (Isai. 1. 15). Cum oporteret tacere, neque in cælum respicere eum qui misericordia opus habet; ille fiduciam habens multa verba profundit. Sed quid ait? *Judicate pupillo et humili, et defendite viduam, ac discite bonum facere* (Ib. v. 17). Sic poterimus audiri, etiamsi manus demissas habeamus, etiamsi non loquamur, neque postulamus. Hæc ergo æmulemur, ut promissa bona consequamur.

## HOMILIA II.

CAP. I. v. 8. *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincitum ejus; sed collabora evangelio secundum virtutem Dei, 9. qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam*

*quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia, 10. manifestata autem est nunc per apparitionem Salvatoris nostri Jesu Christi.*

1. *Divina non humanis judicanda sunt ratiociniis. — Nihil deterius est, quam humanis ratiociniis de divi-*

nis judicare et sic metiri : ita enim qui hoc aggreditur ex petra illa longe decidet, atque luce privabitur. Si enim is, qui humanis oculis solis radios vult percipere, non modo non percipiet, neque optatum assequetur, sed etiam decidet, et plurima accipiet incommoda : multo magis is, qui inaccessam illam lucem suis ratiociniis vult attingere, id patietur, et Dei donum afficiet contumelia. Vide Marcionem, Manichæum et Valentinum, eosque omnes qui reliquas hæreses ac perniciosa dogmata in Dei Ecclesiam inducere, quomodo humanis ratiociniis divina tractantes, in œconomia seu incarnationis mysterio pudore suffusi sint. Atqui non pudore, sed magna gloriatione digna illa sunt, crucem dico Christi. Nullum enim tantum illius clementiæ argumentum est, non cælum, non mare, non terra, non omnium ex nihilo creatio, non cætera omnia, cruci sunt æquiparanda. Quamobrem Paulus in illa gloriatur dicens : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi (Gal. 6. 14)*. Sed animales homines, et ii qui Deo non plus tribuunt quam hominibus, decidunt et pudore suffunduntur. Ideo superius discipulum et per illum omnes hortatur dicens : *Noli igitur erubescere testimonium Domini nostri Jesu Christi*. Id est, Ne te pudeat quod crucifixum prædices, imo gloriare. Ipsa enim, neimpe mors, carceres, vincula, per se pudore et probro digna sunt ; sed si quis causam addat, et mysterium probe videat, multæ gloriæ, multæ honestatis illa esse inveniet. Mors enim illa pereuntem orbem servavit ; mors illa terræ cælum junxit, tyrannidem diaboli solvit, homines angelos effecit et Dei filios ; mors illa naturam nostram in thronum regium induxit ; vincula hæc plurimos converterunt. *Noli igitur erubescere, inquit, testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus ; sed collabora evangelio*. Hoc est, Etiam tu eadem patiaris, ne pudore afficiaris. Quod enim hoc subindicet, ex his superius dictis liquet : *Dedit nobis Deus spiritum virtutis et caritatis et sobrietatis (v. 7)* ; et ex consequentibus quoque. *Sed collabora, inquit* ; hoc est, Non modo non te pudeat, sed experiri ne erubescas. Et non dixit, Ne timeas neque formides, sed magis illum corroborans ait, *Noli erubescere* ; quasi nihil ultra sit periculi, si pudorem deponat. Hoc enim tantummodo molestum pudor habet, si ab illo quis superetur. Noli igitur erubescere, si ego, qui mortuos suscito, qui innumera signa facio, qui orbem circumcurro, nunc vinctus sum : non enim ut scelestus vincior, sed crucifixi causa. Si Dominus meus crucem non erubuit, nec vincula ego erubesco. Et probe monens illum ut non erubesceret, prius ipsi crucem memoravit. Si de cruce non erubescis, inquit, nec de vinculis erubescas : si Dominus et Doctor noster crucem sustinuit, multo magis nos vincula feramus. Qui enim de iis quæ ipse passus est erubescit, etiam de crucifixo erubescit. Non enim propter me, inquit, hæc vincula gesto. Nihil ergo humanum patiaris, sed omnium consors esto, *Sed collabora, inquit, evangelio* ; non quasi evangelium laboret, sed discipulum excitans ut pro evangelio patiat. *Secundum virtutem*

*Dei, inquit, qui salvavit nos, et vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia*. Propter id etiam, quia durum illud erat dicere, Collabora, rursus ipsum consolatur dicens, *Non secundum opera nostra* ; id est, Non tua putes, sed Dei virtute hæc sustinere : tuum enim est eligere et alacriter suscipere, Dei autem allevare et quietem dare. Deinde etiam virtutis ejus indicia profert. Cogita, inquit, quomodo salvus factus sis, quomodo vocatus : ut alibi ait, *Secundum operationem ejus, quæ operatur in nobis (Ephes. 3. 20)*. Sic majoris virtutis erat persuadere orbem totum, quam cælum facere. Quomodo vocatus est, inquit, *Vocatione sancta* ? Id est, sanctos effecit qui peccatores et inimici erant : et hæc non ex nobis, sed donum Dei sunt. Si igitur ille et potens est ad vocandum, et bonus secundum gratiam, et non ex debito id faciat, non est timendum. Qui enim nos, cum salvi faciendi essemus, etiam si inimicos, per gratiam servavit, cum etiam operantes viderit, annon multo magis cooperabitur ? *Non secundum opera nostra, inquit, sed secundum propositum suum*. Id est, nemine cogente, nec consulente, sed ex proposito suo, sua bonitate impulsus, salvos nos fecit : hoc enim sibi vult illud, *Secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia*. Hoc est, sine principio hæc præfigurata erant in Christo Jesu, ut fierent. Non parum hoc est quod jam olim voluerit : non ergo ex penitentia. Quomodo igitur non æternus fuerit Filius ? nam et ipse hæc a principio voluit. *Manifestata autem est nunc per apparitionem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per evangelium*.

2. Vidisti virtutem, vidisti donum, non per opera factum, sed per evangelium ? Hæc enim spei sunt : in corpore enim ejus hæc ambo facta sunt, in nostro autem erunt. Quomodo ? *Per evangelium. 11. In quo positus sum ego prædicator et apostolus et doctor gentium*. Cur hæc frequenter dicit, se doctorem gentium appellans ? Persuadere volens, ut jam dixi, oportere etiam gentes adire. Ne concidas igitur in passionibus meis : dejecti sunt mortis nervi. Non quasi male operans hæc patior, sed ut doceantur gentes. Simul et fidem sermoni facit. *12. Ob quam causam etiam, inquit, hæc patior ; sed non confundor : scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Sed non confundor, inquit. An enim de vinculis, deque passionibus erubescendum ? Ne igitur erubescas. Viden' quomodo per opera doctrinam impertiat ? Hæc patior, inquit, in carcerem coniectus sum, expellor : Scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Quid est, Depositum ? Fides, prædicatio. Hæc ipse qui depositus, inquit, inviolata servavit. Omnia patior, ut ne thesaurus ille expiletur : non pudore afficior, donec fides inviolata servabitur. Vel depositum dicit fideles, quos ipsi Deus deposuit ; vel*

πεσεῖται τῆς πέτρας; ἐκεῖνος ἐκ πολλοῦ τοῦ μέτρου, καὶ τοῦ φωτὸς ἀποστερηθήσεται. Εἰ γὰρ ὁ τὰς τοῦ ἡλλοῦ ἀκτίνας ἀνθρωπίνους θέλων καταλαβεῖν ὀφθαλμοῖς, οὐ μόνον οὐ καταλήφεται οὐδὲ ἀνοξέεται τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ καὶ ἀποπεσεῖται, καὶ μυρίαν υποστῆσεται βλάβην· πολλῷ μᾶλλον ὁ βουλούμενος πρὸς ἐκεῖνον τὸ φῶς ἀτενὲς ἰδεῖν διὰ τῶν οὐρανῶν λογισμῶν, πεσεῖται τοῦτο, καὶ ὑβρίζει εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεάν. Ὅρα γοῦν Μαρκίωνα καὶ Μάνην καὶ Οὐαλεντίνον, καὶ πάντας τοὺς τὰς λοιπὰς αἵρέσεις καὶ τὰ ὀλέθρια δόγματα ἐπεισαγαγόντας τῆ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ὅπως ἀνθρωπίνους λογισμοῖς τὰ τοῦ Θεοῦ μετρήσαντες ἠσχύνθησαν ἐπὶ τῆ οἰκονομίᾳ. Καίτοι οὐκ αἰσχύνθη, ἀλλὰ πολλοὺ καυχήματος ἄξια ἄν εἴη, τὸν σταυρὸν λέγω τοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας τεκμήριον μέγα, οὐκ οὐρανός, οὐ θάλαττα, οὐ γῆ, οὐ τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγεῖν, οὐ τὰ ἄλλα πάντα, ὡς ὁ σταυρός. Διδὸ καὶ Παῦλος ἐπ' αὐτῷ καυχᾶται λέγων· Ἔμοι δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄλλ' οἱ ψυχικοὶ καὶ μηδὲν πλέον Θεῷ ἕμενοντες τῶν ἀνθρώπων, καταπίπτουσι καὶ αἰσχύνονται. Διὰ τοῦτο ἄνωγεν τῷ μαθητῇ παρῆναι λέγων, καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι· *Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῆς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν*. Τουτέστι, μὴ αἰσχύνου ὅτι τὸν ἐσταυρωμένον κηρύττεις, ἀλλὰ καὶ ἐναυθύνου. Αὐτὰ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὰ, θάνατος καὶ δεσμοτήρια καὶ δεσμά, αἰσχύνῃς ἄξια καὶ ὀνειδισμοῦ· ἀλλ' ἐάν τις τὴν αἰτίαν προσῆθῃ καὶ τὸ μαρτύριον ἰδῆ καλῶς, πολλοὺ καυχήματος, πολλῆς σεμνότητος ἐκάτερα ὄντα εὐρήσει. Ὁ γὰρ θάνατος ἐκεῖνος τὴν οἰκουμένην ἀπολλυμένην ἔσωσεν, ὁ θάνατος; ἐκεῖνος τῆ γῆ συνῆψε τὸν οὐρανόν, ὁ θάνατος ἐκεῖνος τὴν τυραννίδα τοῦ διαβόλου κατέλυσε, τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε καὶ Θεοῦ υἱούς· ὁ θάνατος; ἐκεῖνος τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνήγαγεν εἰς τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν· τὰ δεσμά ταῦτα πολλοὺς ἐπέτρεψε. *Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῆς, φησὶ, τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δεσμῶν αὐτοῦ, ἀ. ἢ ἀ. συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ*. Τουτέστι, κἄν αὐτὸς ταῦτα πάθῃ, μὴ αἰσχυνθῆς. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἠλίθιο, καὶ διὰ τῶν [ὁ] ἀνωτέρω εἰρημῶν ὀφθαλμῶν, διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ἐδοκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δυναμῆως καὶ ἀγάπης καὶ σωφροσύνης*· καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα πάλιν. *Ἀλλὰ συγκακοπάθησον, φησὶ*· τουτέστι, μὴ ἀπλῶς μὴ ἐπαισχυνθῆς, ἀλλὰ τῆ πείρᾳ μὴ ἐπαισχυνθῆς. Καὶ οὐκ εἶπε, *Μὴ φοβηθῆς*· μηδὲ δέειξαι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸν θαυμάζων φησὶ, *Μὴ ἐπαισχυνθῆς*, ὡς οὐκ ὄντος; λοιπὸν κινδύνου, εἰ τῆς αἰσχύνῃς τις περιγένοιτο. Τοῦτο γὰρ μόνον ἔχει φορτικὸν αἰσχύνῃ, τὸ ἠτῆσθαι αὐτῆς. Μὴ τοῖνον ἐπαισχυνθῆς, εἰ ἐγὼ ὁ νεκρὸς ἐγέρων, ὁ μυρία ἐργαζόμενος σημεῖα, ὁ τὴν οἰκουμένην περιδραμῶν, ὁ δέδομαι νῦν· οὐ γὰρ ὡς κακοῦργός εἰμι δεσμώτης; ἀλλὰ τοῦ σταυρωθέντος ἔνεκεν. Εἰ σταυρὸν οὐκ ἐπαισχυνθῆς μου ὁ δεσποτης, οὐδὲ τὰ δεσμά ἐγώ. Καὶ καλῶς παρακαλῶν αὐτὸν μὴ ἐπαισχυνθῆναι, πρότερον αὐτὸν τοῦ σταυροῦ ἀνέμνησεν. Εἰ τὸν σταυρὸν οὐκ ἐπαισχυνθῆς, φησὶ, μηδὲ δεσμά· εἰ ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ διδάσκαλος σταυρὸν ὑπέμεινε, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τὰ δεσμά. Ἄπερ γὰρ αὐτὸς ὑπέμεινε ὁ αἰσχυνόμενος, καὶ τὸν σταυρωθέντα ἐπαισχύνεται. Οὐ γὰρ δι' ἑμαυτὸν, φησὶ, φέρω ταῦτα τὰ δεσμά. Μηδὲν εὖν ἀνθρώπων πάθῃς, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς κοινώνησον,

*Ἀλλὰ συγκακοπάθησον, φησὶ, τῷ Εὐαγγελίῳ*, οὐκ ὡς τοῦ Εὐαγγελίου κακοπαθόντος, ἀλλὰ τὸν μαθητὴν διεγείρων ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου πάσχειν. *Κατὰ δὲ ναμιν Θεοῦ, φησὶ, τοῦ σώσαντος ἡμῶν καὶ καλέσαντος κλήσει ἀγάπῃ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰώνων*. Ἄλλως δὲ, ἐπεὶ φορτικὸν ἦν τὸ εἰπεῖν, *Κακοπάθησον*, πάλιν αὐτὸν παραμυθεται λέγων· *Οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν*· τουτέστι, μὴ τῇ δυνάμει λογίζου τῆ σφ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ τὸ ταῦτα φέρειν· ὅν μὲν γὰρ τὸ ἐλέσθαι καὶ προθυμηθῆναι, Θεοῦ δὲ τὸ κουφίσαι καὶ παῦσαι. Εἶτα καὶ τῆ δυνάμει αὐτοῦ δείκνυσι τὰ τεκμήρια· Πῶς ἐσώθης ἐνδοξίᾳ, πῶς ἐκλήθης· ὡσπερ φησὶν ἀλλαχοῦ, *Κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν*. Οὕτω τοῦ ποιῆσαι τὸν οὐρανὸν μείζων δυνάμεις αὕτη ἦν, τὸ πείσαι τὴν οἰκουμένην. Πῶς οὖν ἐκλήθη, φησὶ, *Κλήσει ἀγάπῃ*; Τουτέστιν, ἀγίους εἰργάσατο ἀμαρτωλοὺς ἔντας καὶ ἐχθρούς· καὶ ταῦτα οὐκ ἐξ ἡμῶν, Θεοῦ τὸ δῶρον. Εἰ τοῖνον καὶ δυνατός ἐστι τῷ καλέσαι, καὶ ἀγαθὸς τῷ κατὰ χάριν, ἀλλὰ μὴ κατὰ ὀφειλὴν τοῦτο-ποιῆσαι, οὐ δεῖ δεδοικέναι. Ὁ γὰρ, ἡνίκα ἡμᾶς ἔδει σωθῆναι, καὶ ἐχθροὺς ἔντας, χάριτι ἴσως, ὅταν καὶ ἐργαζόμενος ἴσῃ, οὐ πολλῷ μᾶλλον συμπράξει; *Οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, φησὶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν*. Τουτέστιν, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, οὐδενὸς συμβουλευόντος, ἀλλ' ἐξ ἰδίας προθέσεως, οἰκοθεν ἐκ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ἰρμώμενος ἔσωσε· τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ, *Κατ' ἰδίαν πρόθεσιν. Καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰώνων*. Τουτέστιν, ἀνάγκης ταῦτα προτετύπωτο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ γενέσθαι. Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο, τὸ ἀνωθεν βούλεσθαι· [667] οὐκ ἐκ μετανοίας ἄρα. Πῶς οὖν οὐκ ἀτίμος ὁ Υἱός; καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐβούλετο ἐξ ἀρχῆς. *Φανερωθεῖσαν δὲ τὴν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατωγήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου*.

β'. Εἶδες δυνάμιν, εἶδες δωρεάν οὐχὶ δι' ἔργων γενόμενῃν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου; Ἐλπίδος γὰρ ταῦτά ἐστιν· ἐν μὲν γὰρ τῷ αὐτοῦ σώματι ἀμφοτέρω ταῦτα γεγένηται, ἐν δὲ τῷ ἡμετέρῳ ἔσται. Πῶς; *Διὰ τοῦ Εὐαγγελίου*. Εἰς ὃ ἐτέθη ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν. Τί δήποτε τοῦτο συνεχῶς λέγει, διδάσκαλον ἐθνῶν ἑαυτὸν καλῶν; Πείσαι βουλούμενος, ὅπερ ἔφη, ὅτι χρὴ καὶ ἔθνεσι πλησιάσειν. Μὴ καταπέσεις τοῖνον ἐν τοῖς ἔμοις παθήμασι· καταβέβληται τοῦ θανάτου τὰ νεῦρα. Οὐκ ὡς κακοῦργος ταῦτα ὑπομένω, ἀλλὰ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἐθνῶν. Ἄρα καὶ ἀζῶπιστον ποιεῖ τὸν λόγον. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα, φησὶ, *πίσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχυνθῶμαι· οἶδα γὰρ ὅτι πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν*. Ἄλλ' οὐκ ἐπαισχυνθῶμαι, φησὶν. Αἰσχύνῃς γὰρ, εἰπέ μοι, τὰ δεσμά; αἰσχύνῃς τὰ πάθῃ; Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῆς. Ὅρξῃ πῶς διὰ τῶν ἔργων ἐνδείκνυται τὴν διδασκαλίαν; Ταῦτα πάσχω, φησὶν, εἰς δεσμοτήριον ἐμβέβληται, ἐλαύνομαι. *Οἶδα γὰρ ὅτι πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν*. Τί ἐστι παρακαταθήκη; ἢ

\* Forte legendum, una transposita littera, ὡς ἦναι. Εἶσι.

πίστις, τὸ κήρυγμα. Τοῦτο αὐτὸς, φησὶν, ὁ παρακαταθέμενος ἀκέραιον φυλάξει. Πάντα πάσχω ὥστε μὴ τὸν θησαυρὸν συληθῆναι· οὐκ ἐπαισχύνομαι τούτοις, ἕως ἂν αὐτὴ ἀκέραιος σώζηται. Ἡ τοὺς πιστοὺς λέγει τὴν παρακαθῆκην, ἣν ὁ Θεὸς αὐτῶν παρακατέθετο, ἣ ἦν αὐτὸς τῷ Θεῷ. Καὶ νῦν γάρ, φησὶν, ἰδοὺ παρατίθεμαι ὑμῖς τῷ Κυρίῳ· τούτεστιν, οὐκ ἀνόητά μοι ταῦτα ἔσται· καὶ Τιμόθεος τῆς παρακαταθήκης δεικνύει μοι τὸν καρπὸν. Ὁρᾷς αὐτὸν οὐδὲ αἰσθανόμενον τῶν κακῶν διὰ τὴν ἐλπίδα τῶν μαθητῶν; Τοιοῦτον ἐναι τὸν διδάσκαλον χρῆ, οὕτω κήδεσθαι τῶν μαθητῶν, τούτους πάντα ἡγεῖσθαι. *Νῦν ζώμεν, φησὶν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ· καὶ πάλιν, Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;* Ὁρᾷς αὐτὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐχ ἤττον τῶν οικειῶν τὰ τῶν μαθητῶν; Δεῖ γὰρ τοὺς φυσικοὺς πατέρας ὑπεραίρειν, δεῖ θερμότερους εἶναι. Ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας φιλοστόργως πρὸς αὐτοὺς διακίεσθαι προσήκει. *Πείθεσθε γάρ, φησὶ, τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπεικτε, εἰδότες ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσουτες.* Εἰπέ γάρ μοι, αὐτὸς μὲν τοσοῦτον κινδύω ἐστὶν ὑπεύθυνος· σὺ δὲ οὐδὲ πείθεσθαι αὐτῷ βούλει, καὶ ταῦτα εἰς τὸ σοι συμφέρον; Κἂν γὰρ τὰ καθ' ἑαυτοῦ καλῶς διδάθῃται, ἕως ἂν τὰ σὰ μὴ καλῶς ἢ διακείμενα, ἀναγωνίως ἐστί, διπλᾶς δίδωσι τὰς εὐθύνas. Ἐνόησον δὲ ὅσον ἐστὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἀρχομένων ἐξετάζεσθαι καὶ ἀγωνίζεσθαι. Πόσῃ βούλει θεῖναι τιμὴν; πόσῃ θεραπεῖαν ἀντιβρόπον [668] τῶν κινδύνων τούτων; Ἀλλ' οὐδὲν ἴσον ἐρεῖς· οὕτω γὰρ τὴν ψυχὴν ἐπιδέδωκας, αὐτὸς δὲ τὴν ψυχὴν τίθεισιν ὑπὲρ σοῦ. Κἂν μὴ θῆ ἑνταῦθα καιροῦ καλοῦντος, ἀπολλύει αὐτὴν ἐκεῖ· σὺ δὲ οὐδὲ μέχρι λόγου ὑποτάσσασθαι βούλει. Τοῦτο πάντων τῶν κακῶν αἴτιον, ὅτι τὰ τῶν ἀρχόντων ἠφανίσθη· οὐδεμία αἰδώς, οὐδεὶς φόβος. *Πείθεσθε, φησὶ, τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπεικτε*· νυνὶ δὲ πάντα κατεστράφη καὶ συγκέχεται. Οὐχὶ τῶν ἡγουμένων ἕνεκεν ταῦτα λέγω· τί γὰρ ἀπὸ τῆς τιμῆς ὠφελήθησονται τῆς ἡμετέρας, ἢ τοσοῦτον ὅσον πειθιγῶντες ἔξουσιν; ἀλλὰ διὰ τὸ ὑμῖν συμφέρον. Οὗτοι μὲν γάρ, κἂν τιμηθῶσιν, οὐδὲν ὠφελούνται πρὸς τὸ μέλλον, ἀλλὰ μείζον αὐτοῖς τὸ κατακρίμα· κἂν ὑβρισθῶσιν, οὐδὲν ἐβλάβησαν πρὸς τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ πλείων αὐτοῖς ἢ ἀπολογία. Ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν ἕνεκεν ἅπαντα βούλομαι γενέσθαι. Ὅταν γὰρ τιμῶνται παρὰ τῶν ἀρχομένων οἱ ἡγούμενοι, καὶ τοῦτο αὐτοῖς προφέρεται, καθάπερ τῷ Ἥλει ἔλεγεν, *Ἐλαθόν σε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου*· θανὰ δὲ ὑβρίζωνται, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Σαμουὴλ, *Οὐ σέ, φησὶν, ἐξουθετήκωσιν, ἀλλ' ἢ ἐμέ.* Ὅστε ἢ μὲν ὑβρις κέρδος αὐτοῖς ἐστίν, ἢ δὲ τιμὴ βάρος. Οὐκ αὐτῶν τοίνυν ἕνεκεν ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν. Ὁ τιμῶν τὸν ἱερέα, καὶ τὸν Θεὸν τιμῆσει· ὁ δὲ μαθῶν τοῦ ἱερέως καταφρονεῖν, ἰδῶν προβαίνων καὶ εἰς τὸν Θεὸν ὑβρίσει ποτέ. Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, φησὶν, *ἐμὲ δεχεται*· καὶ, *Τοὺς ἱερέας αὐτοῦ, φησὶν, ἐντείμως ἔχε.* Ἐντεῦθεν ἔμαθον Ἰουδαίῳ τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν, ὅτι Μωϋσεὺς κατεφρόνησαν, ὅτι αὐτὸν ἐλίθασον. Ὅταν γὰρ τις πρὸς τὸν ἱερέα εὐλαθεῶς διατεθῆ, πολλῶν μᾶλλον πρὸς τὸν Θεόν. Κἂν ὁ ἱερεὺς φαῦλος ἦ, ὁ Θεὸς ὀρῶν ὅτι διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τιμὴν καὶ τὸν οὐκ ἄξιον τιμῆς θεραπεύεις, καὶ αὐτὸς ἀποδώσει σοι τὴν ἀμοιβήν. Εἰ γὰρ ὁ δεχόμενος

μηνος προφήτην, φησὶν, εἰς δρομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ τιμῶν καὶ ὁ εἰκων καὶ ὑπακούων, θηλονότι τῷ ἱεραὶ. Εἰ γὰρ ἔλθῃ φιλοξενίας λόγος, ἔλθῃ οὐκ οἶδας τὸν καταγόμενον, τοσοῦτον λαμβάνεις μισθόν· ὧ καὶ κελεῖς ὑποτάσσασθαι, ἂν ὑποταγῆς, πολλῶν μᾶλλον. Ἐπὶ τῆς Μωϋσεως, φησὶ, *καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πάντα οὖν, ὅσῃ ἂν λέγῃσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε.* Οὐκ οἶδας τί ἐστὶν ὁ ἱερεὺς; Ἄγγελος Κυρίου ἐστὶ. Μὴ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ λέγει; Εἰ καταφρονεῖς αὐτοῦ, οὐκ αὐτοῦ καταφρονεῖς, ἀλλὰ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν Θεοῦ. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ὁ Θεὸς χειροτόνησεν αὐτὸν, φησὶν; Οὐκοῦν, εἰ μὴ ταύτην ἔχεις τὴν ὑπόληψιν, ἢ ἐλπὶς σου κεκένωται. Εἰ γὰρ μὴδὲν ἐνεργεῖ ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ, οὔτε λουτρὸν ἔχεις, οὔτε μυστηρίων μετέχεις, οὔτε εὐλογῶν ἀπολαύεις· οὐκ ἄρα Χριστιανὸς εἶ.

[669] γ'. Τί οὖν; φησὶ· πάντας ὁ Θεὸς χειροτονεῖ, καὶ τοὺς ἀναξίους; Πάντας μὲν ὁ Θεὸς οὐ χειροτονεῖ, διὰ πάντων δὲ αὐτὸς ἐνεργεῖ, εἰ καὶ αὐτοὶ εἰς ἀνάξιοι, διὰ τὸ σωθῆναι τὸν λαόν. Εἰ γὰρ δι' ἑνοῦ, καὶ διὰ Βαλαάμ, διὰ μαροῦ ἀνθρώπου, τοῦ λαοῦ ἕνεκεν ἐλάλησε, πολλῶν μᾶλλον διὰ τοῦ ἱερέως. Τί γὰρ οὐ ποιεῖ ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας ἕνεκεν τῆς ἡμετέρας; Τί γὰρ οὐ φθάνεται; διὰ τίνος δὲ οὐκ ἐνεργεῖ; Εἰ διὰ τοῦ Ἰουδα ἐνεργησε, καὶ διὰ τῶν προφητευόντων, οἷς φησὶν, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*, καὶ ἄλλοι δαίμονας ἐξέβαλον· πολλῶν μᾶλλον διὰ τῶν ἱερέων ἐνεργήσει. Ἐπει εἰ μέλλοιμεν τοὺς βίους ἐρευνᾶν τῶν ἀρχόντων, αὐτοὶ μέλλομεν εἶναι χειροτονηταὶ τῶν διδασκάλων, καὶ τὰ ἄνω κάτω γίνεται, ἄνω οἱ πόδες, καὶ κάτω ἡ κεφαλὴ. Ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ἐγὼ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἴνα ὄψ' ὑμῶν ἀνακρίθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας*· καὶ πάλιν, *Σὺ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;* Εἰ τὸν ἀδελφόν οὐ δεῖ κρίνειν, πολλῶν μᾶλλον τὸν διδάσκαλον. Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο ἐπέταξεν ὁ Θεὸς, καλῶς ποιεῖς, καὶ ἀμαρτάνεις μὴ ποιῶν· εἰ δὲ τὸν ἀντιόν, μὴ τόλμα, μηδὲ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἀπιχίραται. Τῷ Ἀαρῶν μετὰ τὴν μοσχοποιίαν ἐπανεστῆσαν οἱ περὶ Κορὴ καὶ Δαθάν καὶ Ἀβεirão· τί οὖν; οὐκ ἀπώλοντο; Ἐκαστος τὰ ἑαυτοῦ μεριμνάτω. Εἰ μὲν γὰρ δόγμα ἔχει διεστραμμένον, κἂν ἄγγελος ἦ, μὴ πείθου· εἰ δὲ ὀρθὰ διδάσκει, μὴ τῷ βίῳ πρόσεχε, ἀλλὰ τοῖς ῥήμασιν. Ἐχεις Παῦλον καὶ δι' ἔργων καὶ διὰ λόγων ῥυθμίζοντά σε πρὸς τὸ δέον. Ἀλλ' οὐ δίδωσι πένθει, φησὶν, οὐδὲ καλῶς διοικεῖ. Πόθεν σοι τοῦτο δῆλον; Πρὶν ἢ μάθης, μὴ μίμψῃ, φοβήθητι τὰς εὐθύνas. Πολλὰ ἀπὸ ὑπόνοιας κρίνεται. Μίμησαι σου τὸν Δεσπότην· ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Καταβάς ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελούνται· εἰ δὲ μὴ, ἴνα γινῶ.* Εἰ δὲ κατέμαθες καὶ ἐξήτασας καὶ εἶδες, ἀνάμενε τὸν κριτὴν· μὴ προαρπάσῃς τοῦ Χριστοῦ τὴν τάξιν· ἐκείνου ταῦτα ἐστὶν ἐξετάζειν, οὐ σοῦ· σὺ δούλος εἰ ἔσχατος, οὐ δεσπότης· σὺ πρόβατον εἰ· μὴ τοίνυν περιεργάζου τὸν ποιμένα, ἴνα μὴ καὶ ἐφ' οἷς ἐκείνου κατηγορεῖς, εὐθύνas ὄψῃ. Καὶ πῶς ἐμοὶ λέγει, φησὶν, αὐτὸς οὐ ποιῶν; Οὐκ αὐτὸς σοι λέγει· εἰ αὐτῷ πείθῃ, μισθὸν οὐκ ἔχεις· ὁ Χριστὸς σοι ταῦτα παραινεῖ. Καὶ τί λέγω; οὐδὲ Παῦλῳ πείθεσθαι χρῆ, ἂν τι ἴδιον λέγῃ. ἂν τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ τῷ ἀποστόλῳ τῷ

\* Scámma vallum erat seu fossa, qua locus certaminis athletarum cingebatur.



quos ipse deposuit Deo. Ecce, inquit, commendo vos Domino : id est, Non inutilia mihi hæc erant : et Timotheus depositi fructum mihi ostendit. Viden' ipsum mala ne sentire quidem ob discipulorum spem? Tale esse doctorem oportet, ita discipulos curare, et eos sibi omnia esse putare. *Nunc vivimus*, inquit, *si vos stetis in Domino*; et rursum, *Quæ est enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? annon vos ante Dominum nostrum Jesum Christum* (1. *Thess.* 3. 8. et 2. 19)? Viden' illum de his sollicitum, nec minus curantem quæ sunt discipulorum quam sua? Oportet enim naturales patres superare, et ardentiores esse. Sed filii bono erga illos affectu esse debent: *Obedite enim*, inquit, *præpositis vestris, et subditi estote illis, scientes quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddituri* (Hebr. 13. 17). Dic enim mihi, ille tanto periculo est expositus; et tu non vis ipsi obtemperare, licet id in utilitatem tuam vergat? Quamvis enim quæ sua sunt recte disponat, quamdiu tua in bono statu non erunt, anxius est, et duplices dat pœnas. Cogita autem quantum sit de singulis subditis rationes exigi, et in angore esse. Quem vis exhibere honorem? quod obsequium periculis illis æquiparandum? Sed nihil par dices: nondum enim animam dedisti; ipse vero animam suam ponit pro te. Et si hic non posuerit tempore id exigente, illam ibi perdet: tu vero neque verborum tenuis subditus esse vis. Hoc omnium malorum causa est, quod quæ ad præsules pertinent perierint. Nullus adest pudor, timor nullus. *Obedite*, inquit, *præpositis vestris, et subditi estote*: nunc autem omnia subversa sunt. Non præpositorum causa hæc dico: quid enim ex honore nostro utilitatis decerpent, nisi nos obtemperantes habeant? sed propter utilitatem vestram. Hi enim, etiamsi honorentur, nihil hinc in futuro jvabuntur, sed major ipsis damnatio erit: etiamsi contumelia afficiantur, nihil læduntur pro futuro, sed major tunc illis erit defensio. Verum in utilitatem vestram velim cuncta fieri. Quando enim præpositi a subditis honorantur, hoc etiam contra eos profertur, sicut et Heli dicebat, *Assumpsi te de domo patris tui*; quando autem contumelia afficiuntur, ut Sanneli contigit (1. *Reg.* 2. 28. et 8. 7): *Non te, inquit, despeperunt, sed me*. Itaque contumelia quidem ipsis lucrum, honor onus est. Non illorum ergo causa ita loquor, sed vestrum. Qui sacerdotem honorat, Deum honorabit: qui vero didicit sacerdotem contemnere, progressu temporis Deum quoque contumelia afficiet. *Qui vos recipit*, inquit, *me recipit* (Math. 10. 40); et, *Sacerdotes ejus*, inquit, *in honore habe*. Hinc Judæi Deum spernere didicerunt, quia Moysen contempserant, quia ipsum lapidibus impetebant. Cum enim aliquis pie erga sacerdotem afficitur, multo magis erga Deum afficietur. Etiamsi improbus sacerdos fuerit, Deus videns te in sui honorem illum indignum honore afficere, mercedem tibi reddet. Si enim *Qui recipit prophetam*, inquit, *in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet* (Math. 10. 41): etiam qui honorat, qui cedit, qui obtemperat, scilicet sacerdoti. Nam si ubi de hospitalitate

agitur, quando non notum tibi excipis, tantum accedis accipis; si te subicias ei, cui imperat Deus, multo majorem accipies. *Super cathedram Moysis*, inquit,  *sederunt scribæ et Pharisei: omnia ergo quæ dixerint vobis facere, facite; secundum autem operætorum ne facialis* (Math. 23. 2. 3). An ignoras quid sit sacerdos? Angelus Domini est. Num ille quæ sua sunt dicit? Si illum despicias, non eum, sed Deum qui ipsum ordinavit, despicias. Et undenam probatur, inquit, quod Deus ipsum ordinaverit? Igitur, si tu hanc non habeas opinionem, spes tua inanis facta est. Nam si Deus per ipsum nihil operatur, neque lavacrum habes, neque mysteriis participas, neque benedictionibus fruere: ergo Christianus non es.

3. Quid ergo? inquires: an omnes Deus ordinat, etiam indignos? Non omnes Deus ordinat, sed per omnes operatur, etiamsi illi indigni sint, ut populus salvus fiat. Si enim per asinum, per Balaam scelestum hominem, in plebis gratiam loquutus est (Num. 22), multo magis per sacerdotem. Quid enim non facit Deus pro salute nostra? quid non loquitur? per quem non operatur? Si per Judam operatus est, et per eos qui prophetabant, quibus dicit, *Non novi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem* (Math. 7. 23); et alii dæmonas eiciebant: multo magis per sacerdotes operabitur. Nam si præpositorum vitam examinare vellemus, ipsi doctorum ordinatores futuri essemus, et omnia sursum deorsum vergerent; sursum pedes, deorsum caput. Audi Paulum dicentem: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die* (1. *Cor.* 4. 3); et rursum, *Tu quid judicas fratrem tuum* (Rom. 14. 10)? Si fratrem non oportet judicare, multo minus sacerdotem. Nam si quidem hoc præcepit Deus, recte facis; imo peccas non faciendo; sin contra, ne audeas, neve supra scaminata exsilire coeris. Adversus Aaronem post conflatum vitulum insurrexerunt Core, Dathan et Abiron (Num. 16): quid ergo? nonne perierunt? Unusquisque quæ sua sunt curet. Si dogma perversum habeat, etiamsi angelus sit, ne illi obsequere; si vera docet, noli vitæ sed verbis attendere. Habes Paulum et verbis et operibus te moderantem. At, inquires, ille pauperibus non erogat, neque recte administrat. Undenam id tibi constat? Antequam discens noli culpâre, time rationes reddendas. Multa ex suspitione judicantur. Imitare Dominum tuum: audi illum dicentem: *Descendens videbo si secundum clamorem operantur; sin autem, ut scium* (Gen. 18. 21). Quod si didicisti, examinasti et vidisti, iudicem exspecta: noli præripere Christi ordinem: illius est ista discutere, non tuum: tu servus es ultimus, non Dominus: tu ovis es: ne ergo pastorem examines, ut ne de quibus ipsum accusas tu pœnas des. Et cur ille mihi dicit, inquires, quod ipse non facit? Non ille tibi dicit: nam si illi obtemperes, mercedem non habes; Christus de his te admonet. Et quid dico? ne Paulo quidem obtemperandum esset, si ex se loqueretur, si quid humanum diceret; sed Apostolo credendum Christum habenti in se loquentem. Ne aliâ igitur iudicemus, sed singuli sua:

vitam tuam scrutare. At ille, inquit, melior quam ego esse debet. Quare? Quia sacerdos est. Et quid non habet ille amplius quam tu? annon labores? annon pericula? annon concertationem, curas, ærumnas? Cum hæc igitur habeat, quomodo non te melior fuerit? Etiam si vero melior non sit, an, quæso, debes teipsum perdere? Arrogantiæ sunt hæc verba. Unde namque nosti illum non esse te meliorem? Si furetur, inquit; si sacra expilet. Undenam id nosti, mi homo? cur per præcipitia teipsum impellis? Et tu quidem, si quispiam dixerit, Ille purpuram habet; etiam si scias, aures obstruis; etiam si illum confutare possis, statim resilis, et te non nosse simulas, nolens te in supervacaneum periculum conjicere: hic autem non modo non resilis, sed etiam frustra periculum suscipis. Hæc verba non culpa vacant: audi namque Christum dicentem: *Dico autem vobis, quod omne verbum otiosum quodcumque loquuti fuerint homines, reddent de illo rationem in die judicii (Matth. 12. 36)*. Teipsum putas aliquo meliorem esse, neque ingemiscis, nec peccus tundis, nec caput inclinas, nec publicanum imitaris? Ergo teipsum vis perdere, etiam si melior sis. Melior es? tace, ut melior mancas: sin id dixeris, totum evacuasti. Si te putas esse, non es; sin non putas, multum adjecisti. Si enim qui peccator erat, quia confessus est, descendit justificatus; qui non admodum peccator est, et se esse putat, quid non lucrabitur? Vitam tuam scrutare. Non furaris? sed rapis, sed vim infers et alia innumera similia perpetras. Hæc dico, non furtum laudans, absit; sed lacrymas fundens si quis talis fuerit, nedum approbem. Quantum enim malum sit sacrilegium ne dici quidem possit; sed vobis parco: nolo enim virtutem nostram alios accusando minuere. Quid, quæso, publicano deterius? Verum erat ipsum esse publicanum et mille malis obnoxium; et quia Pharisæus dixit, *Quia non sum sicut publicanus ille (Luc. 18. 11)*, omnia perdidit: tu de sacerdote dicis, Non sum sicut iste sacrorum expilator, et non omnia amittis? Hæc dicere compellor et dicta similia confutare, non quod illos tantum curem, sed quia de vobis timeo, ne virtutem vestram tali jactantia et judicio evacuetis. Audi namque Paulum monentem ac dicentem: *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso tantum habebit gloriam, et non in altero (Gal. 6. 4)*.

4. Dic mihi, si saucius proficiscaris ad medicum, num missa vulneris curatione, medicum curiose interrogas an vulnus habeat, necne? an vero, si ille habeat, sollicitus es? vel quia ille habet, tuum non curas, et dicis, Oporteret medicum bene valere; quia autem ille, etsi medicus, non bene valet, ulcus ego meum sine cura referam? an, si sacerdos sit improbus, solatii quid referet subditus? Minime. Sed dabit ille debitas pœnas; dabis et tu promeritas: etenim magister tantum jam ordinem implet. *Erunt enim, inquit, omnes docibiles Dei (Joan. 6. 45; Isai. 54. 13); neque dicent, Agnosce Dominum; omnes enim agnoscent me a minimo usque ad maximum eorum (Jer. 31. 34)*.

Cur ergo, inquit, præsidet? cur hunc locum occupat? Ne, quæso, magistros maledictis impetamus, ne curiosius scrutemur, ne nos ipsos lædamus: nostra discutiamus, et nemini maledicemus. Revereamur diem illum, in quo nos ipse illuminavit. Si quis patrem habeat mille malis obnoxium, omnia tegit. *Ne glorieris, inquit, in ignominia patris tui: neque enim tibi tam gloria est, quam probrum (Eccli. 3. 12)*. Etiam si enim illi prudentia deficiat, veniam habe. Si de corporalibus patribus hæc dicenda sunt, multo magis de spiritualibus. Reverere, quia quotidie tibi ministrat. Scripturas legi curat, propter te domum ornat, propter te vigilat, propter te precatur, pro te stat Deo supplicans, pro te totus ejus cultus est. Hæc reverere, hæc cogita, cum omni pietate accede. Dic mihi, improbus est? Et quid hoc? num enim qui non improbus est tibi magna bona largitur? Minime: nam secundum fidem tuam totum efficitur. Neque justus tibi proderit, si tu fidelis non sis; neque improbus nocebit, si sis fidelis. Per vacas in arca operatus est Deus, quando voluit populum salvum facere. Num sacerdotis vita, num virtus ejus tale quid efficit? Non talia sunt ea quæ Deus elargitur, ut a sacerdotali virtute perficiantur: totum ex gratia est; hujus autem tantum est os aperire, totum vero Deus operatur; symbolum hic solum implet. Cogita quantum sit intervallum inter Joannem et Jesum: audi enim Joannem dicentem: *Ego opus habeo a te baptizari (Matth. 3. 14)*; et, *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti (Joan. 1. 26)*. Attamen, cum tantum interesset discriminis, Spiritus descendit, quem non habebat Joannes. *Ex plenitudine enim ejus, inquit, nos omnes accepimus (Ibid. v. 16)*. Attamen priusquam baptizaretur non descendit; nec Joannes ut descenderet effecit. Cur ergo sic res peragitur? Ut discas sacerdotem implere symbolum. Nullus homo tantum distat ab alio homine quantum Joannes a Jesu; attamen Spiritus in ipsum descendit, ut discas Deum omnia perficere et operari.

*Dignitas sacrificii eucharistici non ab homine offerente pendet. Christus vere in Eucharistia est.* — Volo quid plane stupendum adjicere; sed ne miremini, neque turbemini. Quid hoc est? Oblatio eadem est, quisquis offerat, sive Paulus, sive Petrus; eadem est, quam Christus dedit discipulis, et quam nunc sacerdotes faciunt: hæc illa nihil minor est, quia non homines hanc sanctificant, sed is ipse qui illam sanctificavit. Sicut enim verba, quæ Deus loquutus est, eadem sunt quæ nunc sacerdos dicit: sic oblatio eadem ipsa est, ut et baptisma quod dedit. Sic totum fidei est. Insillit statim Spiritus in Cornelium, quia prius ille quæ sua erant fecerat, et fidem contulerat. Et hoc igitur corpus Christi est, et illud: qui vero putat hoc minus ille esse, is nescit Christum etiam nunc adesse et operari. Hæc itaque cum sciamus; non enim frustra hæc omnia a nobis dicta sunt, sed ut mentem vestram corrigamus, cautioresque vos in posterum agamus; dictorum custodiæ advigilemus. Quod si semper audientes, numquam perficiamus, nihil ex dictis emolu-

τὸν Χριστὸν ἔχοντι λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ. Μὴ κρίνωμεν τὰ ἀλλήλων, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος· ἐξέτασον σοῦ τὸν βίον. Ἄλλ' ἐκεῖνος ὀφείλει μου βελτίων εἶναι, φησί. Διὰ τί; Ὅτι ἱερεὺς ἐστί. Καὶ τί σου πλεονοῦς ἔχει; οὐχὶ τοὺς μόχθους; οὐχὶ τὴν ταλαιπωρίαν; Ταῦτα τοῖνυν ἔχων πῶς οὐ βελτίων ἐστί σου; Εἰ δὲ οὐκ ἐστί βελτίων, ἄρα ὀφείλεις, εἰπέ μοι, σὺ σαυτὸν ἀπολλύου; Ἄπονοίας [670] ταῦτα τὰ ῥήματα. Πόθεν γάρ, ὅτι οὐκ ἐστί σου βελτίων; Ἐὰν κλέπτη, φησί, καὶ ἱεροσυλῆ. Πόθεν οἶδας, ἀνθρώπε; τί κατὰ κρημνῶν θείας σαυτὸν; Καὶ εὖ μὲν, ἀν εἶπη τις, ὅτι ὁ δεῖνα πορψύραν ἔχει, κἂν εἰδῶς ἦς, ἀποφράτεις τὰ ὤτα, κἂν ἐλέγξαι δυνάμενος ἦς, ἀποπηδᾷς εὐθέως καὶ προσποιῆ μὴ εἰδέναι, περιττὸν κίνδυνον μὴ θέλων ἀναδέξασθαι· ἐνταῦθα ἐὼ οὐ μόνον οὐκ ἀποπηδᾷς, ἀλλὰ καὶ ἀναδέχη περιττὸν κίνδυνον. Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἐστὶν ἀνεύθυνα· ἄκουε γάρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, *Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργόν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, εὐσσοῦσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως*. Ὡς δὲ, οἷε τινὸς βελτίων εἶναι, καὶ οὐ στενάτεις, οὐδὲ κόπτεις τὸ στήθος, οὐδὲ κάτω κύπτεις, οὐδὲ μιμῆ τὸν τελώνην; Οὐκοῦν ἀπόλεσας σαυτὸν, κἂν βελτίων ἦς. Βελτίων εἶ; σίγα, ἵνα μένης βελτίων· ἀν δὲ εἶπης, ἐκένωσας τὸ πᾶν. Ἄν νομίσης, οὐχὶ· ἀν μὴ νομίσης, πολὺ προσέθηκας. Εἰ γάρ ὃ ὢν ἁμαρτωλὸς, ἐπειδὴ ὠμολόγησε, κατήχηθε δεικναιμῶνος, ὃ μὴ ὢν σφόδρα ἁμαρτωλὸς, καὶ οὕτω πεπεισμένος, τί οὐ κερδαίνει; Ἐξέτασον σου τὸν βίον. Οὐ κλέπτεις; ἀλλ' ἀρπάτεις, ἀλλὰ βιάτεις, ἀλλὰ μυρία ἕτερα τοιαῦτα ποιεῖς. Οὐκ ἐπαινῶν λέγω τὴν κλοπὴν, ἀπαγε, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἔακρύων, εἰ τις ἄρα ἐστὶ τοιοῦτος· οὐ γὰρ πειθόμαι. Ὅσον γὰρ ἡ ἱεροσυλία κακὴν, οὐδὲ ἐστὶν εἰπεῖν· ἀλλ' ὑμῶν φεῖδομαι· οὐ γὰρ βούλομαι τὴν ἀρετὴν τὴν ἡμετέραν κενώσασθαι· οὐ κατηγορεῖν ἐτέρον. Τί τοῦ τελῶνου χειρὸν, εἰπέ μοι; Ἀληθὲς ἦν, ὅτι καὶ τελῶνης ἦν, καὶ μυρίων ἔνοχος κακῶν· καὶ μόνον ἵνα εἶπη ὁ Φαρισαῖος, ὅτι οὐκ εἶμι ὡς οὗτος ὁ τελῶνης, πάντα ἀπόλεσε· σὺ περὶ τοῦ ἱερέως λέγεις, ὅτι Οὐκ εἶμι ὡς οὗτος ἱεροσυλος, καὶ οὐ πάντα κενός; Ταῦτα λέγειν ἀναγκάζομαι καὶ ἐπεσιέναι τούτῳ τῷ λόγῳ, οὐκ ἐπειδὴ ἐκεῖνον μοι μέλει τοσοῦτον, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ ὑμῶν δέδοικα, μὴ κενώσητε ὑμῶν τὴν ἀρετὴν διὰ τῆς καυχήσεως ταύτης, διὰ τῆς κατακρίσεως. Ἄκουε γάρ τοῦ Παύλου παραινούντος καὶ λέγοντος· *Τὸ δὲ ἔργον ἐκνέτω δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἔξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον*.

δ. Εἰπέ μοι, ἀν εἰς ἱατροῖον ἔλθῃς τραῦμα ἔχων, μὴ ἀφεις φάρμακον ἐπιθεῖναι καὶ θεραπεῦσαι τὸ ἔλκος, περιεργάζῃ τὸν ἱατρὸν, εἶτε ἔλκος ἔχει, εἶτε οὐκ ἔχει; κἂν ἔχη δὲ, φροντίζεις; ἢ ἐπειδὴ ἔχει ἐκεῖνος, τὸ σαυτοῦ οὐ θεραπεύεις, καὶ λέγεις, Ἐχρῆν αὐτὸν ὑγιαίνειν ἱατρὸν θνητὸν· ἐπειδὴ οὐκ ὑγιαίνει ἱατρὸς ὢν, ἀφίτημι κάγω τὸ ἔλκος τὸ ἐμὸν ἀνίατον; μὴ γάρ, ἀν ὁ ἱερεὺς ἦ κακός, παραμυθία ἐστὶ τῷ ἀρχομένῳ; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ δώσει μὲν ἐκεῖνος δίκην τὴν ὠρισμένην· δώσεις δὲ καὶ σὺ τὴν ὀφειλομένην καὶ πρόπουσαν· καὶ γὰρ ὁ διδάσκαλος τάξιν<sup>β</sup> λοιπὸν πληροῖ μόνον. Ἔσσονται γάρ, φησί, *πάντες διδάκτοί Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ εἰπωσιν, Ἰνῶθι τὸν Κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν*. Τίνος οὖν ἕνεκεν, φησί, προκάθηται: τίνος οὖν ἕνεκεν; φ-

ἔστι, [671] *Μὴ λέγωμεν, παρακαλῶ, κακῶς τοὺς διδασκάλους, μηδὲ ἀκριβολογώμεθα περὶ τούτων, ἵνα μὴ κακῶς ἑαυτοὺς διαθώμεν· τὰ ἡμέτερα ἐξετάζωμεν, καὶ οὐδένα ἐροῦμεν κακῶς*. Αἰδέσθωμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἡμᾶς ἐφώτισεν. Ἄν πατέρα τις ἔχη, κἂν μυρία ἔχη δεῖνά, πάντα συσκιάζει. *Μὴ δοξάζου γὰρ, φησὶν, ἐν ἀτιμίᾳ πατρὸς σου· οὐ γὰρ ἐστὶ σοι δόξα ὡς δυνεὸς*. Κἂν ἀπολίπη σύνεσις, συγγνώμην ἔχει. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωματικῶν πατέρων, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πατέρων ταῦτα λεκτέον. Αἰδέσθητι ὅτι καθ' ἐκάστην ἡμέραν σοὶ διακονεῖται· ἀναγινώσκεισθαί ποιεῖ τὰς Γραφάς, διὰ σὲ τὸν οἶκον κοσμεῖ, διὰ σὲ ἀγρυπνεῖ, διὰ σὲ εὐχεται, ὑπὲρ σοῦ ἔστηκε τὸν Θεὸν παρακαλῶν, διὰ σὲ λιτὰς ποιεῖ, ὑπὲρ σοῦ πᾶσα αὐτῷ ἡ θρησκεία. Ταῦτα αἰδέσθητι, ταῦτα ἐννόησον, μετὰ πάσης εὐλαθείας πρόσθι. Εἰπέ μοι, φαῦλός ἐστι; Καὶ τί τοῦτο; ὁ γὰρ μὴ φαῦλος αὐτός σοι χαρίζεται τὰ μεγάλα ἀγαθὰ; Οὐδαμῶς· πρὸς τὴν πίστιν τὴν σὴν τὸ πᾶν ἐνεργεῖται. Οὕτε ὁ δίκαιος ὠφελήσεται τι, μὴ θνητός σου πιστοῦ, οὕτε ὁ φαῦλος βλάψει τι, θνητός σου πιστοῦ. Διὰ βοῶν ἐνήργησεν ὁ Θεός· ἐπὶ τῆς κηρωτῷ, ὅτε ἐβούλετο σῶσαι τὸν λαόν. Μὴ γὰρ ὁ βίος τοῦ ἱερέως, μὴ γὰρ ἡ ἀρετὴ τοσοῦτον τὸ συντελεῖ; Οὐκ ἐστὶ τοιαῦτα ἀχαρίζεται ὁ Θεός, ὡς ὑπὸ ἱερατικῆς ἀρετῆς ἀνύεσθαι· τὸ πᾶν τῆς χάριτός ἐστι· τοῦτου ἐστὶν ἀνοίξει μόνον τὸ στόμα, τὸ δὲ πᾶν ὁ Θεός ἐργάζεται· σύμβολον οὗτος πληροῖ μόνον. Ἐννόησον ὅσον ἐστὶ τὸ μέσον Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἰησοῦ· ἄκουε γὰρ Ἰωάννου λέγοντος· Ἐγὼ χρεῖαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ, *Οὐκ εἶμι ἱκανὸς λύσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος*. Ἄλλ' ὅμως καὶ τοσοῦτος θνητός τοῦ μέσου, καὶ Πνεῦμα κατηνέχθη, ὅπερ οὐκ εἶχεν Ἰωάννης. *Ἐκ γὰρ πληρώματος αὐτοῦ, φησὶν, ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν*. Ἄλλ' ὅμως πρὶν ἢ βαπτισθῆναι, οὐ κατηνέχθη· οὐ μὴν οὐδὲ Ἰωάννης ἐποίησεν αὐτὸ κατενεχθῆναι. Τί οὖν τοῦτο γίνεται; Ἴνα μάθῃς, ὅτι σύμβολον ὁ ἱερεὺς πληροῖ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀνθρώπου τοσοῦτον ἀφέντηκεν, ὅσον Ἰωάννης τοῦ Ἰησοῦ· ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτοῦ κατήχησε τὸ Πνεῦμα, ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ πᾶν ὁ Θεός ἐργάζεται, ὅτι τὸ πᾶν ὁ Θεός ποιεῖ.

Βούλομαι τι παράδοξον εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε μηδὲ θορυβηθῆτε. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ἡ προσφορὰ ἡ αὐτὴ ἐστὶ, κἂν ὁ τυχὼν προσενέγκῃ, κἂν Παῦλος, κἂν Πέτρος· ἡ αὐτὴ ἐστὶν, ἣν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε, καὶ ἣν νῦν οἱ ἱερεῖς ποιοῦσιν· οὐδὲν αὐτῆ ἐλάττων ἐκείνης, ὅτι καὶ ταύτην οὐκ ἄνθρωποι ἀγιάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ καὶ ἐκείνην ἀγιάσας. Ὡσπερ γάρ τὰ ῥήματα, ἅπερ ὁ Θεός ἐφθέγγετο, τὰ αὐτὰ ἐστὶν, ἅπερ ὁ ἱερεὺς καὶ νῦν λέγει· οὕτω καὶ ἡ προσφορὰ ἡ αὐτὴ ἐστὶ, καὶ τὸ βάπτισμα ὅπερ ἔδωκεν. Οὕτω τὸ πᾶν τῆς Πίστεως ἐστὶν. Ἐπειδὴ ἐπὶ ἕθερος εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐπὶ Κορνήλιον, ἐπειδὴ προλαβὼν τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο, καὶ τὴν πίστιν εἰσήνεγκε. Καὶ τοῦτο τοῖνυν σῶμά ἐστι, κάκεινο· ὁ δὲ νομίζων τοῦτο ἕλαττον ἐκείνου εἶναι, οὐκ [672] οἶδεν ὅτι ὁ Χριστὸς καὶ νῦν πάρεστι, καὶ νῦν ἐνεργεῖ. Ταῦτα τοῖνυν εἰδότες (οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς εἰρηται ἡμῖν ταῦτα πάντα, ἀλλ' ἵνα διορθώσωμεν ὑμῶν τὴν γνώμην, καὶ ἀσφαλεστέρου; εἰς τὸ ἐξῆς ἐργασώμεθα), πολλὴν τῶν εἰρημένων τὴν φυλακὴν ἐπιδείξασθε. Ἄν δὲ ἀεὶ μὲν ἀκούωμεν, πράττωμεν δὲ μηδέποτε, οὐδὲν

<sup>α</sup> Leg. ἐπειδὴ ἦ

<sup>β</sup> Τάξιν ἰδιώτου conjicit Hales.

ἤμιν ὄφελος ἔσται τῶν λεγομένων. Προσέχωμεν τοῦ-  
ν ἀκριβῶς, προσέχωμεν τοῖς λεχθεῖσι μετ' ἐπι-  
μελείας, ἀπογράψωμεν αὐτὰ ἐπὶ τῆς διανοίας τῆς

ἡμετέρας, ἔχωμεν αἰεὶ κεκολλημένα τῷ συνεδῶτι  
καὶ διηνεκῶς δόξαν ἀναπέμφωμεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ  
Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

### ΟΜΙΑΙΑ Γ'.

Ἰγούπωσιν ἔχει ὑπαινότων λόγων ὡν παρ'  
ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χρι-  
στῷ Ἰησοῦ· τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον  
διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.  
Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ  
ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ὡν ἔστι Φύγελος· καὶ Ἐρμογέ-  
της. Ἀφῆ ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ,  
ὅτι πολλὰκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἄλυσίν μου  
οὐκ ἐπσχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ  
σπουδαιότερον με ἐζήτησε, καὶ εὔρε. Ἀφῆ αὐτῷ  
ὁ Κύριος εὔρεϊν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ  
τῇ ἡμέρᾳ. Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διεκόνησε, βέλ-  
τιον σὺ γινώσκεις.

α'. Οὐ διὰ γραμμάτων μόνον τὰ πρακτέα ὑπετίθετο  
τῷ μαθητῇ, ἀλλ' ἤδη καὶ διὰ ῥημάτων. Καὶ τοῦτο  
πολλοῦ καὶ ἐν ἄλλοις ἐδήλωσε λέγων· Ἐπεὶ διὰ λό-  
γου, εἶπε δὲ ἐπιστολῆς, ὡς δὲ ἡμῶν· πολλῶν δὲ μάλ-  
λον καὶ ἐνταῦθα. Μὴ τοίνυν ἐλλιπῶς εἰρησθαι τὰ κατὰ  
τὴν διδασκαλίαν νομίσωμεν· πολλὰ γὰρ αὐτῷ καὶ  
ἀγράφως παρέδωκεν ἕπερ οὖν ἀναμιμνήσκων αὐτὸν,  
ἔλεγεν· Ἰγούπωσιν ἔχει ὑπαινότων λόγων ὡν  
παρ' ἐμοῦ ἤκουσας. Τί δὲ ἔστιν ὁ φησι; Καθάπερ  
ἐπὶ τῶν ζωγράφων ἐνετυπωσάμην, φησὶν, εἰκόνα σοι  
τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων ἀπάντων,  
ὥσπερ τινὰ κανόνα καὶ ἀρχέτυπον καὶ ὄρους κα-  
ταβαλῶν εἰς τὴν σὴν ψυχὴν. Ταῦτα οὖν ἔχει· κἰν  
περὶ πίστεως, κἰν περὶ ἀγάπης, κἰν περὶ σωφρο-  
νισμοῦ ὀφείτω βουλευσασθαι, ἐκεῖθεν λάμβανει τὰ  
παραδείγματα· οὐ δέησει σοι παρ' ἑτέρων εἰκόνα  
ζητεῖν, πάντων ἐκεῖ καταχειμένων. Τὴν καλὴν  
παραθήκην φύλαξον. Πῶς; Διὰ Πνεύματος ἁγίου  
τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρω-  
πίνης ψυχῆς οὐδὲ δυνάμεως, τοσαῦτα ἐμπιστευ-  
θέντα ἀρκέσαι πρὸς τὴν φυλακὴν. Διὰ τί; Ὅτι  
πολλοὶ οἱ λησταί, σκότος βαθύ· ὁ διάβολος ἐφ-  
έστηκεν ἐπὶ καὶ ἐφεδρεῖ· οὐκ οἶδαμεν ποῦ ὄρη, ποῦ  
καιρῷ ἐπιτίθεται. Πῶς οὖν ἀρκέσωμεν πρὸς τὴν φυ-  
λακὴν, φησὶ; Διὰ Πνεύματος ἁγίου, τουτέστιν, ἐὰν  
τὸ Πνεῦμα ἔχωμεν παρ' ἡμῖν· ἐὰν μὴ τὴν χάριν  
[673] φυγαδεύσωμεν, παρίσταται. Ἐδὴν γὰρ μὴ Κύριος  
οἶκον οἰκοδομήσῃ, εἰς μάτην ἐκοκλάσιν οἱ οἰκο-  
δομοῦντες· ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μά-  
την ἠγγρύνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν. Τοῦτο  
τεῖχος ἡμῖν, τοῦτο φρούριον, τοῦτο καταφυγή. Εἰ  
τοῖνυν ἐνοικεῖ, καὶ αὐτὸ φυλάσσει, τίς χρεῖα παραγ-  
γελίας; Ἴνα αὐτὸ, φησὶ, κατέχωμεν, ἵνα αὐτὸ φυ-  
λάσσωμεν, καὶ μὴ διώκωμεν διὰ τῶν φαύλων πράξεων.  
Εἶτα ἐξηγεῖται τοὺς πειρασμούς, οὐχὶ καταβαλεῖν  
τὸν μαθητὴν βουλόμενος, ἀλλὰ διαναστῆσαι, ἵνα εἴ  
ποτε καὶ αὐτὸς περιπέσοι τούτοις, μὴ ξενοπαθῇ,  
πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀφορῶν καὶ μεμνημένος πάντων  
τῶν συμβάντων αὐτῷ. Τί οὖν φησιν; Ἐπειδὴ εἰκὸς  
ἦν αὐτὸν συλληφθέντα ἐγκαταλιφθῆναι, καὶ μηδε-  
μιδὲ ἀπολαῦσαι φιλανθρωπίας, μηδὲ ῥοπῆς, μηδὲ  
βοηθείας, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν πιστῶν καὶ φίλων  
τροπιδόσθαι, ἄκουε τί φησιν· Οἶδας τοῦτο, ὅτι  
ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Εἰκός

ἦν ἐν Ῥώμῃ εἶναι πολλοὺς τότε ἀπὸ τῶν Ἀσίας με-  
ρῶν· ἀλλ' οὐδεὶς μοι παρέστη, φησὶν, οὐδεὶς με  
ἐγνώρισε, πάντες ἀπηλλοτριώθησαν. Καὶ ὄρα τὴν  
φιλόσοφον αὐτοῦ ψυχὴν. Εἶπε τὸ γενόμενον μόνον,  
οὐχὶ κατηράσατο αὐτοῖς· ἀλλὰ τὸν μὲν πράξαντα  
τοῦτο καὶ ἐπήνεσε, καὶ ἐπέυχεται τούτῳ μυρία  
ἀγαθὰ, ἐκεῖνοις δὲ οὐ κατηράσατο, ἀλλὰ τί φησιν;  
Ὅν ἔστι Φύγελος καὶ Ἐρμογέτης. Ἀφῆ ἔλεος ὁ  
Κύριος, φησὶ, τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλὰκις  
με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἄλυσίν μου οὐκ ἐπσχύνθη,  
ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαιότερον ἐζήτησέ  
με, καὶ εὔρε. Θέα πῶς πανταχοῦ τὴν αἰσχύνην λέγει,  
οὐ τὸν κίνδυνον, ὥστε μὴ φοβηθῆναι τὸν Τιμόθεον,  
καίτοι κινδύνων τὸ πρᾶγμα ἔγεμε· προσέκρουσε γὰρ  
τότε τῷ Νέρω, τινὰ τῶν ἀνακειμένων αὐτῷ οἰκειω-  
σάμενος. Ἄλλα γενόμενος, φησὶν, ἐν Ῥώμῃ οὐ μόνον  
οὐκ ἐφυγέ μου τὴν συντυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπεζήτησέ  
με, καὶ εὔρε. Ἀφῆ αὐτῷ ὁ Κύριος εὔρεϊν ἔλεος παρὰ  
Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ  
διεκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. Τοιοῦτους εἶναι  
χρὴ τοὺς πιστοὺς, μήτε φόβῳ, μήτε ἀπειλῇ, μήτε  
αἰσχύνῃ κωλύεσθαι, ἀλλὰ συμπράττειν ἀλλήλοις,  
καθάπερ ἔν ἐν πολέμῳ παρστανάει καὶ βοηθεῖν. Οὐ  
γὰρ τοῖς κινδυνεύουσι τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτοῖς χαρίζον-  
ται, κοινωνοὺς ἑαυτοῦ ποιοῦντες διὰ τῶν εἰς ἐκεῖνους  
γεγεννημένων τῶν ἐκεῖνοις ὀφειλομένων στεφάνων.  
Οἶον, ἐν θλίψει καθέστηκέ τις τῶν ἀνακειμένων Θεῷ,  
πολλὰ πάσχων δεῖναι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτε-  
ρίας ἀθλῶν· σὺ οὐδέπω πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦτον εἰλ-  
κύσθης· ἐξεστὶ σοι, εἰ βουληθείης, καὶ μὴ ἐμδάντι  
εἰς τὸ στάδιον, μεριστῇ γενέσθαι τῶν ἀποκειμένων  
αὐτῷ στεφάνων, παρόντι, ἀλείφοντι, προτρέποντι,  
διεγείροντι. Καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄκουσον τί  
φησὶν ἐτέρωθι γράφων· Πλὴν κωλύως ἐποιήσατε  
συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει· καὶ πάλιν· Ὅτε  
καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἄπαξ καὶ δις εἰς τὴν  
χρεῖαν μου ἐπέμφσατε. Καὶ πῶς οἱ ἀπόντες τῷ μὴ  
παρόντι ἐκοινωνήσαν τῆς θλίψεως; Πῶς; Ὅτι ἐπέμ-  
ψατέ μοι, φησὶ, τὰ εἰς τὴν χρεῖαν καὶ ἄπαξ καὶ  
δις. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ Ἐπαφροδίτου λέγων φησὶν·  
Ὅτι ἤγγισε [674] μέχρι θανάτου παραβουλευσά-  
μενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὕμῶν ὀστέ-  
ρημα τῆς πρὸς με λειτουργίας. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ  
τῶν βασιλέων οὐχ οἱ πολεμοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ  
οἱ τὰ σκευὴ φυλάσσοντες τιμῆς μετέχουσι, καὶ οὐχ  
ἄπλως, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰσων πολλὰκις ἐπέτυχον δώρων,  
καίτοι γε οὐδὲ τὰς χεῖρας αἰμάξαντες, οὐδὲ τὰ δπλα  
θέμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ὄλιως τὴν παράταξιν θεασάμενοι  
τῶν πολεμίων· πολλῶν μάλλον ἐπὶ τούτων τῶν θλί-  
ψεων. Ὁ γὰρ βοηθῶν τῷ ἀθλητῇ λιμῷ τηκομένῳ, ὁ  
παρῶν, ὁ λόγιος παρακαλῶν, ὁ τὴν ἄλλην θρασείαν  
ἔπασαν παρελθών, τὸ ἴσον ἔχει τῷ ἀθλούντι.

β'. Μὴ γὰρ μοι Παῦλον ἐνοήσῃς τὸν ἀθλητὴν, τὸν  
ἀμαχον καὶ ἀκαταγώνιστον, ἀλλὰ ἄλλον τινὰ τῶν  
πολλῶν, ὃς εἰ μὴ ἔτυχε πολλῆς παραμυθίας, πολλῆς  
παρακλήσεως, οὐκ ἂν ἴσως ἔστη, οὐκ ἂν ἠγωνίσαστο.  
Ἵστε οἱ ἔξω τῶν ἀνώγων τῷ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμθε-

<sup>a</sup> Sic Savil. et Commel. Legebatur ΦΩητος. Edit.

<sup>b</sup> Legere καὶ καθάπερ manult Dunscus.

menti percipiemus. Attendamus ergo diligenter, quæ dicta sunt perpendamus, ea describamus in mente nostra, in conscientia nostra insculpta teneamus, et

jugiter gloriam referamus Patri et Filio et Spiritui sancto.

### HOMILIA III.

CAP. I. V. 15. *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et caritate quæ est in Christo Jesu: 14. bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. 15. Scis hoc quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus et Hermogenes. 16. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit; 17. sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsit, et invenit. 18. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.*

1. Non per literas solum discipulo, quæ agenda erant suggererat, sed etiam verbis, quod plurimis aliis etiam in locis ostendit dicens, *Sive per verbum, sive per epistolam, quasi per nos missam (2. Thess. 2. 15)*. Id vero multo magis hic facite. Ne ergo putemus aliquid in doctrina tradita deficere: multa enim illi absque scripto tradidit: quæ nunc in memoriam revocans dicit: *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti*. Quid autem vult significare? Pictorum more, inquit, imaginem tibi virtutis impressi et eorum omnium quæ Deo grata sunt, velut normam et archetypum et definitionem animæ tuæ indidi. Hæc igitur teneto; sive de fide, sive de caritate, sive de castitate consulere oporteat, hinc exemplaria accipe: non opus habebis apud alios imaginem quærere, cum omnia ibi sint reposita. *Bonum depositum custodi*. Quomodo? *Per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis*. Non est enim humanæ animæ humanæque virtutis, tot deposita digne servare. Quare? Quia multi sunt latrones, profundæ tenebræ: diabolus instat adhuc et insidiatur: nescimus quo tempore, vel qua hora invadet. Quomodo igitur, inquires, ad custodiam sufficimus? *Per Spiritum sanctum; id est, si Spiritum in nobis habeamus; si gratiam non repellamus, aderit. Nam Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam: nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam (Psal. 126. 1)*. Hic murus nobis est, hoc præsidium, hoc refugium. Si ergo inhabitat et custodit, quid opus est præcepto? *Ut ipsum retineamus, inquit, et custodiamus, nec per mala opera expellamus. Deinde tentationes recenset, non ut discipulum dejiciat, sed ut excitet, ut, si ipse in hæc incidat, non turbetur, ad magistrum se convertens et in memoriam revocans ea omnia quæ ipsi acciderunt. Quid ergo ait? Quia fieri poterat ut ipse captus desereretur, et nullius humanitate frueretur, nec gratia vel auxilio; sed etiam ut ab ipsis fidelibus et amicis proderetur, audi quid ait: Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt. Verisimile est tunc Romæ multos ex Asiæ partibus fuisse: sed, Nemo, inquit, adstitit mihi, nemo me novit, omnes alienati sunt. Et vide philosophum ejus animum. Dixit tantum quod factum fuerat, nec maledixit eis;*

sed eum qui sibi bene fecerat, et laudat et mille ipsi bona apprecatur; illis vero non maledixit, sed quid ait? *Ex quibus est Phygelus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeraverit, et catenam meam non erubuit; sed cum Romam venisset, sollicitè me quæsit, et invenit. Perpende quomodo ubique confusionem seu pudorem, nusquam periculum dicat, ut Timotheus non terreatur, etsi tunc periculo res plena erat: infensum enim tunc habebat Neronem, quod quemquam ex familiaribus ejus sibi atraxisset. Sed cum venisset Romam, inquit, non modo consortium meum non fugit, sed etiam me quæsit et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti. Tales esse fideles oportet, nec timore, nec iniis, nec pudore impediri, sed mutuo cooperari, et velut in bello ad stare et auxilium ferre. Neque enim tantum periclitantibus, quantum sibi prosunt, se socios reddentes per opem ipsis allatam etiam coronarum ipsi debitarum. Verbi gratia: in calamitate versatur aliquis qui se Deo addixit, multa patitur et cum magna tolerantia collectatur; tu vero nondum ad hoc certamen inductus fuisti: licet tibi, si velis, etsi in stadium ingressus non es, in partem venire coronarum, quæ repositæ sunt, si adsis, si inungas, si horteris, si excites. Et quod res ita se habeat, audi quid dicat ille alibi scribens: *Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ; et rursum: Cum Thessalonicam quoque et semel et bis in usum mihi misistis (Philipp. 4. 14. 16)*. Et quomodo qui non aderant absenti in pressuris communicarunt? Quomodo? *Quia misistis, inquit, mihi necessaria et semel et secundo; et rursum de Epaphrodito dicit, Quoniam appropinquavit usque ad mortem, non parcens animæ, ut suppleret defectui ministerii vestri erga me (Ibid. 2. 30)*. Ut enim apud reges non modo qui pugnant, sed etiam qui vasa custodiunt, honoris sunt participes, neque utcumque, sed etiam paria sæpe consequuntur dona, licet manus non cruentarint, neque arma ceperint, nec hostium aciem viderint; multo magis in his ærumnis. Nam qui athletam juvat fame attenuatum, qui adest, qui illum verbis hortatur, et ministeria alia omnia exhibet, certanti par præmium obtinet.*

2. Ne enim mihi Paulum cogites, athletam invictum et insuperabilem, sed alium quemvis ex multis, qui nisi multo solatio, multa adhortatione fultus fuisset, fortasse non stetisset neque pugnasset. Itaque ii qui extra certamen erant, ei qui in agone decertabat, victoriæ causa fuere, et coronarum quoque consortes fieri merentur. Et quid mirum si inter viventes quibus iisdem rebus participans, iisdem queis decertantes dignetur præmiis, quando etiam iis qui decesserunt, qui jacent, qui coronati sunt, qui nullo egent, etiam

post mortem licet esse participes : audi enim Paulum dicentem, *Memorii sanctorum communicantes*. Et quomodo, inquires, licet communicare? Quando illum admiraris; quando aliquid eorum exsequeris, pro quibus ille coronatus est, illius certaminum et coronarum consors es. *Det illi*, inquit, *Dominus invenire misericordiam a Domino in die illa*. Misertus est mei, inquit: habebit ergo retributionem in die illa tremenda et terribili, ubi multa misericordia egebimus. *Det illi*, inquit, *Dominus invenire misericordiam a Domino*. Duone sunt Domini? Nequaquam; sed unus nobis Dominus Christus Jesus, et unus Deus. Hic qui Marcionis morbo laborant, dictum illud usurpant. Sed discant hunc esse Scripturæ morem, et id sæpe in sacris Libris occurrere, ut cum dicit, *Dixit Dominus Domino meo*; et rursus, *Dixi Domino, Dominus meus es tu* (*Psal. 109. 1. et 15. 2.*); et alibi, *Pluit Dominus a Domino* (*Gen. 19. 24.*). Hoc autem personas declarat consubstantiales, non naturæ diversitatem: non enim hoc dicit, ut duas substantias inter se distinctas, sed ut duas personas ejusdem substantiæ intelligamus. Vide autem quomodo dicat, *Det illi Dominus*. Quid hoc? Non aliud quam misericordia. Quia enim ille misericordiam consequutus fuerat ab Onesiphoro, ut eandem ille a Deo consequatur postularet. Si autem Onesiphorus, qui sese periculis exposuerat, ex misericordia salvus sit; multo magis nos. Terribiles namque sunt illæ pœnæ, terribiles et multa clementia opus habentes, ut non audiamus dictum illud tremendum: *Discedite, nescio vos, qui operamini iniquitatem*; ut non audiamus rursus illud tremendum: *Discedite, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* (*Matth. 7. 23. et 25. 41.*); ut non audiant: *Chaos est inter nos et vos* (*Luc. 16. 26.*); ut non audiant illud horrore plenum: *Tollite illum, et injicite in tenebras exteriores*; ut non audiant illud multum incutiens timorem, *Serve nequam et piger* (*Matth. 22. 13. et 25. 26.*). Horrendum quippe et terribile est tribunal illud. Atqui Deus nitus est et mansuetus. Deus enim misericordiarum et Deus consolationis vocatur (*2. Cor. 1. 3.*), et ita bonus ut nemo alius par sit, benignus, clemens, multæ misericordiæ, nec vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Ezech. 18. 23.*). Unde ergo, unde fit ut dies illa tanto sit plena terrore? fluvius igneus ante thronum ejus trahitur, libri operum nostrorum aperti sunt, dies ille ut clibanus ardens est, angeli circumcurrunt, fornaces appositæ sunt multæ. Quomodo ergo clemens est? quomodo misericors? quomodo bonus? Tamenque sic ille hinc clemens erga homines esse monstratur et clementiæ ejus magnitudo ostenditur. Ideo namque tantum nobis incutit timorem, ut his compulsi ad regni desiderium excitemur. Vide autem mihi quomodo non utcumque de Onesiphoro testificetur, sed dicat, *Sæpe me refrigeravit*: quasi athletam quemdam æstu et labore fatigatum, recreavit, inquit, et roboravit. *Et quanta Ephesi mihi ministravit, tu melius nosti*. Non solum Ephesi, inquit, sed etiam hic. Talem enim oportet esse eum qui vigilans et concitatus est, non semel vel bis vel ter operari debet, sed per to-

tam vitam. Sicut enim corpus nostrum non semel nutritum, habet totius vitæ substantiam, sed quotidiano cibo opus habet: ita et in pietate quotidiano egemus bonorum operum auxilio. Multa enim nobis misericordia est opus: etenim propter peccata nostræ clemens Deus illa omnia facit, cum nihil horum opus habeat, sed pro nobis omnia facit. Ideo enim omnia nobis exposuit et enarravit; nec solum narravit, sed etiam per opera fidem fecit. Fide namque dignus erat etiam ex solis verbis; sed ne quis hyperboleu vel minas tantum illa esse verba putaret, per opera etiam certitudinem addit. Quomodo? Et privatim et publice pœnas inducens. Atque ut ex ipsis rebus ediscas, modo Pharaonem punivit, modo diluvium aquarum et universum illud exitium induxit, aliquando etiam ignis supplicium. Et nunc quoque videmus improbos multos puniri et pœnas luere: quæ exempla sunt gehennæ.

*Judicia Dei timenda.*—3. Ne dormiamus enim, nec desidia torpeamus, nec verborum obliviscamur, per opera nos admonet et excitat, hic ostendens judicia, tribunalia, pœnas. Quod si apud homines tanta est justitiæ cura, apud Deum qui has leges constituit, nullane erit horum ratio? et quomodo hæc credi possint? Nam et domi et in foro ubique tribunalia videre est. Domi namque herus quotidie justitiam in servos exercet, pœnasque peccantibus infert, alias culpas punit, alias condonat. In agris quoque villicus et uxor quotidie judicantur: in navi gubernator de vectoribus judicat, in exercitibus dux de militibus: et multa inveneris tribunalia; in artibus magister de discipulo. Privatim ergo et publice omnes alter de altero judicant; et nusquam juris rationem neglectam quis videat, sed ubique omnes rationes reddere. Ergone, cum hic justis perquisitio ubique fiat per urbes, per domos, et per singulos; illic, ubi justitia plena est dextera Dei, et justitia ejus sicut montes Dei, ibi nulla erit justitiæ ratio? Et quomodo Deus Judex justus, fortis et sapiens (*Psal. 7. 12.*), id suffert, nec pœnas exigit? Hic habes causam: patientis, inquit, est; diu expectat ad pœnitentiam te trahens: si autem perseveres, *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram* (*Rom. 2. 5.*). Si ergo justus est, secundum meritum reddit, nec eos qui male patiuntur inultos sinit: hoc est enim justis munus. Si potens est, etiam post mortem reddit, et in resurrectione: hoc enim fortis judicis est. Si autem patientis cum sit differt, ne turbemur, nec dicamus, Cur hic non ulciscitur? Nam si ita fieret, jam sublatus esset genus hominum, si quotidie de peccatis pœnas repeteret a nobis. Nulla enim est, nulla est dies peccatis vacua, sed vel majus vel minus delictum admittimus. Itaque ne ad vicesimum quidem annum perveniremus, nisi multa ejus esset patientia et bonitas, quæ multum nobis spatium dat ad pœnitentiam, ut delicta deponamus. Unusquisque igitur cum recta conscientia gesta sua recensens, et vitam suam totam in medium adducens, consideret a non mille sit pœnis et suppliciis dignus: et cum indignatus dicit, Cur ille mille scelera perpetrans non

δηκότες τῆς νίκης γεγονάσιν αἰτιοί, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ κειμένων στεφάνων γένοιτο ἂν μέτοχοι. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ τοῖς \* ἔτι ζῶσι κοινῶν τῶν αὐτῶν ἀξιούται τοῖς ἀγωνιζομένοις; ὡς περ οὖν καὶ τοῖς ἀπαλοῦσι, τοῖς ἤδη κειμένοις, τοῖς ἐστεφανωμένοις, τοῖς οὐδενὸς δοκομένοις ἔστι κοινῶν καὶ μετὰ θάνατον· ἄκουε γὰρ τοῦ Παύλου λέγοντος· *Ταῖς μνείαις ἁπάντων ἀγίων κοινωροῦντες*. Καὶ πῶς, φησὶν, ἔστι κοινῶν; Ὅταν θαυμάσης τὸν ἄνδρα, ὅταν ἐργάσῃ τι τούτων ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἐστεφανώθη, κεκοινώνηκας αὐτῷ τῶν ἁθλῶν καὶ τῶν στεφάνων δηλονότι. *Δύω αὐτῷ, φησὶν, ὁ Κύριος εὐρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*. Ἠλέησέ με, φησὶν· οὐκοῦν ἔξει τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ καὶ φρικτῇ, ἐνθα πολλοῦ ἔλεους χρεῖα ἡμῖν. Δύω αὐτῷ, φησὶν, ὁ Κύριος εὐρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου. Δύο Κύριοι; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡμῖν εἰς Κύριος Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ εἰς Θεός. Ἐνταῦθα οἱ τὰ Μαρκίως νοσοῦντες ἐπιπηδῶσι τῷ ἐπιεικῶς· ἀλλὰ μανθανέτωσαν, ὡς ἔθος τῇ Γραφῇ τοῦτο, καὶ παρακαλοῦ ἔστιν εὐρεῖν ταύτῃ τῇ συνθηκῇ τὴν Γραφὴν κεχρημένην, ὡς ὅταν λέγῃ· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου*· καὶ πάλιν, *Εἶπα τῷ Κυρίῳ, Κύριός μου εἰ σύ*· καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἐβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου*. Τοῦτο δὲ προσώπων ἔστι παραστατικὸν ὁμοουσίῳν, οὐ φύσεως διαιρετικὸν· οὐ γὰρ ἵνα δύο οὐσίας διαφερούσας ἀλλήλων, ἀλλ' ἵνα δύο πρόσωπα νοήσωμεν τῆς αὐτῆς ἑντα οὐσίας ἐκότερα, τοῦτο λέγει. Ὅρα δὲ πῶς καὶ εἶπε· *Δύω αὐτῷ Κύριος*. Τί τοῦτο; Οὐχ ἕτερον, ἀλλ' ἔλεος. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἐλέους ἔτυχε παρὰ Ὀνησιφόρου, τοῦτου τυχεῖν ἐπεύχεται καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ Ὀνησιφόρος ὁ κινδύνους παραβαλὼν ἑαυτὸν ἀπὸ ἐλέους σώζεται, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Φοβερά γὰρ αἰ εὐθύναι, φοβερά, καὶ πολλῆς δεόμεναι τῆς φιλανθρωπίας, ὥστε μὴ ἀκοῦσαι τὸ ῥῆμα τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο· *Υπάγετε, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*· ὥστε μὴ ἀκοῦσαι πάλιν ἐκεῖνο τὸ φοβερόν· *Ἀπέλθετε, οἱ καταραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*· [675] ὥστε μὴ ἀκοῦσαι, *Χάος ἐστὶ μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν*· ὥστε μὴ ἀκοῦσαι ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν γέμον, *Ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐμβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον*· ὥστε μὴ ἀκοῦσαι ἐκεῖνο τὸ πολλοῦ φόβου γέμον, *Ποιητέ δουλέ καὶ ὀκνηρό*. Φρικτὸν γὰρ σφόδρα τὸ διδασκῆριον ἐκεῖνο καὶ φοβερόν· καίτοι ὁ Θεὸς ἡμερὸς ἐστὶ, καίτοι προσηγῆς. Θεὸς γὰρ οἰκτιρῶν λέγεται, καὶ Θεὸς παρακλησεως, καὶ ἀγαθὸς ὡς οὐδεὶς ἀγαθός· καὶ χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ πολυέλεος, καὶ οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι<sup>c</sup> καὶ ζῆν αὐτόν. Πόθεν οὖν, πόθεν τοσαύτης ἀγωνίας ἡ ἡμέρα γέμει ἐκείνη; πυρὸς ἔλκεται ποταμὸς πρὸ προσώπου αὐτοῦ, βίβλοι τῶν πράξεων ἡμῶν ἀνοίγονται, αὕτη ἡ ἡμέρα ὡς κλίβανός ἐστι καιομένη, ἄγγελοι περιτρέουσι, καὶ κάμνιοι προτίθενται πολλαί. Πῶς οὖν φιλάνθρωπος; πῶς ἐλεήμων; πῶς ἀγαθός; Φιλάνθρωπος μὲν οὐκ αὐτῶν, καὶ ἐκ τούτων μάλιστα δεικνύεται αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσοῦτον ἡμῖν ἐπιστεῖται τὸν φόβον, ἵνα καὶ διὰ τούτων συνωθούμενοι πρὸς

τὸν τῆς βασιλείας πόθον ποτὲ διεγερθῶμεν. Θεὰ δὲ μοι, πῶς οὐχ ἀπλῶς τῷ Ὀνησιφόρῳ μαρτυρεῖ, ἀλλὰ φησὶ· *Πολλὰκις με ἀνέγνυξες*. Καθὰ περ ἀυλητὴν τινα ὑπὸ αὐχμοῦ πιεζόμενον, ὑπὸ τῶν θλίψεων, ἀνεκτήσατο, φησὶ, καὶ ἀνέβρωσε. *Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διεκόνησε, βέβλιον σὺ γινώσκεις*. Οὐ μόνον ἐν Ἐφέσῳ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα. Τοιοῦτον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν νήφοντα καὶ διεγερμένον, οὐχ ἄπαξ ἐργάζεσθαι οὐδὲ δευτέρον οὐδὲ τρίτον, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς ζωῆς. Ὅσπερ γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον οὐχ ἄπαξ τραφὲν ἔχει τῆς ὅλης ζωῆς τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ δεῖται καὶ τῆς καθημερινῆς τροφῆς· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς εὐσεβείας καθ' ἐκάστην ἡμέραν δεόμεθα τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων βοήθειας. Πολλοῦ γὰρ ἡμῖν ἔλεος χρεῖα· διὰ γὰρ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἐκεῖνα πάντα ποιεῖ, οὐδὲν μὲν αὐτῶν δεόμενος, πάντα δὲ ποιῶν δι' ἡμᾶς. Διὰ γὰρ τοῦτο πάντα ἡμῖν ἐξεῖπε καὶ διηγήσατο, καὶ οὐ διηγήσατο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων πιστοῦται. Ἀξιόπιστος μὲν γὰρ ἦν καὶ ἀπὸ ῥημάτων μόνον· ἀλλ' ἵνα μὴ τις ὑπερβολῆς, μηδὲ ἀπειλῆς μόνος εἶναι νομίση τὰ ῥήματα, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πληροφόρον προστίθῃσι. Πῶς; Καὶ ἴδρα καὶ κοινῆ τὰς τιμωρίας ἐπάγων. Καὶ ἵνα μάθῃς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ποτὲ μὲν τὸν Φαραῶ ἐκόλασε, ποτὲ δὲ κατακλυσμὸν τῶν ὑδάτων ἐπέγαγε καὶ τὴν πανωλεθρίαν ἐκείνην, ποτὲ δὲ τὸν τοῦ πυρός. Καὶ νῦν δὲ ὀρώμεν πολλοὺς κολαζομένους τῶν πονηρῶν, καὶ δίκην τινύοντας· ἅπερ ὑποδείγματα τῆς γεέννης ἐστίν.

γ'. Ἴνα γὰρ μὴ καθεύδωμεν, μηδὲ ῥάθυμῶμεν, μηδὲ ἐπιλανθανόμεθα τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν ἔργων ἡμᾶς ὑπομιμνήσκει καὶ διεγείρει, ἐνταῦθα δεῖκνυς κριτήρια, δικαστήρια, εὐθύναι. Εἶτα παρὰ ἀνθρώπου; μὲν τοσαύτη τοῦ δικαίου ἐπιμέλεια, παρὰ δὲ Θεῷ τῶν καὶ ταῦτα νομοθετήσαντι οὐδεὶς τούτων λόγος; καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα πίστιν; Καὶ γὰρ καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν [676] ἀγορᾷ καὶ πανταχοῦ δικαστήρια ἐστὶν ἰδεῖν. Ἐν οἰκίᾳ μὲν γὰρ ὁ δεσπότης δούλοις δικάζει καθ' ἐκάστην ἡμέραν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦς ἀπαιτεῖ εὐθύναι, καὶ τὰ μὲν κολάζει, τὰ δὲ ἀφήσκει. Ἐν ἀγοραῖς πάλιν ὁ γεωργὸς καὶ ἡ γυνὴ δικάζεται καθ' ἐκάστην ἡμέραν· ἐν πλοίοις ὁ κυβερνήτης δικάζει, ἐν στρατοπέδοις ὁ στρατηγὸς τοὺς στρατιώτας· καὶ πολλὰ ἂν τις εὔροι δικαστήρια· ἐν τέχναις ὁ διδάσκαλος τῷ μαθητῇ<sup>d</sup>. Καὶ ἴδρα τοῖνον καὶ κοινῆ πάντες ἀλλήλοις δικάζουσι, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ δικαίου τὸν λόγον παραμελούμενον ἴδοι τις ἂν, ἀλλὰ πάντας εὐθύναι διδόντας πανταχοῦ. Εἶτα ἐνταῦθα μὲν οὕτω δέσπαρται καὶ κατὰ πόλιν καὶ κατὰ οἰκίας, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἡ τοῦ δικαίου ζήτησις, ἐκεῖ δὲ, ἐνθα δικαιοσύνη πλήρης ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ὡς ἡρῆ Θεοῦ, ἐκεῖ οὐδεὶς τοῦ δικαίου λόγος; Καὶ πῶς ὁ Θεὸς ὁ κριτὴς καὶ δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακροθύμος ἀνέχεται, καὶ οὐκ ἀπαιτεῖ τὰς τιμωρίας; Ἐνταῦθα ἔχεις τὴν αἰτίαν· μακροθύμος, φησὶν, ἐστὶ, μακροθύμος ἐπὶ δὲ εἰς μετάνοιάν σε ἔλκων· ἂν δὲ ἐπιμένῃς, *Κατὰ τὴν σκληροσχηθεῖσιν σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις οὐκ ἐπιεικῶς*. Εἰ δίκαιος τοῖνον ἐστὶ, τὸ κατ' ἀξίαν ἀποδίδωσι, καὶ οὐ περιορᾷ ἀτιμωρητὴ τοὺς πάσχοντας κακῶς· τοῦτο γὰρ δίκαιον. Εἰ ἰσχυρὸς, καὶ μετὰ

\* Legendum ei ἐντοῖς.

b Legendum ταῖς χρεῖαις ex Rom. xii, 13, monet Dumeus.

c Sic Commel. recte. Montf. cum Savil. ἐπιτρέψαι. EBIT.

d Lege, ordine mulato, ἐν τέχναις ὁ διδ. τῷ μαθητῇ καὶ πολλὰ κ. τ. λ.

θάνατον ἀποδίδωσι, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει· τοῦτο γὰρ Ἰσχυροῦ. Εἰ δὲ μακροθύμος ὢν ἀνέχεται, μὴ θορυβηθῶμεν, μὴδὲ λῆγωμεν, διὰ τὸ ἐνταῦθα οὐκ ἐπεξέρχεται; Εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο, προσηύχαστο ἂν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπῆτει δίκας ἡμᾶς τῶν πεπλημμελημένων. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἡμέρα ἀμαρτημάτων καθαρὰ, ἀλλ' ἢ μέγα, ἢ μικρὸν τι προσκρούομεν. Ὡστε οὐδ' ἂν ἐφθάσαμεν οὐδὲ εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἕκαστος ἔλθειν, εἰ μὴ πολλὴ αὐτοῦ ἦν ἡ μακροθυμία καὶ ἡ ἀγαθότης, πολλὴν ἡμῖν παρέχουσα τὴν προθεσίαν τῆς μετανοίας, ὥστε ἀποδύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Ἐκαστος τοίνυν μετὰ συναίδεος ὀρθοῦ εἰσὼν εἰς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ πάντα εἰς μέσον ἀγάγων, ἐπισκοπεῖτω, εἰ μὴ μυρίων τιμωριῶν ἄξιος καὶ κολάσεών ἐστι· καὶ ὅταν ἀγανακτῇ, διὰ τί μὴ ὁ δεῖνα μυρία πρᾶττων φαῦλα, δίκην δίδωσιν, ἐννοεῖτω τὰ ἑαυτοῦ, καὶ παύσει τὴν ἀγανάκτησιν. Ἐκεῖνα γὰρ μεγάλα φαίνονται, ἐπειδὴ ἐπὶ μεγάλοις γίνεται καὶ φανεροῦς· εἰ δὲ τὰ ἑαυτοῦ ἐξετάσειεν, ἴσως εὐρήσει πλείονα. Τὸ γὰρ ἀρπάζειν καὶ πλεονεκτηεῖν ὁμοίον ἐστίν, ἂν τε ἔπ' χρυσοῦ, ἂν τε ἐπὶ ἀργυρίου γένηται· ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς διανοίας ἀμφοτέρω τίκτεται, καὶ ὁ τὸ μικρὸν ὑφελόμενος οὐ παραιτήσεται καὶ μέγα ὑφελέσθαι· εἰ δὲ μὴ πάρεστιν, οὐ παρ' ἐκείνου τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος συντυχίαν. Ὁ τὸν πενέστερον ἀδικῶν πένης, οὐκ ἂν, εἴ γε ἐδύνατο, καὶ τὸν πλουτοῦντα παρῆιδεν, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας, οὐ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα γίνεται λοιπόν. Ὁ δεῖνα ἄρχει, φησὶ, καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων ἀρπάζει. Σὺ δὲ οὐχ ἀρπάξεις; εἰπέ μοι. Μὴ γὰρ μοι εἴπης, ὅτι χρυσοῦ μὲν τάλαντα ἐκείνος, σὺ δὲ ὀβολοὺς δέκα· ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ οἱ μὲν ἔβαλον χρυσοῦ, ἡ δὲ δύο λεπτά, καὶ οὐδὲν ἐλαττον ἤνεγκεν ἐκείνων. Διὰ τί, ἢ γὰρ προαίρεσις κρίνεται, [677] καὶ οὐχ ἡ δόσις. Εἶτα ἐπὶ μὲν τῆς ἐλεημοσύνης ἀξίους οὕτω δικάζειν τὸν Θεόν, καὶ μὴδὲν ἐλαττον διὰ τὴν πενίαν ἀποφῆρσαι, εἰ δύο λεπτὰ καταβάλοις, τῶν μυρία τάλαντα καταθεμένων χρυσοῦ, ἐπὶ δὲ τῆς πλεονεξίας οὐχ οὕτω; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; Ὡσπερ ἐκείνη δύο λεπτά καταβαλοῦσα, ἀπὸ τῆς προαιρέσεως οὐδὲν

ἐλαττον ἤνεγκεν, οὕτω καὶ σὺ δύο λεπτά ὑφελόμενος, οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων δάκνειςαι, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, μᾶλλον αὐτῶν πλεονεκτεῖς. Ὡσπερ γὰρ κἂν τὴν τοῦ βασιλέως τις μοιχεύσῃ γυναῖκα, κἂν τὴν τοῦ πένητος, κἂν τὴν τοῦ δούλου, ὁμοίως ἐστὶ μοιχός, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τοῦ ἀμαρτήματος; κρινομένου, ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς τοῦ τολμήσαντος προαιρέσεως· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ μᾶλλον ἐγὼ μοιχὸν ἂν εἰποιμι τὸν εἰς τὴν τυχοῦσαν μοιχευόμενον, ἢ τὸν εἰς τὴν βασιλίδα αὐτὴν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὥρα καὶ πολλὰ ἔτερα ἦν τὰ ἐπισπώμενα, ἐνταῦθα δὲ οὐδέν· ὥστε μᾶλλον οὕτος ἂν εἴη μοιχός. Πάλιν, μέθυσον ἐκείνον ἂν εἰποιμι μᾶλλον τὸν τῷ φαύλῳ οἴνῳ προσκεχρημένον· οὕτω καὶ πλεονεκτῆν τὸν μὴδὲ τῶν μικρῶν καταφρονούντα. Ὁ μὲν γὰρ τὰ πολλὰ ἀρπάζων τῶν μικρῶν ἴσως καταφρονήσειεν ἂν· ὁ δὲ τὰ μικρὰ ὑφελόμενος, τῶν μεγάλων οὐδαμῶς· ὥστε μᾶλλον οὕτος κλέπτης ἐστίν. Ὁ γὰρ μὴ καταφρονῶν ἀργυρίου, πῶς ἂν χρυσοῦ καταφρονήσειεν; Ὡστε οὕτως τὸν ἀρχόντων κατηγοροῦμεν, τὸ ἡμέτερα δὲ τὰν ἀναλογισώμεθα, καὶ εὐρήσομεν μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ κλέπτοντας καὶ πλεονεκτοῦντας πλείον ἐκείνων, εἰ μὴ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει ταῦτα κρίνομεν, ὥσπερ οὖν καὶ κρίνειν δίκαιον. Εἰπέ γὰρ μοι, εἴ τις προσερχεῖται τὰ τοῦ πένητος λαβίων, ἕτερος δὲ τὰ τοῦ πλουσίου, οὐχ ὁμοίαν ἀμφοτέρω τίττοισι δίκην; Τί δέ; ὁ φονεὺς οὐχ ὁμοίως ἐστὶ φονεὺς, ἂν τε ἀνάπηρον καὶ πένητα, ἂν τε πλούσιον καὶ καλὸν ἀποκτείνῃ; Ὅταν οὖν εἴπωμεν ὅτι ὁ δεῖνα τοῦ δεινός τὸ χωρίον ἤρπασεν, ἐννοήσωμεν τὰ ἑαυτοῦ, καὶ οὕτως οὐτε τοὺς ἄλλους κατακρινόμεν, καὶ τὸν Θεὸν θαυμασώμεθα τῆς μακροθυμίας, καὶ οὐχ ἀγανακτήσομεν, ὅτι ἡ κρίσις οὐκ ἔρχεται ἐπ' αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ ὀκνηρότεροι ἐσόμεθα πρὸς τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τοῖς αὐτοῖς ὑπευθύνους ὄντας καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς, οὐκέτι ὁμοίως δυσχερανοῦμεν, ἀλλ' ἀποστηζόμεθα τῶν ἀμαρτημάτων, καὶ ἐπιτευξόμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ μετὰ Πατρὸς καὶ ἁγίου Πνεύματος δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### [678] ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἕσονται καὶ ἑτέρους διδάξου. Σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατιωτολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐν τῷ δὲ καὶ ἀθλήσις, οὐ στεφάνουται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Νόσι δὲ λέγω· δῶψ γὰρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πάσι.

α'. Φέρει μὲν ἐν θαλάσῃ πολὺ τὸ θάρσος τῷ μαθητῇ τὸ τὸν διδάσκαλον ἐν ναυαγίῳ γενέσθαι καὶ διασωθῆναι· οὐ γὰρ ἠγῆσεται λοιπὸν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀμαθίας συμπίπτειν τοὺς χειμῶνας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως· τοῦτο δὲ εἰς ψυχαγωγίαν οὐ μικρὸν. Φέρει δὲ καὶ ἐν πολέμοις τῷ ταξιάρχῃ προτροπὴν τὸ τὸν στρατηγὸν τρωθέντα ὄρᾶν, καὶ ἀνενεγκόντα πάλιν. Οὕτω δὴ καὶ τοῖς πιστοῖς φέρει τινὰ παραμυθίαν τὸ τὸν Ἀπόστολον πολλὰ παθεῖν

δεινὰ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τούτων καταμαλακισθῆναι· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τὰ αὐτοῦ πάθη διηγείτο. Ὁ γὰρ Τιμόθεος ἀκούων, ὅτι ὁ τοσαῦτα δυνάμενος καὶ πίστης τῆς οἰκουμένης κρατήσας, ἐν δεσμοῖς ἐστὶ καὶ ἐν θλίψεσι, καὶ οὐκ ἀσχάλλει οὐδὲ δυσχεραίνει ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐγκαταλειφθεῖς, εἰ καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ ἔπαθεν, οὐκ ἂν ἠγῆσαστο ἀνθρωπίνης τὸ πρᾶγμα εἶναι ἀσθενείας, οὐδὲ διὰ τὸ μαθητῆς εἶναι καὶ ἐλάττων τοῦ Παύλου, ὅπου γε καὶ ὀδιδάσκαλος ταῦτα ἔπαθεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ταῦτα πάντα συμβεβηκέναι. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα εἰργάσατο, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα διηγείται, ἵνα αὐτὸν βίωσῃ καὶ ἀνακτήσῃται. Ὅτι γοῦν τούτου ἕνεκεν τοῦτο ἐποίησε, διηγησάμενος αὐτοῦ τὰς θλίψεις καὶ τοὺς πειρασμούς, ἐπήγαγε· Σὺ οὖν τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τί λέγεις; κατέσεισας ἡμᾶς τῷ φόβῳ, εἶπες ὅτι δέδεσας, ὅτι ἐν θλίψει εἶ, ὅτι πάντες σε ἀπεστράφησαν· καὶ ὥσπερ εἰρηκώς, ὅτι οὐδὲν πέπονθας δεινόν, οὐδὲ ὑπὸ τινῶν ἐγκατελείφθης, οὕτως



dat pœnas? sua cogitet, et indignatio cessabit. Illa enim magna videntur, quia in magnis et notis rebus sunt: si vero sua quis examinet, fortasse plura inveniet. Nam rapere et cupidum esse, idipsum est, sive aurum, sive argentum diripiatur: ex eodem quippe animo ambo pariuntur, et qui minora diripit, majora quoque diripere non dubitabit: quod si desit occasio, id non ex illo provenit, sed id fortuito contingit. Pauper qui pauperiorem lædit, divitem, si posset, aggredi non dubitaret; sed ex imbecillitate, non ex arbitrio abstinere. Ille, inquit, princeps est, et subditorum bona rapit. Tu autem, quæso, annon rapis? Ne mihi dixeris, Ille auri talenta, at tu obolos decem. Nam in eleemosyna alii aurum offerebant, illa vero duo minuta, nec minus quam illi attulit. Quare? quia de voluntate, non de dono judicatur. Ergone cum de eleemosyna agitur, Deum vis ita judicare, ut nihil minus referas si duo minuta deponas, quam si qui mille talenta auri deponunt; de avaritia vero et rapina non item? et quam hæc rationem habent? Sicut illa duo minuta injiciens, ob voluntatem nihil minus retulit: ita et tu duos obolos rapiens, non minori conditione es quam illi, sed, si quid mirum dicere oporteat, plus quam illi avarus et rapax es. Sicut enim qui cum regis uxore, et qui cum pauperis et servi, mœchantur, similiter adulteri sunt, cum peccatum ex personarum diversitate non æstimetur, sed ex voluntate mœchi: ita et hic existimandum. Immo magis ego adulterum dixerim eum qui cum vili

persona mœchatur, quam qui cum regina. Illic enim divitiæ, forma et multa alia sunt quæ attrahant; hic vero nihil: itaque hic magis adulterus dicatur. Rursus illum magis ebriosum dixerim, qui viliori vino inebriatur: ita et magis rapacem censeo eum, qui ne minima quidem spernit. Qui enim multa et magna rapit, fortasse minora despiceret; qui vero modica rapit, majora certe non contemneret. Itaque hic potius fur habeatur. Nam qui argentum non despicit, quomodo aurum despiciat? Itaque cum principes accusamus, nostra nobiscum reputemus, et inveniemus nos magis quam illos rapere et furari, si non ex re ipsa, sed ex voluntate judicium feramus; sic enim judicandum est. Dic enim mihi, si quis quæ pauperis erant, et alius quæ divitis erant furatus in judicium adducatur, nonne ambo par supplicium luent? Quid vero? homicida nonne perinde est homicida, si mutilum et pauperem occidat, atque si divitem et formosum? Cum ergo dicemus, Ille alterius prædium rapuit, nostra cogitemus, et sic non alios condemnabimus, Deique mirabimur patientiam, nec indignabimur quod judicium in eos non feratur, et ipsi ad male operandum segiores evademus. Cum enim nos viderimus iisdem obnoxios culpis, non ita molester feremus, sed peccandi finem faciemus, et futura bona consequemur in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

CAP. 2. v. 1. *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu, 2. et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. 3. Tu ergo collabora ut bonus miles Christi. 4. Nemo militans se implicat negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. 5. Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit. 6. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. 7. Intellige quæ dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.*

1. Magnam fert discipulo in mari fiduciam, cum magister ejus in naufragio servatus est: non enim deinceps putabit ex imperitia sua tempestates contingere, sed ex ipsa rerum natura: illud vero non modicum affert solatium. Fert etiam in bello tribuno incitamentum, cum videt ducem exercitus saucium vires suas recuperare. Ita etiam fidelibus id consolationi est, apostolum videre gravia multa patientem, neque tamen iis emollitum: neque enim, nisi ita res esset, Paulus ea quæ perpressus est enarraret. Timotheus enim audiens, eum qui tanta potuerat et totum orbem subegerat, in vinculis et ærumnis esse, nec rem vel ægre vel indigne ferre, a suis derelictum: si et ipse eadem passus esset, cum rem humanæ infirmitatis esse non putasset, licet et discipulus et minor Paulo esset, quandoquidem et magister talia toleras-

set, sed ex rei natura hæc omnia contigisse. Nam et ipse hæc fecerat, et ideo hæc enarrabat, ut illum corroboraret ac recrearet. Quia enim hoc ideo faciebat, ærumnas et tentationes suas ipsi enarrans, subjungit: *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu.* Quid dicis? Nos timore concussisti, dixisti te victum et in ærumnis esse, ab omnibus desertum fuisse; et ac si dixisses te nihil molestum esse passum, et a nullo desertum fuisse, ita resumis, *Tu ergo, fili mi, confortare?* Merito certe; quoniam ex his plus roboris accepisti, quam ipse Paulus. Si enim ego Paulus hæc patior, multo magis tu illa pati debes; si magister, multo magis discipulus. Et cum affectu magno monita dat, cum ait, *Fili;* neque id tantum, sed, *Fili mi.* Si filius es, inquit, patrem imitare; si filius es, ex iis quæ dixi corroborare; imo non ex dictis tantum, sed ex gratia Dei: nam *Confortare*, inquit, *in gratia, quæ est in Christo Jesu;* id est, per gratiam Christi. Ac si diceret, *Sto firmiter, aciem nosti.* Nam alibi quoque cum dicit, *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem (Ephes. 6. 12),* non deterrens illos hoc dicit, sed excitans. Itaque sobrius esto, inquit, jejuna, gratiam Domini habeto tecum pugnantem et certantem; cum multa alacritate et constantia quæ tua sunt affer. *Et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus. Fidelibus,* non quæstiones et syl-

logismos moventibus : *Fidelibus*, quibusnam ? Iis qui prædicationem non prodiderunt. *Quæ audisti*, non quæ conquisivisti : nam *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei* (Rom. 10. 17). Quid est illud, *Per multos testes* ? Ac si diceret, Non clam et in occulto audivisti, sed multis præsentibus, et cum fiducia. Non ait autem, Dic, sed, *Commenda*, veluti thesaurum, qui commendatur et in tuto deponitur. Rursus discipulum terret et a superioribus et ab inferioribus. Illud, *Commenda*, non fidelibus tantum dicit : quæ enim esset utilitas, si fidelis quidem ille esset, nec posset aliis doctrinam proferre ? Cum ipse quidem fidem non proderet, neque tamen alios similes efficeret ? Duo itaque magister habeat oportet, ut fidelis sit, et alios doceat. Ideo ait : *Qui idonei erunt et alios docere. Tu ergo labora ut bonus miles Jesu Christi*. Papæ ! quanta dignitas militem esse Christi ! Cogita terrenos reges, ut magnum quidpiam esse putent ii qui pro illis militant. Si ergo laborare est regii militis, non laborare non est militis. Itaque non oportet moleste ferre si labores ; hoc enim militis est ; sed si non labores, id indigne ferendum. *Nemo militans se implicat negotiis sæcularibus, ut ei placeat qui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit*. Hæc ad Timotheum quidem dicta, dicuntur per illum omnibus et magistris et discipulis. Nemo igitur episcopatu præditus hæc audire dedignetur, sed indigne ferat, si non faciat. *Si quis pugnat, inquit, non coronatur, nisi legitime certaverit*. Quid sibi vult illud, *Nisi legitime* ? Non sufficit, si in certamen descendat, neque si ungetur, neque si congregiatur ; sed nisi totam certaminis legem servaverit, et quæ cibum spectant, et quæ temperantiam et castitatem, et quæ de palæstra, et omnia demum quæ athletas exsequi convenit, numquam coronatur. Et vide Pauli sapientiam : certamen et milites memorat, tum ut ille promptus sit ad cædem et sanguinem, tum ut constanter et fortiter omnia ferat, ut semper in exercitatione sit. *Laborantem agricolam, inquit, oportet primum de fructibus percipere*. Dixerat de exemplis suis, dixerat de doctore ; dicit demum de iis qui publici ordinis sunt, de athletis, de militibus : et illic præmia reponit ; tum ut ei placeat qui se legit, tum ut coronetur. Addit et tertium exemplar, quod maxime sibi competat : nam illud militis atque athletæ subditis competit ; agricolæ autem exemplum magistro. Non tantum sicut miles sit vel athleta, sed etiam ut agricola. Agricola non sui curam habet tantum, sed etiam terræ fructuum ; id est, non parvam laborum retributionem decerpit agricola.

¶ Hic et Deum nullo egere ostendit, et retributionem doctrinæ esse communem dixerat ; exemplum a vita vulgari mutans. Quemadmodum, inquit, agricola non absque utilitate laborat, sed ante alios ipse laboribus fruitur suis, sic et doctorem esse par est. Vel hoc dicit, vel de honorandis magistris loquitur. Sed in ratione nixum non videtur ; cur enim non simpliciter agricolam dixit, sed laborantem ? nec modo laborantem,

sed admodum laborantem ? Hic etiam, ut nemo moram ægre ferat, inquit, Jam recipis : sive etiam, quod in ipso labore merces est. Postquam igitur exempla posuit militum, athletarum, agricolarum, et omnia ænigmatica, *Nemo, inquit, coronatur, nisi legitime certaverit*. Et postquam dixerat, *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere*, addidit : *Intellige quæ dico : dubit enim tibi Dominus in omnibus intellectum*. Horum enim gratia hæc dicta sunt in proverbio et parabola. Deinde rursus affectum suum indicans, non desinit apprecari illi, nempe velut genuino filio metuens, et ait : *Memor esto Christum Jesum resurrexisse ex mortuis ex semine David secundum evangelium meum, 9. in quo laboro usque ad vincula, quasi male operans*. Cur hic rem illam memorat ? Maxime hæreticos impetit, simulque seipsum recreans et passionum lucrum ostendens : quia ipse quoque Doctor noster Christus per passionem mortem expugnavit. Hujus rei memento, inquit, et idoneam consolationem habebis. *Memor esto, inquit, Dominum Jesum Christum resurrexisse ex mortuis ex semine David*. Jam enim inde cœperant quidam œconomiam seu incarnationem evertere, pudore affecti de magnitudine benignitatis Dei. Talia quippe erant Dei erga nos beneficia, ut homines puderet illa Deo applicare, et non crederent, illum ita se demisisse. *Secundum evangelium meum, inquit*. In epistolis suis passim illud ponit, *Secundum evangelium meum* ; vel quia ipsi obtemperare oportebat, vel quia alii erant diversa evangelizantes. *In quo laboro, inquit, usque ad vincula quasi male operans*. Rursum ex se consolationem offert, rursus adhortationem ; et his ambobus auditorem inungit, si sciat laborem ipsum pertulisse, et non sine utilitate hoc fecisse. Sic enim lucrabitur ; si secus faciat, lædetur. Quæ utilitas enim si ostendas doctorem laborare quidem, sed ad nullam utilitatem ? verum illud mirabile est, si ad profectum, si ad utilitatem discipulorum. *Sed verbum Dei non est alligatum*. Id est ; si sæculares milites essemus, inquit, vel si bellum sub sensum cadens duceremus, vim haberent illa vincula, quæ manus alligant : nunc vero tales nos fecit Deus, ut a nullo expugnari possumus. Vinciuntur enim manus, sed non lingua : nemo enim potest vincire linguam, nisi formido tantum, et incredulitas ; quæ si non adsint, etiamsi vincula injicias, prædicatio non ligatur. Exempli causa, si quis agricolam vinciat, sementem impedit ; nam manu ille seminat : doctorem vero si vincias, verbum non impedivisti ; nam lingua seminat ille, non manu. Vinculis ergo non subjicitur verbum nostrum : nobis enim vincitis, illud solum est et currit. Quomodo, inquires ? Ecce namque etiam vinciti seminamus. Hoc dicitur ad incitandos eos qui soluti sunt : Si nos vinciti prædicamus, multo magis vos qui soluti estis id oportet facere. Audisti me quasi male operantem hæc pati ? ne ideo deiciaris. Miraculum enim magnum est, cum vincitus solutorum instar agit ; cum vincitus omnes superat, vincientes se debellat. Dei namque verbum est, non nostrum : hu-

ἐπάγει, *Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ*; Εἰκότως· ὅτι ταῦτα σὲ μάλλον ἐνεδυναμώσεν, ἢ ἐκείνον. Εἰ γὰρ ἐγὼ Παῦλος ταῦτα πάσχω, πολλῶ μάλλον σὺ ταῦτα φέρειν ὀφείλεις· εἰ δὲ διδάσκαλος, πολλῶ μάλλον ὁ μαθητής. Καὶ μετὰ πολλῆς τῆς φιλοστοργίας τὴν παραίνεσιν προσάγει, τέκνον αὐτὸν καλῶν, καὶ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Τέκνον ἐμόν*. Εἰ τέκνον εἶ, φησί, τὸν πατέρα μιμοῦ· εἰ τέκνον εἶ, ἐνδυναμοῦ ὡς εἶπον μάλλον δὲ οὐκ ἀπὸ τῶν διηγημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· *Ἐνδυναμοῦ γὰρ, φησίν, ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ* [679] *Ἰησοῦ*· τουτέστι, διὲ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ. Τουτέστι, Σπῆθι γενναίως, οἶδας τὴν παράταξιν. Ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ λέγων, *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα*, οὐχὶ καταβάλλων αὐτοὺς λέγει, ἀλλὰ διεγείρων. Οὐκοῦν νῆφε, φησί, γρηγόρει, ἔχε τὴν χάριν τοῦ Κυρίου συμμαχοῦσαν καὶ συναγωνιζομένην, πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καὶ τῇ προαιρέσει τὰ παρὰ σεαυτοῦ εἰσφέρει. *Καὶ ἃ ἤκουσας πυρῆ μου διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις*. — *Πιστοῖς*, οὐ ζητητικοῖς, οὐ συλλογιστικοῖς. *Πιστοῖς*· ποίοις; Τοῖς μὴ προδίδουσι τὸ κήρυγμα. *Ἄ ἤκουσας, οὐχ ἃ συνεζήτησας*· *Ἡ πίστις γὰρ ἐξ ἀκοῆς*, ἢ δὲ ἀκοῆ διὰ ῥήματος Θεοῦ. Τί ἐστι, *διὰ πολλῶν μαρτύρων*; Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Οὐ λάθρα ἤκουσας οὐδὲ κρυφῇ, ἀλλὰ πολλῶν παρόντων, μετὰ παρρησίας. Οὐκ εἶπεν, Εἰπέ, ἀλλὰ, *Παράθου*, καθάπερ ἐπὶ θησαυροῦ τὸ παρατιθέμενον ἐν ἀσφαλεῖς παρακατατίθεται. Πάλιν φοβεῖ τὸν μαθητὴν καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω καὶ ἀπὸ τῶν κάτω. Ἄλλ' οὐ πιστοῖς μόνον λέγει, *Παράθου*· τῷ γὰρ ὄφελος, ὅταν πιστὸς μὲν ἦ, μὴ δύνῃται δὲ εἰς ἑτέρους; ἐξάγει τὴν διδασκαλίαν; ὅταν αὐτὸς μὲν μὴ προδῶ τὴν πίστιν, ἑτέρους δὲ μὴ κατασκευάζῃ τοιοῦτους; Δύο τοίνυν ἔχειν χρὴ τὸν διδάσκαλον, καὶ πιστὸν εἶναι, καὶ διδακτικόν. Διὰ τοῦτο φησιν, *Ολίγους ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι*. Σὺ οὖν *κακοπάθησον* ὡς καλὸς στρατιώτης *Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Βαβαί, πῶσον τὸ ἀξίωμα, στρατιωτῆν εἶναι τοῦ Χριστοῦ! Τοὺς βασιλεῖς, ἂ ἐννόησον τοῦ; ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς μέγα τι εἶναι νομίζουσιν οἱ ὑπ' αὐτοὺς στρατευόμενοι. Εἰ τοίνυν τὸ κακοπαθεῖν βασιλικῶν στρατιωτῶν, τὸ μὴ κακοπαθεῖν οὐκ ἔστι στρατιωτικόν. Ὡστε οὐ χρὴ δυσχεραίνειν, εἰ κακοπαθεῖς· τοῦτο γὰρ ἔστι στρατιωτικόν· ἀλλὰ δυσχεραίνειν, εἰ μὴ κακοπαθοῖς. *Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογησάντι ἀρέσῃ*. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλήῃ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Ταῦτα εἰρηται μὲν πρὸς Τιμόθεον, λέγεται δὲ πρὸς πάντα καὶ διδάσκαλον καὶ μαθητὴν δι' ἐκείνου. Μηδεὶς τοίνυν ἀπαξιούτω τῶν τὴν ἐπισκοπὴν ἔχόντων ταῦτα ἀκούων, ἀλλ' ἀπαξιούτω μὴ ταῦτα πράττων. *Ἐὰν ἀθλήῃ τις*, φησίν, οὐ στεφανοῦται *ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ*. Τί ἐστιν, *Ἐὰν μὴ νομίμως*; Οὐκ, ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ, ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείψηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ, ἀλλὰ ἂν μὴ πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττῃ, καὶ τὸν ἐπὶ σιτίῳ, καὶ τὸν ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ σεμνότητι, καὶ τὸν ἐν παλαίστρᾳ, καὶ πάντα ἀπλῶς διέλθῃ τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα, οὐδέποτε στεφανοῦται. Καὶ ὅρα τοῦ Παύλου τὴν σοφίαν· ἀθλήσεως καὶ στρατιωτῶν ἐμνήσθη, τὸ μὲν, ὥστε ἕτοιμον εἶναι πρὸς σφαγὰς καὶ φόνους καὶ αἵματα, τὸ δὲ

καρτερικόν, ἵνα πάντα γενναίως φέρῃ, ἵνα διαπαντὸς ἐν ἀσκήσει ἦ. *Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν*, φησί, *δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν*. Εἶπαν ἀπὸ τῶν αὐτοῦ παραδειγμάτων, [680] εἶπεν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου· λέγει λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῶν κοινῇ συμβαινόντων, τῶν ἀθλητῶν, τῶν στρατιωτῶν· καὶ τίθησιν ἐκεῖ τὰ ἐπιθλα, τὸ μὲν, *Ἴνα ἀρέσῃ τῷ στρατολογησάντι*· τὸ δὲ, *Ἴνα στεφανωθῇ*. Καὶ λέγει καὶ τρίτον ὑπόδειγμα, ὁ μάλιστα αὐτῷ ἀρμόζει· τὸ μὲν γὰρ τοῦ στρατιώτου καὶ τὸ τοῦ ἀθλητοῦ καὶ τοῖς ἀρχομένοις κατάλληλον, τὸ δὲ τοῦ γεωργοῦ λοιπὸν τῷ διδασκάλῳ. Μὴ ὡς στρατιώτης, μηδὲ ὡς ἀθλητῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς γεωργός· Ὁ γεωργός οὐχ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν καρπὸν τῆς γῆς· τουτέστιν, οὐ μικρὰν ἀμοιβὴν τῶν πόνων καρποῦται καὶ ὁ γεωργός.

β'. Ἐνταῦθα καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνευδεῖς δείκνυσαι, καὶ τὴν ἀντιδοσιν τῆς διδασκαλίας, πρῶτον εἰπὼν κοινόν. Ὡςπερ, φησίν, ὁ γεωργός οὐκ ἀνόνητα ποιεῖ, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἀπολαύει τῶν πόνων τῶν οικειῶν, οὕτω καὶ τὸν διδασκαλοῦ ἐκίχθ. Ἡ τοῦτο, ἢ περὶ τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς διδασκάλους φησίν. Ἄλλ' οὐκ ἔχει λόγον· πῶς γὰρ οὐχ ἀπλῶς γεωργὸν εἶπεν, ἀλλὰ τὸν κοπιῶντα; οὐδὲ ἀπλῶς τὸν κάμνοντα, ἀλλὰ τὸν κοπιόμενον; Ἐνταῦθα καὶ πρὸς τὴν μέλλησιν ἵνα μηδεὶς δυσχεραίνῃ, Ἡδῆ, φησίν, ἀπολαμβάναι· ἢ ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ κόπῳ ἢ ἀντίδοσις. Ἐπεὶ οὖν τὰ παραδείγματα ἔθηκε τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἀθλητῶν, καὶ γεωργῶν, καὶ πάντα ἀπλῶς αἰνιγματωδῶς, *Οὐδεὶς, φησί, στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ*. Καὶ εἰπὼν, *Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν*, ἐπήγαγε· *Νόει δὲ λέγω· ὁ γὰρ σοὶ ὁ Θεὸς σύνεστιν ἐν πᾶσι*. Τοῦτων γὰρ ἕνεκεν ταῦτα εἰρηται ἐν παροιμίᾳ καὶ παραβολῇ. Εἶτα πάλιν τὸ φιλοστοργον αὐτοῦ δείκνυς, οὐ παύεται ἐπευχόμενος αὐτῷ, ἅτε ὡς ὑπὲρ γνησίου τέκνου δεδοικώς, καὶ φησὶ· *Μνημόνευε Χριστὸν Ἰησοῦν ἐηρημέρον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, κατὰ τὸ εὐαγγελίόν μου, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος*. Τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα τοῦτου μὲμνηται; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ πρὸς τοὺς αἰρετικούς ἀποτεινόμενος, ἅμα δὲ καὶ ἀνακτιώμενος αὐτὸν, καὶ δείκνυς τῶν παθημάτων τὸ κέρδος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ὁ Χριστὸς διὰ πάθους τὸν θάνατον κατηγωνίσαστο. Τοῦτο μνημόνευε, φησὶ, καὶ ἔξεις παράκλησιν ἱκανήν. *Μνημόνευε, φησὶ, Χριστὸν Ἰησοῦν ἐηρημέρον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαυὶδ*. Ἡδῆ γὰρ ἐξ ἐκείνου ἤρξαντο τινες τὴν οἰκονομίαν ἀνατρέπειν, ἐπαισχυνόμενοι τῷ μεγάλῳ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Τοιαῦτα γὰρ ἦν ἃ εὐηργέτησεν ἡμᾶς ὁ Θεός, ὡς τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνεσθαι περιάπτειν αὐτὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἀπιστεῖν ὅτι τοσοῦτον κατέβη. Κατὰ τὸ εὐαγγελίόν μου, φησὶ. Πανταχοῦ τοῦτο τίθησιν τῶν ἐπιστολῶν λέγων, *Κατὰ τὸ εὐαγγελίόν μου*, ἢ ἐπειδὴ αὐτῷ πέθεσθαι ἐχρῆν, ἢ ἐπειδὴ καὶ ἕτεροι ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι ἕτερα. *Ἐν ᾧ κακοπαθῶ, φησὶ, μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος*. Πάλιν παρ' ἑαυτοῦ τὴν παραμυθίαν εἰσάγει, πάλιν τὴν προτροπὴν· καὶ δύο τοῦτους τὸν ἀκροατὴν ἀλείφει, τῷ τε εἰδέναι κακοπαθεῖν, καὶ τῷ μὴ ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τοῦτο ποιεῖν. Οὕτω μὲν κερδανεῖ, ἐκείνως δὲ καὶ βλαβήσεται. Τί [681] γὰρ ὄφελος, ἐὰν δελεῖς τὸν διδασκαλοῦ κακοπαθοῦντα μὲν, ἐπ' οὐδενὶ δὲ χρησίμῳ; ἀλλ' ἐκείνο ὀχυμαστὸν, εἰ ἐπὶ τινὶ χρησίμῳ!

<sup>a</sup> Verba τούτων βασιλεῖς e Commel. et Savil. restituta sunt.

<sup>b</sup> Supplet ἔστω.

ει ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν διδασκομένων. Ἄλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. Τουτέστιν, εἰ μὲν κοσμικοὶ ἦμεν στρατιῶται, φησὶν, ἢ εἰ πόλεμον ἐπολεμοῦμεν αἰσθητῶν, ἴσχυε ταῦτα τὰ δεσμὰ τὰς χεῖρας κατέχοντα· νῦν δὲ τοιοῦτους ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ Θεός, ὡς μηδὲν καταγωνίζεσθαι. Δεσμοῦνται μὲν γὰρ αἱ χεῖρες, ἀλλ' οὐχ ἡ γλῶττα· γλῶτταν γὰρ οὐδεὶς δῆσαι δύναται, ἀλλ' ἡ δεξιὰ μόνον καὶ ἀπιστία· ὡς ἂν ταύτην μὴ ἔχωμεν, κἂν περιβάλλῃς δεσμὰ, τὸ κήρυγμα οὐ δέδεται. Οἶον, γεωργὸν τις ἐάν δῆσῃ, τὸν σπόρον ἐνεπόδισε· τῇ χειρὶ γὰρ σπείρει· διδάσκαλον ἐάν δῆτῃς, τὸν λόγον οὐκ ἐνεπόδισας· τῇ γλῶττι γὰρ σπείρει, οὐ τῇ χειρὶ. Οὐχ ὑποβάλλεται τοίνυν δεσμῶ ὁ λόγος ὁ ἡμέτερος· ἡμῶν γὰρ δεδεμένων, ἐκεῖνος λέλυται καὶ τρέχει. Πῶς; φησὶν· Ὅτι ἰδοὺ καὶ δεδεμένοι κηρύττομεν. Τοῦτο εἰς προτροπῆν τῶν λελυμένων· εἰ ἡμεῖς δεδεμένοι κηρύττομεν, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς· τοὺς λελυμένους τοῦτο ποιεῖν χρῆ. Ἦκουσας δὲ ὡς κακοῦργος ταῦτα πάσχω; μὴ κατηφῆς γένη. Πολὺ γὰρ τὸ θαῦμα, δεδεμένον ὄντα τὰ τῶν λελυμένων ποιεῖν, δεδεμένον πάντων περιγενέσθαι, δεδεμένον καταγωνίζεσθαι τοὺς δεδεκότας. Θεοῦ γὰρ ἐστὶν ὁ λόγος, οὐχ ἡμῶν· δεσμὰ δὲ ἀνθρώπινα Θεοῦ λόγον περιβαλεῖν οὐ δύνηται. Ταῦτα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, πάντα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. *Ἰνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου.* Ἰδοὺ καὶ ἄλλη προτροπὴ· Οὐχ ὑπὲρ ἑμαυτοῦ, φησὶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἐτέρων σωτηρίας ταῦτα ὑπομένω. Ἐξὼν ἦν ἀκινδύνως ζῆν, ἐξὼν ἦν μηδὲν τούτων πάσχειν, εἰ γε τὰ ἑμαυτοῦ ἐσκόπουν. Ἄλλὰ διὰ τίνα ταῦτα πάσχω; Ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, ἵνα ἄλλοι τύχωσι ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν καὶ ἐπαγγέλλῃ; Οὐχ ἀπλῶς εἶπε, διὰ τοῦσδε, ἀλλὰ, *διὰ τοὺς ἐκλεκτούς.* Εἰ ὁ Θεὸς αὐτοὺς ἐξελέξατο, πάντα ἡμᾶς δεῖ πάσχειν ὑπὲρ αὐτῶν, *Ἰνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι.* Τὸ εἶπειν, *καὶ αὐτοὶ*, δεικνύοντες ἐστὶ καὶ λέγοντος, ὡς καὶ ἡμεῖς· καὶ γὰρ καὶ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐξελέξατο. Καὶ ὡσπερ δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπαθεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς δι' ἐκεῖνους· ὥστε ἀναπαδόσεις ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, οὐχ ἡ χάρις. Ἐπὶ μὲν τοῦ Θεοῦ χάρις ἦν· οὐ γὰρ προσυπαθῶν εὐηργέτησεν· ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἀντίδοσις· προσυπαθόντες ἡμεῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ, πάσχομεν ὑπὲρ τούτων ὧν πάσχομεν, ἵνα σωτηρίας τύχωσι. Τί λέγεις; ποίας σωτηρίας; ὁ σεαυτῷ αἴτιος μὴ ὧν σωτηρίας, ἀλλὰ ἀπολλύμενος, ἐτέρῳ σωτηρία· αἴτιος γίνῃ; Διὰ τοῦτο προσέθηκεν· Ὅθ ταύτης, φησὶν, ἀλλὰ *τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, τῆς ὄντως σωτηρίας, *μετὰ δόξης αἰωνίου.* Ὅδυνηρά τὰ παρόντα, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς· κατηφῆ τὰ παρόντα, ἀλλὰ πρόσκαιρα· ἀηδίας μεστὰ καὶ ὀδύνης, ἀλλὰ μέχρι σήμερον καὶ αὔριον μόνον.

γ'. Τὰ μέντοι χρυστὰ ὑδ τοιαῦτα, ἀλλ' αἰώνια, ἀλλ' [682] ἐν οὐρανῷ. Ὅντως ἐκεῖνη δόξα, αὕτη δὲ ἀτιμία. Θέα γὰρ μοι, ἀγαπητέ· οὐκ ἐστὶ δόξα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἡ ὄντως δόξα ἐν οὐρανῷ ἐστίν. Εἰ δὲ τις δοξάζεσθαι βούλεται, ἀτιμαζέσθω· εἰ τις ἀνέσβεστος βούλεται τυχεῖν, θλιβέσθω· εἰ τις διαπαντὸς εὐδοκίμειν καὶ τρυχεῖν, τὰ πρόσκαιρα διαπτύετω. Ὅτι δὲ ἡ ἀτιμία δόξα ἐστίν, ἢ δὲ δόξα ἀτιμία, φέρε, κατὰ δύναμιν τοῦτο παραστήσωμεν, ἵνα τῆν ὄντως δόξαν ἴδωμεν. Οὐκ ἐστὶν ἐπὶ γῆς δοξάζεσθαι· εἰ δὲ βούλει δοξάζεσθαι, δι' ἀτιμίας. Καὶ φέρε ἐπὶ τῶν δύο προσώπων τοῦτο ἐξετάσωμεν, ἐπὶ τοῦ Νέρωνος καὶ τοῦ Παύλου. Ἐκεῖνος τὴν δόξαν εἶχε τοῦ κόσμου, οὗτος τὴν ἀτι-

μίαν. Πῶς; τύραννος ἦν ἐκεῖνος, πολλὰ κατωρθώκως, τρόπαια στήσας, πλοῦτον ἔχων ἐπιβρόντα, πανταχόθεν στρατόπεδα ἀπειρα, τὸ πλεόν τῆς οἰκουμένης μέρος ὑποτεταγμένον, τὴν βασιλίδα πόλιν ὑποτεταγμένην, τὴν σύγκλητον ἅπασαν ὑποκύπτουσαν, τὰ βασιλεία αὐτὰ ἐν λαμπρῷ τῷ σχήματι προήει. Εἶτε ὀπλιζέσθαι ἔδει, χρυσῷ καὶ λίθοις τιμίαις ὀπλιζόμενος ἔξεισιν· εἶτε ἐν εἰρήνῃ καθῆσθαι, ἀλουργίδα περιεξιμένος ἐκάθητο. Πολλοὺς τοὺς δορυφόρους, πολλοὺς τοὺς ὑπασπιστάς εἶχε· γῆς καὶ θαλάττης δεσπότης ἦκουεν, αὐτοκράτωρ, Αὐγουστος, Καίσαρ, βασιλεὺς, καὶ πολλὰ ἕτερα ὀνόματα τοιαῦτα, ἅπερ κολακείαν ἐπένοιε καὶ θεραπειαν· καὶ οὐδὲν ἐνέλιπεν ὄλω τῶν εἰς δόξαν· ἀλλὰ καὶ σοφοὶ καὶ δυνάσταί καὶ βασιλεῖς αὐτὸν ἔτρεμον, καὶ ἐδεδοίκεσαν τὸν ἄνδρα· καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ὡμῶς τις καὶ ἰταμὸς εἶναι ἐλέγετο· οὗτος καὶ θεὸς εἶναι ἐβούλετο, καὶ πάντων κατεφρόνει τῶν ἐιδώλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, καὶ ὡς θεὸς ἔθεραπευετο. Τί ταύτης τῆς δόξης κρείττον; μᾶλλον δὲ τί τῆς ἀτιμίας χεῖρον; Ἄλλ' οὐκ οἶδα πῶς ὑπὸ τῆς ἀληθείας προῦδραμε τὸ στόμα, καὶ πρὸ τῆς κρίσεως τὴν ψῆφον ἤνεγκε. Τέως; εἶ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν, κατὰ τὴν τῶν ἀπίστων, κατὰ τὴν κολακείαν. Τί μεῖζον εἰς λόγον δόξης τοῦ καὶ θεὸν νομισθῆναι αὐτόν; Μεγάλη ὄντως τοῦτο ἀτιμία, τὸ ἀνθρωπῶν ὄντα τοιαῦτα λυττᾶν· ἀλλὰ τέως κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν. Οὐδὲν τοίνυν ἐνέλιπεν αὐτῷ εἰς δόξαν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ ὡς θεὸς παρὰ πάντων ἔθεραπεύετο. Ἄλλὰ ἀντεξετάσωμεν αὐτῷ καὶ τὸν Παῦλον, εἰ δοκεῖ. Κίλιξ ὁ ἄνθρωπος ἦν· ὅσον δὲ Κιλικίας καὶ Ῥώμης τὸ μέσον, πάντες ἴσασι· σκυτοτόμος, πένης, τῆς ἔξωθεν σοφίας ἀπειρος, Ἑβραῖσι μόνον εἰδώς, γλῶτταν διασυρομένην παρὰ πάντων, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν Ἰταλῶν. Οὐ γὰρ οὕτως τοὺς τὴν βάρβαρον, οὕτε τὴν Ἑλλάδα, οὕτε ἄλλην τινὰ ἔχοντας γλῶτταν διασύρουσιν, ὡς τὴν Σύρων· αὕτη δὲ πολλὴν ἔχει τὴν κοινωνίαν πρὸς ταύτην. Καὶ μὴ θαυμάσης ὅτι ταύτην διέπτυσεν· εἰ γὰρ τὴν Ἑλλάδα τὴν θαυμαστήν καὶ καλὴν διαπτύουσιν, πολλῷ μᾶλλον τὴν Ἑβραίων. Ἄνθρωπος πολλάκις ἐν λιμῷ ζήσας, καὶ κοιμηθεὶς πεινῶν, ἀνθρωπῶν γυμνός, οὕτε ὅτι περιθάλοιο [683] ἔχων. *Ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι*, φησὶν. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δεσμοῖς γεγωνώς· μετὰ γὰρ ληστῶν, μετὰ γοήτων, μετὰ τυμωρούχων, μετὰ ἀνδροφόνων αὐτοῦ ἐκεῖνον κελύσαντος ἐδέβλητο καὶ ἐμαστιζέτο ὡς κακοῦργος, ὅπερ οὐν καὶ αὐτὸς φησι. Τίς οὖν λαμπρότερος; οὐχὶ ἐκεῖνον μὲν οὐδὲ ὄνομα ἴσασι οἱ πολλοὶ, τοῦτον δὲ καὶ Ἕλληνας καὶ βάρβαροι καὶ Σκυθῆται καὶ οἱ πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα καθ' ἐκάστην ἄδουσι τὴν ἡμέραν; Ἄλλὰ μήπω τὰ νῦν, ἀλλὰ τὰ τότε ἐξετάσωμεν. Τίς ἦν λαμπρότερος; τίς ἐπιδοξότερος; ὁ τὴν ἄλυσιν περιεξιμένος, καὶ δεδεμένος ἐλκόμενος ἐκ τοῦ δεσμοτηρίου, ἢ ὁ τὴν ἀλουργίδα περιεξιμένος, καὶ ἐκ τῶν βασιλείων προΐων; Ὁ δεδεμένος πάντως. Πῶς; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν καὶ στρατόπεδα ἔχων, καὶ ἐν λαμπρῷ τῷ σχήματι προκαθήμενος, ἅπερ ἤθελεν οὐκ ἴσχυεν ἀνύειν· ὁ δὲ δεσμώτης, καὶ ὡς κακοῦργος ἐν εὐτελεῖ σχήματι, αὐθεντικώτερον πάντα ἐπραττε. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ἐκεῖνος ἔλεγε, Μὴ διασπείρης τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· οὗτος ἔλεγεν, Οὐκ ἀνέχομαι· οὐδὲ γὰρ δέξεται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Καὶ διέπτυσεν ὁ Κίλιξ, ὁ δεσμώτης, ὁ σκηνοποῖδς, ὁ πένης, ὁ ἐν λιμῷ ζῶν τὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, τὸν πλοῦσιον, τὸν βασιλεύοντα, τὸν πάντων κρατοῦντα, τὸν μυρῆσις μυρία παρ-

mana autem vincula Dei verbum vincire non poterunt. Hæc patior propter electos. 10. *Ideo enim, inquit, omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria æterna.* Ecce aliam adhortationem: Non pro me ipso, inquit, sed pro aliorum salute hæc patior. Licebat sine periculo vivere, et horum nihil pati, si mea tantum spectassem. Sed qua de causa hæc patior? Pro alienis bonis, ut alii vitam æternam consequantur. Quid ergo polliceris? Non dixit, Propter hos quosdam, sed, *Propter electos.* Si Deus ipsos elegit, nos omnia oportet pati propter illos, *Ut et ipsi salutem consequantur.* Cum dicit, *Ut et ipsi,* ostendit ac dicit, Sicut et nos: nam nos quoque Deus elegit. Ac sicut propter nos Deus passus est, sic et nos propter illos: itaque retributio hæc res est, non gratia. In Deo quidem gratia erat; non enim prius affectus beneficio beneficium retulit: in nobis vero retributio est; nos prius beneficio affecti a Deo, pro his patimur, ut salutem consequantur. Quid dicis? quam salutem? qui tibi causa salutis non es, sed qui perieras, alteri es causa salutis? Ideo adjecit: Non hæc, inquit, salute, sed *Quæ est in Christo Jesu,* quæ vere salus est, *cum gloria æterna.* Doloris plena sunt præsentia, sed in terra; demissa sunt præsentia, sed temporanea; injucunda et doloris plena, sed usque ad hodiernum et crastinum tantum.

3. *In terra nec veram gloriam nec vera bona reperire est. Comparatio Pauli cum Nerone.* — Quæ autem vere bona, non sunt talia, sed æterna, sed in celo. Illa vere gloria est; hæc autem ignominia. Vide, quæso te, dilecte: non est vere gloria in terra, sed vera gloria in cælis est. Si quis vero gloriam cupit, ignominiam quærat: si quis requiem vult consequi, in ærumnis versetur: si quis omnino conspicuus esse ac deliciari velit, temporanea respuat. Quod autem ignominia gloria sit, et gloria ignominia, age, pro viribus hoc demonstramus, ut veram videamus gloriam. In terra gloriari non potes: si autem vis gloriari, id per ignominiam consequeris. Age, id in duabus personis inquiramus, in Nerone scilicet et in Paulo. Ille mundi gloriam habuit, hic ignominiam. Quomodo? tyranus erat ille, multa præclare gesserat, tropæa crexerat, divitiis affluenter habebat, undique exercitus innumeri erant, maxima pars orbis ipsi subdita erat, regia urbs parebat, Senatus totus obsequabatur, regia splendida erat et magnifica. Si armari oporteret, auro et gemmis ornatus et armatus prodibat; si in pace versandum esset, purpura amictus sedebat. Multos satellites et hastatos ducebat; maris et terræ dominus, Imperator, Augustus, Cæsar, Rex, et multa alia nomina circumferabat, quæ assentatio excogitare posset: ac nihil ipsi prorsus ad gloriam deerat; sed et sapientes et dynastæ et reges ipsum formidabant. Præterea ferus, inhumanus et impudens erat: atque deus esse volebat, idolaque despiciebat omnia, ipsumque Deum universorum, atque ut deus colebatur. Quid hæc gloria majus? imo quid hæc ignominia deterius? Verum nescio

quomodo vi veritatis ducta præcucurrit lingua, et ante judicium sententiam tulit. Interim autem secundum multorum opinionem rem examinemus, secundum infidelium mentem, secundum assentationem. Quid majus, quid gloriosius dici potest, quam deum ipsum existimari? Summum id profecto dedecus, quod homo eo insaniam feratur; sed interim secundum multorum opinionem rem discutiamus. Nihil igitur ipsi ad gloriam humanam deerat, nam quasi deus ab omnibus colebatur. Sed ipsum jam Paulum ex adverso examinemus, si placet. Cilix erat; quantum vero Ciliciam inter et Romam sit discriminis, omnes norunt: corarius erat, inops, externæ sapientiæ expertus, Hebraice tantum sciens, quæ lingua omnibus, maximeque Italii despectui erat. Neque enim barbaram, neque Græcam, neque aliam quamquam linguam perinde contemnant, atque Syram: hæc autem Hebraicæ admodum finitima est. Et ne mireris si illam respuant: nam si Græcam mirabilem illam et pulchram despiciunt, multo magis Hebraicam. Vir ille, inquam, sæpe in fame degebat, et incœnatus dormiebat; homo nudus, nec quo operiretur habens. *In frigore et nuditate* (2. Cor. 11. 27), inquit. Neque hæc tantum; sed etiam in vinculis, cum latronibus, præstigiatoribus, sepulcrorum effossoribus, homicidis, ipso illo jubente constitutus est, et tamquam maleficus verberabatur, ut et ipse dicit. Uter igitur illustrior est? Nonne illius ne nomen quidem norunt plurimi; hujus autem nomen et Græci et barbari et Scythæ atque qui in ipsis finibus terræ habitant, quotidie celebrant? At nondum quid modo sit, sed quid tunc futurum sit disquiramus. Quis clarior, quis gloriosior erat? isne qui catena cingebatur, et traheretur ex carcere, an is qui purpura amictus ex regia prodibat? Vinculus ille plane. Quomodo? Quia ille qui exercitus habebat, splendide quoque modo præerat, ea quæ volebat perficere non poterat: hic vero vincetus, et ut maleficus vili indutus vestitu, cum auctoritate omnia faciebat. Quo nam modo? Ille dicebat, Ne dissemines verbum veritatis; hic vero, Non cedo; nam verbum Dei non est alligatum. Et sic respuebat Cilix ille, vincetus, tentoriorum artifex, pauper, in fame degens, Romanum illum divitem, Imperatorem, omnibus imperantem, innumeris innumera dantem; et cum tot haberet exercitus, nihil potuit. Uter ergo splendidus, uter clarus erat? qui in vinculis vincebat, an qui in purpura vincebatur? qui infra stans tela jaciebat, an qui supra sedens tens impetebatur? qui jubebat, et despiciebatur; an qui jubebatur, et jussa nihil curabat? qui solus erat, et superabat; an qui cum mille exercitibus profligabatur? Abiit ergo Imperator, victo adversus illum tropæum erigente. Dic ergo mihi, ex cujus partibus quis stare voluerit? Ne mihi dixeris ea quæ postea sequuta sunt, sed illa interim ex cute: ex cujus partibus quis stare voluerit, Pauline, an Neronis? non dico, ratione fidei habita; (tunc enim perspicuum id esset), sed quod ad gloriam et claritatem et splendorem pertinet. Si quis læno sentiat, Pauli partes deliget. Nam si vincere quam vinci

clarius est, ille gloriosus est. Neque ita magnum est, quod vicerit, sed quod in tali habitu tanto splendore fulgentem vicerit. Rursus enim dicam, nec finem faciam dicendi: catena circumdabatur, et eum qui diademate redimitus erat dejecit.

4. Tanta est Christi virtus: catena coronam regiam vicit; et hæc longe illa splendidior visa est: pannis squalentibus amictus, utpote in carcere habitans, et magis quam purpura illa, omnes ad se convertebat per illa circumposita vincula: humi jacebat detentus et inclinatus, et illo qui curru aureo vehebatur relicto, omnes illum attentè respiciebant; et quidem merito. Consuetum quippe erat Imperatorem videre albo jugo vectum; hoc vero novum et stupendum, vinctum intueri cum tanta fiducia Imperatorem alloquentem, cum quanta Imperator miserum et vile mancipium alloquutus fuisset. Turba ingens adstabat, et omnes servi Imperatoris erant: mirabantur autem non dominum suum, sed victorem domini sui; et quem omnes timebant tremebantque, hunc solus ille calcabat. Vide quantus splendor sit in ipsis vinculis. Quid vero postea dixeris? Illius ne notum quidem est sepulcrum; hic vero omnibus splendidior regibus in ipsa regia jacet, ubi etiam vicit, ubi tropæum erexit. Illum si quis memoret, cum vituperio memorat, etiamque domestici (nam protervus fuisse narratur; hujus cum laude memoria ubique celebratur, non apud nos tantum, sed etiam apud inimicos. Cum enim resplendet veritas, ne inimici quidem impudenter agere audent: etiamsi enim non propter fidem illum mirentur, ob fiduciam tamen et constantiam celebrant. Hic omnium ore quotidie ubique coronatus celebratur; ille criminationibus et vituperiis impetitur. Quænam ergo splendida sunt? Sed leonem profecto imprudens ex ungue laudari, cum oporteret ea quæ vere laudanda sunt dicere. Quænam illa? Quæ in cælis sunt: quomodo venturus sit ille cum Rege cælorum, cum splendido habitu; quomodo tunc Nero stabit demisso vultu tristis. Quod si tibi videar incredibilia et ridicula dicere, tu ridiculus es, irridens illa, quæ non sunt risu digna. Nam si futuris non credis, a præteritis crede: nondum coronarum est tempus, et tanto fruitur athleta honore; cum agonotheta venerit, quanto fruetur honore? Apud alienos hospes erat, hospes et peregrinus, et tantæ habetur admirationi; cum

in patria erit, quo non fruetur bono? *Nunc vita nostra abscondita est cum Christo in Deo (Col. 3. 3)*; et tamen qui mortuus est, magis quam viventes operatur et honoratur: cum autem venerit vita nostra, quid non obtinebit? quid non consequetur? Ideo Deus tali illum honore frui voluit, non quod ille peteret. Si enim in corpore cum esset illam a multis redditam gloriam despiciebat, quanto magis a corpore liberatus? Neque ideo tantum illum frui voluit, sed ut ii, qui futuris non credunt, vel ex præsentibus inducantur. Dico venturum esse Paulum cum Rege cælorum, quando resurrectio erit, quodque ille bonis fruetur innumeris. Sed infidelis non credit: ergo a præsentibus disset. Imperatore clarior et honoratior est tentorium opifex: nullus Romanus Imperator tanto affectus est honore; verum Imperator ille foris alicubi jacet, hic vero urbis medium occupat, ut vivens et regnans. Ex his de futuris quoque crede. Si hic, ubi pellebatur et vexabatur, tantum consequutus est honorem, cum venerit, quid erit? Si, ubi tentorium opifex erat, tam clarus fuit, cum venerit solaribus radiis fulgens, quid erit? Si post tantam vilitatem tantam assequutus est magnitudinem, cum venerit, quid non consequetur? Num potest ipsa rerum veritas vitari? Quem non illud moveat, quod tentorium opifex honore superaverit cum, qui magis quam omnes Imperatores honoratus fuit? Si hic supra naturam multa facta sunt, multo magis in futuro. Crede, o homo, præsentibus, si nolis credere futuris: crede iis quæ videntur, si nolis invisibilibus credere. Imo potius crede iis quæ videntur; ita enim etiam iis quæ non videntur credes: si nolis, opportune tibi dicatur illud Apostoli: *Mundi nos sumus a sanguine vestro: omnia enim contestati vobis sumus nihilque omisimus quæ oportuit dicere (Act. 20. 26. 27)*: vos jam vobis ipsis imputate gehennæ supplicium. Nos autem, o filii carissimi, Pauli imitatores simus, non secundum fidem tantum, sed etiam secundum vitam. Ut cælestem gloriam consequamur, despiciamus præsentem gloriam: nihil nos præsentium alliciat: contentinamus visibilia, ut cælestia adipiscamur; imo etiam per hæc illa consequemur; sed scopus noster sit illa potissimum consequi: quæ utinam omnes obtineamus.

## HOMILIA V.

CAP. 2. v. 11. *Fidelis sermo: nam si commortui sumus, et convivemus: 12. si sustinemus, et conregnabimus: si negaverimus, et ipse negabit nos: 13. si non credimus, ille fidelis permanet; negare enim seipsum non potest. 14. Hæc admone, testificans coram Domino, non verbis contendere; ad nihilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium.*

1. Multi ex infirmioribus fratribus fidei vim abdicant, nec spei dilationem ferunt. Præsentia quærent, et ex his de futuris conjiciunt. Quia igitur præsentia hæc erant, mors, supplicia, vincula; ille vero dicebat ipsos ad vitam æternam esse ventu-

ros; vix quis id credere poterat; sed forte dicebant. Quid dicis? cum vivo morior, et cum morior vivo? in terra nihil mihi promittis, et in cælo dabis? quæ parva sunt non das, et magna præstabis? ut ne itaque quis talia cogitaret, non ambiguum hac de re profert sermonis apparatus, quem jam cœperat, et ejus indicia dederat (illud enim, *Memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis*, hoc est, quia post mortem resurrexit): nunc vero idem ipsum declarans dicit: *Fidelis sermo*, quod qui vitam cælestem consequutus fuerit, æternam quoque obtinebit. Undenam fidelis? Quia *Si commortui sumus*, inquit,

έχοντα· και τοσούτων δυνων στρατοπέδων, ούδέν Ισχυσε. Τίς δρα λαμπρός ην; τίς σεμνός; ό εν δεσμοίς νικών, η ό εν δουργίδι νικώμενος; ό κάτω έστώς και βάλλον, η ό άνω καθήμενος και βαλλόμενος; ό επιτάττων και καταφρονούμενος, η ό επιταττόμενος και ούδένα λόγον έχων των επιταγμάτων; ό μόνος ών και περιγινόμενος, η ό μετά μυρίων στρατοπέδων ηττώμενος; 'Απήρηχο ούν ό βασιλεύς, του δεσμώτου κατ' αυτού τρόποιον στήσαντος. Είπε ούν μοι, ποίος άν τις ήθουλήθη μερίδος είναι; Μη γάρ μοι τά μετά ταύτα είπης, αλλά τέως εκείνα εξέτασον· ποίος μερίδος άν τις ήθέλησεν είναι, τής του Παύλου, η τής του Νέρωνος; ού λέγω κατά τον τής πίστεως λόγον· τουτο γάρ δήλον· αλλά κατά τον τής δόξης και τής σεμνότητος και τής λαμπρότητος. Εί τις ευγνώμων, του Παύλου εφησεν άν. Εί γάρ το νικῶν του νικᾶσθαι λαμπρότερον, εκείνος επίδοξος. Καί ούπω τουτο μέγα, ότι ενίκησεν, αλλά ότι εν τοιούτω σχήματι τον εν τοιούτω ενίκησε. Πάλιν γάρ έρω, και ού παύσομαι τά αυτά λέγων· Άλλωσιν περιέκειτο, και τον αναδεδεμένον το διάδημα εθαλα.

δ'. Τοιαύτη του Χριστου ή δύναμις· Άλλωσιν τον στεφανον ενίκα τον βασιλικόν, και λαμπρότερον τουτο εκείνου το σχήμα εδείκνυτο· ράκια περιέκειτο αυχμώντα, άτε δεσμοτήτων οικών, και μάλλον τής δουργίδος πάντας επίστρεφε προς τά περιειμμενα αυτω δεσμά· επί γη· ειστήκει κατεχόμενος και κάτω νεύων, και τον επ' όχηματος χρυσοϋ άπαντες αφέντες εκείνω προσείχον· εικότως. Το μεν γάρ συνηθείας ην βασιλεία ιδειν επί ζεύγους καθήμενον λευκοϋ· τουτο [684] δε ζένον και παράδοxon, δεσμώντην όρῶν μετά τοσαύτης παρήσιας βασιλει διαλεγόμενον, μεθ' όσης ό βασιλεύς προς άνδράποδον οικηρόν και ταλαίπωρον. "Οχλος περιεστήκει πολυς, και δοϋλοι πάντες του βασιλέως ησαν· εθαύμαζον δε ού τον δεσπότην τον αυτών, αλλά τον νικῶντα τον δεσπότην αυτών· και όν άπαντες εθεδοκίμασαν και ετρεμον, τουτον μόνος ών κατεπάτει εκείνος. "Ιός εν αυτοίς τοίς δεσμοίς πώση η λαμπρότης. Τί α άν τις; είποι τά μετά ταύτα; 'Εκείνου μεν ούδε το μνημα δήλον· ουτος δε πάντων βασιλέων λαμπρότερος εν αυτη κεΐται τη βασιλίδι, ενθα και ενίκησεν, ενθα και το τρόποιον εστησεν. 'Εκείνου κᾶν μνησθη τις, μετά φόγου μέμνηται, και των οικείων (και γάρ και άσεληγς λέγεται γεγενησθαι)· τουτου μετ' ευφημίας η μνήμη πανταχού· ού γάρ ημίν μόνον, αλλά και παρὰ τοίς έχθροίς. "Οταν γάρ εκλάμπη η αλήθεια, ούδε οι έχθροί αναισχυνητείν έχουσιν· ει γάρ και μη τής πίστεως ενεκεν αυτών θαυμάζουσιν, αλλά τής παρήσιας, αλλά τής άνδρείας. Ουτος εν τοίς άπάντων στόμασι πανταχού καθ' εκάστην ημέραν στεφανούμενος ανακηρύττεται· εκείνος δε βαλλόμενος φόγοις και κατηγορίαις. Ποία τοίνυν τά λαμπρά; 'Αλλά γάρ ελαθον από του δνυχος τον λέοντα επαιών, δέον τά δντως είπειν. Τίνα δε ταυτά εστι; Τά εν τοίς ούρανοίς· πώς ηξει μετὰ του

βασιλέως των ούρανων, μετὰ λαμπρού του σχήματος· πώς ό Νέρων στήσεται τότε καταφής, συγνός. Εί δε δοκώ σοι άπιστα λέγειν και καταγέλαστος, ού καταγέλαστος ει γελών τά μη γέλωτος άξια. Εί γάρ άπιστείς τοίς· μέλλουσιν, από των φθασάντων πιστευσον· ούπω των στεφάνων ό καιρός, και τοσαύτης απέλαυσε τιμής ό άθλητής· όταν ό άγωνοθέτης έλθοι, πώσης απολαύσεται τιμής; 'Εν τοίς άλλοτρίοις ζένος ην, ζένος και παρεπίδημος, και ούτω θαυμάζεται· όταν εν τοίς ιδίοις η, τίνος ούκ απολαύσεται αγαθού; Νῦν η ζωη ήμῶν κέκρυπται ούν τῷ Χριστῷ εν τῷ Θεῷ, και όμως των ζώντων ό τεθνηκώς μάλλον ενεργεί και τιμάται· όταν έλθῃ αυτη η ζωη ήμῶν, τίνος ού μεθέξει, τίνος ούκ απολαύσεται; Διά τουτο ταύτης αυτών τής τιμής απολαύσαι· έποίησεν ό Θεός, ούκ έπειδή εκείνος εδειτο. Εί γάρ εν σώματι ών κατεφρόνει τής παρὰ των πολλών δόξης, πολλῷ μάλλον απαλλαγεις του σώματος. Ού δια τουτο δε έποίησεν αυτον απολαύσαι μόνον, άλλ' ίνα οι τοίς μέλλουσιν άπιστουντες κᾶν εν των παρόντων ενάγωνται. Λέγω ότι ηξει Παϋλος μετὰ του βασιλέως των ούρανων, ότι αναστασις εσται, ότι μυρίων απολαύσει των αγαθών. 'Αλλ' ού πιστεύει ό άπιστος· ούκοϋν από των παρόντων πιστεύσει. Λαμπρότερος του βασιλέως ό σκηνοποιός, εντιμότερος του βασιλέως· ούδεις βασιλεύς τής Ρώμης γενόμενος, τοσαύτης απέλαυσε τιμής· άλλ' ό μεν βασιλεύς εβρίμμενος έξω που κεΐται, ό δε το μέσον κατέχε· τής πόλεως, καθάπερ βασιλεύς ών και ζών. 'Από τουτων πιστευσον και περι των μελλόντων. Εί ενταϋθα, ενθα ηλαύνετο, ενθα εδιώκετο, τοσαύτης απέλαυσε τιμής, όταν ελθῃ, τί [685] εσται; Εί όπου σκηνοποιός ην, υτως εγένετο λαμπρός, όταν ελθῃ αντιλάμπων ταις ήλιακαίς ακτίσι, τί εσται; Εί μετά τοσαύτης ευτελείας, τοσαύτης μεγαλοπρεπειας περιεγένετο, όταν ελθῃ, τίνος ού περιέσται; Μη ενι φυγειν τά πράγματα; Τίνα ούκ εντρέπει το τον σκηνοποιόν εντιμότερον γενέσθαι του πάντων βασιλέων μάλλον θαυμασθέντος; Εί ενταϋθα τά υπέρ φύσιν εγένετο, πολλῷ μάλλον εν τῷ μέλλοντι. Πιστευσον, ανθρωπε, τοίς παρούσιν, ει μη θέλεις τοίς μέλλουσι· πιστευσον, ανθρωπε, τοίς όρωμένοις, ει μη βούλει τοίς άοράτοις. Μάλλον δε πίστευσον τοίς όρωμένοις· ούτως γάρ και τοίς άοράτοις πιστεύσεις· ει δε ού θέλεις, ευκαιρον το του 'Αποστόλου είπειν, Καθαροί ήμείς από του αίματος υμῶν· άπαντα γάρ υμίν διεμαρτυράμεθα, και ούδέν ενελπίομεν των όφειλόντων λεχθηῖναι· υμεις εαυτοϋς αιτίασασθε, και λογιείσθε b την εν τῇ γεένῃ τιμωρίαν. 'Ημείς δε, ω τέκνα αγαπητά, Παύλου μιμητάι μη κατὰ την πίστιν μόνον, αλλά και κατὰ τον βίον γενώμεθα. "Ινα τύχωμεν δόξης έπουρανού, καταπατήσωμεν την ενταϋθα δόξαν· μηδεν ήμας εφελεκείσθω των παρόντων άπάντων· καταφρονήσωμεν των όρωμένων, ίνα των ούρανίων τύχωμεν, μάλλον δε και τουτων επιτευξώμεθα δι' εκείνων, πλην προηγουμένως εστω ό σκοπός εκείνων επιτευχέιν· ών γενοίτο πάντας ήμας αξιωθήναι.

\* Llectionem a Ducro allatam in notis ad edit. Lat. Paris. 1588, nempе, еi δέ... τοσαύτη η λαμπρότης, τί... commendat Dunæus.

b. Adde vel subintellige εαυτοίς.

#### ΟΜΙΛΙΑ Ε'.

Πιστός ό λόγος· ει γάρ συναπεθάνομεν, και συζήσομεν· ει υπομένομεν, και συμβασιλεύσομεν· ει άρνησόμεθα, και κείνος άρνήσεται ήμεις· ει άπιστούμεν, κείνος πιστός μένει· άρνήσασθαι γάρ εαυτον ού δύναται. Ταυτα υπομνήσκω, διαμαρτυρούμενος ενώπιον του Κυρίου,

μη λογομαχεΐν εις ούδεν χρησίμον επί καταστροφῃ των άκούσόντων.

α'. Πολλοί των ασθενεστέρων ανθρωπων προς μιν τον τής πίστεως πόνον άπαγορεύουσιν, ούδε την αναβολήν τῆς ελπίδος φέρουσι· τά παρόντα δε επίζητοϋσιν·

καὶ ἀπὸ τούτων τὰ μέλλοντα χαρακτηρίζουσιν. Ἐπαὶ οὖν τὰ μὲν ἐνταῦθα θάνατος ἦν, βάσανοι, δεσμά· αὐτὸς δὲ φησιν, ὅτι εἰς ζωὴν αἰώνιον ἤξουσιν, οὐκ ἂν δὲ τις ἐπίστευσεν, ἀλλ' εἶπεν ἂν, τί λέγεις; Ὅτε ζῶ, ἀποθνήσκω, καὶ ὅταν ἀποθάνω, ζῶ; ἐν τῇ γῆ μοι οὐδὲν ἐπαγγέλλη, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ δίψας; τὰ μικρὰ οὐ διδως, καὶ τὰ μεγάλα παρέχεις; Ἴνα τοίνυν μηδεὶς ταῦτα ἐννοῆ, ἀναμφίβολον ποιεῖται τούτου τὴν κατασκευὴν, προκαταβάλλων μὲν αὐτὸ καὶ ἡδῆ, καὶ τεκμήρια διδούς (τὸ γὰρ, *Μνημόνευε Χριστὸν Ἰησοῦν ἐγηγεμμένον ἐκ νεκρῶν*, τοῦτό ἐστιν, ὅτι μετὰ θάνατον ἀνέστη)· νῦν δὲ τὸ αὐτὸ πάλιν δηλῶν φησὶ· *Πιστός* [686] ὁ λόγος, ὅτι ὁ ζωῆς οὐρανίου τυχῶν, καὶ αἰωνίου τεύξεται. Πόθεν πιστός; *Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν*, φησὶ, καὶ *συζήσομεν*. Εἰπέ γὰρ μοι, ἐν τοῖς σκυθρωποῖς κοινωνοῦμεν αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς κόπον ἔχουσι, καὶ ἐν τοῖς χρηστοῖς οὐκέτι; Ἄλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνθρωπος ποιήσειεν, ὥστε τὸν ἐλόμενον αὐτῷ συναποθανεῖν καὶ συνθλιβῆναι, εἰ ποτε ἐν ἀνέσει γένηται, ἀρνήσασθαι αὐτῷ γενέσθαι κοινωνόν. Πού δὲ συναπεθάνομεν; Τοῦτον λέγει τὸν θάνατον, τὸν τε διὰ τοῦ λουτροῦ, καὶ τὸν διὰ τῶν παθημάτων· φησὶ γὰρ, *Τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου ἐν τῷ σώματι περιφέροντες*· καὶ, *Συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος*· καὶ ὁ *παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη*· καὶ, *Σύμμενοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ*. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν τῶν πειρασμῶν λέγει· μάλλον δὲ τοῦτον· καὶ γὰρ ἐν πειρασμοῖς ἦν, ὅτε ταῦτα ἔγραφεν. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· *Εἰ δι' αὐτὸν ἀπεθάνομεν*, δι' αὐτὸν οὐ ζησόμεθα; ἀναμφισήτητον τοῦτό ἐστιν. *Εἰ ὑπομένομεν*, φησὶ, καὶ *συμβασιλεύσομεν*, οὐκ ἀπλῶς εἶπε, Συμβασιλεύσομεν· ἀλλ', *Εἰ ὑπομένομεν*, δεικνύς ὅτι οὐκ ἀρεὶ τὸ ἀπαξ ἀποθανεῖν (καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπέθνησκεν ὁ μακάριος οὗτος)· ἀλλὰ δεῖ πολλῆς ὑπομονῆς, ἥς μάλιστα ἔδει Τιμοθέῳ. Μὴ γὰρ μοι, φησὶ, τὰ πρῶτα εἴπης, ἀλλ' εἰ διαπαντός. Εἶτα καὶ ἀπὸ τοῦ ἄλλου μέρους προτρέπει, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κακῶν. *Εἰ γὰρ μέλλοιεν τῶν αὐτῶν μετέχειν καὶ οἱ πηροῦ, οὐκ ἐστὶ τοῦτο παράκλησις*· καὶ εἰ μέλλοιεν ὑπομείναντες μὲν συμβασιλεύειν, μὴ ὑπομείναντες δὲ τοῦτο μόνον πάσχειν, τὸ μὴ συμβασιλεύειν, θεινὸν μὲν καὶ τοῦτο, πλὴν ἀλλὰ τοὺς πολλοὺς οὐκ ἱκανὸν δακεῖν. Διὸ τὸ φοβερώτερον λέγει· *Εἰ ἀρνήσασθα αὐτόν, κακείνους ἀρνήσεται ἡμᾶς*. Ἄρα οὐκ ἐν τοῖς χρηστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις αἰ ἀμοιβαί. Τὸν δὲ ἀρνήθέντα ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἐννοήσατε τί παθεῖν εἰκός· Ὅς *ἐὰν ἀρνήσεται με*, φησὶν, *ἀρνήσομαι καὶ γὰρ αὐτόν*. Οὐκ ἐξ ἰσῆς ἢ ἀντίδοσις, εἰ καὶ οὕτω λέγων δοκεῖ· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀνθρωποὶ οἱ ἀρνούμενοι, ἐκείνους δὲ Θεοῦ· ὅσον δὲ τὸ μέτρον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τί δεῖ λέγειν;

β'. Ἄλλως δὲ ἡμεῖς ἐντεθεὶν ἑαυτοὺς βλάπτομεν, ἐκείνον δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ δυνάμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπήγαγε τὸ αὐτὸ δηλῶν· *Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκείνους πιστὸς μένει*· ἀρνήσασθα γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. Τοῦτέστιν, εἰ ἀπιστοῦμεν ὅτι ἀνέστη, οὐδὲν ἀπὸ τούτου βλάπτεται ἐκεῖνος· ἀληθής ἐστι, βέβαιός ἐστιν, ἂν τε εἰπωμεν, ἂν τε μὴ εἰπωμεν. *Εἰ τοίνυν οὐδὲν παρ' ἡμῶν βλάπτεται τῶν ἀρνούμενων, δι' οὐδὲν ἕτερον ἀπαιτεῖ τὴν ὁμολογίαν ἡμῶν, ἀλλ' ἢ οἷόν τὸ ἡμῖν χρῆσθαι*. Ἐκείνους γὰρ ὁ αὐτὸς μένει καὶ ἀρνούμενων καὶ μὴ ἀρνούμενων. Ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται, τοῦτέστι, μὴ εἶναι. Ἡμεῖς

λέγομεν ὅτι οὐκ ἐστίν, εἰ καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχει. Οὐκ ἔχει φύσιν μὴ εἶναι, οὐ δυνατόν· τοῦτέστιν, εἰς τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν χωρῆσαι· αἰεὶ μένει, αἰεὶ ἐστίν αὐτοῦ ἡ ὑπόστασις. Μὴ τοίνυν ὡς χαρίζομενοι αὐτῷ, οὕτω διακεῶμεθα, [687] ἢ ὡς καταδράπτοντες. Εἶτα, ἴνα μὴ τις· νομίση τὸν Τιμοθέον τοῦτον δεῖσθαι, ἐπήγαγε· *Ταῦτα ὑπομνήμησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκούστων*. Φοβερόν τοῦτο τὸ ἐπὶ μάρτυρος τοῦ Θεοῦ λέγειν. *Εἰ γὰρ ἀνθρώπου μαρτυρίαν καλουμένην οὐκ ἂν τις τολμήσειεν ἀθετήσαι, πολλῶν μάλλον Θεοῦ. Οἶδν τι λέγω*· *Εἰ τις συνθήκας τιθέμενος ἢ διαθήκας γράφων βούλεται ἀξιοπίστους μάρτυρας καλέσαι, ἄρα τολμήσει τις ἀναθέσθαι ἐκεῖνα τῶν ἐξωθέν τινι; Οὐδαμῶς*· κἂν βούληται, δεδοικώς τὸ τῶν μαρτύρων ἀξιώπιστον, φυλάττεται. Τί ἐστὶ, *Διαμαρτυρόμενος*; Μάρτυρα καλεῖ τὸν Θεὸν τῶν λεγομένων, τῶν πρατομένων. *Μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον*. Οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ, *Ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκούστων*. Οὐ μόνον οὐδὲν ἕκ τούτου κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβη πολλή. Ταῦτα τοίνυν ὑπομνήμησκε· καὶ καταφρονῶσιν, ὁ Θεὸς αὐτοὺς κρινεῖ. Τί δῆποτε καὶ περὶ τοῦ μὴ λογομαχεῖν παραινεῖ; Οἶδεν ὅτι λίχρον τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅτι αἰεὶ βούλεται ἡ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ μάχεσθαι καὶ λογομαχεῖν. Ἴνα οὖν τοῦτο μὴ γίνηται, οὐκ ἀπλῶς φησὶ μὴ λογομαχεῖν, ἀλλὰ φοβερώτερον τὸν λόγον ποῶν ἐπήγαγεν, *Ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκούστων*. *Σπουδάσον σεαυτὸν δόκιμον παραστήσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ἐρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας*. Πανταχοῦ τὸ ἀνεπαίσχυντον. Τί δῆποτε πολλὴν περὶ τῆς αἰσχύνης ποιεῖται τὴν σπουδὴν; Ἐπειδὴ εἰκός ἦν πολλοὺς ἐπαισχύνεσθαι καὶ τὸν Παῦλον αὐτόν, ἅτε σκηνοποῖδον θυγα, καὶ τὸ κήρυγμα, ὡς τῶν διδασκάλων ἀπολλυμένων. Ὁ Χριστὸς γὰρ ἐσταυρώθη, οὗτος ἔμελλεν ἀποκεφαλίζεσθαι, ὁ Πέτρος κάτωθεν ἀνεσκοποπίσθη, καὶ ταῦτα ἔπαθον παρὰ ἀνθρώπων καταπτύστων καὶ ἰταμῶν. Ἐπειδὴ οὖν οὗτοι ἐκράτου, *Μὴ ἐπαισχυνθῆς*, φησὶ, τοῦτέστι, μηδὲν ὄλας αἰσχύνου πράττειν τῶν εἰς εὐσέβειαν ἠκόντων, κἂν δουλεύσαι δέη, κἂν ὀτιοῦν παθεῖν. Πῶς δὲ γίνεται τις δόκιμος; Ἐργάτης ὢν ἀνεπαίσχυντος. Ὁ ἐργάτης οὐδὲν αἰσχύνεται πράττειν· οὕτως οὐδὲ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου ἐργάτης· πάντα γὰρ ὑφίστασθαι δεῖ. Ὅρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Καλῶς τοῦτο εἶπε· πολλοὶ γὰρ αὐτόν παρασπῶσι πάντοθεν καὶ παρεῖλκουσι· ἀλλὰ ἔχει τὰ ἐπιφύομενα. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀπευθύνοντα, ἀλλ', Ὅρθοτομοῦντα· τοῦτέστι, τέμνε τὰ νόθα, καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐπίστασο καὶ ἔκκοπτε· καθάπερ ἐπὶ ἱμάντος τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος πάντοθεν τὸ περιτέττον καὶ ἀλλότριον τοῦ κηρύγματος ἔκτεμνε. Τὰς δὲ βεβήλους καινοσωνίας περιστασο. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου στήσονται. Ὅταν γὰρ τι καινὸν ἐπισησῆσθῃ, αἰεὶ καινοσωνίας τίκει· καὶ ἀπειρος ἢ πλάνη τοῦ ἐξεληθόντος τὸν λιμένα τὸν εὐδίου, καὶ οὐδαμῶς στήσεται. Ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόγουσιν ἀσεβείας, φησὶ, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάργαρινα, νομῆν ἔξει. Ἀκάθ-εκτον κακὸν, οὐκέτι ἰατρειὰ κατασχεθῆναι δυνάμενον, ἀλλὰ τὸ πᾶν λυμαίνεται. Δείκνυσιν ὅτι νόσος ἐστὶν ἡ καινοσωνία, μάλλον δὲ νόσου χαλεπωτέρα. Ἐνταῦθα τὸ ἀδιόρθωτον [688] αὐτῶν δηλοῖ, καὶ ὅτι οὐκ ἀπλῶς, ἀλλ' ἐκόντες ἀπεπληρήθησαν· ὅθεν καὶ

\* Verba, ἀλλὰ καὶ ..., οὐ μόνον οὐδὲν, εἰ Commel. εἰ Savil. suppleta sunt. Edit.



et convivemus. Dic enim mihi, si in asperis et laboriosis communicamus illi, in bonis non item? At id ne homo quidem faceret, ut eum qui secum mori et affligi delegisset, si quando ad quietem veniret, negaret ipsum sibi consortem esse. Ubi autem commortui sumus? Hanc mortem dicit, quam per lavacrum, et eam quam per passiones subimus: ait enim, *Mortificationem Domini in corpore nostro circumferentes* (2. Cor. 4. 10); et, *Consepulti sumus ei per baptismum*; et, *Vetus homo noster simul crucifixus est*; et, *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus* (Rom. 6. 4-6). Illic vero etiam tentationum mortem magis insinuat; imo hanc: nam in tentationibus erat, cum hæc scribebat. Hoc autem vult significare: Si propter ipsum mortui sumus, annon propter ipsum vivemus? hæc de re non ambigi potest. Si *sustinemus*, inquit, et *conregnabimus*. Non simpliciter dixit, *Conregnabimus*, sed, *Si sustinemus*; ostendens non satis esse semel mori (quotidie moriebatur beatus hic); sed multa patientia est opus, qua maxime egebat Timotheus. Ne mihi, inquit, priora dicas, sed an semper sic affectus sis. Deinde ex alia quoque parte hortatur, non a bonis, sed etiam a malis. Si enim eorundem consortes forent improbi, non esset hæc consolatio: et si qui sustinerent essent quidem conregnaturi, qui vero non sustinerent hoc solum paterentur, quod non conregnarent; grave certe illud esset, plurimos tamen non valde morderet. Ideo quod terribilius est dicit: *Si negaverimus illum, et ipse negabit nos*. Ergo non in bonis tantum, sed etiam in malis retributiones erunt. Is vero quem ille negaverit in regno suo quid passurus sit cogitate. *Qui me negaverit, inquit, negabo illum et ego* (Matth. 10. 33). Non par est retributio, etiamsi ille hoc dicere videatur: nos enim homines sumus qui negamus, ille vero Deus est: quantum vero sit discrimen Deum inter et hominem, quid opus est dicere?

2. Alioquin nos ipsos inde lædimus. Ille se nihil lædit, neque nos lædere possumus. Ideo subjungit hoc declarans: *Si non credimus, ille fidelis permanet; negare se ipsum non potest*. Id est, Si non credimus eum resurrexisse, nihil inde læditur ipse: verax est, firmus est, sive dicamus, sive non. Si ergo nihil a nobis negantibus læditur, ob nihil aliud confessionem nostram exigit, nisi ad utilitatem nostram. Ille enim, nobis vel negantibus vel non negantibus idem ipse manet: *Negare enim se ipsum non potest*, id est, negare quod sit. Nos dicimus eum non esse, etiamsi res non ita se habeat. Non habet eam naturam ut non sit, nec habere potest; id est, non potest eo redigi ut non sit: semper manet, semper ejus substantia est. Ne itaque sic affecti simus, ac si vel gratificemur illi, vel ipsi noceamus. Deinde, ne quis putet Timotheum his opus habere, subjungit: *Hæc admone, testificans coram Domino, non verbis contendere; ad nihilum enim utile est, nisi ad subversionem audientium*. Terribile illud est, Deo teste loqui. Si enim hominis testimonium neino audeat irritum facere, multo magis Dei. Exempli causa, si quis pacta iniens aut testamentum edens

velit fide dignos testes vocare, an audebit quis apud extraneum quempiam id exponere? Minime; etiamsi velit, timens testium fidem, sibi cavet. Quid sibi vult illud, *Testificans*? Deum dictorum et gestorum testem vocat. *Noli verbis contendere; ad nihilum enim utile est*. Non modo nihil hinc lucri, sed etiam detrimenti plurimum. Hæc igitur admone: si despiciant, Deus illos judicabit. Cur autem monet ut ne verbis contendat? Novit rem esse lubricam, et humanam mentem semper litigare et contendere velle. Ne id fiat igitur, non modo dixit non contendendum esse, sed terribiliora proferens subjungit: *Ad subversionem audientium*.

15. *Sollicite cura te ipsum probatum exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis*. Ubique ut ne erubescat hortatur. Cur toties de pudore agit? Quia verisimile est multos puduisse, quod Paulum viderent esse tentoriorum artificem, et de prædicatione quoque puduisse, quasi doctoribus pereuntibus. Christus enim crucifixus fuerat, Paulus capite truncandus erat, Petrus inverso capite crucifixus; et hæc passi erant ab hominibus nullius pretii et petulantibus. Quia igitur isti tunc imperabant, *Ne te pudeat*, inquit; id est, *Ne verearis illa facere quæ ad pietatem pertinent, etiamsi servire oporteat, etiamsi quidvis pati*. Quomodo autem aliquis probatus efficitur? Si sit operarius inconfusibilis. Operarium nihil facere pudet; sic neque ipse evangelii operarius: omnia enim subire oportet, *Recte tractantem verbum veritatis*. Hoc apposite dicit: multi enim illud undique detorquent et distrahunt: plurima spuria ei adjecta sunt. Neque dixit, *Dirigentem*, sed, *Recte tractantem*; id est, *Spuria reseca, et cætera hujusmodi cum vehementia multa impete et amputa: ut in corrigia sit, gladio spiritus undique quod superfluum aut alienum est a prædicatione reseca*. 16. *Profanas autem vocum novitates devita*. Neque enim hic stabunt. Cum enim quidpiam novum inductum fuerit, semper nova id parturit; internatusque error est ejus qui ex tranquillo portu est egressus, et nusquam stabit. *Mulum enim proficiunt ad impietatem*, inquit, 17. *et sermo eorum ut cancer serpit*. Morbus est qui contineri nequit, quem medicina reducere nequit, sed totum perdit. Ostendit novas inductas voces morbum esse, etiamque morbo graviore. Illic ostendit illos emendari non posse, illosque non temere, sed sponte aberrare, ideoque corrigi non posse. *Ex quibus est Hymenæus et Philetus*, inquit, 18. *qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, et subverterunt quorundam fidem*. Recte dixit, *Mulum proficiunt*: nam hoc solum quidem grave videtur esse; vide autem quanta hinc mala pariantur. Si enim jam resurrectio fuit, non solum hac magna privamur gloria; sed etiam iudicium tollitur, si resurrectio facta est, necnon meritum retributio: si enim jam resurrectio fuit, retributio quoque fuit. Ergo boni ærumnarum et dolorum fructum perceperunt, mali vero non puniuntur; et belle sane, ut qui in deliciis multis versentur. Melius esset dicere non fore resurre-

tionem, quam jam fuisse. *Et subvertunt quorundam fidem*, inquit. Non omnium, sed *Quorundam*. Si enim *resurrectio non est, fides subvertitur: si resurrectio non est, vana est prædicatio nostra*, nec Christus resurrexit (1. Cor. 15. 14. 15). Si non resurrexit, neque natus est, neque in cælos ascendit. Viden' quod cum resurrectionem id impugnare videatur, plurima alia gravia secum trahat? Quid igitur? inquires; nihil faciendum pro iis qui subvertuntur? 19. *Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.*

3. Ostendit eos, etiam antequam subverterentur, non fuisse firmos; neque enim primo statim impulsu subversi fuissent: sicut neque Adam ante mandatum stabilis fuit. Qui enim firmi sunt, non modo nihil patiuntur a deceptoribus, sed etiam admirationi habentur. Et firmum, inquit, et fundamentum est. Sic fidei hæreat oportet, is, qui hujusmodi signaculum habet. *Cognovit Dominus, qui sunt ejus* (Num. 16. 5). Quid hoc est? Ex Deuteronomio id accepit. Id est, firmæ animæ stant fixæ et immotæ. Undenam illæ noscuntur? Ex eo, quod illæ hæc scripta habeant in operibus suis, ex eo quod a Deo noscantur, et non simul pereant, quod ab iniquitate abstinent. *Et discedat, inquit, ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Hæc indicia sunt fundamenti: sicut fundamentum firmum exhibetur. Ac si quis in lapide inscribat, ut literæ quidpiam significant. Hæc vero literæ per opera exhibentur. *Hubens, inquit, signaculum istud affixum. Omnis, inquit, qui nominat nomen Domini discedat ab iniquitate.* Itaque si quis iniquus sit, non huic fundamento hæret. Ergo signaculi hujus hæc quoque munus est, ut ne iniqua perpetrentur. Ne ergo signum regium neque notam deponamus, ne sine signaculo et deformes simus, ut fundamentum simus, et fundamentum firmum, ne circumferamur; hoc eos qui Dei sunt indicat, qui ab iniquitate discedunt. Quomodo enim aliquis potest esse justus Dei, si iniqua operetur, si operibus illum impugnet, si gestis illum contumelia afficiat? Rursum nos iniquitatem incusamus; rursum multos concitamus hostes. Hæc enim pestis ceu quidam tyrannus omnium animas invasit: quodque gravius est, non id necessitate aut vi, sed suasionem et blanditiis, et gratias habent de tali servitute. Hoc vere grave est; si enim vi detinerentur, non amore, cito resiliunt. Undenam vero fit ut res suavis esse videatur, cum amarissima sit? undenam amara justitia videtur, cum valde suavis sit? A sensibus nostris. Ita enim mel amarum esse quidam putavere, et aliud noxium cum voluptate perceperunt. Causa autem non ex rerum natura petitur, sed ex perversitate male affectorum. Cogita quid sit animæ nostræ judicium. Nam statera, si lancem habeat vacillantem, pondera juste non profert: et anima quoque si lancem non habeat firmam et legi Dei infixam, de rebus probe judicare non poterit, sed circumferetur et trahetur. Etenim si quis accurate scrutetur, multam videbit iniquitatis acerbiteriam, non in patientibus

tantum, sed et in agentibus, et in his magis. At nondum de futuris, sed de præsentibus disseramus. Annon hic pugnae, tribunalia, convicia, invidia, maledicta? quid his acerbius? nonne odia, nonne bella, nonne accusationes? nonne conscientia nos frequenter flagellat et mordet? Vellem, si fieri posset, animam iniqui ex corpore extrahere; videres certe illam pallidam, trementem, pudibundam, anxiam, sese damnantem. Etiam si enim in profundum nequitiae inciderimus, judicium mentis non corrumpitur, sed stat incorruptum: et nemo accedit dicens iniquitatem esse bonam, sed prætextus fingit, et nihil non agit ut vel verbis culpam dejiciat; sed a conscientia id nunquam obtinere poterit. Hic namque et ornatus verborum, et principum vitia, et adulatorum greges justitiam obscurare poterunt: intus autem in conscientia nihil horum habetur; non adsunt adulatores, non pecuniæ quæ judicem corrumpant: naturaliter enim nobis inditum est judicium a Deo. quod autem a Deo datum est, nihil tale patitur.

4. *Malæ conscientiae nulla quies. Nemo est qui judicium non timeat. Deus improbos aliquando punit in hac vita.* — Sed etiam somni ingrati et phantasie, et vitium in memoriam frequenter veniens, quietem nostram turbant. Verbi gratia: domum quispiam ab aliquo injuste abstulit: non is modo, cui sublata est, gemit, sed etiam is qui sustulit, si futuro credat judicio; nam qui persuasus est, vehementer ingemiscit et lamentatur: si autem futuro non credat, etiam sic erubescit, et pudore afficitur. Imo nullus est homo, vel Græcus, vel Judæus, vel hæreticus, qui de judicio non timeat: etiam si de futuris non philosophetur, sed præsentia timet, ne se Deus in pecuniis mulcet, ne in filiis, ne in domesticis, vel in anima: nam multa sæpe talia Deus facit. Quia enim resurrectionis fides non potest omnes ad sanam mentem reducere, hic etiam multa ejus justiciæ signa præbentur: ille avarus filios non habuit, ille in bello cecidit, alius corpore mutilatus est, alius filium amisit. Hæc in animo volvens, in terrore perpetuo vivit. Nescitis quanta patiantur injusti? annon hæc acerba sunt? Etiam si vero nihil tale esset, annon omnes ipsum damnabunt? annon omnes odio habent et aversantur? annon omnes brutis irrationabiliorem esse dicunt, etiam ii qui injuste agunt? Si enim seipsos damnant, multo magis alios, raptorem, avarum, perniciosum appellantes. Quid igitur suave habet? Nihil aliud quam quod majorem sollicitudinem habeat pro illorum custodia, quod majori cura teneatur. Quanto enim plures quis congresserit opes, tanto majorem sibi vigilantiam apparat. Quid vero memorem maledicta eorum qui injuste læduntur? quid supplices libellos? quid si morbus ingruerit? non potest enim, non potest ægrotus, etiam si omnium impiissimus sit, non illa curare et animo versare, quando nihil potest facere. Quamdiu enim hic sumus, anima voluptatibus delinita quæ tristitia sunt non fert: cum autem ex corpore exitura est, tunc illam major timor excipit, utpote quæ ad ipsa judi-

μάλιστα οὗτοι εἰσιν ἀδιόρθωτοι. Ὡν ἔστιν Ἰγμέ-  
 ραιος καὶ Φίλιππος, φησὶν, οἵτινες περὶ τὴν ἀλή-  
 θειαν ἠστόχησαν. λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη  
 γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τιμωρίαν πιστῶν.  
 Καλῶς εἶπεν, Ἐπὶ πλεῖον προκλύουσι· δοκεῖ μὲν  
 γὰρ τοῦτο μόνον εἶναι τὸ δεινόν· ὅρα δὲ πόσα ἐξ  
 αὐτοῦ τίκεται. Εἰ γὰρ ἦδη ἡ ἀνάστασις, οὐ τοῦτο  
 μόνον ζημιώμεθα, ὅτι τῆς μεγάλῃς δόξης ἐκείνης  
 ἀπεστερήμεθα, ἀλλὰ ὅτι καὶ τὰ τῆς κρίσεως ἀνήρη-  
 ται, εἰ ἦδη γέγονε, καὶ τὰ τῆς ἀντιδόσεως· εἰ γὰρ  
 ἦδη γέγονεν ἡ ἀνάστασις, γέγονε καὶ ἡ ἀναπόδοσις.  
 οὐκ οὖν ἀπέλαυσαν μὲν οἱ ἀγαθοὶ τῶν θλίψεων καὶ  
 τῶν ὀδυνῶν· οὐ κολλάζονται δὲ οἱ πονηροὶ, καλῶς γε,  
 οἱ ἐν τρυφῇ ὄντες πολλῇ. Βέλτιον ἦν εἶπεν, ὅτι οὐκ  
 ἔστιν ἀνάστασις, ἢ ὅτι ἦδη γέγονε. Καὶ ἀνατρέ-  
 πουσι, φησὶ, τὴν τιμωρίαν πιστῶν. Οὐ πάντων, ἀλλὰ  
 τιμωρ. Εἰ γὰρ ἀνάστασις οὐκ ἔστι, καὶ τὰ τῆς πί-  
 στεως ἀνατέτραπται· εἰ ἀνάστασις οὐκ ἔστι, κε-  
 ρτὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ Χριστὸς ἀνέστη· εἰ δὲ  
 μὴ ἀνέστη, οὐδὲ ἐγενήθη, οὐδὲ εἰς οὐρανούς ἀνῆλ-  
 theoretical. Ὅρα πῶς δοκεῖ μὲν τῷ τῆς ἀναστάσεως ἐναν-  
 τιουῖσθαι λόγῳ, πολλὰ δὲ συνεφέκεται δεινά. Τί οὖν,  
 φησὶν; οὐδὲν δεῖ ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ἀνατρεπομένων;  
 Ὁ μέντοι, φησὶ, στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἔστη-  
 κεν ἔχων τὴν σφραγίδα ταύτην· ἔγνω Κύριος τοὺς  
 ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας  
 πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου.

γ. Δείκνυσιν ὅτι καὶ πρὶν ἀνατραπῆναι οὐκ ἦσαν βέ-  
 βαιοι· οὐ γὰρ ἂν ἀνετρέπησαν ἀπὸ τῆς πρώτης προ-  
 σβολῆς, ὡς περὶ οὖν ὁ Ἀδάμ πρὸ τῆς ἐντολῆς βέβαιος  
 ἦν. Οἱ γὰρ πεπηγότες οὐ μόνον οὐδὲν πάσχουσιν ὑπὸ  
 τῶν ἀπατεῶνων, ἀλλὰ καὶ θαυμάζονται. Καὶ στερεὸς,  
 φησὶ, καὶ θεμέλιος. Οὕτως ἔχουσι δεῖ τῆς πίστεως.  
 Ἐχων τὴν σφραγίδα ταύτην· ἔγνω Κύριος τοὺς  
 ὄντας αὐτοῦ. Τί ἐστὶ τοῦτο; Ἀπὸ τοῦ Δευτερονο-  
 μίου αὐτὸ ἔλαβε. Τουτέστιν, αἱ στερεαὶ ψυχαὶ ἐσθή-  
 κασι πεπηγυῖαι καὶ ἀκίνητοι. Πόθεν δὲ ὀηλαί εἰσιν;  
 Ἀπὸ τοῦ τὰ γράμματα ταῦτα ἔχειν ἐπὶ τῶν πραγμά-  
 των, ἀπὸ τοῦ γνωρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ  
 συμπαραπύλλυσθαι, ἀπὸ τοῦ ἀφροστᾶναι ἀπὸ ἀδικίας.  
 Καὶ ἀποστήτω, φησὶν, ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομά-  
 ζων τὸ ὄνομα Κυρίου. Ταῦτα τὰ γνωρίσματα τοῦ  
 θεμελίου· καθάπερ θεμέλιος στερεὸς δείκνυται. Ἄς  
 ἂν τις ἐπὶ λίθον ἐπιγράψειεν, ἵνα ἢ τὰ γράμματα  
 σημαίνοντα· τὰ δὲ γράμματα ταῦτα δι' ἔργων δεί-  
 κνυται. Ἐχων, φησὶ, τὴν σφραγίδα ταύτην ἐμπε-  
 πηγμένῃ. Πῶς ὁ ὀνομάζων, φησὶ, τὸ ὄνομα Κυ-  
 ρίου ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας. Ὡστε ὅταν ἢ τις ἀδι-  
 κος, οὐκ ἔστι τοῦ θεμελίου. Ὡστε καὶ τοῦτο σφρα-  
 γίδος, τὸ μὴ πράττειν ἀδικα. Μὴ τοῖνον τὸ σήμαντρον  
 τὸ βασιλικὸν καὶ τὸ γνῶρισμα ἀποθώμεθα, ἵνα μὴ  
 ἀσφράγιστοι ὦμεν, ἵνα μὴ σαθροὶ, ἵνα θεμέλιοι ὦμεν,  
 καὶ θεμέλιοι στερεοί, ἵνα μὴ περιφερόμεθα· τοῦτο  
 δείκνυσι τοὺς τοῦ Θεοῦ, τοὺς ἀφροστᾶναι ἀπὸ ἀδι-  
 κίας. Πῶς γὰρ τις τοῦ Θεοῦ δύναται εἶναι δικαίου  
 ὄντος, ὁ ἀδικα ποιῶν, ὁ μαχόμενος αὐτῷ διὰ τῶν ἔρ-  
 γων, καὶ ὑβρίζων αὐτὸν διὰ τῶν πράξεων; [689] Πάλιν  
 ἔμελλε τῆς ἀδικίας κατηγοροῦμεν, καὶ πάλιν πολλοὺς  
 ἔχουσαν τοὺς ἀπεχθάνομένους. Ὡς περὶ γὰρ τύραννός  
 τις τὰς ἀπάντων κατάλαβε ψυχὰς τοῦτο τὸ πάθος·  
 καὶ τὸ δεινόν, ὅτι οὐκ ἀνάγκη οὐδὲ βία, ἀλλὰ πειθοῖ  
 καὶ προσηλείᾳ, καὶ χάριν ἴσασι τῆς δουλείας ταύτης.  
 Τοῦτο γὰρ ὄντως τὸ δεινόν· ὡς εἰ γε βία κατεῖχοντο  
 καὶ μὴ ἀγάπη, ταχέως ἂν ἀπέστησαν. Καὶ πόθεν ἦδὺ  
 τὸ πρῶγμα εἶναι δοκεῖ, σφόδρα πικρὸν ὅν; πόθεν δὲ  
 πικρὸν ἢ δικαιοσύνη, σφόδρα ἦδὺ ὅν. Πρᾶτὰ τὰ αἰ-

σθητήρια τὰ ἡμέτερα. Οὕτω γοῦν καὶ μέλι πικρὸν  
 ἐνόμισάν τινες, καὶ ἄλλο τι τῶν βλαβερῶν μετὰ ἡθ-  
 νῆς προσήκοντο. Τὸ δὲ αἴτιον οὐ παρὰ τὴν τῶν πραγ-  
 μάτων φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν κακουμένων δια-  
 στροφὴν. Νόει τὸ κριτήριον τῆς ἡμετέρας ψυχῆς.  
 Ἐπεὶ καὶ ζυγὸς ἔαν ἔχη παρασαλευομένην τὴν πλά-  
 στιγγα, οὐ κρίνει δικαίως τὰ σταθίττα περιφερόμε-  
 νος. Καὶ ψυχὴ ἔαν μὴ ἔχη τὴν πλάστιγγα τῶν οὐκ ἐμ-  
 λογισμῶν πεπηγυῖαν καὶ προσηλωμένην ἀσφαλῶς τῷ  
 νόμῳ τοῦ Θεοῦ, οὐ δυνήσεται κρίνει καλῶς τὰ πρά-  
 γματα, ἀλλὰ περιφέρεται καὶ καθέλκεται. Ἐπεὶ εἰ  
 τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, πολλὴν ὄφεται τῆς ἀδικίας  
 τὴν πικρίαν, οὐ τοὶς πάσχουσιν, ἀλλὰ τοὶς ποιούσιν,  
 καὶ τοῦτο μᾶλλον ἢ ἐκείνοις. Καὶ μᾶλλον περὶ τῶν  
 μελλόντων, ἀλλὰ τῶς περὶ τῶν ἐνταῦθα διαλεχθῶ-  
 μεν, οὐχὶ μάχας ἔχει καὶ δικαστήρια, καὶ κατάγνω-  
 σιν καὶ φθόνον καὶ κακηγορίαν; τί τούτων πικρότε-  
 ρον; οὐχὶ ἀπεχθείας; οὐχὶ πολέμους; οὐχὶ κατηγο-  
 ρίας; Οὐ τὸ συνειδὸς μαστίχον ἡμᾶς συνεχῶς καὶ  
 δάκνον; Ἐβουλόμην, εἰ γε δυνατὸν ἦν, ἐξελεύσαι τοῦ  
 σώματος τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδίκου, καὶ εἶδες ἂν αὐτὴν  
 ὠχρᾶν, τρέμουσαν, αἰσχουμένην, ἀγωνιώσαν, κατα-  
 δικάζουσαν ἑαυτήν. Κἂν γὰρ εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα  
 τῆς κακίας καταπέσωμεν, τὸ κριτήριον τοῦ νοῦ οὐ  
 διαφθείρεται, ἀλλ' ἔστηκεν ἀδέκαστον· καὶ οὐδεὶς κα-  
 λὸν εἶναι λέγων τὴν ἀδικίαν μετέρχεται, ἀλλὰ προ-  
 φάσεις πλάττει, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε κἂν διὰ ῥη-  
 μάτων ἀποδύσασθαι τὸ ἔγκλημα· ἀλλ' οὐχὶ καὶ  
 ἀπὸ τοῦ συνειδῶτος δυνήσεται. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ  
 καὶ κομψεῖα λόγων, καὶ ἀρχόντων διαφθορὰ, καὶ  
 πλήθῃ κολάκων δυνήσεται συστιάσαι τοδίκαιον· ἔνδον  
 δὲ ἐν τῷ συνειδῶτι οὐδὲν τούτων γίνεται, οὐ πάρεσι  
 κίλακες, οὐ πάρεσι χρήματα τὸν κριτὴν διαφθεί-  
 ροντα· φυσικῶς γὰρ ἡμῖν ἔγκειται τὸ κριτήριον παρὰ  
 τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἂν πάθῃ τοιοῦτο.

δ. Ἀλλὰ καὶ ὕπνοι ἀηδεῖς καὶ φαντασίαι καὶ συν-  
 εχῶς εἰς μνήμην ἔρχόμενον τὸ κακὸν λυμαίνεται τὴν  
 ἀνάπαισιν ἡμῶν. Οἶον, οἰκίαν τις ἀφείλετο ἀδίκως  
 τινός· οὐχ ἄποστεροῦμενος στένει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ  
 ἀποστερήσας, ἔαν μὲν ἢ περὶ τῆς κρίσεως πεπεισμέ-  
 νος· εἰ γέ τις πέπεισται, καὶ σφοδρῶς στένει καὶ  
 ὀδύρεται· ἔνδον δὲ μὴ πιστεύῃ τοῖς μέλλουσιν, καὶ οὕ-  
 τως ἐρυθριᾷ αἰσχυνόμενος· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐστὶν ἄνθρω-  
 πος, [690] κἂν Ἕλλην ἦ, κἂν Ἰουδαῖος, κἂν αἰρετικὸς,  
 δὲ περὶ κρίσεως οὐ δέδοικε· κἂν μὴ περὶ τῶν μελ-  
 λόντων φιλοσοφῇ, ἀλλὰ τὰ ἐνταῦθα δέδοικε καὶ τρέ-  
 μει, μὴ εἰς χρήματα ἀπολάβῃ μεζίδωνος, μὴ εἰς  
 τέκνα, μὴ εἰς οἰκεῖους, μὴ εἰς ψυχὴν· καὶ γὰρ πολλὰ  
 τοιαῦτα ποιεῖ ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἰσχύει ὁ τῆς  
 ἀναστάσεως λόγος σωφρονίσαι πάντας, καὶ ἐνταῦθα  
 τῆς αὐτοῦ δικαιοκρατίας πολλὰ ἡμῖν τεκμήρια παρ-  
 ἔχεται καὶ εἰς μέσον φέρει· ὁ δεῖνα πλεονεκτίας οὐκ  
 ἔσχε παῖδας, ὁ δεῖνα ἐν τῷ πολέμῳ ἔπесεν,  
 ἄλλος τὸ σῶμα ἐπηρῶνθη, ἕτερος παῖδα ἀπέβαλε.  
 Ταῦτα ἐγνωεῖ, ταῦτα φαντάζεται, διηνεκεῖ φόβῳ  
 συζῆ. Οὐκ ἴστε ὅσα πάσχουσιν οἱ ἀδικούντες; ἢ οὐχὶ  
 πικρὰ ταῦτα; Εἰ δὲ καὶ μηδὲν εἴη τοιοῦτον, οὐχὶ  
 πάντες αὐτοῦ καταγινώσκουσιν; οὐχὶ πάντες μισοῦ-  
 σιν; οὐχὶ πάντες ἀποστερέονται; οὐχὶ πάντες τῶν  
 θηρίων ἀλογώτερον εἶναι φασί, καὶ αὐτοὶ οἱ ἀδικούν-  
 τες; Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς καταδικάζουσι, πολλῷ μᾶλλον  
 ἕτερον, τὸν ἄρπαγα, τὸν πλεονέκτην, τὸν λυμῶνα  
 ὀνομάζοντες. Τί οὖν ἔχει ἡδύ; Οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ  
 πλείονα προσκεῖσθαι φροντίδα ὑπὲρ τῆς φυλακῆς τῆς  
 ἐκείνων, τὸ μᾶλλον φροντίζειν αἱ μεριμᾶν. Ὅσῳ  
 γὰρ ἂν τις πλείονα περιβάλλεται χρήματα, τοσοῦτον

μᾶλλον ἰσχυροτέραν αὐτῷ τὴν ἀγρυπνίαν ἐργάζεται. Τί δὲ αἱ κατάραι αἱ τῶν ἀδικουμένων, αἱ ἐντυχίαι·; τί δὲ, ἂν καὶ νόσος προσπέσῃ; οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἐν νόσῳ γενόμενον, κἂν ἀπάντων ἀθειότερος ἦ, μὴ ἐκεῖνα μεριμνᾶν μὴδὲ φροντίζειν, ὅτε οὐδὲν δύναται ἐργάσασθαι. Ἔως μὲν γὰρ ἐνταῦθα ὤμεν, ἡ ψυχὴ ἡδυπαθοῦσα οὐκ ἀνέχεται τῶν λυπηρῶν· ἐπειδὴν δὲ ἀποπηδᾶν μέλλῃ τοῦ σώματος, τότε αὐτὴν μεζῶν φόβος συνέχει, ἅτε εἰς αὐτὰ τοῦ δικαστηρίου τὰ πρόθυρα ἤκουσαν. Ἐπεὶ καὶ οἱ λησταὶ ἐν μὲν τῷ δεσμιωτηρίῳ ζῶντες, ἀδεῶς ζῶσιν· ὅταν δὲ παρὰ τὸ παραπέτασμα ἀγαγῶν τις στήσῃ αὐτούς, διαλύονται τῷ φόβῳ. Ὅταν γὰρ ὁ τοῦ θανάτου φόβος ἐπιστῇ, καθάπερ πῦρ πάντα ἐκεῖνα ἐκκόψας, φιλοσοφεῖν αὐτὴν ἀναγκάζει, καὶ τὰ ἐκεῖ μεριμνᾶν· οὐκέτι χρημάτων ἐπιθυμία, κατέχει, οὐκέτι πλεονεξίας ἔρωσ, οὐκέτι σωμάτων. Ὅσπερ οὖν νέφη ταῦτα παρελθόντα ἀφήσῃ τὸ κριτήριον εἶναι καθαρὸν καὶ τῆς λύπης ἐπείσελθούσης καὶ μαλατούσης τὸ σκληρόν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς σπατάλῃ πρὸς φιλοσοφίαν ἐναντίον, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἐναντίον θλιψίς πρὸς φιλοσοφίαν ἐπιτήθειον. Ἐννοεῖ μοι τίς ἔσται ὁ πλεονέκτης τότε· Ὅρα γὰρ, φησὶ, *κυκώσεως, ἐπιλησμοῦν ποιῶ πολλῆς τρυφῆς*. Τίς ἔσται τοὺς ἠρπασμένους ἐννοῶν, τοὺς ἡδικημένους, τοὺς πλεονεκτηθέντας; τίς ἔσται ὁρῶν τῆς πλεονεξίας ἐτέρους ἀπολαύοντας, ἑαυτὸν δὲ μέλλοντα τὴν δίχην τίνειν; Οὐ γὰρ ἐνὶ, οὐκ ἐνὶ ἐμπεσόντα μὴ καὶ ταῦτα, ὑποπεύσαι· πολλάκις αὐτὴ ἡ ψυχὴ στρέφεται κάτωθεν, ἀγωνιώσα, τρέμουσα. Πόση τοῦτο πικρία; εἰπέ μοι. Ταῦτα γὰρ καθ' ἑκάστην νόσον ἀνάγκη γίνεσθαι. Εἰ δὲ καὶ κολαζομένους ἴδοι, εἰ δὲ καὶ ἀποθνῄσκοντας. [691] τί οὐ πείσεται; Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα· τὰ δὲ ἐκεῖ, οὐδὲ εἰπεῖν ἐνὶ, ὅση ἡ κόλασις, ὅσαι αἱ τιμωρίαι, ὅσαι αἱ βάσανοι, ὅσα τὰ στρεβλωτήρια. Ταῦτα λέγομεν ἡμεῖς· Ὁ ἔχων ὧτα

• Ἐντυχία *supplicem libellum sign. vel supplicationem.*

#### ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκευὴ χρυσῆ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἂ μὲν εἰς τιμὴν, ἂ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκευὸς εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, εὐχρηστον τῷ Δεσπότῃ, εἰς παν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον.

α'. Πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ὀορυθεῖ ἔτι καὶ νῦν, τί δὴ ποτε μένουσιν οἱ κακοὶ, καὶ οὐκ ἀπόλλυνται. Εἰσὶ μὲν οὖν τούτου καὶ ἕτεραι πολλαὶ αἰτίαι, οἷον, ἵνα [692] μεταβάλλονται, ἵνα διὰ τῆς κολάσεως ὑπόδειγμα γένωνται τοῖς πολλοῖς· ἐνταῦθα δὲ ὁ Παῦλος πρᾶγμα φησὶν εἰκόσ· β'. Ἐν μεγάλῃ γὰρ οἰκίᾳ, φησὶν, οὐκ ἔστι μόνον σκευὴ χρυσῆ, καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· δηλῶν διὰ τούτου, ὅτι ὥσπερ ἐν τῇ μεγάλῃ οἰκίᾳ εἰκόσ εἶναι πολλὴν διαφορὰν σκευῶν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἐν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· οὐ περὶ τῆς Ἐκκλησίας λέγων, ἀλλὰ περὶ τοῦ κόσμου παντός. Μὴ γὰρ μοι τὴν Ἐκκλησίαν ὑπολάβῃς· ἐνταῦθα γὰρ οὐδὲν βρῦλεται εἶναι σκευὸς ξύλινον οὐδὲ ὀστράκινον, ἀλλὰ πάντα χρυσῆ καὶ ἀργυρᾶ, ἔνθα σῶμα Χριστοῦ, ἔνθα Παρθένος ἀγνή μὴ

• *Pro his ἐνταῦθα... εἰκόσ, hæc habet cod. ms., καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ χρηστεύεσθαι τὸν θεόν, καὶ ἐνεγκεῖν μακροθύμως αὐτοὺς βραβυῶντας, καὶ ἀπὸ τοῦ μετανοίας αὐτοῖς καιρὸν λιπεῖν εἰς τὸ ἀναῆλθαι, εἰ βουληθεῖεν, πολλοὶ καὶ ἀπώδοντα μεταβαλλόμενοι, καὶ πολλοὺς εἰς τὴν σωτηρίαν ἐνήγαγεν ἐκ τοῦ κατ' ἑαυτοῦς ὑποδείγματος.* Ὁ δὲ Παῦλος καὶ τὶ ἐνενεῖσάγε οὕτως ἐνταῦθα λέγων· Ἐν μεγάλῃ, κ. τ. λ.

ἀκούειν, ἀκουέτω. Συνεχῶς περὶ αὐτῶν λέγομεν, οὐ βουλόμενοι λέγειν συνεχῶς, ἀλλὰ ἀναγκαζόμενοι. Ἐβουλόμεθα μὲν γὰρ μὴδὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ἀνάγκην γίνεσθαι τῶν τοιούτων λόγων· εἰ δὲ μὴ, κἂν ἐξ ὀλίγης ἰατρείας ἀπαλλαγέντας τοῦ νοσήματος, ἐπὶ τὴν ὑγίειαν ὑμᾶς ἐπαναγαγεῖν· μενόντων δὲ ὑμῶν ἐν τῇ ἀβρωστίᾳ, ἐκλύτου καὶ βαναύσου ψυχῆς ἂν εἴη ἀποστῆναι τῆς μεθοδείας τῆς ἰατρικῆς, καὶ ἀπηνεῖος καὶ ἰαμότητος. Εἰ γὰρ τοὺς τὰ σώματα ἀπαγορεύσαντας ἰατροὺς παρακαλούμεν, λέγοντες, Μὴ ἀμελήσης, ἀλλ' ὄλωσ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὰ παρὰ σεαυτοῦ προσφέρων μὴ ἀνήσης· οὐ πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς ἑαυτοὺς παραινέσομεν· ἴσως γὰρ μετὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὰς τοῦ ἄλου τὰς πύλας, καὶ τῆς κακίας αὐτῆς τὰ πρόθυρα, ἀνανήσῃς δυνήσεται καὶ ἀνακτῆσασθαι καὶ βρωσθῆναι, καὶ ἐπιλαθέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς. Πόσοι ἀπὸ μὲν δεκάτης ἀκροάσεως οὐδὲ αἰσθησὶν ἑλαθόν, ὑστερον δὲ ἀπὸ μιᾶς μόνης ἐπεστράφησαν; μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ μιᾶς· εἰ γὰρ καὶ ἀναισθητῶς εἶχον ἐν ταῖς δέκα, ἀλλ' ὅμως ἐκέρδαναν, καὶ ὑστερον τὴν καρπὸν ἀθρόον ἔδειξαν. Ὅσπερ γὰρ ἐπὶ δένδρου, τὸ δέκα λαθὼν τομάς, καὶ μὴ καταπεσὸν ὑπὸ τῶν δέκα, ὑστερον δὲ μιᾶς ἐπαβείσης πᾶν κατηνέχθη· οὐ τῆς μιᾶς δὲ γέγονε τομῆς, ἀλλὰ τῶν δέκα ἔστι τὴ τῆς ὑτέρας κατόρθωμα· καὶ ὁ μὲν πρὸς τὴν ρίζαν ἰδῶν οἶδε τοῦτο, ὁ δὲ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ στελέγους καταμαθῆναι οὐδὲν τοιοῦτο δύναται συνιεῖν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ ἰατρῶν δὲ πολλάκις πολλὰ προσενεγκάντων φάρμακα, οὐδεμία γέγονεν ὑφέλεια, ὑστερον δὲ τις προσελθὼν, τὸ πᾶν κατώρθωσεν· οὐκ ἐκείνου δὲ ἔστι μόνου τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων τῆς ἡδῆ κατεργασαμένου τὸ πάθος. Ὅστε κἂν μὴ νῦν δῶμεν τῆς ἀκροάσεως τοὺς καρπούς, ὑστερον δῶσομεν· ὅτι γὰρ δώσομεν, σφόδρα πέπεισμαι. (Ὁ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τοσαύτην φιληκοῖαν, καὶ τοσοῦτον πῶθον διαπεσεῖν· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ πάντες ἀξιοὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ παραινέσεων γενόμενοι, τύχοιμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν.

ἔχουσα σπῖλον ἢ ρυτίδα. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἔστι· Μὴ σε παραττέτω, ὅτι εἰσὶν ἀνθρωποὶ πονηροὶ καὶ μικροί· καὶ γὰρ ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ ἔστι σκευὴ τοιαῦτα. Τί οὖν; Ἄλλ' οὐ τῆς αὐτῆς, φησὶν, ἀπολαύει τιμῆς, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς τιμὴν ἔστι, τὰ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Να, φησὶν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν χρῆσθιν τινα πηροί, ἐπὶ δὲ τοῦ κόσμου οὐδαμῶς. Εἰ καὶ μὴ πρὸς τοιαύτην ἐνέργειαν, ἀλλὰ κέχρηται αὐτοῖς τούτοις πρὸς ἕτερα ὁ θεός· οἷον, ὁ κενόδοξος πολλὰ οἰκοδομεῖ, ὁ πλεονέκτης, ὁ ἔμπορος, ὁ κάπηλος, ὁ ἄρχων· ἔστιν ἔργα τινὰ ἐν τῷ κόσμῳ αὐτοῖς ἀρμόζοντα. Τὸ δὲ χρυσοῦν σκευὸς οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ περὶ τὴν τράπεζαν στρέφεται τὴν βασιλικήν. Οὐ τοῦτο οὖν φησὶν, ὅτι ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἡ πονηρία· πῶς γὰρ; ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτοὶ ἔχουσιν ἔργον. Εἰ γὰρ πάντες ἦσαν χρυσοὶ καὶ ἀργυροὶ, οὐκ ἂν ἐδέχον ἐκείνων· οἷον, εἰ πάντες ἦσαν καρτερικοὶ, οὐκ ἔδει οἰκοδομημάτων· εἰ πάντες τρυφῆς ἦσαν ἀπληγαγμένοι, οὐκ ἔδει ἐδεσμάτων· εἰ τῆς χρείας ἐπεμέλοντο πάντες, οὐκ ἔδει λαμπρὰς οἰκοδομῆς. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκευὸς εἰς τιμὴν ἡγιασμένον. Ὅρξ· ὅτι οὐ φύσεως οὐδὲ ὀλιγῆς ἀνάγκης ἔστι τὸ εἶναι χρυσοῦν ἢ ὀστράκινον, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως; Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ὀστράκινον οὐκ ἂν γένηται χρυσοῦν, οὐδὲ τοῦτο εἰς τὴν ἐκείνου καταπεσεῖν εὐτέλειαν δυνήσεται· ἐνταῦθα δὲ πολλὴ ἡ μεταβολὴ καὶ ἡ μετάστασις. Σκευὸς ὀστράκινον ἦν ὁ Παῦλος, ἀλλ'

eii limina ventura sit. Nam latrones in carcere degentes, absque metu vivunt : quando autem ad velum (a) sistuntur, solvuntur metu. Cum enim mortis formido instat, quasi ignis omnia amovens, animam philosophari cogit, et de futuris sollicitam esse : nulla tunc adest pecuniarum cupiditas, nullum avaritiæ studium, nullus corporum amor. His itaque nubium instar amotis, iudicium jam liberum purumque est, succedente dolore duritiemque emolliente. Nihil enim philosophiæ ita contrarium est ut deliciæ ; ut contra ærumnæ sunt ad philosophiam opportunæ. Consideres velim qualis tunc avarus erit : *Hora*, inquit, *afflictionis obliuionem facit abundantis voluptatis* (Eccli. 11. 29). Quo animo erit, cogitans eos quorum bona diripuit, quos injuste læsit, quorum facultates prædatus est? quo animo erit, quando alios cernet avaritia sua frui, se vero mox pœnas daturum? Fieri enim nequit, ut incidens in morbum, hæc non suspicetur : sæpe namque anima ipsa deorsum versa, anxia tremit. Quanta, quæso, hinc amaritudo? Hæc quippe in morbis singulis contingere necesse est. Si autem alios puniri videat, si ex hac vita discedere, quid non patietur? Et hæc quidem in hac vita. Quæ vero illiæ futura sunt, ne explicari quidem possunt, quantum supplicium, quantæ pœnæ, quanta tormenta. Hæc nos dicimus : *Qui habet aures audiendi, audiat* (Luc. 8. 8). Sæpe ea de re loquimur, nolentes quidem sæpe dicere, sed coacti. Vellemus enim ne initium quidem horum proferre ; vel si fieri non posset, saltem parva adhibita medicina vos ad sanitatem redu-

cere ; sed cum vos in morbo perseveretis, soluti et illiberalis animi esset, absistere a medici officio, imo id immanitas et crudelitas esset. Si enim medicos cum de corporibus ægris desperant, rogamus dicentes, Ne, oro te, negligas, sed usque ad extremum halitum, quæ tua sunt proferre ne desistas : annon multo magis nos ipsos concitabimus? Fortassis enim cum ad ipsas inferi portas venerit, et ad nequitiam limina, respiscere poterit, recreari, convalescere, et vitam æternam capessere. Quot enim, cum decies audissent, nec quid sensu percepissent, demum ex una concione conversi sunt? Imo non ab una : licet enim in decem illis nullo sensu afficerentur, tamen lucrati sunt, ac demum fructum totum decerpserunt. Sicut enim arbor, decem ictibus acceptis nec lapsa, demum uno impacto decutitur, non uno ictu dejecta, sed postremi gestum decem aliis quoque adscribitur : et qui ad radicem respicit id novit, qui autem superne et ex trunco id videt, nihil simile potest conspiciere : ita et hic. Et sæpe cum medici complures plurima attulere medicamenta, nihil profecerunt, demumque accedens alius, totum curavit : neque tamen illius est totum opus, sed etiam eorum qui prius morbo curam adhibuerant. Itaque etiamsi non nunc perceptæ doctrinæ fructum exhibeamus, demum proferemus : quod enim postea proferemus certum habeo. Non potest enim tantum audiendi desiderium, et tantum studium frustra afferri ; absit : sed utinam omnes, qui Christi monita audire digni habiti sumus, æterna bona consequamur.

(a) Velum erat Prætorium, seu locus ubi iudicia exercebantur, sic dictus a velis quæ obtendebantur.

## HOMILIA VI.

CAP. 2. v. 20. *In magna autem domo non sunt tantum vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia ; et quedam quidem in honorem, quedam vero in contumeliam.* 21. *Si quis ergo emundaverit seipsum ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, et utile Domino, in omne opus bonum paratum.*

1. Plurimos hominum etiam nunc id turbat, cur mali permaneant, et non pereant. Hujus autem rei aliæ plurimæ causæ sunt, velut, ut convertantur, ut supplicio suo aliis exemplum sint :<sup>1</sup> [hic vero Paulus causam dicit omnino congruentem.] *In magna autem domo non sunt tantum vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia ;* his ostendens, ut in magna domo par est esse multam vasorum differentiam : ita et in orbe toto : non de Ecclesia loquens, sed de toto mundo. Ne illud de Ecclesia dictum suspiceris : hic enim nullum vult esse vas lignæum vel

fictile, sed omnia aurea et argentea, ubi corpus Christi est, ubi Virgo casta, nullam habens maculam. Hoc autem vult significare : Noli perturbari, si sint homines improbi et scelerati : in magna enim domo sunt vasa hujusmodi. Quid ergo? Sed non eodem fruuntur honore, inquit, sed alia in honorem sunt, alia in contumeliam. Etiam, inquit ; sed in domo hæc usui cuidam sunt, in mundo non item. Etsi non ad talem usum, ad alia tamen Deus iis utitur : verbi gratia, inanis gloriæ cupidus multa ædificat, avarus item, mercator, caupo, princeps : sunt quedam opera in mundo, quæ ipsis competant. Vas autem aureum nihil hujusmodi est, sed circa regiam versatur mensam. Non hoc igitur dicit, malitiam nempe esse rem necessariam : quomodo esset? sed quod ipsi mali suum impleant opus. Nam si omnes essent aurei et argentei : non opus illis fuisset : verbi gratia, si omnes patientes essent, non esset opus ædificiis ; si omnes a deliciis essent alieni, non opus esset ciborum apparatu ; si necessaria tantum appeterent omnes, non opus haberetur ædificiis splendidis. Si ergo quis sese ab his expurgaverit, erit vas in honorem sanctificatum. Vides

<sup>1</sup> Loco eorum quæ uncinis inclusimus, hæc leguntur in Codice Ms. *Siquidem misericordia et patientia Dei, qui diuturnum ipsorum torporem sustinuerat, et tempus ipsis reliquerat ut respiscendum reviviscendumque, si vellent ; misericordia, inquam, et patientia Dei eo multos adduxerunt ut et ipsi converterentur, et multos alios suo exemplo ad salutem perducerent. Paulus autem hic novum quoddam inducit, dicens.*

non ex natura, neque ex materiæ necessitate esse, ut vas sit aureum vel fictile, sed ex voluntate nostra? Illic enim fictile numquam fiet aureum, neque aureum in fictilis vilitatem descendere poterit; hic vero multa mutatio et conversio est. Vas fictile Paulus erat, sed factus est vas aureum. Vas aureum Judas erat, sed in fictile mutatus est. Ergo ab immunditia fictilia sunt: fornicator, avarus fictiles efficiuntur. Quomodo igitur alibi ait: *Habentes thesaurum hunc in vasīs fictilibus* (1. Cor. 4. 7)? honorat ergo nec reprobat vas fictile, cum ipsum thesaurum accipere dicit. Illic naturam ipsam declarat, non materiæ speciem. Hoc autem vult significare: Vas fictile nostrum corpus est. Sicut enim fictile nihil aliud est, quam coctum lutum; sic et corpus nostrum nihil aliud est, quam lutum animæ calore firmatum. Quod enim fictile sit palam est: sæpe namque ut vas illud cecidit et contractum contritumque fuit, sic et corpus in mortem incidens dissolvitur. Quid enim ossa, quæ a deo valida et arida sunt, differunt a testa? quid a luto carnes? nonne perinde et ipsæ ab aquæ humore formantur? Sed, ut dicebam, cur illic rem non vituperat? Illic de natura loquitur, hic de libero arbitrio. Si ergo quis expurgaverit seipsum, inquit. Non dixit, Purgaverit, sed, *Expurgaverit*, id est, omnino purgaverit, erit vas in honorem sanctificatum, utile Domino. Ergo illa inutilia sunt, etiamsi in usu quodam sint. *In omne opus bonum paratum*. Etiamsi non operetur, idoneum tamen est ad excipiendum. Oportet igitur ad omnia paratum esse, sive ad mortem, sive ad martyrium; sive ad virginitatem, sive ad cætera omnia. 22. *Juvenilia autem desideria fuge*. Juvenilia desideria sunt, non ea tantum quæ ad fornicationem spectant, sed etiam omnis concupiscentia illicita juvenilis est. Audiant senes, ne juvenum gesta sectentur. Sive contumeliosus quis sit, sive potentiam ambiat, sive pecunias, sive corpora amet, sive aliud simile, juvenile est desiderium et stultum: cum nondum cor ita firmum sit, nec mens solida, sed leviter ferantur, hæc omnia accidere necesse est. Ut igitur nemo his capiatur, quæ monita dat? Phantasias juveniles fuge; *Sectare vero justitiam, fidem, caritatem et pacem cum omnibus qui invocant nomen Domini de corde puro*. Justitiam totam virtutem dicit, vitam piam, fidem, caritatem, mansuetudinem. Quid sibi vult illud, *Cum iis qui invocant Dominum de corde puro*? Ac si diceret, Illis confide tantum, non iis qui utcumque invocant, sed iis qui non subdole, non simulate, qui nihil doli habent, qui cum pace accedunt, qui non litigant: cum illis commiscearis; cum aliis non oportet mansuetum esse, sed pacem habere quantum fieri potest. 23. *Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites*.

2. *Dei servus a litibus absteineat oportet*. — Videnus quomodo ubique illum amoveat a quæstionibus? non quod non possit illas idonee confutare; poterat enim: si non potuisset enim, dicturus erat illi, *Stude idoneus fieri ad illa confutanda, ut cum dicit, Attende*

*lectioni: hoc enim faciens et teipsum saltum facias, et eos qui te audiunt* (1. Tim. 4. 13. 16): sed noverat inutile esse, hujusmodi movere certamina, et nullum finem fore, sed hinc pugnas, inimicitias, contumelias et convicia oriri. Has ergo quæstiones devita. Sunt ergo aliæ quæstiones, de Scripturis deque aliis. 24. *Servum autem Domini non oportet litigare*. Non oportet etiam per quæstiones pugnare, procul enim litibus oportet esse Dei servum: Deus enim est Deus pacis; servus autem Dei pacis quomodo pugnaverit? *Sed mansuetum esse ad omnes. Servum enim Dei, inquit, pugnare non oportet, sed mansuetum esse ad omnes*. Quomodo ergo dicit, *Argue illos cum omni imperio* (Tit. 2. 15): et hic rursum, *Nemo adolescentiam tuam contemnat* (1. Tim. 4. 12); et iterum, *Argue eos dure* (Tit. 1. 13)? Quia hoc quoque mansuetudinis est. Vehemens enim confutatio, quando cum mansuetudine procedit, maxime mordere potest. Licet enim, licet cum mansuetudine magis carpere, quam cum ferocia confutare. *In docendo peritum*; id est, iis qui doceri volunt. Nam ait: *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita* (Ibid. 3. 10). *Patientem*. Hoc recte addidit: id enim est doctori maxime necessarium, alioquin omnia frustra aggredietur. Si enim pisces sæpe postquam tota die retia frustra jecerunt, non desperant tamen: multo magis id nobis convenit. Vide namque quid inde sequatur: sæpe contingit ut post doctrinam assiduam, doctrinæ aratrum in profundum animæ penetrans, vitium quo perturbatur excindat. Qui enim millies audivit, aliquid patietur: non potest enim fieri ut qui frequenter audit, nihil moveatur; et interdum contingit, ut cum ille mox persuadendus esset, nobis desistentibus totum amiserit. Et perinde contingit, atque si quis agriculturæ imperitus plantatam vineam anno primo colat, et anno secundo itemque tertio, et cum speret se fructum decerpiturum esse, nec decerpat, post triennium desperans, anno quarto illam deserat, quando laborum suorum mercedem accepturus erat. Postquam dixit, *Patientem*, non satis illi est, sed subjungit: 25. *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati*. Hoc enim maxime cum mansuetudine facere oportet. Neque potest anima, quæ doctrina eget, cum ferocia et altercatione aliquid utile percipere: etiamsi enim attendere velit, in dubitationem conjuncta nihil sciet. Oportet quippe eum qui utilia discere velit, ante omnia erga doctorem bene affectum esse: hoc si non præmittatur, nihil quantumvis utile percipere poterit: bene autem affectus esse non potest erga ferocem et contumeliosum. Quomodo igitur dicit, *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita*? De illo agit qui corrigi non vult et insanabili morbo laborat. *Nequando det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem*, 26. *et resipiscant a diaboli laqueo*. Hoc autem vult significare: Fortassis erit quædam emendatio; fortassis autem, in rebus dubiis ponitur. Itaque ab illis solis discedendum est, quos certo scimus et persuasum habemus.

ἐγένετο χρυσοῦν· σκευὸς χρυσοῦν ἦν ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ἐγένετο ὀστράκινον. Ἄρα ἀπὸ ἀκαθαρσίας· τὰ ὀστράκινα· ὁ πόρνος, ὁ πλεονέκτης, ὀστράκινος γίνεται. Πῶς οὖν ἀλλαγοῦ φησιν, Ἐρχοτες τὸν θησαυρὸν τούτων ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν; ὥστε τιμᾶ, καὶ οὐ διαβάλλει τὸ σκευὸς τὸ ὀστράκινον, θησαυροῦ δεκτικὸν αὐτὸ προσειπῶν. Ἐκεῖ τὴν φύσιν αὐτὴν δηλοῖ, οὐ τὸ εἶδος τῆς ὕλης. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Σκευὸς ὀστράκινον ἡμῶν τὸ σῶμα. Ὅσπερ γὰρ τὸ ὀστράκινον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ πηλὸς ὠπτημένος· οὕτω καὶ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερο, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ πηλὸς· τῇ θερμότητι τῆς ψυχῆς στερεοῦμενος. Ὅτι γὰρ ὀστράκινόν ἐστι, δηλόν· πολλὰκις γὰρ, ὡς ἐκεῖνο τὸ σκευὸς περὶν κατεάγη καὶ συνεντρίβη, οὕτω καὶ τὸ σῶμα θανάτῳ καταπισθὸν διαλύεται. Τί γὰρ ὀστράκων διενήνοχε τὰ ὀστᾶ, οὕτως ὄντα κραταῖα, οὕτως ὄντα ξηρά; [695] τί δὲ πηλοῦ αἱ σάρκες; οὐχ ὁμοίως ἀπὸ ὑδατός εἰσι καὶ αὗται; Ἄλλ', ὅπερ ἔφην, πῶς ἐκεῖ οὐ διαβάλλει τὸ πρᾶγμα; Ἐκεῖ περὶ φύσεως διαλέγεται, ἐνταῦθα περὶ προαιρέσεως. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθῆρῃ ἐαυτὸν, φησὶν, Ἐκαθάρθη, ἀλλ', Ἐκκαθάρθη, τοῦτέστι, παντελῶς καθάρη. Ἔσται σκευὸς εἰς τιμὴν ἢ ἰασμένον, εὐχρηστον τῷ Δεσπότη. Ἄρα ἐκεῖνα ἄχρηστα, εἰ καὶ τινα χρεῖαν ἐπιτελεῖ. Εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Κἂν μὴ πράττη, ἀλλ' ὅμως ἐπιτηδεῖόν ἐστι, δεκτικόν. Δεῖ οὖν πρὸς πάντα παρεσκευασθαι, κἂν πρὸς θάνατον, κἂν πρὸς μαρτύριον· δεῖ ἡτοιμάσθαι, κἂν πρὸς παρθενίαν, κἂν πρὸς ταῦτα πάντα. Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεύγεις. Νεωτερικὰ οὐχ αὐτὰ εἰσιν αἱ τῆς πορνείας μόνον, ἀλλὰ πᾶσα ἐπιθυμία ἄποτος νεωτερικῆ. Ἀκουέτωσαν οἱ γενηρακότες, ὅτι οὐ δεῖ τὰ τῶν νεωτέρων ποιεῖν. Κἂν ὄβρισθῆς ἢ τις, κἂν δυναστείας ἐρᾷ, κἂν χρημάτων, κἂν σωμάτων, κἂν ὄπου οὐδὲν ἄποτε, νεωτερικῆ ἢ ἐπιθυμία, ἀνόητος· οὕτω τῆς καρδίας βεθικυίας, οὐδὲ τῶν φρενῶν ἐν βίβει θεθεισῶν, ἀλλ' ἡωρημένων ἀνάγκη ταῦτα πάντα γίνεσθαι. Ἴνα οὖν μηδεὶς τούτοις ἀλῆ, τί παραινέι; Φαντασίας νεωτερικὰς φεύγεις· θλωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ πάντων τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρῆς καρδίας. Δικαιοσύνην τὴν καθόλου ἀρετὴν λέγει, τὴν ἐν τῷ βίῳ εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, πραότητα. Τί ἐστι, Μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρῆς καρδίας; Ὅσαί τις εἴπῃ, Ἐκείνοις ἁρῆροι μόνους, μὴ τοῖς ἀπλῶς ἐπικαλουμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἀνυπούλωσ, τοῖς ἀνυποκρίτως, τοῖς οὐδὲν ἔχουσι δολερὸν, τοῖς μετ' εἰρήνης προσιοῦσι, τοῖς ἀμάχοις· μετ' ἐκείνων ἀναμίγνυσσο, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χρὴ πρᾶον εἶναι, ἀλλ' εἰρηνεύειν μόνον τὸ ἐξ αὐτοῦ. Τὰς δὲ μωροὺς καὶ ἀπαιδύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδῶς ὅτι γεννησὶ μάχας.

β'. Ὅρᾳς πῶς πανταχοῦ αὐτὴν ἀπάγει τῶν ζητήσεων; οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἱκανῶς ἀνατρέπειν αὐτάς· εἶχε γὰρ· εἰ δὲ καὶ μὴ εἶχεν, εἶπεν ἂν πρὸς αὐτὸν, ὅτι Σπουδάζον εἶναι ἐπιτηδεῖσι πρὸς ἀνατροπὴν τῶν τοιούτων· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει· τοῦτο γὰρ ποιῶν καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου· ἀλλ' οἶδεν ἄχρηστον ὄν καὶ τὸ καθεῖναι θλω; εἰς ἀγῶνας τοιούτους, καὶ ὅτι οὐδὲν τέλος ἔσται, ἀλλ' ἢ μάχη καὶ ἀπέχθεια, ὕβρις; καὶ λοιδορία. Ταῦτας οὖν τὰς ζητήσεις παραιτοῦ. Ὅστε εἰσὶν ἕτεραι ζητήσεις, αἱ περὶ τῶν Γραφῶν, αἱ περὶ τῶν ἄλλων. Δούλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. Ὑποκῶν οὐ δεῖ μάχεσθαι οὐδὲ ἐν ζητήσει· πῆρρω

γὰρ μάχης εἶναι δεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ δούλον. Εἰρήνης γὰρ ἐστὶ Θεὸς ὁ Θεός· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ τῆς εἰρήνης δούλος, πῶς ἂν μαχέσεται; Ἄλλ' ἦπιον εἶναι πρὸς πάντας. Δούλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, φησὶν, ἀλλ' ἦπιον εἶναι πρὸς πάντας. Πῶς οὖν λέγει, Ἐλεγε αὐτοὺς μετὰ πίστεως ἐπιταγῆς; καὶ ἐνταῦθα πάλιν, Μηδεὶς σου τῆς νεότητος καταζροῦνέτω; [694] καὶ πάλιν, Ἐλεγε αὐτοὺς ἀποτόμως; Ὅτι καὶ τοῦτο πράοτητός ἐστιν. Ὁ γὰρ σφοδρὸς ἔλεγχος, ὅταν μετ' ἐπιεικείας γένηται, οὗτός ἐστιν ὁ μάλιστα δακεῖν δυνάμενος. Ἔνεστι γὰρ, ἔνεστι μετὰ πραότητος καθάψασθαι μᾶλλον, ἢ μετὰ θρασυτητος ἐντρέψαι. Διδακτικόν· τοῦτέστι, πρὸς πάντας τοὺς βουλομένους διδασθῆναι. Αἰρετικὸν γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νοθεσίαν παραιτοῦ. — Ἀρεῖξιακον. Καλῶς τοῦτο προσέθηκε· μάλιστα γὰρ τοῦτο ἔχειν χρὴ τὸν διδάσκαλον· ἐπεὶ πάντα μάτην γίνεται. Εἰ γὰρ οἱ ἀλειτουργοὶ πολλὰκις δι' ὅλης ἡμέρας βάλλοντες τὰ δίκτυα, καὶ οὐκ ἐπιτυχάνοντες οὐκ ἀπαγορεύουσι, πολλῶ μάλλον ἡμεῖς. Ὅρα γὰρ τί γίνεται· Συμβαίνει πολλὰκις ἀπὸ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας εἰς τὸ βάθος τῆς ψυχῆς τὸ τοῦ λόγου ἄρτερον καταθῆναι ἐκκόψαι τὸ ἐνοχλοῦν αὐτῇ πάθος. Ὁ γὰρ μυριάκις ἀκούσας, πείσεται· οὐ γὰρ ἐστὶν ἄνθρωπον ἀκούοντα συνεχῶς, μηδὲν παθεῖν. Ἔστιν οὖν ὅτε μέλλον πείθεσθαι, ἡμῶν ἀπαγορευσάντων, τὸ πᾶν ἀπόλεσε. Καὶ ταῦτον γίνεται, ὅταν ἂν εἰ τις γεωργίας ἀπειρο; τὴν ἄμπλον· φυτευθεῖσαν σκάπτοι μὲν ἐναυτῶ τῷ πρώτῳ, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ζητῶν λήψεσθαι καρπὸν, καὶ πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ, καὶ μὴ λαμβάνων, εἶτα τῶν τριῶν ἐτῶν παρελθόντων ἀπογνοῦς, τότε λοιπὸν αὐτὴν καταλείπει ἐν τῷ τετάρτῳ, ὅτε τῶν πόνων ἐκείνων ἐμελλε κομίζεσθαι τὴν ἀντίδοσιν. Εἰπόντων δὲ, Ἀρεῖξιακον, οὐκ ἀρκεῖται, ἀλλ' ἐπάγει λέγων· Ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Μάλιστα γὰρ τὸν διδάσκοντα τοῦτο χρὴ ποιεῖν ἐν πραότητι· οὐ γὰρ ἐνὶ ψυχῇ δεομένην μαθεῖν, μετὰ θρασυτητος καὶ μάχης δυνθηθαί τι τῶν χρησίμων συνιδεῖν· κἂν γὰρ μᾶλλον προσέξει, ἀπορηθεῖσα οὐδὲν εἴσεται. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντά τι τῶν χρησίμων μαθεῖν, πρὸ τῶν ἄλλων πάντων ἡδέως ἔχειν πρὸς τὸν διδάσκοντα· τοῦτο δὲ μὴ προκατασκευασθέντος, οὐκ ἐνὶ γενέσθαι τι τῶν δεόντων οὐδὲ τῶν χρησίμων· ἡδέως δὲ οὐκ ἂν τις σχολή πρὸς τὸν θρασυμένον καὶ ὑβρίζοντα. Πῶς οὖν αἰρετικόν, φησὶν, ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ δευτέραν νοθεσίαν παραιτοῦ; Τὸν ἀδιόρθωτον λέγει, ὃν οἶδεν ἀνίατα νοσοῦντα. Μὴ ποτε δῶ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετανοίαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀναγνώσιν ἐκ τῆς τοῦ διδύλου παρηγόριος. Ὁ δὲ λέγει, τοιούτῳ ἐστὶν· Ἴσως ἔσται τις διόρθωσις· τὸ δὲ, ἴσως, ἐπὶ τῶν ἀδύλων ἐστὶν. Ὅστε ἐκείνων μόνον ἀφίστασθαι χρὴ, περὶ ὧν δυνάμεθα σαφῶς ἀποφῆναισθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν παπεισμεθα, ὅτι οὐδ' ἂν ὀτιοῦν γένηται, μεταστῆσονται. Ἐν πραότητι, φησὶν. Ὅρᾳς ὅτι τοὺς βουλομένους μαθεῖν οὕτω χρὴ προσέσθαι, καὶ μηδέποτε πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἀφίστασθαι τῶν διαλέξεων; Ἐζωρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου ἀέλημα. Καλῶς εἶπεν, Ἐζωρημένοι· τῶς γὰρ ἐν πλάνῃ νήονται. Ὅρα πῶς διδάσκει μετριοφρονεῖν. Οὐκ εἶπε, Μὴ ποτε δυνηθῆς, ἀλλὰ, Μὴ ποτε δῶ αὐτοῖς ὁ Κύριος ἀναγνώσιν. Κἂν [695] γένηται τι, τοῦ Κυρίου τὸ πᾶν γίνεται· σὺ φυτεύεις, σὺ ποτίζεις, ἐκεῖνος σπαίρει· καὶ ποιεῖ καρποφορεῖν. Μὴ ποτε τοῖνον διακείωμεθα, ὡς αὐτοῖ

τινα πείθοντες, κἄν πείσωμεν. Καὶ ζωγρηθέντες, φησὶν, *ὅπ'* αὐτοὺ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Τοῦτο δὲ οὐ περὶ δογμάτων ἄν τις εἰποι, ἀλλὰ καὶ περὶ βίου· τὸ γὰρ θέλημα αὐτοῦ ἐστὶν ὁρθῶς βίου. Εἰσὶ δὲ τινες ἐν τῇ παγίδι τοῦ διαβόλου καὶ βίου ἕνεκεν· οὐ τοίνυν οὐδὲ πρὸς τοὺτους περικακεῖν χρή. *Μὴ ποτε ἀνανηψύωσι*, φησὶν, *ἐζωγρημένοι εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα*. Τὸ δὲ, *Μὴ ποτε*, πολλῆς μακροθυμίας ἐστὶ δεκτικόν· τὸ γὰρ μὴ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, παγὶς διαβολικῆ.

γ. Ὡσπερ γὰρ ὁ στρουθὸς, κἄν μὴ ἐξ ὄλου τοῦ μέρους κατέχεται, ἀλλ' ἐξ ἐνός, τοῦ ποδὸς λέγω, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἐστὶ τοῦ τὴν παγίδα θέντος· οὕτω καὶ ἡμεῖς, κἄν μὴ ἐξ ὄλου κατεχώμεθα, καὶ ἐκ πίστεως καὶ ἐκ βίου, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου μόνου, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἐσμὲν τοῦ διαβόλου. *Ὁὐ γὰρ ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε*, φησὶν, *εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*· καὶ πάλιν, *οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*. Ὅρξῃς ὅτι κέρδος οὐδὲν ἐκ τῆς πίστεως, ὅταν ἡμᾶς ἀγνοῖ ὁ Δεσπότης; Καὶ ταῖς παρθένοις τὸ αὐτὸ φησὶν· *οὐκ οἶδα ὑμᾶς*. Τί οὖν τὸ κέρδος τῆς παρθενίας καὶ τῶν πολλῶν ἰδρώτων, ὅταν ἀγνοῖ αὐτάς ὁ Δεσπότης; Καὶ πολλαχοῦ εὐρίσκομεν ὑπὲρ μὲν πίστεως οὐδὲν ἐγκαλουμένους, ἀλλὰ δὲ βίου πονηροῦ κολαζομένους, μόνον· ὥσπερ ἀλλαχοῦ ὑπὲρ βίου μὲν οὐδὲν ἐγκαλουμένους, διὰ δὲ δόγμα διεστραμμένον ἀπολλυμένους· ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἔχεται. Ὅρξῃς ὅτι, ὅταν μὴ ποιῶμεν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὑπὸ τὴν παγίδα τοῦ διαβόλου ἐσμὲν; Οὐκ ἀπὸ βίου δὲ μόνου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἐνός ἐλαττώματος πολλακίς εἰσερχόμεθα εἰς τὴν γέενναν, ὅταν μὴ τὰ ἄλλα ἀντίρροπα ἢ ἀγαθὰ. Ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι οὐ πορνεῖαν ἐνεκλήθησαν, οὐ μοιχεύον, οὐ φθόνον, οὐ βασκανίαν, οὐ μέθην, οὐ κακοπιστίαν, ἀλλ' ἔλλειψιν ἐλαίου· τουτέστιν, οὐκ ἐποιοῦν ἐλεημοσύνην· τὸ γὰρ ἔλαιον αὐτοῦ ἐστὶ. Καὶ ἐκείνοι οἱ κατακριθέντες, *Ἀπέλθετε οἱ καταρριμένοι εἰς τὸ πῦρ τοῦ αἰώνιου*, οὐδὲν πάλιν τούτων ἐνεκαλοῦντο, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ, ὅτι οὐκ ἔθρεψαν τὸν Χριστόν. Ὅρξῃς ὅτι ἀρκεῖ ἐλεημοσύνη ἔλλειψθεισα εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ τῆς γέννησις πῦρ; Ποῦ γὰρ ἔσται χρησίμος, εἰπέ μοι, ὁ ἐλεημοσύνην μὴ ποιῶν; Νηστεύεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν; ἀλλὰ καὶ αἱ παρθένοι τότε ἐκείνα, ἀλλ' οὐδὲν ἀπώναντο. *Εὐχῆ*; καὶ τί τοῦτο; Ἐλεημοσύνης χωρὶς ἄκαρπος ἢ εὐχῆ· πάντα ἀκάθαρτα ταύτης χωρὶς, πάντα ἀνόνητα· τὸ πλέον τῆς ἀρετῆς μέρος ἐκκόπτεται. *Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*, φησὶ, *τὸν Θεὸν οὐκ οἶδε*. Σὺ δὲ πῶς ἀγαπᾷς, μὴδὲ τῶν μικρῶν τούτων καὶ εὐτελῶν αὐτῷ μεταδοῦναι βουλόμενος; [696] Εἰπέ δὴ μοι, σωφρονεῖς; τίνος ἕνεκεν; οὐχὶ δεδοικῶς τὴν κόλασιν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ φύσει τὸ πρᾶγμα μετέρχη· ἐπεὶ, εἰ σωφρονεῖς δεδοικῶς τὴν κόλασιν, καὶ τσαύτην ὑπομένεις βίαν καὶ τσαύτην τυραννίδα, πολλῶ μᾶλλον ἐλεημοσύνας ποιεῖν ἔδει. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον ἐπιθυμίας κρατῆσαι χρημάτων, καὶ σωμάτων, ἀλλὰ μεζῶν ὁ πόνος ἐνταῦθα. Τί δήποτε; Ὅτι ἢ μὲν ἡδονὴ φυσικῆ, καὶ ἐνέσπαρται καὶ ἐμπεφύτευται ἡμῶν τῷ σώματι, τὰ δὲ τῶν χρημάτων οὐκέτι. Τοῦτο ἐστὶν, ὃ ἐξισοῦσθαι δυνάμεθα τῷ Θεῷ, τῷ ἑλεῖν καὶ

οἰκτερεῖν· ὅταν οὖν τοῦτο μὴ ἔχωμεν, τοῦ παντὸς ἀπαστερῆμεθα. Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν νηστεύητε, ὅμοιοι ἐστέ τῷ Πατρὶ ὑμῶν· οὐκ εἶπεν, Ἐὰν παρνεύσητε, ὅμοιοι ἐστέ τῷ Πατρὶ ὑμῶν· οὐδὲν γὰρ τούτων περὶ Θεοῦ, οὐδὲ ἐργάζεται τι τούτων ὁ Θεός· ἀλλὰ τί; *Γίνεσθε οἰκτιρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Τοῦτο Θεοῦ ἔργον. Ἐὰν οὖν τοῦτο μὴ ἔχης, τί ἔχεις; *Ἐλεον θέλω*, φησὶ, *καὶ οὐ θυσίαν*. Ἐποίησεν οὐρανὸν ὁ Θεός, ἐποίησε γῆν, θάλασσαν· μεγάλα ταῦτα, καὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἄξια· ἀλλ' οὐδενὶ τούτων ἐφευκίσαστο τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὡς τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ· τοῦτο μὲν γὰρ σοφίας ἔργον καὶ δυνάμειος καὶ ἀγαθότητος· πολλῶ δὲ μᾶλλον, ὅτι δοῦλος ἐγένετο. Οὐκ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον αὐτὴν θαυμάζομεν; οὐκ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον αὐτὸν ἐκπληροῦμεθα; Οὐδὲν οὕτως ἐπισπάται τὸν Θεόν, ὡς ἔλεος. Καὶ πολλὰ περὶ τούτων ἅπαντες διαλέγονται ἄνω καὶ κάτω οἱ προφῆται. Ἐλεον δὲ λέγω οὐ τὴν μετὰ πλεονεξίας· οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦτο ἔλεος. Οὐδὲ γὰρ ἀκάνθης ῥίζα ἔλαιον τίκει ποτὲ, ἀλλ' ἐλαίας· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πλεονεξίας ῥίζα ἔλαιον τίκει, οὐδὲ ἀδικίας, οὐδὲ ἀρπαγῆς. Μὴ διζάλης τὴν ἐλεημοσύνην, μὴ ποιεῖ αὐτὴν κατηγορεῖσθαι ὑπὸ πάντων. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἀρπάξεις, ἵνα ἐλεῖς, οὐδὲν τῆς ἐλεημοσύνης ταύτης χεῖρον. Ὅταν γὰρ ἐξ ἀρπαγῆς τίκεται, οὐκ ἐστὶ τοῦτο ἐλεημοσύνη· ἀπὴνεῖα τίς ἐστὶ καὶ ὠμότης, ὅβρις τοῦτο εἰς τὸν Θεόν. Εἰ δὲ τὰ ἐλάττωμα τῶν αὐτοῦ προσενηγῶν οὕτω προσέκρουσεν ὁ Κἀίν, ὁ τὰ ἀλλότρια προσφέρων πῶς οὐ προσκρούσει; Προσφορὰ οὐδὲν ἕτερόν ἐστίν, ἀλλ' ἡ θυσία, κάθαρσις, οὐκ ἀκαθαρσία. Καὶ ρυπαραὶ μὲν χεῖρὸς οὐκ ὀλμᾶς εὐξασθαι, ῥύπον δὲ καὶ ἀκαθαρσίαν προσφέρειν ἐξ ἀρπαγῆς; οὐδὲν ἡγῆ ποιεῖν δεῖνόν; Τὰς χεῖρας οὐκ ἀφιεῖς ῥύπου καὶ ἀκαθαρσίας πληροῦσθαι, ἀλλὰ καθαρὰς εἶναι ποιήσας, οὕτω προσφέρεις· καίτοι οὗτος ὁ ῥύπος οὐδὲν ἐγκλημα φέρει, ἐκεῖνος δὲ κατηγορίας ἄξιος καὶ διζολῆς.

δ. Μὴ τοίνυν τοῦτο σκοπούμεν, ὅπως καθαραὶ προσεφέρωμεν καὶ εὐχόμεθα χεῖρὸν, ἀλλ' ὅπως καὶ τὰ προσφερόμενα ἢ καθαρὰ. Ἐπεὶ τοῦτο γέλω; ἐστὶν ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν πίνακα περιπλύνας δώρων ἀκαθάρτων τοῦτον ἐμπλήσειεν, οὐχὶ χλευασία τοῦτο ἐστὶ καὶ γέλω; Ἐστῶσαν αἱ χεῖρες καθαραὶ· ἔσονται δὲ, ἂν μὴ ὑδατι αὐτάς ἀπονίπτωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη [697] πρότερον· τοῦτο χεῖρῶν καθάρσιον. Ἄν δὲ γέμωμεν ἀδικίας, κἄν μυριάκις αὐτάς περιπλύνῃς, κέρδος οὐδὲν. *Λούσασθε*, φησὶ, *καθαροὶ γένεσθε*. Τί οὖν; ἄρα προσθαῖ; εἶπε, Πορεύεσθε ἐπὶ τὰς πηγὰς, πορεύεσθε ἐπὶ τὰ βαλανεῖα καὶ τὰς λίμνας καὶ τοῦς ποταμούς; Οὐδὲν τούτων· ἀλλὰ τί; *Ἀφᾶστε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν*· τουτέστι, *Καθαροὶ γένεσθε*. Τοῦτο ἀπὸ τῆς ἀκαθαρσίας, αὐτὴ ἐστὶν ἡ δυτικὴ καθάρσιος. Ἐκεῖνη μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα ὤνησεν, αὐτὴ δὲ παρῆρσιαν ἡμῖν χαρίζεται τὴν πρὸς τὸν Θεόν· κἀκεῖνη καὶ μοιχοῦς καὶ κλέπτας καὶ ἀνδροφόνους ἔχειν δυνατόν, καὶ βλάκας καὶ ἐκλύτους ἀνδρας καὶ πόρνους καὶ ἡταιρηκότας, καὶ μάλιστα τούτους. Οὗτοι γὰρ εἰσὶν οἱ τῆς τοῦ σώματος καθαρότητος ἐπιμελόμενοι μάλιστα πάντων, μύρον δίζοντες συνεχῶς, ἀποσμήχοντες ἢ τὸ σῆμα· σῆμα γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς τὸ σῆμα, τῆς ψυχῆς ἔνδον οὐσίας νεκρᾶς. Ὡστε ταύτης μὲν τῆς καθαρότητος κἀκεῖνοις μετεῖναι δυνατόν, τῆς δὲ ἔνδον οὐκέτι. Οὐδὲν μέγα, ἐὰν τὸ σῆμα ἀποπλύ-

\* Ἐλαιον, *oleum*, sæpe Chrysostomus accipit pro ἔλεον, *misericordiam*, quia ἔλαιον, αἰ pro εἰ, sic legebatur, hodieque apud Græcos legitur. Dicit ergo frequenter Chrysostomus, *virginibus istas a thalamo exclusas fuisse, quia ἔλαιον, sive oleum*, seu, ut eadem ipsa voce significari dicit, quia *misericordiam non habebant, nec elemosynam erogabant*.

† Legendum ἀποσμήχοντες. Infra ἀνόητος ex Commel. et Savil. correctum est pro vulg. ἀνόητος. Edit.



quidquid agatur, non convertendos fore. *In mansuetudine*, inquit. Viden' sic accedendum esse ad eos qui discere cupiunt, et numquam abstinendum a colloquiis ante demonstrationem? *A quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem*. Recte dixit, *Captivi tenentur*, interim namque in errore natant. Vide quomodo doceat modeste sentire. Non dixit, *Ne forte possint*; sed, *Ne forte det illis Deus respiscere*. Et si quid fiat, totum Dei est: tu plantas, tu irrigas; ille seminat, et fructus parere curat. Numquam igitur ita affecti simus, quasi ipsi persuaserimus, licet persuadeamus. *Captivi tenentur*, inquit, *ad ipsius voluntatem*. Hoc autem non de dogmatibus tantum dicitur, sed etiam de vita: voluntas enim ejus est, ut recte vivamus. Sunt autem quidam in laqueo diaboli, etiam per vitæ rationem: ergo ne de illis quoque desperare oportet. *Ne forte respiscant qui captivi tenentur*, inquit, *ad ipsius voluntatem*. Illud autem, *Ne forte*, magnæ patientiæ indicium est: nam non facere voluntatem Dei, laqueus est diaboli.

3. *Qui ex una parte diabolo subjicitur, omnino subjicitur. Commendatur eleemosyna.*—Sicut enim passer, etiamsi non ex omnibus partibus teneatur, sed ex uno tantum pede, sub potestate est ejus qui laqueum tendit: ita et nos, etiamsi non ex toto teneamur, ex fide nempe et ex vitæ ratione, sed ex vitæ ratione tantum, sub potestate diaboli sumus. *Non enim qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum; et rursus, Non novi vos, discedite a me qui operantini iniquitatem* (Matth. 7. 22. 23). Viden' lucrum nullum esse ex fide, cum Dominus nos ignoret? Et virginibus hoc ipsum dicit: *Non novi vos* (Ibid. 25. 42). Quid ergo virginitas profuit, quid multi sudores, quando Dominus illas ignorat? Saepaque alios invenimus qui circa fidem non accusantur, sed ob solam vitam malam puniuntur: sicut alibi alios, qui absque ulla vitæ culpa ex dogmatis perversitate pereunt: hæc enim mutuo hærent. Viden' quod quando voluntatem Dei non facimus, sub laqueo diaboli simus? Nec tantum ex vitæ ratione tota, sed ex uno tantum vitio sæpe in gehennam ingredimur, quod cum cæteris bonis nostris non quadret. Etenim virgines non de fornicatione accusatæ sunt, nec de adulterio, nec de invidia vel livore, non quod de fide non bene sentirent, sed quod oleum non haberent; id est, eleemosynam non faciebant: id quippe significat oleum. Itemque illi qui damnati sunt, *Ite, maledicti, in ignem æternum* (Ibid. v. 41), de nullo alio accusabantur, quam quod Christum non aluissent. Vides ut eleemosyna sola neglecta in gehennam ignis inducere possit? Cui rei, quæso, utilis erit qui eleemosynam non erogat? Jejunas quotidie? sed illæ quoque virgines jejunabant; sed nihil illis profuit. Precaris? et quid hoc est? Sine eleemosyna infructuosa est precatio; sine hac omnia immunda sunt, omnia inutilia, majorque virtutis pars excinditur. *Qui non diligit*, inquit, *fratrem suum, non novit Deum* (1. Joan. 3. 10). Tu vero quomodo diligis? ne parva quidem et vilia isthæc ipsi impertire vis? Dic enim mihi, tu caste vivis? qua

de causa? an quod supplicium timeas? Nequaquam, sed ex natura tua illud exsequeris: nam si caste viveres supplicium metuens, et talem vim tyrannidemque sustinens, multo magis eleemosynam facere oporteret. Non enim par res est cupiditatem pecuniarum et corporum domare, sed multo major hic labor est. Quare? Quia naturalis voluptas corpori nostro insita est, cupiditas vero pecuniæ non item. Ex commiseratione Deo æquari possumus: qua si careamus, totum amissimus. Non dixit, *Si jejunaveritis, similes eritis Patri vestro*; nec, *Si virginitatem servaveritis; nec, Si precati fueritis, similes eritis Patri vestro*: nihil eorum ad Deum pertinet, nihil eorum ille facit: sed quid? *Estote misericordes, sicut Pater vester qui in cælis est* (Luc. 6. 36). Hoc opus Dei est. Si ergo id non habeas, quid habes? *Misericordiam*, inquit, *volo, et non sacrificium* (Osee 6. 6). Deus fecit cælum, terram, mare; hæc magna sunt, et ejus sapientia digna: sed horum nullo ita humanam naturam attraxit, ut misericordia et benignitate: hoc enim est opus sapientiæ, virtutis et bonitatis; multo autem magis quia servus factus est. Annon ea de causa magis illum admiramur ac stupore afficimur? Deum nihil sic attrahit ut misericordia. Atque de his plurima persæpe loquuntur prophetæ. Misericordiam autem dico non eam, quæ cum habendi cupiditate conjuncta est: neque enim spinæ radix oleum parit, sed oliivæ radix. Ita nec avaritiæ, nec injustitiæ, nec rapinæ radix misericordiam parit. Noli eleemosynam criminari, ne illam omnium maledictis exponas. Si namque ideo rapis, ut eleemosynam eroges, nihil hæc eleemosyna pejus. Cum enim ex rapina oriatur, non est certe eleemosyna: immanitas illa est et crudelitas, ac contumelia Deo illata. Si Cain qui quæ minora sua erant obtulit, ita offendit; qui aliena offert, quomodo non offendet? Oblatio nihil aliud est quam sacrificium, emundatio, non immunditia. Sordidis porro manibus non audes precari, sordes autem et immunditiam ex rapina offerens, nihil te mali facere putas? Manus non sinis sordibus et immunditiis fœdari, sed emundatis illis, ita offers: atqui hæc sordes nihil culpæ habent; illæ vero sunt criminatione dignæ.

4. Ne itaque id observemus, ut mundis manibus offeramus et precemur, sed ut quæ offeruntur munda sint. Illud enim risu dignum est: ac si quis lance abluta illam immundis donis implet, nonne irrisio hæc esset? Sint mundæ manus: crunt autem, si non aqua tantum illas abluamus, sed et justitia prius: hæc vera manuum mundatio est. Si autem iniquitate pleni simus, etiamsi millies illas abluerimus, nihil inde lucrui. *Lavamini*, inquit, *mundi estote* (Isai. 1. 16). Quid ergo? num addidit, *Ite ad fontes, ad balnea, ad stagna, ad fluvios*? Nihil horum; sed quid? *Auferite malitias vestras ab animabus vestris*; hoc est, Mundi estote. Hoc ab inquinamento liberat, hæc est vera munditia. Illa enim non multum profuit; hæc nobis fiduciam ad Deum præstat: illam possunt habere adulteri, fures, homicidæ, molles, dissoluti viri, for-

ut ipsi vigilarent, et ut præsentem tempore provide uterentur. 5. Tu vero vigila, inquit, in omnibus, labora. Viden' illum ideo id prædicare? Etenim Christus quoque in sine dicebat. Erunt pseudochristi et pseudoprophete (Matth. 24. 24): ita et hic, quando migraturus erat, hæc dicebat: Tu vero vigila in omnibus, labora; id est, Laborem suscipe, præoccupata, prius quam lues israhel ingruat, in tūto oves pone; quando lupi adsunt, ubique labora. Opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple. Ergo hoc opus evangelistæ erat, ut affligeretur tum a seipso, tum ab externis. Ministerium tuum imple; id est, perface. Ecce alia laborandi et patiendi necessitas: 6. Ego enim jani delibor, inquit, et tempus resolutionis meæ instat. Non dixit, Sacrificii mei, sed quod amplius est. Hostia enim non tota Deo offertur, immatto autem tota. 7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Sæpe Apostolum ego manibus accipiens, et hunc locum considerans hærebam et cogitabam, qua de causa sic magnifice loquatur Paulus dicens: Bonum certamen certavi. Nunc autem per Dei gratiam me invenisse puto. Qua de causa igitur hæc dicit? Ut discipuli mœrorem soletur, confidere jubens, quod quasi ad coronam ipse pergat, cum omnia perfecerit, et præclarum finem sit consequutus. Gaudere oportet, inquit, non dolere. Quare? Bonum certamen certavi. Ac si quis pater filiolum suum assidentem, et orbitatem non ferentem consoletur dicens: Fili, ne fleas; recte enim viximus, et cum ad senectutem pervenerimus, te relinquimus; inculpata vita nostra fuit, cum gloria demigramus; potes tu quoque spectabilis esse ex iis quæ a nobis gesta sunt; multas rex nobis gratias habet. Ac si diceret, Tropæa ereximus, hostes vicimus: non magnifice loquens, absit; sed filium erigens, et his laudibus suadens ut hunc casum levius ferat, bonamque spem habeat, neque putet rem esse molestam. Gravis enim, gravis est separatio: audi ipsum dicentem: Nos autem destituti a vobis ad tempus, facie, non corde (1. Thess. 2. 17). Si autem ille a discipulis separatus talia patiebatur, qualia putes passum esse Timotheum? si a vivente separatus lacrymabatur, ut diceret, Memor lacrymarum tuarum, ut gaudium implerem (2. Tim. 1. 4); quanto magis ipso moriente? Hæc itaque ipsum consolandi gratia scripsit; totaque epistola consolatione plena est, ac veluti testamentum quoddam. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Certamen, inquit, bonum. Tu ergo quoque id suscipe. Ubi est catena, ubi vincula, ubi mors, bonumne est illud certamen? Etiam, inquit: pro Christo enim suscipitur, coronas habet magnas. Certamen bonum. Nihil hoc agone melius: hæc corona finem non habet, non oleastri foliis textitur, non hominem habet agonothetam, non homines spectatores: angelis plenum est theatrum. Illic multis diebus laborant et defatigantur, et hora una coronam accipiunt, voluptas vero statim evolvit: hic vero non ita, sed semper in claritate, in gloria et honore sunt. Jam gaudere oportet: nam ad requiem propero, ex stadio exeo. Audisti

μαρτύρομαι σοι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν. Μάρτυρα καλεῖ ἐκεῖνον, δεικνύς ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸν ἀνέμνησεν. Εἶτα πῶς δεῖ κηρύττειν τὸν λόγον διδάσκων, ἐπάγει· *Κήρυξον τὸν λόγον, ἐπιστήθι, εὐκαίρως, ἀκαίρως, ἔλεγχον, ἐπιτιμήσον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.* Τί ἐστίν, *Εὐκαίρως, ἀκαίρως*; Τουτέστι, μὴ καιρὸν ἔχε ὠρισμένον, ἀεὶ σοι καιρὸς ἔστω, μὴ ἐν εἰρήνῃ, μὴ ἐν ἀδείᾳ, μηδὲ ἐν ἐκκλησίᾳ καθήμενος μόνον· κἂν ἐν τοῖς κινδύνοις, κἂν ἐν δεσμοτηρίῳ ᾦς, κἂν ἄλλοις περικεῖμενος, κἂν μέλλῃς ἐξίεναι ἐπὶ θάνατον καὶ παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἐλεγχῶν, μὴ ὑποσταλῆς ἐπιτιμῆσαι. Τότε γὰρ καὶ ἡ ἐπιτιμῆσις ἔχει καιρὸν, ὅταν ὁ ἐλεγχος προχωρήσῃ, ὅταν ἀποδειχθῇ τὸ ἔργον. *Πηρακάλεσον*, φησί, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρῶν, εἰπὼν τὸ τραῦμα, ἔδωκε τὴν τομὴν, ἐπήγαγε τὸ φάρμακον· ὅπερ δὲ ἂν τούτων ἀπολειφθῇ, τὸ ἕτερον ἀχρηστον γίνεται. Ἄν τε γὰρ χωρὶς ἐλέγχων ἐπιτιμῆσις, δόξεις εἶναι θρασύς, καὶ οὐδεὶς ἀνέχεται· μετὰ δὲ τὸ ἀποδειχθῆναι, τότε καὶ καταδέχεται τὴν ἐπιτιμῆσιν, πρότερον δὲ ἰταμὸς ἔσται· ἂν τε ἐλέγξῃς μὲν καὶ ἐπιτιμῆσῃς, σφοδρῶς δὲ, καὶ μὴ παράκλησιν προσαγάγῃς, πάλιν τὸ πᾶν ἀνατέτραπται. Ἀφόρητον γὰρ ἐλεγχος καθ' ἑαυτὸν, ὅταν μὴ καὶ παράκλησιν ἀναμειγμένην ἔχη. Καθάπερ γὰρ ἡ τομὴ, καίτοι σωτήριος οὖσα, ἂν μὴ πολλὰ τὰ παραμυθούμενα τὰς ἀλγυδόνας ἔχη, οὐκ ἀνέχεται κοπτόμενος καὶ τεμνόμενος ὁ κάμνουν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. *Καὶ ἐν πάσῃ*, φησί, *μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.* Καὶ γὰρ ὁ ἐλέγχων μακροθυμίας δεῖται, ὥστε μὴ ἀπῶς πιστεύειν, καὶ ἡ ἐπιτιμῆσις παρακλησιώδης, ὥστε δεχθῆναι. Τί ἐστὶν ὁ τῆς μακροθυμίας προστιθησὶ λέγων, *Καὶ διδαχῇ*; Μὴ ὡς ὀργιζόμενος, μὴ ὡς ἀπεχθανόμενος, μὴ ὡς ἐπεμβαίνων, μὴ ὡς ἐχθρὸν εὐρηκώς, πάντα ταῦτα ἀφείσθω· ἀλλὰ τί; Ὡς φιλῶν, ὡς συναλγῶν, ὡς μᾶλλον ἐκείνου πενθῶν, ὡς τηχόμενος ἐπὶ τοῖς ἔκνοιον. *Ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ*, φησί, *καὶ διδαχῇ*, μὴ ἐν τῇ τυχοῦσῃ. *Ἔσται γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγίαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται.* Πρὶν ἢ ἐκτραχηλισθῆναι, προκατάλαβε πάντα αὐτοῦ· διὰ τοῦτο εἶπε, *Καὶ εὐκαίρως, καὶ ἀκαίρως* [716] ὡς ἔχειν ἐκόντας μαθητευομένους, πάντα πράττει. *Ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας*, φησὶν, *ἐαυτοῖς ἐπισωρεύουσι διδασκάλους.*

β'. Οὐδὲν ἐμφαντικώτερον τῆς λέξεως ταύτης· τὸ γὰρ ἀδιάκριτον πλῆθος τῶν διδασκάλων διὰ τοῦ, *Σωρεύουσιν*, ἐδήλωσε, καὶ διὰ τοῦ παρὰ τῶν μαθητῶν χειροτονεῖσθαι. *Ἐαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν*, φησί, *διδασκάλους, κηηθόμενοι τὴν ἀκοήν*· τῆς ἡδονῆς χάριν λέγοντας καὶ τέρποντας τὴν ἀκοήν ἐπιζητοῦντες. *Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοήν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦς μύθους ἐκτραπήσουσιν.* Ταῦτα προλέγει, οὐκ εἰς ἀθυμίαν βουλόμενος ἐμβαλεῖν, ἀλλ' ἵνα, ὅταν ἐκθῇ, γενναίως φέρῃ· ὡς περ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε λέγων, ὅτι *Παρωδῶσουσιν ὑμᾶς, καὶ μαστιγώσουσιν, καὶ εἰς τὰς συναγωγὰς ἄξουσιν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου.* Ἐπαί καὶ ἀλλαγὴ φησὶν ὁ μακάριος οὗτος· *Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι ἐισελθούσιντα μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βυρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου.* Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὥστε νήφειν αὐτούς, ὥστε τῷ παρίντι καιρῷ κεγρῆσθαι εἰς δέον. *Σὺ δὲ νήψε*, φησὶν, *ἐν πᾶσι, κωκοπάθησον.* Ὅραξ' ὅτι διὰ τοῦτο ταῦτα προλέγει; Καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε πρὸς τῷ τέ-

λει, ὅτι *Ἔσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται*· οὗτω καὶ οὗτος, ὅτε ἐμελλεν ἀποδημεῖν, ταῦτα ἔλεγε. *Σὺ δὲ νήψε ἐν πᾶσι. Κωκοπάθησον*, τουτέστι, *Κάμε, προκατάλαβε*, πρὶν ἢ τὴν λύμην ἐκείνην ἐπελθεῖν, ἐν ἀσφαλεὶ τὰ πρόβατα κατάρτησον, ἕως οὐ πάρεσιν οὐ λύκοι, πανταχῶς κωκοπάθησον. *Ἔργον ποιήσον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.* Ἄρα τοῦτο ἔργον εὐαγγελιστοῦ, τὸ κωκοπαθεῖν καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ παρὰ τῶν ἑξωθεν. *τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον*· τουτέστι, πληρῶσον. Ἰδοὺ καὶ ἄλλη ἀνάγκη τοῦ κωκοπαθεῖν· *Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι*, φησί, *καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφῆστηκεν.* Οὐκ εἶπε, *τῆς ἐμῆς θυσίας*, ἀλλ' ὁ περισόν ἐστι. *τῆς μὲν γὰρ θυσίας*; οὐ τὸ πᾶν ἀναφέρεται τῷ Θεῷ, τῆς δὲ σπονδῆς τὸ ὅλον. *τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγωνίσαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.* Πολλᾶκις τὸν Ἀπόστολον μετὰ χεῖρας λαβῶν ἐγὼ, καὶ τὸ χωρίον τοῦτο περισκεψάμενος, ἀπορῶν διετέλουν, τίνας ἕνεκεν οὕτω μεγαληγορεῖ Παῦλος λέγων, *τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγωνίσαι.* Νῦν δὲ μοι δοκῶ εὐρηκέναι τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Τίνας οὖν ἕνεκεν ταῦτά φησι; Τὴν ἀθυμίαν τοῦ μαθητοῦ παραμυθῆσασθαι βούλεται, θαρβῆναι κελεύων ὡς ἐπὶ στέφανον ἀπίοντος αὐτοῦ, ὡς πάντα τετελεχότος, ὡς καλῆς ἐπιτυχόντος τελευτῆς. *Χαίρειν δεῖ*, φησὶν, *οὐκ ἀλγεῖν. Διὰ τί; τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγωνίσαι.* Ὅσπερ ἂν εἰ τις πατὴρ παιδίον αὐτῷ παρακαθήμενον, καὶ τὴν ὄφρα νῆσον οὐ φέρον παραμυθοῖτο λέγων· *τέκνον, μὴ κλαῖε, ἐξήσασμεν καλῶς, εἰς γῆρας ἔλθόντες καταλιμπνόμενοι σε· ἀληπτος ἡμῶν ὁ βίος γέγονε, μετὰ δόξης ἀπερχόμεθα· ἔχεις καὶ σὺ θαυμάζεσθαι ἀπὸ τῶν ἡμῖν πεπραγμένων· πολλὰς ἡμῖν ὁ βασιλεὺς οἶδε τὰς χάριτας.* Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· *τρόπαια ἐστήσαμεν, τοὺς πολεμίους ἐνίκησαμεν, οὐ μεγαληγορῶν, ἀπαγε· ἀλλ' ἀνιστάς τὸν παῖδα, καὶ παιδεύων τοῖς ἐγκωμίοις κούφως φέρειν* [717] *τὰ συμβάντα, καὶ χρηστὰς ἔχειν ἐλπίδας, καὶ μὴ νομίζειν, ὅτι φορτικὸν τὸ πρᾶγμα.* Δεινὸν γὰρ, δεινὸν ὁ χωρισμὸς· καὶ ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος, *Ἡμεῖς δὲ ἀπορραγισθέντες ἀφ' ἑμῶν πρὸς καιρὸν, προσώψω, οὐ καρδίᾳ.* Εἰ οὖν αὐτὸς χωρισθεὶς τῶν μαθητῶν τοιαῦτα ἔπασχεν, οἷα οἶε τὸν Τιμόθεον πάσχειν; εἰ ζῶντος χωριζόμενος αὐτοῦ ἐδάκρυεν, ὡς λέγειν αὐτὸν, *Μεμνημένους σου τῶν διακρῶν, ἴνα χαρῆς πληρωθῶ, πόσω μᾶλλον τελευτήσαντος;* Ταῦτα οὖν παραμυθούμενος ἔγραψε· καὶ πᾶσα δὲ ἡ ἐπιστολὴ παραμυθίας ἐστὶ πλήρης, καὶ ὡσανεὶ διαθήκη τίς ἐστι. *τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγωνίσαι, τὸν δρόμον*, φησὶ, *τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.* *τὸν ἀγῶνα*, φησὶ, *τὸν καλόν.* Οὐκοῦν καὶ σὺ αὐτοῦ ἐπιλαβοῦ. Ἐγθα ἄλλοις, ἐγθα δεσμά, ἐγθα θάνατος, οὗτος ὁ ἀγὼν καλός; Ναί, φησὶν· ὑπὲρ γὰρ Χριστοῦ γίνεται· στεφάνους ἔχει μεγάλους. *τὸν ἀγῶνα τὸν καλόν.* Οὐδὲν τούτου βέλτιον τοῦ ἀγῶνος, οὐ λαμβάνει τέλος ὁ στέφανος οὗτος· οὗτος οὐκ ἀπὸ κοίτων ἐστίν, οὐκ ἔχει ἀνθρωπον ἀγωνοθέτην, οὐκ ἔχει ἀνθρώπους θεατὰς· ἀπὸ ἀγγέλων σύγκειται τὸ θέατρον. Ἐκεῖ ἐν ἡμέραις πολλαῖς πονοῦσι καὶ τάλαιπωροῦνται, καὶ ἐν ὄρα μῆ τὸν στέφανον ἔλαβον, καὶ παραρῆμα ἀπέπητ' ἐκ τῆς ἡδονῆς· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ διαπαντὸς ἐν λαμπρότητι, ἐν δόξῃ, ἐν τιμῇ. Δεῖ λοιπὸν χαίρειν· εἰς γὰρ ἀνάπαυσιν ἔρχομαι, ἐξέρχομαι τὸ στάδιον. Ἦκουσας ὅτι τὸ ἀναλύσαι κρεῖσσον, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.

Τὸν δρόμον τετέλεκα. Καὶ γὰρ ἀγωνίζεσθαι χρῆ καὶ τρέχειν ἄγωνιζέσθαι μὴ καρτεροῦντα τὰς βιβίαις, τρέχειν δὲ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸς τι χρήσιμον. Ὄντω; καλῆς ὁ ἀγὼν, οὐ τέρπων ἀπλῶς τὸν θεατῆν, ἀλλὰ ὠφελῶν· καὶ ὁ δρόμος οὐκ εἰς τὸ μίθην χωρῶν, οὐδὲ ἰσχύος ἐπιδειξίς ἐστι καὶ φιλοτιμίας, ἀλλὰ πάντα; ἔλκων εἰς τὸν οὐρανόν. Οὗτος ὁ δρόμος τοῦ ἡλίου καθαρώτερος, ὃν ὁ Παῦλος ἔτρεχεν ἐπὶ τῆς γῆς, ἢ ὃν ἐκεῖνος τρέχει ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ. Πῶς δὲ τετέλεκα τὸν δρόμον; Τηνοικουμένην ἄπασαν περιήλθον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ ἀπὸ τῆς Ἀραβίας, καὶ μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς ἑλθὼν. Ὡς εἰς με, φησὶν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωμένοι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· καὶ πᾶσαν διαδραμῶν τὴν οἰκουμένην καθάπερ τις πτηνός, μᾶλλον δὲ καὶ πτηνοῦ σφοδρότερον· ὁ μὲν γὰρ πτηνός ἀπλῶς διέτρεχεν, οὗτος δὲ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ τὸ πτερὸν ἔχων τοῦ πνεύματος, καὶ μυρία διακόπων κωλύματα, θανάτους, ἐπιβουλὰς, συμφορὰς. Ὡς εἰς καὶ πτηνοῦ ταχύτερος ἦν. Εἰ πτηνός ἦν ἀπλῶς, καὶ κατηνέχθη ἂν καὶ ἀνάλωτο· ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐκουφίζετο, πάντων ὑπερνήχθη τῶν δικτύων, ὥσανεὶ πτηνός πετὰ ἔχων ἀπὸ πυρός. *Τὴν πίστιν*; φησὶ, *τετήρηκα*. Πολλὰ γὰρ ἦν τὰ βουλομένα αὐτὸν σὺλῆσαι, οὐχ αἰ φιλία τῶν ἀνθρώπων μόναι, ἀλλὰ καὶ ἀπειλαὶ καὶ θάνατοι καὶ μυρία ἕτερα. Ἄλλὰ πρὸς ἅπαντα ἔστη. Πῶς; Νήφων καὶ ἔργηγορός. Ἰκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς παραμυθίαν τῶν μαθητῶν, αὐτὸς δὲ καὶ τὰ ἐπαθλα προστίθησι. Ποῦ δὲ ταῦτα; *Αοιπὴν ἀποκείται μοι*, φησὶν, *ὁ τῆς δικαιοσύνης* [718] *στέφανος*. Δικαιοσύνην ἐνταῦθα πάλιν τὴν καθόλου φησὶν ἀρετὴν. Οὐ τοίνυν ἀλαγὴν χρῆ, ὅτι ἄπειμι στεφανώσμενος τὸν στέφανον τὸν ἀπὸ Χριστοῦ τιθέμενον ἐπὶ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς. Ἄλλ' εἰ ἐνταῦθα παρέμνηνον, ὅπως ἀλαγὴν ἔχρην μᾶλλον καὶ δεδοικέναι, μὴ παραπέσω, μὴ παραπέλωμαι. *Ὁρ ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτῆς, οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι ἐν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ*.

γ. Ἐνταῦθα καὶ αὐτὸν ἀνέστησεν. Εἰ πᾶσι, πολλῶ μᾶλλον Τιμοθέῳ. Ἄλλ' οὐκ εἶπε, Καὶ σοί, ἀλλὰ, *Πᾶσι*· δηλῶν ὅτι, εἰ πᾶσι, πολλῶ μᾶλλον αὐτῷ. Πῶς δὲ ἂν τις ἀγαπήσειε, φησὶ, τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ; Εἰ χαίρει ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· ὁ δὲ χαίρων ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἄξια πράττει τῆς χαρᾶς, τὰ ἐπάρχοντα προήσεται, εἰ δέοι, καὶ τὴν ψυχὴν, ὥστε τὴν μελλόντων τυχεῖν αγαθῶν, ὥστε καταξιοθῆναι τὴν δευτέραν παρουσίαν μετὰ τοῦ προσήκοντος σχήματος ἰδεῖν, μετὰ παρῆρσιαι, μετὰ δόξης καὶ λαμπρότητος. Τοῦτο ἐστὶν ἀγαπᾶν τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ὁ αγαπῶν αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν, πάντα πράξει ὥστε καὶ πρὸ ἐκείνης τῆς καθολικῆς γενέσθαι· αὐτῷ τὴν μερικὴν. Καὶ πῶς ἐνὶ τούτῳ, φησὶν; Ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὁ αγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ πορευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ, καὶ μοῖν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Ἐνώησον δὲ ὅσον ἐστὶ τὸν κοινῇ πᾶσιν ἐπιφάνεισθαι μέλλοντα, τοῦτον ἰδίᾳ ὑπισχνέσθαι ἐπιφάνειαν ἡμῖν. Ἐλευσόμεθα γὰρ, φησὶ, καὶ μοῖν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Εἰ τις ἀγαπᾶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, πάντα πράξει, ὥστε αὐτὸν καλέσαι πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἔχειν, ὥστε ἐπιλάμψαι αὐτῷ τῷ φῶς. ἤρθεν ἀνάξιον ἐστω τῆς παρουσίας αὐτοῦ, καὶ ταχέως καταλείπει παρ' ἡμῖν. Ἐπιφάνεια δὲ λέγεται διὰ τὸ ἐπιπύφαιεσθαι, καὶ ἀνωθεν ἀνατέλλειν. Οὐκοῦν τὰ ἄνω

ζητῶμεν, καὶ ταχέως τὰς ἀκτίνας ἐκείνας ἐπισπασόμεθα. Οὐδεὶς τῶν κάτω κυπτότων, καὶ κατορυττότων ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν, δυνήσεται τὸ ἡλιακὸν φῶς ἰδεῖν· οὐδεὶς τῶν καταμολυνόντων ἑαυτὸν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι, δυνήσεται τὸν ἡλιὸν τῆς δικαιοσύνης ἰδεῖν· οὐδὲν ἐπιφάνειαι τῶν τούτοις ἐνστρεφομένων, Ἄνάνηφον μικρὸν, ἀνάνηφον ἀπὸ τοῦ βάθους, ἀπὸ τοῦ κλύδωνος τοῦ βιωτικοῦ, εἰ βούλει τὸν ἡλιὸν ἰδεῖν; εἰ βούλει τῆς ἐπιφάνειας τοχεῖν· ἂν τύχῃς αὐτοῦ τῆς ἐπιφάνειας ταύτης, τότε αὐτὸν ὄψει μετὰ πάλλῃς τῆς παρῆρσιαι. Φιλοσόφησον νῦν· μὴ ἐστω παρὰ σοὶ πνεῦμα ἀπονοίας, ἵνα μὴ σε βλάβῃ σφοδρῶς καὶ καταβάλλῃ· μὴ ἐστω λελιθωμένη ἡ καρδία; καὶ σκότος, ἵνα μὴ προσαρβᾶξῃς ἐκεί τὸ πλοῖον· μὴ ἐστω τις δόλος· καὶ γὰρ αἱ ὑψαλοὶ ναυάγια ἐργάζονται χαλεπώτατα. Μὴ τρέφε θηρία, τὰ πάθη λέγω· θηρίων γὰρ ἐκεῖνα χαλεπώτερα· μὴ τοῖς βουστοῖς πράγμασι θάρρει, ἵνα δυνήθῃς ἐστάναι βεβαίως. Οὐδεὶς ἐπὶ ὕδατος ἵσταται, ἐπὶ δὲ πέτρας ἅπαντες ἀσφαλῶς ἵττανται. Ἰδῶρ ἐστὶ τὰ βιωτικά πράγματα· Ἡ ἴθρον, φησὶν, ὕδατα ἕως ψυχῆς μου, ὡς χειμάρρους παραβρέων. Πέτρα ἐστὶ τὰ πνευματικά· Ἐν πέτρᾳ γὰρ, φησὶν, ἔθυσας τοὺς πόδας μου. Ἰλύς ἐστὶ καὶ πηλός; τὰ βιωτικά ἀνασπασώμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τούτων· οὕτω γὰρ δυνήσεται τυχεῖν τῆς ἐπιφάνειας τοῦ Χριστοῦ. [719] Πᾶν δὲ ἐάν ἐπιθῇ, φέρωμεν ἱκανῆ ἐν πᾶσι παραμυθία τὸ διὰ Χριστὸν παθεῖν· ταύτην τὴν θείαν ἐπιφάνειαν ἐπιλέγωμεν, καὶ παύσεται τοῦ τραύματος ἡ ἀλγῆδων. Καὶ πῶς διὰ Χριστὸν ἐστὶ παθεῖν, φησὶν; Ἐσυκοφάντησέ σέ τις ἀπλῶς οὐ διὰ Χριστόν; ἂν ἐνέγκῃς γενναίως, ἐάν εὐχαριστήσῃς, ἐάν εὖξῃ ὑπὲρ ἐκείνου, ταῦτα πάντα διὰ Χριστόν ποιεῖ. Ἄν καταράσῃ, ἂν ἀποδυσπετήσῃς, ἂν ἐπιχειρήσῃς ἀμύνασθαι, κἂν μὴ δυνήθῃς, οὐκ ἐστὶ διὰ τὸν Χριστόν, ἀλλὰ ζημίαν ὑπήνεγκας, καὶ τοῦ καρποῦ ἀπεστέρησαι διὰ τὴν προαίρεσιν τὴν σὴν. Ἐν ἡμῖν γὰρ ἐστὶ καὶ κερθαίνειν ἐκ τῶν δεινῶν, καὶ βλάπτεσθαι· οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῶν δεινῶν τοῦτο γίνεται; ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν. Οἶόν τι λέγω· ἔπαθε τοσαῦτα ὁ Ἰωβ, εὐχαριστῶ; ἤνεγκεν, ἐδικαιώθη, οὐκ ἐπειδὴ ἔπαθεν, ἀλλ' ἐπειδὴ παθὼν εὐχαριστῶς ἤνεγκεν. Ἐταρος τὰ αὐτὰ παθῶν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὰ αὐτὰ (οὐδεὶς γὰρ ἐστὶν ὁ τοιαῦτα παθῶν, ἀλλὰ πολλῶ ἐλάττωνα), ἔδυσφήμησεν, ἠγανάκτησε, κατηράσατο τῷ κόσμῳ παντὶ, ἔδυσχέρανε πρὸς τὸν Θεόν; οὗτος κατεκρίθη καὶ κατεδικάσθη, οὐκ ἐπειδὴ πέπονθεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐβλασφήμησεν· ἐβλασφήμησε δὲ, οὐ παρὰ τὴν ἀνάγκην τῶν συμβάντων ἐπεὶ εἰ ἡ ἀνάγκη τῶν συμβάντων τοῦτο ἐποίησεν, ἔδει καὶ τὸν Ἰωβ βλασφήμῃσαι· εἰ δὲ χαλεπώτερα παθῶν οὐδὲν τοιοῦτον εἰρηάσατο, οὐ παρὰ τοῦτο ταῦτα συνέθη, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς προαιρέσεως. Ἰσχυρᾶς οὖν δεῖ ἡμῖν ψυχῆς, καὶ οὐδὲν ἡμῖν χαλεπὸν φανέται, ὡς περ ἀσθενούς, οὐδὲν ὅπερ οὐ χαλεπὸν. Παρὰ τὴν ἡμετέραν διάθεσιν πάντα καὶ φορητὰ καὶ ἀφορητὰ γίνεται· ταύτην ὀχυρῶσωμεν, καὶ πάντα οἴσομεν εὐκόλως. Καὶ γὰρ τὸ δένδρον, ὅταν μὲν κατὰ βάθους παραπέμψῃ τὴν ῥίζαν, οὐδὲ σφοδρὰ καταγίγῃ αὐτὸ διασαλεύσαι δυνήσεται· ἂν δὲ ἐξ ἐπιπολλῆς ἢ κείμενον, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐπιφάνειας, κἂν μικρὰ προπέτη ἀνέμου βοῆθῃ, πρόβριζον αὐτὸ ἀνέσπασεν. Οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἐάν καθλιώσωμεν τὰς σάρκας ἡμῶν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν παρασαλεύσαι δυνήσεται· ἐάν δὲ ἀπλῶς προτιθῶμεν, καὶ μικρὰ βοῆθῃ ἠφάνισεν

<sup>a</sup> Coniectum est προστιθῶμεν.

quod dissolvi et esse cum Christo (*Philipp. 1. 23*) sit melius.

*Pauli labores et certamina. — Cursum consummavi.* Nam pugnandum et currendum est : certandum ærumnas ferendo, currendum non frustra, sed ad aliquid utile. Vere bonum est certamen, quod spectatorem non modo delectat, sed etiam ipsi utile est : et cursus non in nihilum desinit, neque roboris ostentatio est nec ambitio, sed omnes ad cælum trahit. Cursus hic sole purior est, quem Paulus in terra currebat, vel quò illè currit ad cælum. Quomodo autem cursum consummavit? Orbem totum circumiens, incipiens a Galilæa atque Arabia, et usque ad terminos terræ veniens : *Ita ut, inquit, a Jerusalem et in circuitu, usque ad Illyricum impleverim evangelium Christi (Rom. 15. 19)*, et totum orbem percurrens volucris instar, imo volucre velocius : nam volucris simpliciter volasset; ille verbò non simpliciter, sed aliam habens spiritus, et mille óbices transiliens, mortes, insidias, calamitates. Itaque volucre velocior erat. Si volucris tantum fuisset, dejectianda tandem et capienda erat. Sed a Spiritu suffulta, omnia superavit retia, quasi volucris alas igneas habens. *Fidem servavi, inquit.* Multa enim erant quæ ipsum spoliare volebant, non modo amicitie hominum, sed minæ, mortes et innumera alia. Sed contra omnia stetit : Quomodo? Sobrie agens, et vigilans. Hæc igitur satis erant ad discipulorum consolationem : ille vero etiam præmia addit. Qualia illa? 8. *In reliquo reposita est mihi, inquit, corona justitiæ.* Justitiam hic quoque vocat virtutem omnem. Non ergo dolendum, quod abeam coronandus corona illa, quam Christus impositurus est capili meo; sed si hic mansissem, potius dolendum erat et timendum, ne caderem et perirem. *Quam reddet mihi Dominus in illa die, justus Judex : non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt adventum ejus.*

3. Illic etiam illum erigit : nam si omnibus, multo magis Timotheo. Sed non dixit, Et tibi, sed *Omnibus*; ostendens, si omnibus, multo magis ipsi. Quomodo autem, inquires, aliquis diligit adventum Christi? Si de ejus præsentia gaudeat; qui autem de præsentia illius gaudet, quæ hoc gaudio sint digna facit, facultates suas, si opus sit, et animam ipsam ponet, ut futura bona consequatur, ut dignus habeatur qui secundum adventum cum decenti habitu videat, cum fiducia, cum gloria, cum claritate. Ille est diligere adventum ejus. Qui diligit adventum ejus, omnia faciet, ut ante universalem illum singularis sibi fiat Christi adventus. Et quomodo, inquires, hoc fieri potest? Audi Christum dicentem : *Si quis diligit me, mandata mea servabit, et veniemus ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus (Joan. 14. 23)*. Cogita quantum illud sit, eum qui omnibus simul adventurus sit, singularem nobis adventum suum polliceri. *Veniemus, inquit, et mansionem apud illum faciemus.* Si quis diligit adventum ejus, omnia faciet ut illum ad seipsum vocet, et habeat, et lux

ejus splendeat. Nihil sit indignum adventu ejus, et ipse cito diversabitur ad nos. *Ἐπιπέσεια* autem dicitur, quod desuper appareat et oriatur. Ergo quæ aursum sunt queramus, et cito radios illos attrahemus. Nemò eorum qui deorsum respiciunt, et seipos in terram defodiunt, poterit solarè lucem videre : nemo, qui sæcularibus se negotiis inquinat, poterit solem justitiæ intueri : nulli ex iis, qui se ad illa vertunt, oritur. Resipisce modicum, te ex profundo reduc, a sæculari tempestate, si vis solem videre, si vis adventu ejus dignari : si hoc fruaris adventu, tunc illum cum fiducia multa intueberis. Philosophare nunc : ne sit apud te arrogantis spiritus, ne te vehementer cadat et dejiciat : ne sit tibi cor lapideum, nec tenebræ, ne illic navem allidas : ne sit dolus; nam saxa latentia naufragia pariunt gravissima. Ne feras nutrias, nempe vitia, quæ sunt feris immaniora : ne fluxis rebus confidas, ut possis firmiter stare. Nemo super aquam stat; supra petram autem omnes tuto consistunt. Aqua sunt negotia sæcularia : *Venerunt, inquit, aquæ usque ad animam meam (Psal. 68. 2)*, sicut torrens præterfluens. Petra sunt spiritualia : nam ait, *In petra exaltasti pedes meos (Psal. 39. 5)*. Cœnum et lutum sunt sæcularia : ab iis nos extrahamus; ita enim frui poterimus adventu Christi. Quidquid evenerit feramus : summa in omnibus consolatio est propter Christum pati : hanc divinam cationem repetamus, et vulnè ris dolor cessabit. Et quomodo, inquires, propter Christum pati possumus? Sycophantia te quispiam impellit non propter Christum? si fortiter feras, si gratias agas, si pro illo preceris, hæc omnia propter Christum facis. Si maledixeris, si indigne feras, si te ulcisci coneris, etiamsi nequeas, jam non est propter Christum, sed damnum passus es, et arbitrio tuo fructu te privasti. In nostra enim potestate est ex adversis vel lucrari, vel lædi : non tristium eventuum natura hoc facit, sed nostra voluntas. Exempli causa : tanta passus est Job; cum gratiarum actione tulit, et justificatus est, non quia passus est, sed quia cum gratiarum actione. Alius eadem ipsa passus, eadem imo non (nullus est qui talia passus sit, sed multo minora); conviciatus est, indigne tulit, toti orbi maledixit, imo contra Deum commotus est? hic judicatus et damnatus est, non quia passus est, sed quia blasphemavit : blasphemavit autem non ex eventus necessitate; nam si illa necessitas hoc fecisset, oportuerat et Jobum blasphemare : si autem graviora ille passus, nihil tale fecit; non hinc, sed ex infirmitate voluntatis illa contigerunt. Forti igitur nobis animo opus est, et nihil nobis durum videbitur : sicut illo infirmo, nihil non durum videtur. Ex nostro igitur affectu et voluntate omnia vel tolerabilia vel intolerabilia videntur : hanc itaque muniamus, et omnia facile feremus. Nam et arbor, cum altam radicem jecerit, ne vehemens quidem tempestas illam succutere poterit; si vero in superficie solum hæreat, vel modicus venti status illam radicem evellat. Ita quoque in nobis contingit : si configamus Dei timore carnes

nostras, nihil nos commovere poterit; si utcumque applicemus, vel modica impulsio nos perimit et perdit. Quocirca, rogo, cum magna alacritate omnia seramus, imitemurque prophetam dicentem, *Adhæsit anima mea post te* (Psal. 62. 8). Vide quid dicat, *Adhæsit anima mea*. Non dixit simpliciter, *Appropinquavit, sed, Adhæsit*. Et rursus, *Sitivit te anima mea* (Ib. v. 2). Non solum dixit, *Desideravit*; sed his verbis desiderii vehementiam expressit. Et rursus,

*Confige timore tuo carnes meas* (Psal. 118. 120). Vult enim nos semper illi hæerere, et ita colligari, ut nunquam abscedamus. Si ita Deo hæreamus, si affligamus ipsi cogitationes nostras, si ejus desiderio sitiamus, et quæcumque volumus accedent, et futura consequemur bona, in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre et sancto Spiritu gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

CAP. 4. v. 8. *Festina venire ad me cito*. 9. *Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, et abiit Thessalonicam*, 10. *Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam*: 11. *Lucas est mecum solus*. *Marcum assumens adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium*. 12. *Tychicum autem misi Ephesum*. 13. *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens offer tecum, et libros, maxime membranas*.

1. Quæri merito potest quomodo Timotheum ad se vocet, cui Ecclesia et gens tota concredita fuerat. Non ex arrogantia autem id agit: ipse enim illum adire paratus erat: audi enim illum: *Si autem tardaverero, ut scias quomodo oporteat in domo Dei conversari* (1. Tim. 3. 15). Sed cur tandem vocat? necessitas erat magna, nec ultra ille poterat alio pergere: in carcere erat, a Nerone inclusus, moxque moriturus erat. Ne igitur hoc eveniret antequam ille discipulum videret, ideo ipsum vocat, ut ante mortem videret, et forte plurima ipsi commendaret. Ideo ait: *Festina ante hiemem venire ad me*. *Demas enim me dereliquit, diligens hoc sæculum* (Ibid. v. 21). Nec dicit, *Ut te videam antequam ex vita migrem*, quod maximo ipsi mærori erat: sed, *Quia solus sum*, inquit, *neminem habeo adiutorem*. *Demas enim me deseruit, diligens hoc sæculum, et ixit Thessalonicam*. Hoc est, quietem amans, et ut sine periculo et in tuto esset, maluit domi deliciis frui, quam mecum in ærumnis esse et pericula præsentia subire. Hunc solum incusavit, non tamen ut incusaret, sed ut nos firmaret, ut in periculis molles non essemus, neque in laboribus: hoc enim sibi vult illud, *Hoc diligens sæculum*; simul autem et discipulum attrahere volens. *Crescens*, inquit, *in Galatiam, Titus in Dalmatiam*. Hos non accusat: Titus enim erat virtute mirabilis, ita ut illi insulam crediderit, nec parvam, sed maximam, nempe Cretam. *Lucas est solus mecum*. Ipse enim ab eo separari non poterat. Qui enim evangelium scripsit, et universalia Acta, scilicet Acta Apostolorum, laboriosus ac discendi cupidus patiensque, de quo hæc scribit ille: *Cujus laus est in evangelio per omnes Ecclesias* (2. Cor. 8. 18). *Marcum assumens adduc tecum*. Cur id? *Est enim mihi utilis in ministerium*. Non ad quietem suam dicit, sed *Ad ministerium Evangelii*: nam etiam in vinculis cum prædicare non cessabat. Ergo et Timotheum ad hoc vocabat, non sui causa, sed ut evangelium prædicaret; et ut in morte ipsius nulla inter fideles perturbatio es et, cum adessent plurimi

eius discipuli, qui turbas cohiberent, et eos consolarentur, qui ejus mortem æquanimiter ferre non poterant. Verisimile enim est multos qui Romæ crediderant honorabiles viros fuisse. *Tychicum misi Ephesum. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens offer, et libros, maximeque membranas*. Penulam hic vestimentum dicit: alii loculos putant, ubi libri ponebantur. Quid autem libris illi opus erat, ad Deum migraturo? Opus tunc maxime erat, ut fidelibus commendarentur, et ejus doctrinæ vice illos haberent. Omnes itaque fideles verisimile est tunc magnam accepisse plagam, maxime vero eos, qui morti ejus aderant, et tunc illo fruebantur. Penulam autem quærit, ne ab alio accipere opus haberet. Vides enim illum hujus rei multam curam habere, qui alibi dicebat, cum Ephesios qui aderant alloqueretur: *Sciitis quia necessitatibus meis, et iis qui mecum erant, ministraverunt manus istæ*; et rursus, *Beatius est magis dare, quam accipere* (Act. 20. 34. 35). 14. *Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: reddi illi Dominus secundum opera ipsius*. Rursus hic tentationis meminit, non ut culpet illum tantum, aut accuset, sed ut discipulum ad certamina ungat, ut fortiter ferat: *Etsi humilis conditionis sunt qui tentationes admovent, quantumvis viles et despicabiles, oportet, inquit, omnia fortiter ferre*. Qui enim a magno quodam viro vexatur, non parum hinc solatii capit, quod a summo viro sic afficiatur: qui autem a vili et abjecta persona, majori afficitur dolore. *Multa mihi mala ostendit*; id est, Variis me modis vexavit. Sed non inulta, inquit, hæc erunt: *R ddet enim illi Dominus secundum opera ipsius*. Sicut superius scribens dicebat: *Quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus* (2. Tim. 3. 11): ita et hic dupliciter discipulum consolatur, quod ipse male patitur, et quod ille vicem accepturus sit: non quod sancti de supplicio tali gaudeant, sed quod prædicatio et infirmiores hujusmodi consolatione opus habeant. 15. *Quem et tu, inquit, devita: valde enim restitit sermonibus nostris*. Hoc est, bellum excitat et adversatur. Nec dicit, *Ulciscere, puni, depelle*; etsi poterat per gratiam talia facere: sed nihil horum, neque armat ipsum contra adversarium, sed ut recedat tantum præcipit, ultionem Deo committens. Et ad infirmiorum consolationem hoc dixit, *Reddet illi*, quod etiam prophetia est potius quam imprecatio. Quod ut discipulum ungat hoc dicat, ex sequentibus palam est.

καὶ ἀπίστευσε. Διὸ παρακαλῶ. μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἅπαντα φέρειν, καὶ μιμῆσθαι τὸν προφήτην τὸν λέγοντα, Ἐκολλήθη ἡ ψυχὴ μου ἐπίσω σου. Ὅρα τί φησιν, Ἐκολλήθη ἡ ψυχὴ μου. Οὐχ ἄπλῶς εἶπεν, Ἠγγίσειν, ἀλλ', Ἐκολλήθη. Καὶ πάλιν, Ἐδίδησέ σε ἡ ψυχὴ μου. Οὐχ ἄπλῶς εἶπεν, Ἐπεπόθησέν, ἵνα τὴ σφόδρην τοῦ πόθου διὰ τούτων ἐμφήγη τῶν λέξεων. Καὶ πάλιν, Καθήλωσον ἐκ τοῦ

• Postulat integritas sententiae ut hic inseratur ἀλλ' Ἐδίδησέ.

φρένου σου τὰς σάρκας μου. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς ἀεὶ προσκλλησθαι· αὐτῷ οὕτω καὶ συνδεσθῆσαι, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ ἀφίστασθαι. Ἄν οὕτως ἐχώμεθα τοῦ Θεοῦ, ἂν προσηλώσωμεν αὐτῷ τὰς ἡμετέρας διανοίας, ἂν διψώμεν αὐτοῦ τὴν πόθον καὶ πάντα ἡμῖν ἔσται ἕπερ βουόμεθα, καὶ τῶν μακρότων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ μετὰ Πατρὸς καὶ ἁγίου Πνεύματος δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ Ρ.

[720] Σπούδασον ἐλθεῖν πρὸς με ταχέως. Δημιῶς γὰρ με ἐγκατέλειπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην, Κρήσκης εἰς Γαλιατῖαν. Τίτος εἰς Δαλματῖαν. Λουκᾶς ἔστι μέγιστος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλιβῶν, ἄγε μετὰ σεαυτοῦ ἔστι γάρ μοι εὐχρηστος εἰς διακορίαν. Τυχικὴν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἐφῆσον. Τὴν φελόνην, ἢν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρφω, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὴ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας.

α'. Ἄξιον ζητῆσαι πῶς καλεῖ τὸν Τιμόθεον πρὸς ἐκursion, εἰ γε Ἐκκλησίαν πιστευμένον ἦν, καὶ ἔθνος ὁλόκληρον. Οὐκ ἀπονοίας ἦν τὸ πρᾶγμα· αὐτὸς γὰρ ἔτριψεν τὴν ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν· ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, Ἐὰν δὲ βραδύω, ἵνα εἰδῆς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι. Ἄλλὰ τίνας ἔνεκεν; Ἀνάγκη κατεῖληπτο πολλῆ, καὶ κύριος ἀποδημίας οὐκέτι ἦν· δεσμοτήριον ὄκει, καὶ συνεκέλευτο ὑπὲρ Νέρωνος, καὶ ὅσον οὕτω ἐμελλε τελευτᾶν. Ἴνα οὖν μὴ τοῦτο γένηται πρὸ τοῦ τὴν μαθητὴν ἰδεῖν, διὰ τοῦτο αὐτὸν καλεῖ, θεάσασθαι ποθῶν πρὸ τῆς τελευτῆς, καὶ ἰσως πολλὰ παραθέσθαι· διὸ φησι, Σπούδασον πρὸς με ταχέως ἐλθεῖν πρὸς με. Δημιῶς γὰρ με ἐγκατέλειπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα. Καὶ οὐ λέγει, Ἴνα σε ἴδω πρὶν ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ βίου, ὃ μάλιστα ἐλύπει· ἀλλ', Ἐπειδὴ μόνος εἰμι, φησὶν, οὐδένα ἔχω τὸν συναντιλαμβανόμενον μου. Δημιῶς γὰρ ἐγκατέλειπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην. Τουτέστι, τῆς ἀνέσω; ἐραθεῖς, τοῦ ἀκινδύνου καὶ τοῦ ἀσφαλοῦς, μᾶλλον εἰλετο οἶκον τρυφᾶν, ἢ μετ' ἐμοῦ ταλαιπωρεῖσθαι, καὶ συνδιαφέρειν μοι τοὺς παρόντας κινδύνους. Τοῦτον διέβαλε μόνον, οὐκ αὐτὸν διαβαλεῖν βουλόμενος, ἀλλ' ἡμᾶς στριβᾶν, ὥστε μὴ μαλακίζεσθαι ἐν τοῖς κινδύνους μηδὲ ἐν τοῖς πόνους· τοῦτο γὰρ ἔστι, Τὴν παρόντα ἀγαπήσας αἰῶνα· ἅμα δὲ καὶ τὸν μαθητὴν ἐπιστάσασθαι βουλόμενος. Κρήσκης, φησὶν, εἰς Γαλιατῖαν, Τίτος εἰς Δαλματῖαν. Τοῦτους οὐκέτι διαβάλλει· καὶ γὰρ ὁ Τίτος τῶν σφόδρα θαυμαστῶν ἦν, ὥστε αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν νῆσον ἐνεχέρισσε, νῆσον οὐ μικράν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγάλην, τὴν Κρήτην λέγου. Λουκᾶς ἔστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Αὐτὸς γὰρ σφόδρα ἀδιστάστας εἶχεν αὐτοῦ, ὃ καὶ τὸ εὐαγγέλιον γράψας, καὶ τὰς καθολικὰς Πράξεις, φιλόπονος ὦν καὶ φιλομαθὴς καὶ καρτερικός. Περὶ τούτου φησὶ γράφων, Οὐ ξαίνας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πάσων τῶν Ἐκκλησιῶν. Μάρκον ἀναλιβῶν, ἄγε μετὰ σεαυτοῦ. Τίτος; ἔνεκεν; Ἔστι γάρ μοι εὐχρηστος εἰς διακορίαν. Οὐκ εἰς τὴν ἀνάπαυσιν λέγει τὸν ἑαυτοῦ, ἀλλ' εἰς τὴν διακορίαν τοῦ εὐαγγελίου· καὶ γὰρ ἐν δεσμοῖς ὦν, οὐκ ἔλπε κηρύττων. Ἄρα καὶ τὸν Τιμόθεον τοῦτον ἔνεκεν ἐκάλετο, οὐ τῶν αὐτοῦ ἔνεκεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου, ὥστε μηδεμίαν [721] γενέσθαι

ταραχὴν κατὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν τοῖς πιστοῖς, τοῖς αὐτοῦ μαθητῶν πολλῶν παρόντων, καὶ κωλύοντων θορούσους, καὶ παραμυθούμενων τοὺς ψυβήτως φέροντας αὐτοῦ τὴν τελευτὴν. Καὶ γὰρ ἄνδρας ἀξιολόγους εἰκὸς ἦν εἶναι τοὺς πεπιστευκότας ἐπὶ τῆς Ῥώμης· Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἐφῆσον. Τὴν φελόνην, ἢν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρφω, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Φελόνην ἐνταῦθα τὴ ἱμάτιον λέγει· τινὲς δὲ φασὶ τὴ γλωσσόκομον, ἐνθα τὰ βιβλία ἔκειτο. Τί δὲ αὐτῷ τῶν βιβλίων ἔδει μέλλοντι ἀποδημῆν πρὸς τὸν Θεόν; Καὶ μάλιστα ἔδει, ὥστε αὐτὰ τοῖς πιστοῖς παραθέσθαι, καὶ ἀντὶ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ἔχειν αὐτά. Πάντας μὲν οὖν τοὺς πιστοὺς εἰκὸς τότε μεγάλην ἔχειν πληγὴν, μάλιστα δὲ τοὺς παρόντας τῇ τελευτῇ, καὶ ἀπολαύοντας αὐτοῦ τότε. Τὸν δὲ φελόνην ζητεῖ, ὥστε μὴ δεηθῆναι παρ' ἑτέρου λαβεῖν. Ὅρα γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ τούτου πολλὴν ποιούμενον τὴν σπουδὴν, καὶ λέγοντα ἐτέρωθεν, ἦνκα πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐφῆσου διελέγετο· Γινώσκετε, δεῖ ταῖς χρεῖαις μου, καὶ τοῖς οὐσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὐταί· καὶ πάλιν, Μακάριόν ἔστι διδοῦναι μάλιστα, ἢ λαμβάνειν. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλὰ μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Ἀποδοθὲν αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Πάλιν ἐνταῦθα μέμνηται πειρασμοῦ, οὐχ ἄπλῶς ἐκείνον βουλόμενος διαβαλεῖν, οὐδὲ κατηγορεῖσθαι αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν μαθητὴν ἀλεῖψαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ὥστε φέρειν γενναίως· κιν εὐτελεῖς ὡσὶν οἱ τὰς πείρας προσάγοντες, κιν οὐδαμινῶ, κιν ἄτιμοι, δεῖ, φησὶ, πάντα φέρειν γενναίως. Ὁ γὰρ ὑπὲρ μεγάλου τινὸς παθῶν κακῶς, ἔχει φιλοτιμίαν οὐ μικράν, τὴν τοῦ ποιούντος ὑπεροχὴν· ὃ δὲ ὑπὲρ εὐτελοῦς καὶ ἀπερίμετρου, μεῖζονα ἔχει τὴν ἀνταν. Πολλὰ με κακὰ ἐνεδείξατο· τουτέστιν, Ἐβλίψε με διαφόρους. Ἄλλ' οὐκ ἀτιμωρητὶ, φησὶ, ταῦτα αὐτῷ προσηρῆσαι· Ἀποδώσει γὰρ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὄπερ γράφων ἔλεγεν ἀνωτέρω, Οἷους διωγμοὺς ὑπέμεινα, καὶ ἐκ πάντων με ἐβλύσατο ὁ Κύριος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα διπλῆ παρεκλίσεσ τὸν μαθητὴν, τῷ τε κακῶς πάσχειν, καὶ τῷ ἐκείνον ἀπολιψέσθαι· οὐχ ὡς τῶν ἁγίων ταῖς τιμωρίας ἐπιχειρόντων ἀπλῶς, ἀλλ' ὡς τοῦ κηρύγματος δεομένου καὶ τῶν ἀσθενεστέρων τῆς ἐνταῦθεν παραμυθίας. Ὅν καὶ σὺ, φησὶ, φυλάσσω· λίαν γὰρ ἀνέθετο κατὰ τοῖς ἡμετέροις λόγοις. Τουτέστι, πολεμεῖ καὶ ἐναντιοῦται. Καὶ οὐκ εἶπε, Τιμώρησαι, κόλασιν, ἀπέλασον, καίτοι; γε ἐντὴν διὰ τῆς χάριτος ταῦτα ἐργάσασθαι· ἀλλ' οὐδὲν τούτων, οὐδὲ ὀπλίξει αὐτὸν κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀναχωρεῖν μόνον κελεύει, τῷ Θεῷ παραχωροῦντα τῆς τιμωρίας. Καὶ πρὸς παραμυθίαν τῶν ἀσθενεστέρων τοῦτο εἴρηκε, τὸ, Ἀποδώσει αὐτῷ· ὃ καὶ προφητεία

ἔστιν, ἡ ἀρά. Ὅτι δὲ ὑπὲρ τοῦ τὸν μαθητὴν ἀλεῖψαι ταῦτα λέγει, καὶ ἐκ τῶν ἐξῆς δῆλον. Ἄλλ' ὅρα πάλιν πῶς ἐτέρους πειρασμούς αὐτοῦ διηγείται. Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογία, φησὶν, οὐδεὶς μοι συμπαραγένετο, πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογιθῶσιν.

[722] β'. Ὁρᾷ πῶς φεῖδεται τῶν οικειῶν; καίτοι ἔργον εἰργάσαντο δεινόν. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον παρὰ τῶν ἐξωθεν καταφρονεῖσθαι, καὶ παρὰ τῶν οικειῶν. Ὁρᾷ ἐπιτεταμένην ἀθυμίαν; Οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι παρὰ μὲν τῶν ἐξωθεν ἐπολεμούμην, εἶχον δὲ παραμυθίαν τὴν θεραπείαν καὶ τὴν συμμαχίαν τῶν ἐμῶν· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνοί με προέδωκαν. Πάντες με ἐγκατέλιπον, φησὶν. Ἄρα οὐ μικρὸν ἀμάρτημα τοῦτο. Εἰ γὰρ ἐν πολέμῳ τὸν κινδυνεύοντα ὁ ἀφείξ, καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐαυτὸν ὑπεξίτων χειρὸς, ὑπὸ τῶν οικειῶν πληττεται εἰκότως, ὡς τὸ πᾶν διαφθεῖρασι καὶ προδοῦς· πολλῶ μᾶλλον ἐν τῷ κηρύγματι. Ποίαν δὲ πρώτην ἀπολογία ἄγει; Παρέστη ἡδὴ τῷ Νέρωνι, καὶ διεφύγεν· ἐπειδὴ δὲ τὸν οἰοχόν αὐτοῦ κατήχησε, τότε αὐτὸν ἀπέτεμεν. Ἰδοὺ πάλιν προτροπὴ τῷ μαθητῇ διὰ τῶν ἐπαγομένων· Ἄλλ' ὁ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με. Τὸν γὰρ ὑπὸ ἀνθρωπῶν ἐγκαταλιμπανόμενον οὐκ ἀφίησιν τὰ παθεῖν δεινὸν ὁ Θεός. Καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, φησὶ· τούτεστι, παρῆρσιαν ἐχαρίσατο, οὐκ ἀφήκε καταπεσεῖν. Ἴνα δὲ ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφωρηθῶ· τούτεστι, κληρωθῆ. Ὅρα τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ τὴν πολλήν. Οὐχ ὡς ἄξιον τυχεῖν τῆς δωρεᾶς, φησὶν, ἐνεδυνάμωσέ με, ἀλλ' Ἴνα τὸ κήρυγμα πληροφωρηθῶ, ὃ ἤμην ἐμπεπιστευμένος. Ὡς ἂν εἴ τις ἀλουργίδας καὶ διάδημα βασιλέως καὶ δι' αὐτὴν ὠζύοιτο. Καὶ ἀκούση, φησὶ, πάντα τὰ ἔθνη. Τί ἐστὶ τοῦτο; Ἴνα πᾶσι, φησὶ, καταδῆλος γένηται καὶ τοῦ κηρύγματος ἡ περιφάνεια, καὶ τῆς περὶ ἐμὲ προνοίας ἡ κηδεμονία. Καὶ ἐρρύσατό με ἐκ στόματος λέοντος· καὶ ῥύσεται με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πορνῆου. Ὅρα πῶς παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν. Εἰς αὐτὸν τοῦ λέοντος ἐνέπεσε τὸν φάρυγγα. Λέοντα γὰρ τὸν Νέρωνα φησὶ διὰ τὸ θηριώδες καὶ ἰσχυρὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ καὶ ἀκατάπληκτον. Καὶ ἐρρύσατό με, φησὶν, ὁ Κύριος, καὶ ῥύσεται. Εἰ ῥύσεται πάλιν, πῶς ἔλεγεν, ὅτι Ἦδη σπένδομαι; Ἄλλὰ πρόσθε τῇ φωνῇ. Ἐρρύσατό με, φησὶν, ἐκ στόματος λέοντος· καὶ πάλιν Ῥύσεται, οὐκέτι ἐκ στόματος, ἀλλὰ τί; Ἀπὸ παντὸς ἔργου πορνῆου. Τότε μὲν γὰρ με τῶν κινδύνων ἐξήρπασεν· ἐπειδὴ δὲ τὸ ἱκανὸν τῷ εὐαγγελίῳ γέγονε, ῥύσεται με πάλιν ἀπὸ παντὸς ἀμαρτήματος, τούτεστιν, οὐκ ἀφήσει καταγνωσθέντα ἀπελθεῖν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο, τὸ δυνηθῆναι μέχρις αἵματος ἀντικαταστήναι πρὸς τὴν ἀμαρτίαν καὶ μὴ ἐνδοῦναι, ἐτέρου λέοντός ἐστι ῥύσασθαι, τοῦ διαδόλου. Ὡστε μείζων αὐτῆ τῆς προτέρας ἡ σωτηρία, ὅτε δοκεῖ ἐκδεῖσθαι. Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἄρα αὕτη ἐστὶν ἡ σωτηρία, ὅταν ἐκεῖ διαλάμπωμεν. Τί ἐστὶ, Σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ; Ἐξαρπάσει με, φησὶ, πάσης αἰτίας, καὶ ἐκεῖ φυλάξει. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ σωθῆναι εἰς τὴν βασιλείαν, τὸ ἐνταῦθα δι' αὐτὴν ἀποθανεῖν. Ὁ μισθὸς γὰρ, φησὶ, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. Ὁ ἡ δόξα. Ἰδοὺ δοξολογία τοῦ Υἱοῦ. Ἀσπισμοὶ Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον. Αὐτὸς

γὰρ ἐκεῖ ἦν ἐν Ῥώμῃ, καθὼς φησὶ· Ἀφῆ αὐτῷ ὁ Κύριος εὐρεῖν [723] εἰς οὐρανὸν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Διὰ τῆς προσηγορίας τῆς α' τούτου καὶ τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ προθυμότερους ποιεῖ ἐν τοῖς τοιοῦτοις κατορθώμασιν. Ἀσπασαι, φησὶ, Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν. Οὗτοί ἐσιν ὧν συνεχῶς μέμνηται, παρ' οἷς καὶ κατήχηθῃ, οἱ τὸν Ἀπολλῶν προσλαβόμενοι. Προτίθησι δὲ τὴν γυναῖκα, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅτε σπουδαιότεραν οὖσαν καὶ πιστοτέραν· καὶ γὰρ καὶ αὕτη τότε προσελάβετο τὸν Ἀπολλῶν· ἢ καὶ ἀδιαφόρως τοῦτο ποιεῖ. Οὐ μικρὰ δὲ τούτοις ἦν παραμυθία ἢ πρόβρησις, ἀλλὰ τιμῆς καὶ ἀγάπης εἶχον ἐνδειξίν, καὶ πολλῆς μετὰ τὴν χάριτος· ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἀσπασμὸς μόλις τοῦ ἀγίου καὶ μακαρίου ἐκείνου πολλῆς ἐμπλήσαι χάριτος τὸν τὴν προσηγορίαν δεχόμενον. Ἐραστός ἐμεινεν ἐν Κορίνθῳ, Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενούντα. Τοῦτον καὶ τὸν Τυχικὸν ἐγνωμεν ἐν τῇ τῶν Πράξεων βίβλῳ συναχθέντας αὐτῷ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, καὶ πανταχοῦ συνόντας, ἴσως ὡς σπουδαιότερους τῶν ἄλλων.

Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ, φησὶν, ἀσθενούντα. Διὰ τί οὐ γὰρ μὴ λάσσω αὐτὸν, ἀλλ' ἀπέλιπε; Οὐ πάντα ἴσχυον ὁ ἀπόστολος, ἢ οὐ πάντα ψυχόμενον τῇ χάριτι, ἵνα μὴ τις εἰς ε' αὐτοὺς λογίσθαι ὑπὲρ ὃ βλέπει. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μακαρίων τῶν πρὸ αὐτῶν γενομένων δικαίων ὀρώμεν συμβᾶν· καθάπερ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως· Ἰσχυρόφωτος ἦν δ'· διὰ τί μὴ μετέβαλεν αὐτοῦ τὴν ἰσχύνητα; Πολλάκις ὑπὸ λύπης ἐβάλλετο καὶ ἀθυμίας· εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἰσῆλθε.

γ'. Πολλὰ γὰρ συνεχῶς ὁ Θεός, ὥστε δεῖκνυσθαι τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Εἰ γὰρ καὶ τούτων γενομένων, ἔλεγον οἱ ἀνάσθητοι Ἰουδαῖοι, ποῦ ἐστὶ Μωϋσῆς, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου; εἰ καὶ εἰσῆγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τί οὐκ ἂν ἔπαθον; Εἰ μὴ συνεχῶρσεν αὐτοῦ κρατῆται τὸν φόβον τὸν τοῦ Φαραῶ, οὐκ ἂν θεὸν αὐτὸν ἐνόμιζαν; Οὕτω καὶ περὶ Παύλου καὶ Βαρνάβας τοὺς τὴν Λύστραν οἰκοῦντας, ὀρώμεν παθόντας ἐπ' αὐτῶν, καὶ θεοὺς αὐτοὺς νομίσαντας, ὅτε διαρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐξεπήδησαν εἰς τὸν οὐρανὸν κράζοντες καὶ λέγοντες· Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἔσμεν ἄνθρωποι. Καὶ ὁ Πέτρος πάλιν ἠνίκα τὸν ἐκ γενετῆς χωλὸν ἵασατο, πάντων ἐκπλαγέντων ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἀπεκρίνατο λέγων· Ἄνδρες Ἰσραηλιταί, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδία δυνάμις ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; Ἄκουε δὲ πάλιν καὶ τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Καὶ ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σπιρί, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Ἄλλὰ ταπεινοφροσύνης, φησὶν, ὁ λόγος. Ἄπαγε, οὐκ ἐστὶ τοῦτο· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη αὐτῷ σκόλοψ, ἵνα ταπεινοφρονῆ, οὐδὲ διὰ ταπεινοφροσύνης μόνον ἔφη τοῦτο, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. Ὅρα γοῦν πῶς ὁ Θεὸς ἀπολογούμενος, οὐ φησὶν αὐτῷ, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, ἵνα μὴ ὑπεραίρη, ἀλλὰ τί; Ἦ γὰρ δύναμις μου, φησὶν, ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Δύο τοίνυν συνεγένετο· καὶ φανερὰ δεῖκνυτο τὰ γινόμενα, καὶ τὸ ὅλον ἐπεγράφετο τῷ Θεῷ. [724] Διὰ

<sup>a</sup> Dunaus διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης. Non enim Unesimam salutabat, sed domum ejus.

<sup>b</sup> Fort. ἢ πρόσρησις. Savil.

<sup>c</sup> Εἰς inclusionem habet Savil.

<sup>d</sup> Forsan ὅς ἰσχυρόφωτος ἦν. Marg. Savil., ὃς ἰσχυρόφωτος ὄντα οὐ μετέβαλεν.



Sed vide rursus quomodo alias tentationes suas enarret : 16. *In prima mea defensione*, inquit, *nemo mihi adfuit, omnes me dereliquerunt : non illis impetetur.*

2. Viden' quomodo familiaribus suis parcat? etsi rem gravem fecerant. Neque enim par res est ab externis despicere, et a familiaribus. Viden' auctum mœrorem? Non potes dicere, Ab externis impetebat, sed solatio, obsequio et auxilio meorum fruebar: nam et illi me prodiderunt. *Omnes me dereliquerunt*, inquit. Non parvum ergo peccatum hoc est. Si enim in bello, qui in periculo versantem deserit, et ab hostium manu se subducit, a suis jure pleclitur, ut qui totum labefecit et prodiderit, multo magis in prædicatione. Quam vero dicit primam defensionem? Neroni jam adductus fuerat, et effugerat; quia vero pincernam ejus in fide instituit, tunc ipsi caput amputari jussit. Ecce rursus solatium discipulo per ea quæ sequuntur : 17. *Sed Dominus mihi adstitit, et confortavit me.* Nam eum, qui ab hominibus derelinquitur, non sinit Deus quid grave pati. *Et confortavit me*, inquit; id est, fiduciam dedit, non ut caderem permisit. *Ut per me prædicatione impleatur.* Vide quanta sit humilitas ejus. Non tamquam dono dignum, inquit, me confortavit, sed *Ut prædicatione impleatur*, quæ mihi credita fuerat. Ac si quis purpuram et diadema gestaret, et per hæc servaretur. *Et audiant*, inquit, *omnes gentes.* Quid hoc est? Ut omnibus, inquit, manifesta sit prædicationis lux, providentiæque erga me dispositio. *Et liberavit me de ore leonis.* 18. *Et liberabit me Dominus ab omni opere malo.* Vide quam proximus morti esset. In ipsas leonis fauces deciderat: leonem enim hic Neronem dicit ob firmitatem et potentiam imperii ejus, et quod imperterritus esset. *Et liberavit me*, inquit, *Dominus, et liberabit.* Si rursus liberavit, cur dixit, *Jam delibor?* Sed attende verbis. *Liberavit me*, inquit, *ex ore leonis*; et rursus *Liberabit*; non jam ex ore, sed quid? *Ab omni opere malo.* Tunc enim me ex periculis eripuit: quando autem satis evangelio factum est, liberavit me rursus ab omni peccato; id est, non permittet me cum culpa proficisci. Nam posse usque ad sanguinem peccato obistere, neque cedere, ab alio leone, id est diabolo, erui est. Itaque major est ista salus, quam prior, quando videtur tradi ad mortem. *Et salvum faciet in regnum suum cæleste : cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Hæc est ergo salus, cum illic fulgebimus. Quid sibi vult illud, *Salvum faciet in regnum suum?* Eripiet me, inquit, ab omni culpa, et ibi custodiet. Hoc enim est salvum fieri in regnum, si hic pro illo moriamur. Nam *Qui odit animam suam in hoc mundo*, inquit, *in vitam æternam custodit eam* (Joan. 12. 25). *Cui gloria.* Ecce glorificatio Filii. 19. *Saluta Priscillam et Aquilam et Onesiphori domum.* Ipse enim Romæ tunc erat, ut dicit : *Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die* (2. Tim. 4. 18). Hac autem salutatione illius omnes etiam qui in domo erant promptiores facit ad talia præclara opera. *Saluta*, inquit, *Priscillam et Aquilam* (Act. 18. 26). Hi sunt quos ille frequenter memorat,

apud quod diversatus erat, qui Apollo receperant. Præmittit uxorem, quia, ut mihi videtur, diligentior et fidelior erat; nam et illa tunc excepit Apollo: vel hoc indifferenter facit. Non parva ipsis consolatio erat hæc salutatio, sed honorem et dilectionem præ se ferebat, magnumque gratiæ consortium; sufficit enim sola sancti et beati illius salutatio, ut gratia impleat eum qui illam excipit. 20. *Erastus mansit Corinthis, Trophimum autem reliqui Mileti infirmum.* Hunc et Tychicum novimus in libro Actuum Apostolorum, congregatos ab illo ex Judæa, et ubique cum illo versantes, fortassis ut aliis diligentiores.

*Cur Apostoli non omnes a morbis curare potuerint.— Trophimum autem*, inquit, *reliqui Mileti, infirmum.* Cur non illum sanasti, sed reliquisti? Non omnia poterant apostoli; vel non omnia dispensabant per gratiam; ne quis de illis existimaret supra id quod verum esset. Hoc etiam in beatis illis, qui ipsos præcesserant, contigisse videmus: ut in Moysæ, qui gracili voce erat: cur non hunc defectum abstulit? Sæpe dolore et mœstitia afficiebatur; in terram promissionis non ingressus est.

3. Plurima enim permittebat Deus similia, ut ostenderetur humanæ naturæ infirmitas. Si enim rebus ita gestis dicebant tamen Judæi illi sensu carentes: Ubi est Moyses, qui eduxit nos ex terra Ægypti (Exod. 32. 1)? quid non passi fuissent, si illos in terram promissionis induxisset? Si non permisisset illum metu Pharaonis percelli, annon illum deum esse putavissent? Ita de Paulo et Barnaba in Lystris oppidanos sensisse videmus, deosque putasse illos: quando illi scissis vestibus exsilierunt in turbam, clamantes et dicentes: *Viri, quid hæc facitis? nos quoque homines sumus similes vobis, passibiles* (Act. 14. 14). Petrus item quando claudum a natalibus curavit, stupentibus omnibus hæc de re, respondit dicens: *Viri Israëlitarum, quid admiramini in hoc, aut quid nobis attenditis, quasi propria virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare* (Act. 3. 12)? Audi rursus beatum Paulum dicentem: *Et datus est mihi stimulus carnis, ut non extollar* (2. Cor. 12. 7). At, inquires, hæc humilitatis verba sunt. Absit: non ita res se habet: non enim ideo datus est stimulus, ut humiliter sentiret tantum, nec per humilitatem solum hæc loquutus est, sed ob alias causas. Vide ergo quomodo Deus rationem afferens, non dicit illi, *Sufficit tibi gratia mea* (Ibid. v. 9), ut non extollaris, sed quid? *Virtus enim mea*, inquit, *in infirmitate perficitur.* Duo igitur simul facta sunt: et manifesta fuere quæ gesta fuerant, et totum Deo adscribebatur. Ideo etiam alibi dicit: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus* (2. Cor. 4. 7): id est, in corpore passibili et infirmo. Quare? *Ut excellens magnitudo sit Dei, et non ex nobis.* Nisi passibilia essent corpora, omnia ipsis adscribebantur. Et alibi videmus de infirmitate mœrentem: nam de Epaphrodito dicebat: *Etenim infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus* (Philipp. 2. 27); et multa alia ignorasse cernimus, idque utiliter tam sibi quam discipulis. *Trophimum*, inquit, *reliqui Mileti infirmum.*

Miletus Epheso vicina est : igitur vel cum in Judæam navigaret, vel alio tempore id factum dicemus. Nam cum Romæ fuisset, rursus in Hispaniam profectus est ; si autem inde in has partes venerit, nescimus. Ab omnibus ergo ipsum desertum fuisse conspicimus. *Demas enim me deseruit*, inquit. *Crescens abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam : Erastus mansit Corinthi : Trophimum Mileti reliqui infirmum. 21. Festina ante hiemem venire. Salutat te Eubulus, et Pudens, et Linus, et Claudia.* Hunc Linum narrant quidam secundum post Petrum Romanæ Ecclesiæ episcopum fuisse. *Et Linus*, inquit, *et Claudia.* Viden' quomodo mulieres quoque fervebant circa fidem? ut Priscilla, ut isthæc Claudia : jam crucifixæ, jam ad certamen paratæ. Cur autem cum tot fideles essent, has memorat mulieres? Quia, ut palam est, a mundanis rebus jam animo recesserant, et magis fulgebant : non enim poterat impediri sexus muliebris. Nam hoc quoque divinæ gratiæ erat opus, ut hic sexus a mundanis solum impediretur, imo ne in istis quidem. Neque enim in administratione minimam partem sortita est mulier, quæ domum gerendi curam habet : sed absque illa neque publicæ res nunquam consistere possunt. Nam si res familiaris domi turbis et tumultibus plena esset, singuli cives domi se continerent, atque in urbe res pessime cederent. Unde nec in his rebus minus habent illæ, neque in spiritualibus. Potest enim mulier milies mori, si velit : atque etiam multæ martyrium subierunt : potest pudicitiam servare, etiam magis quam viri, utpote non tanta quam viri flamma servens ; honestatem etiam, gravitatem et sanctificationem exhibere potest. *Sine qua nemo videbit Dominum (Hcbr. 12. 14)* ; pecunias quoque contemnere, si velint, et reliqua omnia facere. *Festina*, inquit, *ante hiemem venire.* Quantum urget illum ! neque tamen quidpiam triste adjicit. Non dicit, Antequam moriar, ne mœrorem injiciat ; sed, *Ante hiemem venire*, ne detinearis. *Salutat te*, inquit, *Eubulus, et Pudens, et Linus, et Claudia, et fratres omnes.* Non illorum nomina ponit. Viden' illos ferventiores fuisse? **22. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo.** Nihil hæc oratione melius. Noli mœrere, inquit, quod discedam : Dominus tecum est. Nec dixit, Tecum ; sed, *Cum spiritu tuo.* Duplex auxilium, gratiæ Spiritus, et Dei auxiliantis. Nec potest alio modo Deus esse nobiscum, nisi adsit gratia spiritualis : gratia enim absente, quomodo aderit Deus? *Gratia sit nobiscum. Amen.* Sibi etiam demum apprecatur ; hoc est, Ut grati semper illi simus, ut gratiam cum dono habeamus : si hæc adsit, nihil triste erit. Sicut enim is qui regem videt, et in gratia est apud illum, nihil mœstitiæ habet : sic etiamsi ab amicis deseramur, etiamsi in adversum quidpiam incidamus, nihil ingrati sentiemus, gratia illa præsentem et nos muniente.

4. Quomodo autem possumus gratiam nobis conciliare? Si ea quæ Deo sunt grata faciamus, et in omnibus ipsi obsequamur. Annon etiam in magnis domibus videmus illos famulos in gratia esse, qui non sua curant, sed quæ ad heros spectant, toto animo, non vi

servitutis adacti, sed alacriter, sed ex affectu omnia recte disponunt? cum semper adsunt illorum conspectui, cum domi versantur, cum nihil sibi proprium curant, sed suis res dominorum anteponunt? Qui enim omnia sua heri sui esse constituit, non jam quæ sua sunt heri esse fecit, sed quæ heri, sua fecit ; perinde atque ille imperat in domesticis rebus. Ex conservis autem multi magis illum timent, et quod ille dixerit, hoc et dominus dicit : omnesque inimici demum in timore versantur. Quod si in sæcularibus qui sua despiciunt, et quæ heri sunt curant, non sua vere despiciunt, sed majora consequitur : multo magis in spiritualibus. Quæ tua sunt contemne, et quæ Dei sunt accepisti. hoc ipse vult. Despice terram, et abripe regnum cælorum : illic vereris, non hic : iude, non hinc, terribilis sis. Iude si es terribilis, non hominibus tantum, sed etiam dæmonibus eris et ipsi diabolo : sin autem a terrenis metui velis, illis despectui eris, ac sæpe etiam hominibus : quantumcumque dives fueris, in servilibus dives eris : si vero hæc despicias, in regia domo eris splendidus. Tales erant apostoli, qui servilem domum et terrenas opes despiciebant. Et vide quomodo in dominicis ædibus imperarent. Ille, aiebant, a morbo liberetur, ille a dæmonibus : illum liga, hunc solve. Hæc in terra fiebant, in cælo consummabantur : *Quæcumque enim ligaveritis*, inquit, *super terram, erunt ligata et in cælis (Matth. 18. 18)* ; et majorem sua dedit illis potestatem. Quod vero non mentiar, audi illum dicentem : *Qui credit in me, majora quam ego facio, ipse faciet (Joan. 14. 12).* Quare? Quoniam sic quoque honor ad Dominum transit. Nam in nostris quoque rebus, cum famulus magna facere potest, dominus majori est admirationi. Si enim famulus tanta potest, quanto magis qui ipsi imperat? Quod si quis relicto domini ministerio, uxorem suam curet et filium et servum, opes colligere vult, ac deponere illic, vel furto sublatas, vel ex domini rebus fraude erutas ; cito seipsum eum divitiis perdet. Hæc igitur habentes exempla, non nostra, rogo, curemus, ut nos ipsos curemus ; despiciamus illa, ut ipsa possideamus. Si nos ipsa despiciamus, Dominus illa curabit ; si nos illa curemus, Deus illa despiciet. In iis quæ Dei sunt laborem ponamus, non in nostris ; imo potius in nostris : nam quæ illius sunt, nostra sunt. Non dico cælum, non dico terram, non dico ea quæ in mundo sunt : hæc enim illo sunt indigna, hæc non modo nostra sunt. sed etiam infidelium : sed quænam dico illius esse? Gloriam, regnum : hæc et illius sunt, et per illum nostra. Quomodo? *Si commortui sumus*, inquit, *simul vivemus ; si sustinemus, conregnabimus (2. Tim. 2. 11. 12).* Coheredes facti sumus, et fratres dicimur (*Rom. 8. 17*) : cur nos ipsos deorsum deprimimus, cum ille nos sursum ad se trahat? Quousque pauperes, quousque inopes erimus? cælum nobis proponitur, et nos circa terram versamur? cæli regnum, et nos mundi paupertatem deligimus? vita immortalis, et nos circa ligna et lapides et agros consumimur? Esto dives, hoc et ego volo : cupidus esto et rape : nulla

τούτου καὶ ἀλλαγῆς ἔλεγεν· *Ἐχομεν τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστέροις σκεύεσσι, τουτέστι, παθητοῖς καὶ ἀσθενεῖσι σώμασι. Διὰ τί; Ἰνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ἢ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. Εἰ μὴ παθητὰ ἦν τὰ σώματα, αὐτοῖς ἂν ἐπεγράφετο ἅπαντα. Καὶ ἀλλοῦ ὁρῶμεν αὐτὸν ἀλοῦντα ἐπὶ ἀρρώστια· περὶ γὰρ τοῦ Ἐπαφροδίτου ἔλεγε· Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησε· καὶ πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀγνοοῦντα συμπερόντως· καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς μαθητευομένοις. Τρόφιμον δὲ, φησὶν, ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθεροῦντα. Ἡ Μίλητος τῆς Ἐφέσου ἐγγύς ὄσα τυγχάνει. Ἄρα ὅτε ἀπέπλεεν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, ἢ τοῦτο καιροῦ ἄλλου φήσομεν. Μετὰ μὲν γὰρ τὸ γενέσθαι ἐν Ῥώμῃ, πάλιν εἰς τὴν Σπανίαν ἀπῆλθεν· εἰ δὲ ἐκεῖθεν πάλιν εἰς ταῦτα τὰ μέρη, οὐκ ἴσμεν. Πάντων γοῦν ὁρῶμεν αὐτὸν μεμονωμένον. Δημιᾶς μὲ γὰρ ἐγκατέλιπε, φησὶ· Κρήσκης γὰρ εἰς Γαλιατίαν, Πίτος εἰς Ἀλματιαν· Ἐραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ· Τρόφιμον ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθεροῦντα. Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπίζεται σε Ἐββουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λίνος, καὶ Κλαυδία. Τοῦτον τὸν Λίνον ἱστοροῦσι τινες δευτέρον μετὰ τὸν Πέτρον ἐπίσκοπον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γεγενῆσθαι. Καὶ Λίνος, φησὶ, καὶ Κλαυδία. Ὅρξ· πῶς; καὶ γυναῖκες ἦσαν διάπυροι περὶ τὴν πίστιν καὶ θερμαί; οἷον ἡ Πρίσκίλλα, οἷον αὐτὴ ἡ Κλαυδία, ἥδη ἐσταυρωμένοι, ἥδη παρατεταγμένοι. Καὶ τί γὰρ δήποτε τοσοῦτων ἄντων πιστῶν, τοῦτων μέμνηται τῶν γυναικῶν; Ἡ δὲ ὄλον, ὡς ἐκδεθηκότων ἥδη τῆ γνώμῃ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων· ὡς μᾶλλον λαμπρότων· οὐ γὰρ ἔστιν ἐμποδισθῆναι γυναῖκα ὄσαν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἔργον, τὸ τὴν φύσιν ταύτην ἐν τοῖς βιωτικοῖς· μόνον ἐμποδίζεσθαι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκεῖ. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν τῆς πάσης διοικήσεως ἀναδίδεκεται μέρος; ἡ γυνή, τὸ οἰκουρὸν· ἀλλ' ἐκεῖνης χωρὶς, οὐδὲ τὰ πολιτικὰ δύνηται συστήναί ποτε. Εἰ γὰρ μέλλοι θορύβου καὶ ταραχῆς ἐμπεπληθῆναι τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἕκαστος τῶν πολιτευομένων ἔμελλεν οἶκοι καθῆσθαι, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν κακῶς ἂν διακρίεσθαι. Ἄστε οὐδὲ ἐν ἐκείνοις τὸ ἔλαττον ἔχει, οὐδὲ ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Δύναται γὰρ μυριάκις ἀποθανεῖν, εἴ γε βούλοιο· πολλὰ γούν καὶ ἐμαρτύρησαν· δύναται σωφροσύνην ἀσκήσαι, καὶ μᾶλλον τῶν ἀνδρῶν, ὅτε οὐ τοσαύτης ἐνοχλοῦσης αὐτῇ φλογός, καὶ κοσμιότητα καὶ σεμνότητα ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀγιασθῆναι. Ὁὐ χωρὶς οὐδεὶς δύσεται τὸν Κύριον, καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν, εἴ γε ὀλοιοεν, καὶ πάντα ἀπλῶς τὰ ἄλλα. Σπούδασον, φησὶ, πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Πῶς αὐτὸν κατεπέλγει; καὶ οὐδαμῶς τὸ λυπηρὸν τίθησιν· οὐ λέγει, πρὶν ἐμὲ τελευτῆσαι, ἵνα μὴ λυπηθῆσιν, ἀλλὰ, *Πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν*, ἵνα μὴ κατατρεθῆσιν. Ἀσπίζεται σε, φησὶν, Ἐββουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λίνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ὁνομαστὶ αὐτῶν οὐ μέμνηται. Ὅρξ· ὅτι ἐκεῖνοι θερμότεροι ἦσαν; Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Οὐδὲν ταύτης τῆς εὐχῆς ἔμεινον. Μὴ ἄλγει, φησὶν, ὅτι ἀφίσταμαι· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε, Μετὰ σοῦ, ἀλλὰ, *Μετὰ τοῦ πνεύματός σου*. Διπλῆ ἡ βοήθεια τῆς χάριτος τοῦ Πνεύματος καὶ τοῦ Θεοῦ βοηθούτων [72ῖ] αὐτῇ. Καὶ ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν εἶναι τὴν Θεὸν μεθ' ἡμῶν, μὴ τῆς χάριτος οὕσης τῆς πνευματικῆς;· εἰ γὰρ ἐγκαταλειφθεῖμεν, πῶς ἔσται μεθ' ἡμῶν; Ἡ χάρις μεθ'*

ἡμῶν. Ἀμήν. Καὶ ἑκὼτῷ λοιπὸν ἐπεύχεται· τουτέστιν, ὥστε ἀεὶ εὐαρέστους εἶναι αὐτῷ, ὥστε χάριν ἔχειν μετὰ τοῦ χαρίσματος· ταύτης γὰρ οὕσης, οὐδὲν ἔσται λυπηρὸν. Ὡς περὶ γὰρ ὁ τὸν βασιλεῖα ὀρών, καὶ χάριν ἔχων παρ' αὐτῷ, οὐδενὸς ἐπαισθάνεται λυπηροῦ· οὕτω καὶ τῶν φίλων ἀπολιμπανώμεθα, καὶ εἰς δαιμόνιαι περιπέσωμεν, οὐδενὸς αἰσθησὶν ληψόμεθα, τῆς χάριτος οὕσης ἐκείνης; καὶ τειχιζούσης ἡμᾶς.

δ'. Πῶς δὲ ἐνὶ τὴν χάριν ἐπιπάσασθαι λοιπὸν; Τὰ αὐτῷ Θεῷ φίλα πράττοντα, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτῷ πακοῦντα. Ἡ καὶ ἐν ταῖς μεγάλας οἰκίας οὐκ ἐκείνου ὁρῶμεν χάριν ἔχοντας τῶν οἰκετῶν, ὅσοι μὴ τὰ αὐτῶν μεριμνῶσιν, ἀλλὰ τὰ τῶν δεσποτῶν πάση ψυχῇ καὶ προθυμίᾳ, οὐ δὲ ἀνάγκῃ μόνῃ δεσποτικῇ, ἀλλὰ καὶ διὰ προθυμίαν καὶ διὰ φιλοστοργίαν εὖ διατιθῶσιν ἅπαντα;· ὅταν ἀεὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς τοῖς αὐτῶν, ὅταν ἐπὶ τῆς οἰκίας στρέφονται, ὅταν μηδὲν ἴδιον πραγματεύονται, μηδὲ τῶν οἰκείων φροντίζωσι, μᾶλλον δὲ ἀντὶ τῶν ἰδίων ἔχουσι τὰ δεσποτικά; Ὁ γὰρ τὰ αὐτοῦ τοῦ δεσπότης ποιησάμενος, οὐ τὰ αὐτοῦ τοῦ δεσπότης παροίηκεν, ἀλλὰ τὰ τοῦ δεσπότης αὐτοῦ· ὁμοίως αὐτῷ ἐπιτάττει ἐν τοῖς ἐκείνου, ὁμοίως ἐκείνῳ κρατεῖ. Πολλοὶ δὲ τῶν οἰκετῶν μᾶλλον αὐτὸν δεδοίκασι, καὶ ὅπερ ἂν εἶπη οὗτος, τοῦτο κακείνους· πάντες οἱ ἔχοντες λοιπὸν ἐν φόβῳ. Εἰ δὲ ὁ ἐν τοῖς βιωτικοῖς τῶν αὐτοῦ καταφρόνησας, καὶ τὰ τοῦ δεσπότης ἐλόμενος, οὐχὶ κατεφρόνησε τῶν αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον μειζρόνως ἐπέτυχε· πολλῶ μᾶλλον ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Καταφρόνησον τῶν σῶν, καὶ ἔλαβες τὰ τοῦ Θεοῦ· βούλεται αὐτὸς τοῦτο. Καταφρόνησον τῆς γῆς, καὶ ἄρπασον τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἐκεῖ διαγε, μὴ ἐνταῦθα· ἐκεῖθεν ἔσο φοβερός, μὴ ἐνταῦθα. Ἐκεῖθεν ἂν ἦς φοβερός, οὐχὶ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι καὶ αὐτῷ τῷ διαβόλῳ ἔση φοβερός· ἂν δὲ ἀπὸ τῶν χρημάτων τῶν ἐνταῦθα, ἐκείνοις εὐκαταφρόνητος ἔση, πολλάκις δὲ καὶ ἀνθρώποις;· ὅσα ἂν πλουτήσης, ἐν τοῖς δουλικῶς πλουτήσεις;· ἂν δὲ τούτων ὑπερίβῃ, ἐν τῷ οἴκῳ τῷ βασιλικῷ λαμπρὸς ἔση. Τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καταφρονήσαντες τῆς δουλικῆς οἰκίας, καὶ τῶν ἐνταῦθα χρημάτων. Καὶ ὅρα πῶς τοῖς δεσποτικοῖς ἐπέταττον. Ὁ δεινα, φησὶν, ἀππλάθῃω νόσου, ἔσπερος δαιμόνων, καὶ ὄησον ἐκείνον, καὶ λῦσον τοῦτον. Ἐπὶ γῆς τοῦτο γίνεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐν οὐρανοῖς ἐτελεῖτο. Ὅσα γὰρ ἂν ὄησητε, φησὶν, ἐπὶ γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ μείζονα αὐτοῖς ἔδωκεν αὐτοῦ ἐξουσίαν. Καὶ ὅτι οὐκ ἐψευσάμην, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, μείζονα ποιήσει ὧν ἐγὼ ποιῶ. Τί δήποτε; Ὅτι καὶ οὕτως εἰς τὸν δεσπότην ἡ τιμὴ διαβαίνει. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι, ὅταν μεγάλη δύνηται ὁ οἰκέτης, μᾶλλον θαυμάζεται ὁ δεσπότης. Εἰ γὰρ ὁ οἰκέτης τοσαῦτα δύναται, πῶς μᾶλλον ὁ κρατὼν αὐτοῦ; Εἰ δὲ τις ἀφελὲς τὴν δεσποτικὴν ὑπηρεσίαν, φροντίζοι τῆς αὐτοῦ γυναίκης καὶ τοῦ παιδιοῦ καὶ τοῦ οἴκετου, καὶ βούλοιο πλουτεῖν, ἀποτίθεσθαι ἐκεῖ, ἢ κλέπτων, ἢ λυμαινόμενος τοῖς [726] δεσποτικοῖς, ταχέως καὶ ἑαυτὸν μετὰ τῶν χρημάτων προσαπώλεσε. Διὸ ταῦτα ἔχοντες; τὰ ὑποδείγματα, παρακαλῶ, μὴ φροντίζωμεν τῶν ἡμετέρων, ἵνα φροντίζωμεν ἑαυτῶν· καταφρονώμεν αὐτῶν, ἵνα κτησώμεθα αὐτά. Ἄν ἡμεῖς αὐτῶν

\* Commel. inserit ὅταν ἀεὶ τρέχωνσι;

καταφρονήσωμεν, αὐτὸς αὐτῶν ἐπιμελήσεται· ἂν ἡμεῖς ἐπιμελησώμεθα αὐτῶν, ὁ Θεὸς αὐτῶν καταφρονήσει. Ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ κάμνωμεν, μὴ ἐν τοῖς ἡμετέροις, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις· τὰ γὰρ οὗτοῦ ἡμέτερα. Οὐ λέγω οὐρανῶν, οὐ λέγω γῆν, οὐ λέγω τὰ ἐν κόσμῳ· ταῦτα γὰρ αὐτοῦ ἀνάξια, ταῦτα οὐχ ἡμῶν μόνον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπίστων· ἀλλὰ τίνα λέγω αὐτοῦ; Δόξαν, βασιλείαν· ταῦτα καὶ αὐτοῦ, καὶ ἡμέτερα δι' αὐτόν. Πῶς; *Εἰ συναπεθάνομεν, φησὶ, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν.* Συγκληρονόμοι ἐγενόμεθα, καὶ ἀδελφοὶ λεγόμεθα. Τί ἡμεῖς ἑαυτοὺς κάτω καταγόμεν, αὐτοῦ ἡμᾶ; ἄνω καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντες; Μέχρι πότε πνιχροὶ, μέχρι πότε πτωχοὶ; οὐρανὸς πρόκειται, καὶ ἡμεῖς περὶ τὴν γῆν στερεφόμεθα; οὐρανοῦ βασιλεία, καὶ ἡμεῖς τὴν ἐνθάδε πενίαν αἰρούμεθα; ζωὴ ἀθάνατος, καὶ ἡμεῖς περὶ ζύλα καὶ λίθους καὶ ἀγροὺς δαπανώμεθα; Γενοῦ πλούσιος, τοῦτο καγὼ βούλομαι· πλεονέκτησον, καὶ ἄρπασον· ἐνταῦθα οὐκ ἐστὶ μέμφει· ἐνταῦθα τὸ μὴ πλεονεκτήσαι ἐγκλημα, ἐνταῦθα τὸ μὴ ἄρπάσαι κατηγορία. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; *Ἡ βασιλεία, φησὶ, τῶν οὐρανῶν βιάζεται καὶ βιασταὶ ἄρπάξουσιν αὐτήν.* Γενοῦ βλαίος· ἐκεῖ, γενοῦ ἄρπαξ, οὐ μειοῦται τὸ ἄρπαζόμενον. Οὐδὲ γὰρ μερίζεται ἡ ἀρετὴ, οὐ μειοῦται οὐδὲ ἡ εὐσέβεια, οὐδὲ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τότε αὔξεται ἡ ἀρετὴ, ὅταν ἄρπάσῃ· τότε τὰ σωματικὰ μειοῦται, ὅταν ἄρπάσῃ;· καὶ ἄλλον ἐκείθεν. Ἔστωσαν ἐν πόλει μύριοι ἄνδρες· οὗτοι ἂν μὲν πάντες ἄρπάξωσι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δικαιοσύνην, ἐπλεόνασαν αὐτήν· ἐν γὰρ τοῖς μυοῖσι γίνονται δίκαιοι· ἂν δὲ μὴ ἄρπάσωσιν, ἡλάττωσαν· οὐδαμῶ γὰρ φαίνεται.

ε'. Ὁρᾶς ὅτι ἐν τῷ ἄρπάζεσθαι πλεονεκτεῖ μᾶλλον τὰ ἀγαθὰ· ταῦτα δὲ ἐν τῷ ἄρπάζεσθαι μειοῦται μᾶλλον; Μὴ τοίνυν τῇ πενίᾳ προσκαθεζώμεθα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐλώμεθα. Πλοῦτος Θεοῦ ἐστὶ τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἀπολαύοντας τῆς βασιλείας. *Ὁ πλοῦτῶν, φησὶν, εἰς πάντα, καὶ ἐπὶ πάντα τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.* Αὐξήσον αὐτοῦ τὴν οὐσίαν· αὐξήσεις δὲ, ἂν ἄρπάξῃ, ἂν πλεονεκτήσῃ, ἂν βιάσῃ. Βίαιος ὄντως χρεῖα. Τί δήποτε; *Ὅτι πολλοὶ οἱ κωλύοντες, γυναῖκες, παῖδες, φροντίδες, τὰ κοσμικὰ πράγματα, μετὰ τούτων δαίμονες, καὶ αὐτὸς ὁ τῶν δαιμόνων ἀρχηγέτης ὁ διάβολος. Δεῖ τοίνυν βίαιος, δεῖ καρτερίας.* Ὁ βιαζόμενος ἐν πόνοις ἐστὶ. Πῶς; πάντα ὑπομένει, καὶ πρὸς ἀνάγκην ἴσταται. Πῶς; σχεδὸν τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖ. Εἰ τοίνυν οἱ μὲν βιαζόμενοι τοιοῦτοι, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς ἐπιχειροῦμεν, πότε ἐπιτευξόμεθα; πότε ἀπολαυσόμεθα τῶν σπουδαζομένων; *Βιασταὶ, φησὶν, ἄρπάξουσιν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Βίαιος χρεῖα καὶ ἀρπαγῆς* [727] οὐ γὰρ ἀπλῶ;

πρόκειται, οὐδὲ ἐξ ἐτοίμου. Ὁ ἄρπάξων, διαπαντὲς νήφει, διεγύγεται, φροντίζει καὶ μεριμνᾷ, ὥστε εὐκαιρῶς ἐπιθέσθαι τῇ ἀρπαγῇ. Οὐχ ὁρᾶτε ἐν τοῖς πολέμοις, ὅτι ὁ ἄρπάσαι βουλόμενος δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀγρυπνεῖ; δι' ὅλης ὤπλισται; Εἰ τοίνυν οἱ τὰ βιωτικὰ ἄρπάξοντες, καὶ νύκτα ἀγρυπνοῦσι, καὶ ὀπλίζονται, πῶς τὰ τούτων μειζόνος δεόμενα τῆς σπουδῆς, τὰ πνευματικὰ, ἄρπάσαι βουλόμενοι, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καθυπόδομεν καὶ βέγγομεν, καὶ δεῖ δουλοὶ καὶ γυμνοὶ διατελοῦμεν; Ὁ γὰρ ἐν ἀμαρτίαις στραφόμενος, ἀοπλὴς ἐστὶ καὶ γυμνός, ὥσπερ ὁ ἐν δικαιοσύνῃ, ὤπλισμένος. Οὐκ ἐλεημοσύνη περιφράττομεν ἑαυτοὺς, οὐ τὰς ἀναπτομένας λαμπάδας; ἑαυτοῖς εἰ-τρεπίζομεν, οὐ συμπραττόμεθα ὅπλα πνευματικῶς; οὐ τὴν ὁδὸν μακρόνομον τὴν ἐκεῖ φέρουσαν, οὐ νήφομεν, οὐ διεγυγέρμεθα· διὰ τοῦτο ἄρπάσαι οὐδὲν δυνάμεθα. Εἰ τις βασιλεὺς ἐπιθέσθαι βούλοιο, οὐχὶ θανάτους μυρίους ἑαυτῷ ὑποτίθειτο πρότερον; οὐχὶ συμπραξάμενος, οὐχὶ μελετήσας τὴν πολεμικὴν; οὐχὶ πάντα ὑπὲρ τούτου πράττει, καὶ οὕτως ὁρμᾷ πρὸς τὴν ἐπίθεσιν; Ἄλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως, ἀλλὰ καθυπόδομεντες ἄρπάξουσιν βουλόμεθα· τοιγάρτοι διὰ τοῦτο κενὰς ἄπιμεν χεραῖν. Οὐχ ὁρᾶς τοὺς ἄρπάξοντας, πῶς φεύγουσι, πῶς τρέχουσι, πῶς διατέμνουσιν ἅπαντα; Δρόμου χρεῖα· εὐθὺς γὰρ σου κατατρέχει ὁ διάβολος, καὶ τοῖς ἐμπροσθεν κελεῖται κατασχεῖν. Ἄλλ' ἐν ἧς ἰσχυρὸς, ἐὰν ἧς διεγυγερμένος, τὸν μὲν ἐλάττι-σας, τὸν δὲ ἀπώσω, πάντας διέφυγες ὡς πτηγῶν· κἂν ἀπέλθῃς λοιπὸν ἐντεῦθεν, κἂν τὴν ἀγορὰν ὑπερβῆς, καὶ τὸν πολὺν θόρυβον, ὅπερ ἐστὶν ὁ βίαιος, καὶ πρὸς τὰ μετέωρα τούτων ἔλθῃς, ὅπερ ἐστὶν ὁ μέλλων αἰών. Καθὰπερ γὰρ ἐν ἐρημίᾳ, οὐδεὶς θόρυβος, οὐδεὶς ὁ ἐνοχλῶν, οὐδεὶς ὁ κατέχων. Ἄνηρπάσω; ὀλίγου δεῖ τόνου μετὰ τὴν ἀρπαγὴν, ὥστε μὴ ἀφαιρεθῆναι τὸ ληφθὲν· ἂν τρέχωμεν, ἂν μηδὲν ὀρῶμεν τῶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν κειμένων, ἂν μηδὲν ἕτερον φροντίζωμεν, ἀλλ' ὥστε τοὺς κωλύοντας διαδράξω, δυνησόμεθα τὰ ἀρπαγέντα κατέχειν μετὰ ἀσφαλείας. Ἡρπασας τὴν σωφροσύνην; μὴ μείνῃς, ψῦγε, πόρρω γενοῦ τοῦ διαδόλου· ἂν ἔδῃ, ὅτι οὐκέτι δύναται καταλαθεῖν, οὐδὲ διώξει. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅταν τοὺς ἄρπασάντας τι μηκέτι βλέπωμεν, ὡς ἀπαγορευσάντες, οὐτ' αὐτοὶ κατατρέχομεν, οὕτε ἑτέροις παρακλυόμεθα κατέχειν, ἀλλ' ἀφίεμεν ἀπελθόντας μένειν. Οὕτω καὶ σὺ δράμα σφοδρῶς παρὰ τὴν ἀρχήν. Ὅταν πόρρω γένη τοῦ διαδόλου, οὐδὲ ἐπιχειρήσει λοιπὸν, ἀλλ' ἔσῃ ἐν ἀσφαλείᾳ, τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύων τῶν ἀπορρήτων μετ' ἀδείας· ὧν γένοιο πάντας ἡμεῖς ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

hic culpa est : hic non cupidum esse criminacione dignum est, hic non rapere accusandi locum præbet. Quid hoc est? *Regnum*, inquit, *cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* (*Math. 11. 12*). Esto illic violentus, esto rapax : non minuitur id quod rapitur. Neque enim scinditur virtus, nec minuitur pietas, neque regnum cælorum. Tunc augetur regnum, cum rapis ; tunc corporea minuuntur, cum rapis : hincque palam res est. Sint in civitate decies mille viri : hi si omnes virtutem et justitiam rapiant, illam amplificanc ; nam in decem mille viris versatur : si autem non rapiant, minuunt illam ; nusquam enim comparet.

5. Viden' bona dum rapiuntur multiplicari ; hæc vero terrena dum rapiuntur, magis minui ? Ne igitur paupertati assideamus, sed divitias deligamus. Divitiæ Dei sunt, si multi regno fruuntur. *Qui dives est*, inquit, *in omnes qui invocant illum* (*Rom. 10. 12*). Auge ipsius facultates ; augebis autem, si rapias, si avarus sis, si vim inferas. Vi revera opus est. Quare ? Quia multa sunt quæ impediunt, uxores, liberi, curæ, mundana negotia, cumque illis dæmones et ipse dæmonum princeps diabolus. Opus ergo est violentia, opus est perseverantia. Qui vim infert, in laboribus est. Quomodo ? omnia sustinet, et contra necessitatem stat. Quo pacto ? impossibilia fere aggreditur. Si ergo violenti tales sunt, nos autem ne possibilia quidem tentamus, quandonam assequemur ? quandonam fruemur iis quæ cupimus ? *Violenti*, inquit, *rapiunt regnum cælorum*. Violentia et rapina est opus : neque enim quoquo modo proponitur, vel in promptu habetur. Qui rapit, semper sobrius est, vigilat, et sollicitus est, ut opportune rapinam aggrediatur. Non videtis in bellis eum qui rapere vult, per totam noctem vigilare ? per totam noctem in armis esse ? Si ergo ii, qui sæcularia rapere volunt, noctu vigilant et armantur : quomodo nos cum spiritualia, quæ majori sollicitudine opus habent, rapere volumus, etiam in die dormimus ac stertimus, ac semper

inermes nudique sumus ? Nam qui in peccatis versatur, inermis et nudus est, sicut is qui in justitia degit, est armatus. Non eleemosyna nos communimus, non accensas lampades nobis paramus, non armis spiritualibus nos munimus, non viam illuc ducentem discimus, non sobrii sumus, nec vigilamus : ideo nihil rapere possumus. Si quis regnum invadere nititur, annon innumeras sibi mortes prius proponit ? annon communitur, annon bellicam artem didicit ? annon omnia pro hac re molitur, et sic invadere tentat ? Sed nos non sic, verum dormientes rapere volumus : atque ideo vacuis manibus abimus. Non vides raptores, quomodo fugiant, quomodo currant, quomodo omnia dirumpant ? Cursu opus est : nam protinus adversum te diabolus currit, et eos qui præcesserunt comprehendere te jubet. Sed si fortis sis, si vigil, alium calce repellis, alium amoves, omnes avis instar effugis : si hinc etiam migres, si forum transcendas, et magnum tumultum, qualis est vita præsens, et ad sublimia venias, quod est futurum sæculum. Ut enim in solitudine, nullus est ibi tumultus, nemo qui turbet, nemo qui retineat. Rapiisti ? parva opus est contentione post rapinam ne quod captum fuit auferatur : si curramus, si nihil attendamus ea quæ oculis patent, si nihil aliud curemus, nisi ut eos qui obsistunt effugiamus, poterimus ea quæ rapimus retinere. Rapiisti castitatem ? ne maneat, fuge, procul te remove a diabolo : si videat quod te comprehendere non possit, non persequetur. Sic et nos, cum eos qui aliquid rapuerunt non ultra videmus, quasi desperantes non insequimur, neque aliis ut comprehendant præcipimus, sed abire permittimus. Ita et tu vehementer curre initio. Cum longe a diabolo eris, non tentabit postea, sed in tuto eris, ineffabilibus bonis libere fruens : quæ nos omnes adipisci contingat, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## MONITUM

Homilias in Epistolam ad Titum Antiochiæ habitas fuisse recte probat Tillemontius ex iis, quæ ipse sanctus doctor dicit homilia tertia paulo ante finem numeri 2: *Quid enim de illis, id est Christianis, dixeris, qui una cum Judæis jejunt, qui sabbata servant; de iis qui ad consecrata illa loca pergunt, in Daphnen, inquam, atque in speluncam Matronæ dictam, in locum illum Ciliciæ Saturni appellatum? quomodo sani illi sunt? Ideo vehementiore plaga opus habent.* Hic certe non Constantinopolitanos ille, sed Antiochenos Christianos alloquitur, quorum plurimi Judaicos adhuc ritus non paucos observabant; ino etiam ad loca gentilium sacra pergebant, in Daphneu nempe et ad Matronæ speluncam, quæ loca in Antiochiæ suburbiis erant. Pergit postea Chrysostomus, et adversus eos qui Judaicos ritus in pretio haberent ad finem usque homiliæ edisserit. Quæ omnia Antiochenos spectare nihil dubitabit, quisquis Homilias contra Judæos Tomo primo editas legerit.

Ex homilia tamen prima in Epistolam ad Titum aliquid difficultatis objici potest. Nimirum Chrysostomus contra illos agens, qui sine legitima causa episcopos suos conviciis et maledictis lacerabant, ita loquitur ut ipse in episcoporum numero comprehendi videatur. A Græcis referendis compendii causa supersedemus: *Sic et si quis ex subditis, inquit, talis sit, atque ex criminationibus hujusmodi labores nobis mæroresque intulerit, ulcisci non audemus; id enim a paterno animo procul est.* Hic certe ita loqui

SANCTI PATRIS NOSTRI  
**JOANNIS CHRYSOSTOMI,**  
 ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,  
 IN EPISTOLAM AD TITUM COMMENTARIUS (a).

HOMILIA I.

CAP. 1. v. 1. *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi, secundum fidem electorum Dei et agnitionem veritatis quæ secundum pietatem est, 2. in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia; 3. manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei, 4. Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo Salvatore nostro.*

1. Ex Pauli sociis hic erat vir probatus: nisi enim probatus fuisset, non ei insulam integram commisisset, neque ea quæ deerant præcepisset implere: ait enim, *Ut quæ desunt corrigas* (v. 5): neque ei tot episcoporum judicium commisisset, nisi multam in illum fiduciam habuisset. Aiunt autem illum juvenem fuisse, eo quod illum filium appellet; neque tamen hoc omnino inde palam est. Puto autem illius in Actibus mentionem haberi (b). Erat porro forte Corinthius, nisi

alius esset eodem nomine. Et Zenam quidem ad se vocat, atque Apollo mitti cupit (*Tit. 3. 13*); hunc autem minime: nam coram Imperatore plus illis fortitudinis atque virtutis fore testatur. Videntur autem mihi tempora quædam media intercessisse; Paulumque dum hæc scriberet liberiores fuisse. Nihil enim de tentationibus loquitur; sed frequentissime Deo gratias agit, quæ credentibus idonea erat ad virtutem cohortatio. Cum discerent enim quid mererentur, ad quemam translati essent per gratiam, et quibus dignati essent, non minimum hinc excitabantur. Invehitur etiam in Judæos. Quod si totam gentem insectetur, ne mireris: ad Galatas enim scribens hoc ipsum facit dicens, *O insensati Galatæ* (*Gal. 3. 1*)! Hoc porro non contumeliosus est, sed amoris ferventioris. Nam si sui causa hoc fecisset, jure certe reprehendi posset; si vero igne zeloque pro prædicatione fervens id agit, non contumeliose utique facit. Etenim Christus quoque scribis et Pharisæis millies exprobrabat, non sui causa, sed quod alios omnes perderent. Brevem porro scribit epistolam, et merito. Hoc autem virtutis Titi erat indicium, quod verbis non egeret multis, sed ceu aliqua monitione.

(a) Hæc homiliæ cum duobus Codd. Colbertinis collatæ sunt, qui ambo deficiunt. Prior numero 3106 a media secunda homilia incipit, et totum postea complectitur. Alter numero 4183 partem tertiæ et quintæ homiliæ tantum habet.

(b) In Vulgata Actuum c. 18, v. 7, memoratur quidam Titus cognomine Justus, qui Deum colebat, et domum habebat Corinthi, in quam Paulus intravit. At in exemplariis Græcis nomen Titi non comparet, et hic Justus solum vocatur: *Ἰσθὺν αὐτὸν οὐκ ἔδειξε δουλεύειν τοῖς ἰουδαίοις.* Ideoque addit Chrysostomus illum fortasse Corinthium esse, nisi fuerit ille qui Corinthi domum habebat alius ejusdem nominis. Unde liquet Chrysostomum ad hunc Actuum locum spectare, atque licet ejus exemplar nomen Titi non haberet, in aliis exemplaribus nomen Titi haberi scivisse, ac dubitasse an de hoc Tito an de alio ejusdem nominis hæc dicerentur.

*Quo tempore scripta fuerit hæc epistola.*—Hæc verè epistola videtur mihi illam præcedere, quam ad Timotheum scripsit. Illam enim cum finis instaret et in vinculis esset scribebat; hic vero liber et solutus videtur: nam illud, *Decrevi hiemare Nicopoli* (*Tit. 3. 12*), signum erat illum nondum in vinculis esse: illic vero se vinctum sæpe dicit. Quid ergo dicit? *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi, secundum*

## AD HOMILIAS IN EPISTOLAM AD TITUM.

videtur Chrysostomus, quasi ipse ex numero episcoporum maledictis impetitorum esset. Verum hæc talia non sunt, quæ nos a priore sententia abducere valeant. Etenim Chrysostomus, etsi nondum episcopus, cum populum alloquitur et episcoporum causam propugnat, episcopi personam assumere potuit, uti solent oratores. Alioquin autem, cum ille inter Antiochenos sacerdotes primas teneret, et illi subditi, qui episcopus maledictis impetebant, a conviciis in sacerdotes etiam inferendis haud dubie non abstinere, jure potuerit Chrysostomus læsi personam assumere.

In hisce homiliis plus studii et diligentia observet, quam in plerisque aliis: omnia ille fuisse prosecutur. Initio tertiae homiliae de Cretensium vitiis pluribus agit, et in quinta, ut in quanta scelera Græcorum celeberrimi olim proruperint commonstret, illorum historias tacitis nominibus breviter decerpit. In sextae homiliae fine de duobus Christianis, qui pro Christo martyrium singulari quodam modo subiere, tacitis etiam nominibus agit: quæ historia nescio an alibi uspiam reperitur.

Interpretationem Ambrosii Camaldulensis utpote in multis redundantem, obscuram, nec sæpe cum Græca serie consonantem, ablegavimus, novamque paravimus. Ubi notandum varietatem illam, quæ in ejus versione deprehenditur, sæpe ex diversitate exemplarum Græcorum ortam esse. Interpretationem quoque Homiliarum in Epistolam ad Philemonem simili de causa rejecimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΥΨΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

[729] ΟΜΙΛΙΑ Α΄.

Παῦλος δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγέλλετο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰώνων, ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθη ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, τίτῳ γρησὶν τέκνῳ κατὰ κοινήν πίστιν, χάρις καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

α'. Τῶν Παύλου συνόντων δόκιμος οὗτος ἦν· εἰ μὴ γὰρ ἦν δόκιμος, οὐκ ἂν αὐτῷ τὴν νῆσον ὀλόκληρον ἐπέτρεψεν, οὐκ ἂν τὰ ἐλλειφθέντα ἀναπληρώσαι προσέταξεν· "Ἰνὸν γὰρ, φησὶ, τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ" οὐκ ἂν τοσούτων ἐπισκόπων κρίσιν ἐπέτρεψεν, εἰ μὴ σφόδρα ἐθάρξαι τὰνδρί. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ νέον εἶναι, διὰ τὴν τέκνον αὐτὸν λέγειν· πλὴν ἀλλ' οὕτω τοῦτο δῆλον ἀπὸ τούτου. Οἶμαι δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν εἶναι μνεῖαν. Τάχα καὶ Κορίνθιος ἦν, εἰ μὴ τις ἕτερος; ἦν ὁμώνυμος αὐτῷ. Καὶ Ζηναῖον μὲν καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ Ἀπολλὸν πεμφθῆναι βούλεται, τούτων δὲ οὐ· καὶ γὰρ ἐναντίον τοῦ αὐτοκράτορος μέζονα τούτοις ἐμαρτύρει τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν. Δοκοῦσι δὲ μοι χρόνοι εἶναι μέσοι τινὲς, καὶ ἐν ἀδείᾳ Παῦλος ὢν γράφει ταῦτα· οὐδὲν γὰρ περὶ πειρασμῶν φησι, συνεχῶς δὲ περιστρέφει τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν καὶ ἄνω καὶ κάτω, ἱκανῆν οὔσαν παράκλησιν τοῖς πιστευκόσι· πρὸς ἀρετὴν. [730] Τὸ γὰρ μαθεῖν τίτων μὲν ἦσαν ἄξιοι, πρὸς τί δὲ μετέστησαν, καὶ ταῦτα

χάριτι, καὶ τίτων ἡξίωται, οὐ μικρὰ προτροπῆ. Ἀποτείνεται δὲ καὶ πρὸς Ἰουδαίους. Εἰ δὲ καὶ ὀλόκληρον τὸ ἔθνος ὕβριζει, μὴ θαυμάσης· καὶ ἐπὶ Γαλατῶν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, λέγων· "Ὁ ἀνόητοι Γαλάται. Οὐχ ὕβριστικοὺ δὲ τοῦτο ἦθους, ἀλλ' ἐρωτικοῦ. Εἰ μὲν γὰρ τῶν αὐτοῦ ἔνεκεν ταῦτα ἐποίησε, εἰκότως τις αὐτῷ ἐπεμέμψατο· εἰ δὲ πεπυρωμένως καὶ ζέων ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος, οὐχ ὕβριστικῶς αὐτὸ ἐποίησε. Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ μυρία ἐλοιδόρειτο τοῖς γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῦ ἔνεκεν, ἀλλ' ὅτι τοῖς ἄλλοις ἅπαντας ἀπώλλυον. Βραχεῖαν δὲ ποιεῖ τὴν ἐπιστολήν, εἰκότως. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς ἀρετῆς τοῦ Τίτου τεκμήριον ἦν, τὸ μὴ δεῖσθαι λόγων πολλῶν, ἀλλ' ὡσπερ τινὸς ὑπομνήσεως.

Αὕτη δὲ μοι δοκεῖ τῆς πρὸς Τιμόθεον εἶναι πρότερα ἐπιστολῆς. Ἐκείνην μὲν γὰρ πρὸς τῷ τέλει ἐν δεσμοῖς ὢν ἔγραψεν, ἐνταῦθα δὲ ἀφετος ὢν καὶ λευκός· τὸ γὰρ, Κέκρικα παρυγεμιάσαι ἐν Νικοπόλει, τεκμήριον ἦν τοῦ μηδέπω ἐν δεσμοῖς εἶναι· ἐκεῖ δὲ συνεχῶς ἑαυτὸν δέσμιον καλεῖ. Τί οὖν φησι; Παῦλος δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ. Ὅρξ πῶς ἀδιαφόρως αὐτὰ τίθησι, ποτὲ μὲν ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον λέγων, τοῦ δὲ Χριστοῦ ἀπόστολον, ποτὲ δὲ τοῦ Χριστοῦ δοῦλον, Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ; οὕτως οὐδεμίαν οἶδε διαφορὰν μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου. Κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ.

Ὅτι ἐπίστευσας, ἢ ὅτι ἐπιστεύθης; Οἶμαι αὐτὸν λέγειν, ὅτι αὐτὸς ἐπιστεύθη τοὺς ἐκλεκτοὺς τοῦ Θεοῦ. Τουτέστιν, οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων, οὐδὲ ἀπὸ πόνων καὶ ἰδρώτων τὸ ἀξίωμα ἔλαβον, ἀλλὰ τὰ πᾶν τῆς τοῦ πιστεύσαντος εὐεργεσίας ἐγένετο. Ἔβτα, ἵνα μὴ ἄλογος ἢ χάρις νομισθῇ· οὐτε γὰρ τὸ πᾶν αὐτοῦ· ἐπεὶ διὰ τί μὴ καὶ ἑτέροις ἐνεπίστευσε; διὰ τοῦτο ἐπήγαγε τὸ, *Καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν*. Ἀπὸ ταύτης, φησὶν, ἐπιστεύθην, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ἐπιστεύθην ἐκ τῆς αὐτοῦ χάριτος; καὶ γὰρ καὶ τοῦτου αὐτοῦ ἀτιος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς φησὶν, *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ὑμῶς ἐξελεξάμην*· καὶ πάλιν αὐτὸς οὗτος ὁ μακάριος ἐτέρωθι γράφων φησὶν· *Ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη*· καὶ πάλιν, *Εἰ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθη ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ*. Πρῶτερον κατελήφθημεν, καὶ ὕστερον ἐπέγνωμεν· πρῶτερον ἐπεγνώσθημεν, καὶ τότε καταλάβομεν· πρῶτερον ἐκλήθημεν, καὶ τότε ὑπηκούσαμεν.

Τῷ δὲ, *Κατὰ πίστιν*, εἰπεῖν τὸ πᾶν ἐκείνοις λογίζεται, ὅτι δι' ἐκείνους εἰμι ἀπόστολος, οὐχ ὡς ἄξιός, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτούς· ὅπερ καὶ ἄλλαχού λέγει· *Πάντα γὰρ ὑμῶν ἔστιν, εἶπε Παῦλος, εἶτε Ἀπολλώως. Καὶ ἐπίγνωσιν, φησὶν, ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν*. [731] Ἔστι γὰρ ἀλήθεια πραγμάτων, ἀλλ' οὐ κατ' εὐσέβειαν· ὅσον τὸ εἰδέναι τὰ γεωργικὰ, τὸ εἰδέναι τέχνας, ἀληθῶς ἔστιν εἰδέναι· ἀλλ' αὕτη κατ' εὐσέβειαν ἢ ἀλήθεια. Ἡ τὸ, *Κατὰ πίστιν*, ὅτι ἐπίστευσαν καθάπερ οἱ λοιποὶ ἐκλεκτοί, καὶ ἐπέγνωσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἀπὸ πίστεως ἄρα ἢ ἐπίγνωσις, οὐκ ἀπὸ λογισμῶν. *Ἐπ' ἐπιπίδι ζωῆς αἰωνίου*. Ἐπεὶ τὴν παρούσαν τὴν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ· λέγει καὶ τὴν μέλλουσαν, καὶ ἑπαθλα τίθησιν ἡμῖν ὑπὲρ ὧν ἡμᾶς εὐηργέτησεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπίστευσάμεν καὶ ἀπηλάγημεν τῆς πλάνης, στεφανοῦν ἡμᾶς βούλεται. Ὅρα πῶς γέμει τὸ προοίμιον τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅλη διόλης ἢ ἐπιστολῆς αὐτῆς μάλιστα τοιαύτη τυγχάνει, καὶ αὐτὸν τὸν ἄγιον ἐκείνον διανιστώσα μᾶλλον πρὸς τοὺς πόνους, καὶ τοὺς μαθητευομένους. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡμᾶς ὠφελεῖ, ὡς τὸ συνεχῶς μεμνησθαι τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν τε κοινῇ καὶ τῶν ἰδίᾳ. Εἰ γὰρ φίλου εὐεργεσίας ἀνευεγκόντες, ἢ ῥῆμα προσηγῆς ἀκούσαντες ἢ πρᾶγμα, διαθερμανόμεθα, πολλῷ μᾶλλον, ὅταν ἴδωμεν πόσις κινδύνους περιεπέσομεν, καὶ ἀπὸ πάντων ἡμᾶς ἐξέλιετο ὁ Θεός, προθυμότεροι πρὸς τὴν ὑπακοὴν ἐσόμεθα. *Καὶ ἐπίγνωσιν, φησὶν, ἀληθείας*. Ἀλήθειαν δὲ ἐνταῦθα πρὸς τὸν τύπον οὕτως εἶπε. Καὶ γὰρ καὶ ἐκείνη ἐπίγνωσις ἦν, καὶ εὐσέβεια ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀληθείας, οὐ μὴν οὐδὲ ψεύδους, ἀλλὰ τύπων καὶ εἰκόνας. Καλῶς εἶπεν, *Ἐπ' ἐπιπίδι ζωῆς αἰωνίου*, ὅτι ἐκείνη ἐπ' ἐπιπίδι ἦν ζωῆς τῆς παρούσης· Ὁ γὰρ ποιήσας αὐτὰ, φησὶ, *ζήσεται ἐν αὐτοῖς*. Ὅρα; πῶς ἐκ προοιμίων ἤδη δείκνυται τῆς χάριτος τὸ μέσον; Ἐκείνοι οὐκ ἐκλεκτοί, ἀλλ' ἡμεῖς· εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐλέγοντο ἐκλεκτοί, ἀλλ' οὐκέτι. *Ἦν ἐπηγγελῆτο, φησὶν, ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰώνων*. Τουτέστιν, οὐ νῦν ἐκ μετανοίας, ἀλλ' ἄνωθεν ταῦτα προώριστο. Πολλαχού τοῦτο τίθησιν, ὡς ὅταν λέγη, *Ἀφωρισμένος εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ*· καὶ πάλιν, *Οἱ προέγνω καὶ προώρισε*· δεικνύς τὴν ἐγγίνεταν τὴν

ἡμετέραν, ὅτι ἡμεῖς οὐ νῦν, ἀλλ' ἄνωθεν ἡγαπήσεν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο τὸ ἄνωθεν ἡγαπήσθαι καὶ ἐξ ἀρχῆς.

β'. *Ἦν ἐπηγγελῆτο, φησὶν, ὁ ἀψευδὴς Θεός. Εἰ ἀψευδὴς, πάντως ἔσται ὁ ἐπηγγελῆτο· εἰ ἀψευδής, οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν, κἂν μετὰ θάνατον ἦ. Ἦν ἐπηγγελῆτο, φησὶν, ὁ ἀψευδὴς Θεός πρὸ χρόνων αἰώνων*. Καὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν, *Πρὸ χρόνων αἰώνων*, τὸ ἀξιόπιστον δείκνυσιν. Οὐκ ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι νῦν οὐ προσέβλουν, φησὶ, διὰ τοῦτο ταῦτα, ἀλλ' οὕτως ἄνωθεν ἰτετύπωτο. Ἄκουε γοῦν τί φησὶν· *Ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίους*. Τίς οὖν ἡ ἀναβολή; Κηδεμονίας χάριν καὶ τοῦ εὐκαίρως ποιῆσαι· *Καιρός, φησὶν ὁ προφήτης, τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ*. Ἐὶ γὰρ ἰδίους, τοῦτο ἔστι, τοῖς προσήκουσι, τοῖς ὁρελουμένοις, τοῖς ἀρμυζουσιν. *Ἐφανέρωσε, φησὶ, καιροῖς ἰδίους τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὁ ἐπιστεύθη ἐγὼ*· τουτέστι, τὸ κήρυγμα. [732] Τοῦτο γὰρ τὰ πάντα εἶχε, τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὰ ἐνταῦθα καὶ μέλλοντα, τὴν ζωὴν, τὴν εὐσέβειαν, τὴν πίστιν, πάντα ὁμοῦ. *Ἐν κηρύγματι*· τουτέστι, φανερώς, μετὰ παρῆρησίας· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ, *Ἐν κηρύγματι*. Ὄσπερ γὰρ ὁ κήρυξ πάντων παρόντων ἐν τῷ θεάτρῳ κηρύττει, οὕτω καὶ ἡμεῖς κηρύττομεν, ὥστε μηδὲν προσθεῖναι, ἀλλ' αὐτὰ ἄρξασθαι εἰπεῖν. Ἡ γὰρ τοῦ κήρυκος ἀρετὴ ἐν τῷ πᾶσιν εἰπεῖν ἔστι τὸ γεγονὸς, οὐκ ἐν τῷ προσθεῖναι τινα καὶ ἀφελεῖν.

Εἰ τοίνυν κηρύττειν δεῖ, μετὰ παρῆρησίας κηρύττειν δεῖ· ἐπεὶ οὐδὲ κηρύττειν ἔστι. Διὰ τοῦτο οὐδὲ εἶπεν ὁ Χριστὸς, εἶπατε ἐπὶ τῶν δωματίων, ἀλλὰ, *Κηρύξαιτε ἐπὶ τῶν δωματίων*, καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου τὸ γεγονὸς· ἰσχυρῶν. Ὁ ἐπιστεύθη ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Καὶ τὸ, *Ἐπιστεύθη*, καὶ τὸ, *Κατ' ἐπιταγὴν*, τὸ ἀξιόπιστον δείκνυσιν· ὥστε μηδένα ἀναξιοπαθεῖν, μηδὲ ἀκχιζεσθαι, μηδὲ δυσχεραίνειν. Εἰ τοίνυν ἐπιταγὴ ἔστι, οὐκ εἰμι κύριος· ἐπιταγμα γὰρ πληρῶ. Τῶν γὰρ πρακτέων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν καίται, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἃ μὲν γὰρ ἐπιτάττων λέγει, ταῦτα οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἅπερ δὲ ἐπιτρέπων, ταῦτα ἐφ' ἡμῖν τυγχάνει. Οἶον τὸ, *Ἐάν τις εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρὸς, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γένναν τοῦ πυρός*, τοῦτο ἐπιταγμα· καὶ τὸ, *Ὅταν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ γνῶς δειὸς ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄρες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἐμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπειλῶν διαλλήρηθι τῷ ἀδελφῷ σου, κατ' ὅσα ἐλθῶν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου*· καὶ τοῦτο ἐπιταγμα. καὶ τὸν μὴ ποιήσαντα ἀνάγκη ὑπεύθυνον εἶναι κολάζει. Ὅταν δὲ λέγη, *Ἐάν θελῇς τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*· καὶ πάλιν, *Ὁ δυναμηνος χωρεῖν, χωρεῖτω*, οὐκέτι ἐπιταγὰ ἔστι· τὸν γὰρ ἀκροατὴν ποιεῖ κύριον τῶν λεχθέντων, καὶ τὴν αἴρεσιν αὐτῷ δίδωσι τῶν πρακτέων. Ταῦτα μὲν γὰρ καὶ ποιῆσαι, καὶ μὴ ποιῆσαι ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ ἐπιτάγματα οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἀνάγκη ἢ ποιῆσαι, ἢ μὴ ποιήσαντα κολασθῆναι. Τοῦτο οὖν λέγει καὶ ὅταν λέγη, *Ἀνάγκη γὰρ μοι ἐπιταγῆται· οἶαί γὰρ μοι*

<sup>a</sup> Conjectum est τὸ γεγωνός.

<sup>b</sup> Sic recte Savil. Alii αἰκίζεσθαι. Edit.



*fidem electorum Dei.* Viden' quomodo Indiscriminatim illa ponat; aliquando se dicens servum Dei, et Christi apostolum, aliquando servum Christi, *Paulus servus Jesu Christi?* sic nullam novit differentiam Patrem inter et Filium. *Secundum fidem electorum Dei et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ.* *Secundum fidem electorum Dei.* Quod credideris, an quod illa fides tibi credita sit? Puto ipsum hoc sibi velle, quod electi Dei ipsi crediti fuerint. Id est, Non a recte factis, neque a laboribus sudoribusque dignitatem accepi; sed totum ejus qui mihi hæc credidit beneficio factum est. Deinde ne irrationabilis gratia putaretur; neque enim totum Dei erat; nam cur non aliis credidit? ideo subjunxit: *Et agnitionem veritatis quæ est secundum pietatem.* Ex hac, inquit, mihi creditum est, imo et hoc ex gratia ipsius mihi creditum est: hujus enim dignitatis ipse auctor est. Quocirca Christus ipse dicit, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* (Joan. 15. 16); et rursus hic ipse beatus vir alibi scribens dicit, *Cognoscam sicut et cognitus sum* (1. Cor. 13. 12); et iterum, *Si quo modo comprehendam, sicut et comprehensus sum a Christo Jesu* (Philipp. 3. 12). Prius comprehensi sumus, et postremo cognovimus; prius cogniti sumus, et tunc accepimus; prius vocati sumus, et tunc obedivimus.

*Veritatis agnitio secundum fidem quænam sit.*—Quod autem dicit, *Secundum fidem,* totum illis acceptum refert: quia propter illos sum apostolus, non tanquam dignus, sed propter electos; quod etiam alibi dicit: *Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo.* *Et agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem* (1. Cor. 3. 22). Est enim veritas rerum, sed non secundum pietatem: ut nosse agriculturam, nosse artes, hoc vere scire est; sed hæc secundum pietatem veritas est. Vel *Secundum fidem* dicitur, quia crediderunt sicut ceteri electi, et veritatem agnoverunt. A fide ergo cognitio est, non a ratiociniis. *In spem vitæ æternæ.* Dixerat præsentem vitam in gratia Dei: dicit et futuram, ac præmia nobis proponit pro suis erga nos beneficiis. Quia enim credidimus, et ab errore liberati sumus, nos vult coronare. Viden' quomodo proæmium Dei beneficiis sit referunt, totaque prorsus epistola hujusmodi est, et sanctum illum magis excitat ad labores, necnon discipulos ejus? Nihil enim perinde nobis utile est, atque sæpe meminisse beneficiorum Dei, sive quæ communiter omnibus, sive quæ singulis nobis tribuit. Si enim cum amici beneficium recepimus, sive cum verbum aut gestum gratum audimus, exardescimus; multo magis cum vidimus quot pericula evaserimus, a quibus omnibus nos liberavit Deus, promptiores ad obsequendum erimus. *Et agnitionem veritatis,* inquit. Veritatem hic ad figuram refert. Nam illa quoque agnitio erat, et pietas erat, neque tamen veritate, neque mendacio constabat, sed figuris et imaginibus. Pulchre dicit, *In spem vitæ æternæ,* qui illa erat in spem vitæ præsentis. *Qui enim fecerit ea,* inquit, *vivet in eis* (Rom. 10. 5). Viden' quomodo ab exordio osten-

datur quam distet gratia a lege? Non illi electi, sed nos, etsi illi olim dicebantur electi, jam non dicuntur. *Quam reponisit is qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia.* Hoc est, non nunc ex recognitione, sed a principio hæc præfinita sunt. Plurimis in locis hoc insinuavit, ut cum dicit, *Segregatus in evangelium Dei;* et rursus, *Quos præscivit et prædestinavit* (Rom. 1. 1. et 8. 30); ostendens nobilitatem nostram, quia nos non nunc tantum, sed jam olim dilexit. Nec parvi duendum est quod nos jam olim et a principio dilexerit.

2. *Quam reponisit,* inquit, *is qui non mentitur Deus.* Si non mentitur, prorsus evenient ea quæ promisit; si non mentitur, non est quod ambigamus de iis quæ post mortem promissa sunt. *Quam reponisit,* inquit, *is qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia.* Etiam ex eo quod dicat, *Ante tempora sæcularia,* rem esse fide dignam ostendit. Non quia Judæi non accesserunt, inquit, hæc statuta sunt; sed quia sic a principio præfiguratum fuerat. Audi igitur quid dicat: *Manifestavit autem temporibus suis.* Quæ ergo differendi causa fuit? Providentiæ gratia, et ut res suo tempore fierent: *Tempus faciendi Domino* (Psal. 118. 126), inquit propheta. Illud enim *suis,* congruentibus significat, debitis, competentibus. *Manifestavit,* inquit, *temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi;* hoc est, prædicatio. Hæc quippe omnia habuit evangelium, præsentia et futura, vitam, pietatem, fidem, omnia simul. *In prædicatione,* id est, palam, cum fiducia: hoc enim sibi vult illud, *in prædicatione.* Sicut enim præco præsentibus omnibus in teatro prædicat: ita et nos prædicamus, ita ut nihil addamus, sed quæ audivimus dicamus. Præconis namque virtus est, rem uti gesta est omnibus dicere, non autem aliquid vel addere vel demere.

*Prædicatio cum fiducia est facienda.*—Si ergo prædicandum est, cum fiducia est prædicandum, alioquin illud prædicare non esset. Ideoque non ait Christus, *Dicite super tecta,* sed, *Prædicate super tecta* (Matth. 10. 27); et a loco et a modo rem declarans. *Quæ mihi credita est secundum imperium Salvatoris nostri Dei.* Et illud, *Credita est,* et illud, *Secundum imperium,* fide dignam esse prædicationem ostendunt: ut nullus jam indigne ferat, vel molestia afficiatur. Si ergo imperium est, rei non sum dominus; imperium enim impleo. Nam quæ agenda sunt, alia sunt in nostra potestate, alia vero minime: quæ etiam ille imperans dicit, non in nostra potestate sunt; quæ vero permittit, in nostrum jus cadunt. Verbi gratia, *Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis;* hoc jam imperium est: et illud, *Si offers munus tuum ad altare, et noveris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vadens reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum* (Matth. 5. 22-24); hoc quoque mandatum et imperium est, et enim, qui id non fecerit, supplicio esse obnoxium necesse est. Quando autem dicit, *Si vis perfectus esse, vende ea quæ possides;* et rursus, *Qui potest capere capiat* (Matth. 19. 21. 12); hoc manda-

tum non est : auditoris enim arbitrio id relinquit, ut vel faciat vel non faciat. Hæc quippe et facere et non facere in nostra potestate est : præcepta vero omittere non licet, sed necesse est aut illa exsequi, aut supplicium subire. Hoc ille insinuat cum dicit : *Necessitas enim mihi incumbit : vœ autem mihi est, si non evangelizavero* (1. Cor. 9. 16). Apertius autem dicam, ut omnibus palam sit. Exempli causa, is cui Ecclesiæ principatus est creditus, quique episcopatus dignitate ornatus est, nisi populo quæ agenda sunt indicet, non erit innoxius; laicus vero nulla hujusmodi necessitate tenetur. Ideo ait Paulus, *Secundum imperium Salvatoris nostri hoc facio*. Et vide quomodo quæ adduntur ad id quod dixi quadrent. Nam cum superius dixisset, *Qui non mentitur Deus; hic dicit, Secundum imperium Salvatoris nostri Dei*. Si ergo Salvator est, ipseque ex voluntate salutis humanæ hæc præcepit, non ergo ambitionis res est : fides quippe est et imperium Dei Salvatoris. *Tito dilecto filio*. Possunt enim esse filii non dilecti, ut ille de quo dicit : *Si quis, cum frater appelletur, sit fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, cum isto neque edere oportet* (1. Cor. 5. 11). Ecce filius est, nec tamen dilectus filius : filius quidem est, quia semel gratiam accepit, et regeneratus est; non genuinus tamen nec dilectus, quia patre indignus est, atque ad alterum tyrannum se recipit. In naturalibus quippe filiis genuinus et non genuinus a pariente et a seminante definitur; hic vero non sic, sed ex arbitrio et proposito. Potest enim is qui genuinus editus est, genuinus non manere; potest etiam qui genuinus non est, genuinus fieri : neque enim hæc necessitate naturæ circumscripta sunt, sed ex arbitrii libertate pendent; unde etiam frequenter mutantur. Fuerat Onesimus filius dilectus; verum dilectus postea non fuit, quod factus esset inutilis; at rursus dilectus filius factus est, ita ut viscera apostolica vocaretur. *Tito dilecto filio secundum communem fidem* (Philem. 12). Quid sibi vult, *Secundum communem fidem*? Postquam dixerat filium, et in patris transierat ordinem, cur hunc honorem minuatur et contrahatur, audi. *Secundum communem fidem* intulit; id est, *Secundum fidem nihil plus habeo, quam tu; communis quippe est, ac per eandem et ego et tu geniti sumus*. Qua ergo ratione filium vocat illum? Vel ut affectum tantum patris ostenderet; vel quia prior in prædicatione erat; vel quia ab se illuminatus ille fuerat. Ideo et filios et fratres vocat : quoniam ex eadem fide geniti erant, fratres; quia per ipsius manus, filii. Cum ergo dixit, *Secundum communem fidem*, fraternitatem subindicavit. *Gratia et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo Salvatore nostro*.

3. Quia dixerat filium, intulit, *A Deo Patre*, ut ipsius mentem erigeret, et disceret cujus esset filius; et quod non solum dicendo, *Communem fidem*, sed inferendo, *A Patre nostro*, honoris paritatem ostenderet. Vide autem quomodo ea quæ discipulis et plurimis, ea quoque doctori apprecetur :

isidem quippe hic precibus indiget, imo plus quam illi, ut qui plures inimicitias habeat, pluresque occasiones et pericula divinæ offensionis. Quanto enim major est dignitas, tanto majora sacerdoti imminent pericula : potest enim vel unum episcopi recte factum ipsum in cælum attollere, et peccatum unum in ipsam gehennam dejicere. Ut enim cætera omnia præteream, quæ quotidie accidunt; si quando contingat ut per amicitiam, vel per aliam causam indignum ad episcopatum promoveat, et magnæ civitatis principatum conferat, vide quanto se igni faciat obnoxium. Neque enim animarum pereuntium tantum, quas ille perdit quod pietate careat; sed omnium gestorum ejus ipse pœnas daturus est. Nam qui in ordine privato religiosus non erat, multo minus erit cum principatum obtinuerit : difficilis enim res est eum quicquam pius erat talem permanere, suscepto episcopatus munere. Tunc enim inanis gloriæ cupiditas vehementius imminet, et pecuniarum amor et fastus, cum principatus ipse potestatem præbeat; tunc offensiones, contumeliæ, maledicta et alia innumera. Si quis igitur parum religiosus erat, multo irreligiosior erit in tali statu. Cum ergo talem Ecclesiæ principem constituerit, omnibus peccatis ejus et subjectæ plebis obnoxius erit. Quod si ei, qui animam unam scandalizat, expedit ut mola asinaria suspendatur a collo ejus, et demergatur in profundum maris (Matth. 18. 6) : qui tot animas scandalizat, urbes integras et populos, innumerasque animas, viros, mulieres, pueros, cives, agricolas, eos qui in ista urbe sunt, eos qui in aliis ipsi subjectis, quid patietur? Si enim triplo majorem pœnam dixeris, nihil dicturus es : tantæ ille erit obnoxius pœnæ atque supplicio. Hic itaque maxime Dei gratia et pace opus habet : nisi enim hac subnixus populum regat, omnia pereunt et pessumdantur, cum nulla gubernacula teneat. Licet enim gubernandi peritus sit, nisi hæc gubernacula teneat, gratiam et pacem quæ a Deo est, et navicula simul et navigantes submergentur. Quapropter mirari mihi subit eos qui tantam molem appetunt. Miser homo et infelix, non vides cujus rei desiderio teneris? Si privatus fueris et ignotus, etiamsi innumera admiseris peccata, unius tantum animæ rationem dabis, et pro ea pœnas exsolves : cum autem in tantum principatum evector fueris, cogita quot capitum tibi pœna debetur. Audi enim Paulum dicentem : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis, quoniam ipsi rigilant pro animabus vestris quasi rationem reddituri* (Hebr. 13. 17). Sed honor et principatus te alliciunt? Ecqua hujusmodi honoris voluptas esse possit? neque enim hoc video : fieri quippe non potest ut qui talis est, vere sit princeps. Quomodo? Quia in potestate subditorum est obedire vel non. Et si quis accurate rem exploret, qui talis est non ad principatum venit, sed innumeris servit dominis contraria volentibus ac dicentibus. Nam quod unus laudat, alius improbat : quod hic vituperat, ille miratur. Quem ergo audire oportet, cui obtemperare, perspicere nequit. Servus quidem emptitius, si contraria herus imperarit, saltem molesto

ἔστιν, ἀν μὴ εὐαγγελισώμαι. Σαφέστερον δὲ ἐρῶ αὐτὸ. ἵνα πᾶσι κατὰδῃλον γένηται. Οἶον, ὁ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐμπεισιτευμένος, καὶ τῇ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξία τετιμημένος, ἂν μὴ διαγορευῆ τῷ λαῷ τὰ πρακτέα, οὐκ ἀνευθύνος ἔστιν· ὁ μέντοι λαϊκὸς οὐδεμίαν ἀνάγκην ἔχει τούτου. Διὰ τοῦτο φησι καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι *Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν* τούτου ποιῶ. Καὶ ὅρα τὰ ἐπιθέτα πῶς πρὸς δεξιὸν ἀρμολύει. Ἄνωτέρω γὰρ εἰπὼν, Ὁ ἀψεύδης Θεὸς, ἐνταῦθα φησι, *Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν* Θεοῦ. Εἰ τοίνυν Σωτὴρ ἔστι, καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐπέταξεν ἀπὸ τοῦ βούλεσθαι σώζεσθαι, οὐ τοίνυν φιλαρχίας τὸ πρᾶγμα ἔστι· πίστις γὰρ ἔστι, καὶ ἐπιταγὴ ἔστι Θεοῦ Σωτῆρος. *Τίτω γνησίω τέκνῳ*. [733] Ἔστι γὰρ καὶ μὴ γνήσια εἶναι τέκνα, ὡς ἐκεῖνος περὶ οὗ φησιν· Ἐάν τις ἀδελφὸς ἐνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοιδορός, ἢ μέθυσορος, τῷ τοιοῦτῳ μηδὲ συνεσθλεῖν. Ἰδοὺ καὶ τέκνον, καὶ οὐκ ἔστι γνήσιον τέκνον· τέκνον μὲν ἔστιν, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐδέξατο τὴν χάριν, καὶ ἀνεγεννήθη· οὐ γνήσιον δὲ, ἐπειδὴ ἀνάξιον τοῦ πατρὸς ἔστιν, ἐπειδὴ πρὸς ἕτερον αὐτομολεῖ τύραννον. Ἐπὶ μὴν γὰρ τῶν φυσικῶν παιδῶν τὸ γνήσιον καὶ μὴ γνήσιον ἀπὸ τῆς ὠιδιούσης καὶ τοῦ σπείροντος ὀρίζεται· ἐνταῦθα δὲ οὐκ οὕτως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. Ἔστι γὰρ γνήσιον γενόμενον μὴ μαῖναι γνήσιον· ἔστιν οὐκ ὄν γνήσιον γενέσθαι γνήσιον· οὐ γὰρ ἀνάγκη φύσεως ταῦτα κατακέλεισται, ἀλλ' ἐξουσία προαιρέσεως· ὅθεν καὶ συνεχεῖς ἔχει τὰς μεταβάσεις. Ἦν Ὀνήσιμος τέκνον γνήσιον, ἀλλὰ καὶ οὐ γνήσιον ἦν· καὶ γὰρ ἀχρηστός ἐγένετο· ἀλλὰ πάλιν ἐγένετο γνήσιον οὕτως, ὡς καὶ αὐτὸν σπλάγγνα καλεῖσθαι ἀποστολικῶς. *Τίτω γνησίω τέκνῳ κατὰ κοινήν πίστιν*. Τί ἔστι, *κατὰ κοινήν πίστιν*; Ἐπειδὴ εἶπε, τέκνον, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔλαβε τάξιν, πῶς καὶ ταύτην τὴν τιμὴν ἔλαττο καὶ καταστέλλει, ἄκουσον. *κατὰ κοινήν γὰρ πίστιν* ἐπήγαγεν· τούτῳ, *κατὰ πίστιν οὐδὲν ἔχω σοῦ πλέον*· κοινὴ γὰρ ἔστι, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ἐγῶ τε ἐτέχθην καὶ σὺ. τέκνον οὖν πῶθεν αὐτὸν καλεῖ; Ἦτοι τὴν φιλοστοργίαν μόνον δηλώσει θέλων, ἢ τὸ πρότερον εἶναι ἐν τῷ κηρύγματι, ἢ τὸ δι' αὐτοῦ πεφωτισθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τέκνα καὶ ἀδελφοὺς καλεῖ· ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πίστεως ἐτέχθησαν, ἀδελφοὶ· ἐπειδὴ διὰ τῶν ἐκείνου χειρῶν, τέκνα. Τῷ οὖν *κατὰ κοινήν* εἰπεῖν *πίστιν*, τὴν ἀδελφότητα ἠνέξατο. *Χάρις καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν*. Ἐπειδὴ εἶπε, τέκνον, ἐπήγαγεν. Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, ὥστε ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ μαθεῖν τίνος ἔστι τέκνον, καὶ ὅτι οὐ τῷ, *κοινήν πίστιν*, εἰπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπαγαγεῖν, *πατὴρ ἡμῶν*, τὸ ὁμάτιμον αὐτοῦ δεικνύσιν.

γ'. Ὅρα δὲ πῶς ἂ τοῖς μαθηταῖς καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπέυχεται, ταῦτα καὶ τῷ διδασκάλῳ ὁμοίως γὰρ καὶ αὐτὸς δεῖται τῶν τοιοῦτων εὐχῶν, καὶ πολλῶ μᾶλλον ἢ ἐκείνοι, ὅσῳ καὶ πλείονας ἔχθρας ἔχει, ὅσῳ καὶ πλείονας ἀνάγκας τοῦ προσκρούειν τῷ Θεῷ. Ὅσῳ γὰρ μέγα τὸ ἀξίωμα, τοσούτῳ μείζους καὶ οἱ κίνδυνοι τῷ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντι· ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἐν κατόρθωμα ἐπισκοπῆς ἀνενεγκεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐν ἁμαρτήματι εἰς

(a) Homilias in Philemonem cum interpretatione Latina et annotationibus edidit Raphelius, Lauenburgi, typis Ch. A. Pfeiffer, 1712. Aliquot etiam annotationes Hemsterhusii additæ sunt.

## SANCTI PATRIS NOSTRI

## JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOP! CONSTANTINOPOLITANI

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM COMMENTARIUS.

## ARGUMENTUM (a).

Primum necesse est argumentum dicere epistolæ, deinde etiam ea, quæ quæruntur. Quod ergo est argumentum? Philemon, vir quidam egregius et nobilis (quod enim egregius fuerit, manifestum est ex eo, quod etiam domus ejus tota esset fidelis, ea etiam Ecclesia nominaretur. Propterea etiam scribebat, *Et Ecclesiæ, quæ domi tuæ est* (v. 2). Tribuit autem ei testimonium quoque magnæ obedientiæ, et *Quod viscera sanctorum in ipso conquieverint* (v. 7). Ipse quoque in hac epistola admonebat, ut sibi pararet hospitium. Itaque mihi videtur domus illius fuisse diversorium sanctorum omni modo). Illic ergo egregius vir servum quemdam habebat Onesimum. Onesimus igitur hicce furatus aliquid a domino aufugerat. Quod enim furatus fuerit, audi quid dicat: *Si quid autem te læsit, aut debet, ego persolvam* (v. 18. et 19). Cum ergo venisset ad Paulum Romam, et eum invenisset in carcere, fruitusque esset ejus doctrina, etiam baptismum ibi accepit. Quod enim ibi acceperit ba-

ptismi donum, manifestum ex eo, quod dicit: *Quem genui in vinculis meis* (v. 10). Paulus igitur scribit, commendans illum domino, ut omnium rerum causa liberatio pœnæ fieret, et susciperet ipsum tamquam nunc regenitum. Sed quia nonnulli dicunt, superfluum esse, quod etiam hæc addita sit epistola, siquidem pro re parva petat, pro uno viro: sciant quicumque hæc reprehendunt, innumeris se esse reprehensionibus dignos. Non modo enim tam parvas epistolas, et de rebus adeo necessariis scriptas, oportebat in litteras referri; sed utinam quoque liceret aliquem nancisci, qui historiam nobis traderet apostolorum, non dico de iis rebus, quas scripserunt et dixerunt, sed etiam reliquam ipsorum vitæ consuetudinem, et quid comederint, et quando comederint, quando sederint, quomodo iverint, et quid singulis diebus egerint, in quibus partibus fuerint, et in quam domum introierint, et ubi nave appulerint, atque accurate omnia enarraret; adeo omnia illorum facta multa utilitate referta sunt. Verum quoniam non intelligunt plurimi lucrum quod hinc capi potest, propterea culpæ aggrediuntur. Si

(a) Collatum cum Cod. Colb. 5106, qui mendis scatet.

enim cum loca tantum cernimus, ubi sederunt et vincti fuerunt, loca inanina, sæpe illuc cogitationem dirigimus, et illorum virtutem mente concipimus, atque excitamur, et promptiores evadimus: multo id magis fieret, si verba et reliqua ipsorum gesta audiremus. Certe de amico quidem quis interrogat, ubi degat, quid agat, quo procedat: de communibus autem orbis magistris, dic mihi, non oporteat hæc cognoscere? Quando enim quis spiritualiter vivit, et gestus et gressus, et verba et facta hujusmodi hominis, et omnia prorsus audientibus prosunt, et nihil impedit neque obstaculo est ad vitam recte agendam. Verum quod de rebus necessariis hæc epistola scripta sit, discere vos expedit. Vide igitur, quam multa hinc recte doceantur. Unum quidem et primum est, ut diligentes simus circa omnia. Si enim Paulus pro fugitivo, pro latrone et fure tantam suscipit curam, nec recusat cum tot laudibus ipsum dimittere, neque erubescit: multo magis neque nos convenit negligentes esse circa talia. Secundum, de servili genere non esse desperandum, etiamsi ad extremam venerit malitiam. Si enim hic fur, hic fugitivus sic factus est probus, ut Paulus vellet ipsum socium constituere, et scribens diceret: *Ut pro te ministraret mihi (v. 13)*: multo magis de liberis desperare non decet. Tertium, servos abstrahi a dominis non convenire. Si enim Paulus, qui ita confidebat Philemoni, Onesimum, sibi adeo commodum et utilem ad ministerium, noluit retinere præter sententiam domini: multo magis nos hoc facere non decet. Si enim virtute præditus est servus, ideo maxime manere ipsum decet in servitute, et dominium agnoscere, ut omnibus, qui in domo sunt, sit emolumento. Quid lucr-

nam de candelabro sub modium transferes (*Matth. 5. 15*)? Utinam eos, qui extra sunt, in urbem impellere liceret! Quid vero, inquit, si et ipse malus fiat? Quamobrem? dic mihi, obsecro; quia in urbem ingressus est? Verum cogita, etiam, si extra sit, pejorem futurum esse: qui enim, cum intus est, malus fit, multo magis fieret, si extra esset. Hic enim etiam a necessaria cura liber est, domino curam ejus agente: illic vero harum rerum cura fortasse abducet ipsum etiam a magis necessariis magisque spiritualibus. Propterea etiam beatus Paulus, optimum illis dans consilium, dicebat: *Servus vocatus es? ne tibi curæ sit: quin etiam, si potes liber fieri, magis utere (1. Cor. 7. 21)*; id est, in servitute persiste. Hoc vero maxime necessarium est, ne verbum Dei male audiat, sicut et ipse dicit, scribens: *Quicumque sub jugo sunt servi, suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei et doctrina male audiat (1. Tim. 6. 1)*. Dicturi enim et gentiles sunt, posse etiam servum placere Deo. Alioqui multis necessitas afferretur blasphemandi, et dicendi: Ad evertenda omnia Christianismus in vitam est introductus, si dominis auferrentur servi; et res violenta est. Dicam etiam aliud quid? Docet nos, ne nos pudeat servorum, si probi sint. Si enim Paulus, omnibus hominibus excellentior, tam multa de hoc dicit, multo magis nos de nostris id facere debemus. Cum ergo tot sint hujus epistolæ commoda, quamquam nondum omnia diximus, num quis superfluum putabit, quod etiam hæc epistola in numerum literarum sacrarum sit relata? Quidni hoc extremæ denuntiæ sit? Attendamus ergo, quæso, epistolæ ab Apostolo scriptæ: tam multa enim jam lucrati cum simus, plura lucrabimur ex contextu.

## HOMILIA I.

**Vers. 1.** *Paulus vinctus Jesu Christi, et Timotheus frater, Philemoni dilecto et adjutori nostro, 2. et Appie dilectæ, et Archippo commilitoni nostro, et Ecclesiæ quæ in domo tua est: 5. gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Pro servo ad dominum hæc scripta sunt. Ab ipso statim exordio factum ejus deprimit, non sinit eum pudere, iram exstinguit, vinctum seipsum vocans compungit et coercet, facitque ut res præsentis nihil esse videantur. Si enim vincula propter Christum non sunt pudori, sed etiam gloriæ, multo magis servitus non est ignominiosa. Et hæc dicit, non extollens se, sed utiliter hoc faciens, et auctoritatem hinc ostendens, non sua causa, sed propterea, ut hoc beneficium facilius accipiat; ac si dicat: Propter vos vinculis his circumdatus sum: sicut etiam dicit alibi, illic quidem sollicitudinem ostendens, hic autem auctoritatem. Nihil hac gloria majus, nempe ut stigmatas Christi appelletur: *Ego enim stigmata Christi, inquit, porto (Gal. 6. 17)*. *Vinctus Christi*. Propter ipsum enim fuerat vinctus. Quis non reveareatur, quis non flectatur, Christi vincula audiens? quis non et animam projiciat, nedum unum servum? *Et Timotheus frater*. Assumit et alterum secum, ut et ille a

multis rogatus facilius cedat, et beneficium tribuat. *Philemoni dilecto, et adjutori nostro*. Si dilectus, non audacia est confidere neque temeritas, sed singularis amicitia: indicium: si adjutor, non solum rogari pro talibus, sed etiam gratiam habere debet: sibi enim ipsi gratificatur, idem opus ædificat. Itaque etiam præter rogationem alia, inquit, necessitate adigeris ad dandum hoc beneficium. Si enim evangelio est utilis, tu autem de evangelio promovendo laboras, jam non rogari, sed rogare debes. *Et Appie dilectæ*. Mihi videtur uxor ejus fuisse. Vide Pauli humilitatem: et Timotheum assumit ad rogationem, et non virum solum rogat, sed etiam uxorem, et alium quemdam fortasse amicum. *Et Archippo, inquit, commilitoni nostro*. Non imperio vult hæc talia impetrare, neque indignatur, si non statim præcipienti obediat, sed quæ quis ignotus faceret, hæc et illos facere vult, ut suas preces adjuvent. Non modo enim a multis rogari, verum etiam ad multos preces fieri, confert aliquid ad impetrandum id quod petitur. Propterea dicit: *Et Archippo commilitoni nostro*. Si commilito es, etiam in his te socium exhibere debes. Hic autem est Archippus, de quo scribit Colossensibus dicens: *Dicite Archippo, vide ministerium, quod accepisti in*

ἐκεῖ παραπέμπομεν τὴν διάνοιαν, καὶ φανταζόμεθα αὐτῶν τὴν ἀσπῆν, καὶ διανιστάμεθα καὶ προθυμότεροι γινόμεθα· εἰ τὰ ῥήματα καὶ τὰς ἐτέρας αὐτῶν πράξεις ἤκουσαμεν, πολλῶ μᾶλλον. Ἀλλὰ περὶ μὲν φίλου τις ἔρωτᾷ, ποῦ διάγει, τί πράττει, ποῦ πρόεισι· περὶ δὲ τῶν κοινῶν τῆς οἰκουμένης διδασκάλων οὐκ ἔδει ταῦτα μαθεῖν, εἰπέ μοι; Ὅταν γάρ τις πνευματικῶς ζῆ, καὶ σχήματα καὶ βαδίσματα, καὶ ῥήματα καὶ πράγματα τοῦ τοιοῦτου, καὶ πάντα ἀπλῶς τοὺς ἀκούοντας ὠφελεῖ, καὶ οὐδὲν ἐμποδίζει οὐδὲ κώλυμα γίνεται. Πλὴν ὅτι περὶ ἀναγκαιῶν ἡ ἐπιστολὴ διεπέμπετο, μαθεῖν ὑμᾶς χρήσιμον. Ὅρα τοίνυν, πόσα κατορθοῦται ἐντεῦθεν. Ἐν μὲν καὶ πρῶτον, τὸ σπουδαῖόν τινα εἶναι περὶ πάντα. Εἰ γὰρ Παῦλος ὑπὲρ δραπετοῦ, ὑπὲρ ληστοῦ καὶ κλέπτου τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν, καὶ οὐ παρατείνεται μετὰ τοσούτων αὐτὸν ἐγκωμίων παραπέμψαι, οὐδὲ αἰσχύνεται, πολλῶ μᾶλλον οὐδὲ ἡμᾶς προσήκει ῥθύμους εἶναι περὶ τὰ τοιαῦτα. Ἀσύτερον, ὅτι τὸ δουλικὸν γένος οὐ δεῖ ἀπογινώσκειν, κἄν εἰς ἐσχάτην ἐλάττην κακίαν. Εἰ γὰρ ὁ κλέπτης, ὁ δραπετὴς οὕτως ἐγένετο ἐν ἀρετῇ, ὡς θέλει τὸν Παῦλον κοινῶν αὐτὸν καταστήσει, καὶ γράφων ἔλεγεν· *Ἰνα ὑπὲρ σοῦ διακονῆ μοι*· πολλῶ μᾶλλον ἐλευθέρους ἀπογινώσκειν οὐ χρή. Τρίτον, ὅτι τοὺς δούλους ἀποπέμπει τῶν δεσποτῶν οὐ προσήκει. Εἰ γὰρ Παῦλος, ὁ οὕτω θαρβῶν τῷ Φιλήμονι, τὸν Ὀνήσιμον, τὸν οὕτως εὐχρηστον καὶ χρήσιμον αὐτῷ πρὸς διακονίαν, οὐκ ἠθέλησε κατασχέειν παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου· πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν οὐ χρή. Εἰ γὰρ θαυμαστός ἐστιν ὁ οἰκέτης, ταύτη μάλιστα μένειν αὐτὸν χρή ἐν τῇ δουλείᾳ, καὶ τὴν δεσποτείαν ἐπιγινώσκειν, ἵνα αἰτίος πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ ὠφελείας γένηται. Τί τὸν λύχον ἀπὸ τῆς λυχνίας ἐπὶ τὸν μόδιον ἄγεις; Ἐῖθε τοὺς ἐξωθεν εἰς τὰς πόλεις εἰσωθεῖν ἐνῆν. Τί

οὖν, φησὶν, ἂν καὶ αὐτὸς φαῦλος γένηται; Διὰ τί, εἰπέ μοι, παρακαλῶ; ὅτι πρὸς πόλιν εἰσῆλθεν; Ἀλλ' ἐννοεῖ, ὅτι καὶ ἐξω ὢν φαυλότερος ἔσται· ὁ γὰρ ἔνδον φαῦλος γενόμενος, πολλῶ μᾶλλον ἐξω ὢν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ τῆς ἀναγκαίας φροντίδος ἀπήλλακται, τοῦ δεσπότου μεριμνῶντος· ἐκεῖ δὲ ἡ περὶ τούτων φροντίς ἴσως ἀπάξει αὐτὸν καὶ τῶν ἀναγκασιτέρων καὶ πνευματικωτέρων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὴν ἀρίστην αὐτοῖς εἰσάγων συμβουλίην ἔλεγε· *Δούλους ἐκλήθης; μὴ σοι μάλιστ' ἂν εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι*· τουτέστι, τῇ δουλείᾳ παράμενε. Τὸ δὲ πάντων ἀναγκασιτέρων, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημηθῆται, καθὼς καὶ αὐτὸς γράφων ἔλεγεν· *Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δούλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα [774] μὴ τὸ δόγμα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημηθῆται*. Ἐροῦσι γὰρ καὶ Ἕλληνες, ὅτι δύναται καὶ δουλεύων εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ· ἐπεὶ εἰς ἀνάγκην καθίστανται πολλοὶ τοῦ βλασφημεῖν καὶ λέγειν, ἐπὶ ἀνατροπῇ τῶν πάντων ὁ Χριστιανισμὸς, εἰς τὴν βίον εἰσενήνκεται, τῶν δεσποτῶν ἀφαιρουμένων τοὺς οἰκέτας, καὶ βία· τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Εἴπω τι καὶ ἕτερον; Διδάσκει ἡμᾶς μὴ ἐπαισχύνεσθαι τοὺς οἰκέτας, εἰ ἐν ἀρετῇ εἰεν. Εἰ γὰρ Παῦλος, πάντων ἀνθρώπων θαυμασιώτερος, τοσαῦτα περὶ τοῦτου φησὶ, πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς περὶ τῶν ἡμετέρων. Τοσούτων οὖν ἐν τῶν κατορθωμάτων, καίτοι οὕτω πάντα εἰρήκαμεν, περιττὸν τις ἡγείται τὸ καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολήν ἐντετάχθαι; Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας ἂν εἴη; Προσέχουμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τῇ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου γραφείᾳ ἐπιστολῆς· τοσαῦτα γὰρ ἦδη κερδάναντες, πλεονα κερδανῶμεν ἀπὸ τῆς ὑφῆς.

## ΟΜΙΛΙΑ Α'.

*Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ Ἀρξίπῳ τῷ ἀγαπητῷ, καὶ Ἀρχίπῳ τῷ συστρατιωτῇ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου Ἑκκλησίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

α'. Ὑπὲρ οἰκέτου πρὸς δεσπότην ἐστὶ ταῦτα. Εὐθέως ἀπὸ τοῦ προοιμίου τὸ φρόνημα αὐτοῦ κατέσπασεν, οὐκ ἀφήκεν ἐπαισχυνθῆναι, τὴν θυμὸν ἔσβεσε, δέσμιον ἑαυτὸν καλῶν κατένυξε καὶ συνέσπειλεν, οὐδὲν τὰ παρόντα ἐποίησε δοκεῖν εἶναι πράγματα. Εἰ γὰρ δεσμός οὐκ αἰσχύνῃ διὰ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ καύχημα, πολλῶ μᾶλλον δουλεία οὐκ ἐπονείδιστον. Καὶ ταῦτα λέγει οὐκ ἐπαίρων ἑαυτὸν, ἀλλὰ συμπερόντως τοῦτο ποιῶν, καὶ τὸ ἀξιώσιμον ἐντεῦθεν δεικνύς, οὐκ ἑαυτοῦ ἔνεκεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τὴν χάριν ἐτοιμότερον λαβεῖν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, Δι' ὑμᾶς τὸν δεσμὸν τοῦτον περικείμε· ὡσπερ οὖν καὶ εἶπεν ἀλλαχοῦ, ἐκεῖ μὲν τὴν κηδεμονίαν δεικνύς, ἐνταῦθα δὲ τὸ ἀξιώσιμον. Οὐδὲν τοῦ καυχῆματός· τοῦτο μείζον τοῦ ἀκούειν, ὡς στιγματίας τοῦ Χριστοῦ, Ἐγὼ γὰρ τὰ στιγμιαία τοῦ Χριστοῦ, φησὶ, βαστάζω. Ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ. Διὰ γὰρ αὐτὸν δέδετο α'. Τίς

οὐκ ἂν αἰδασθεῖη, τίς οὐκ ἂν δυσωπηθεῖη, Χριστοῦ δεσμὸς ἀκούων; τίς οὐκ ἂν καὶ τὴν ψυχὴν πρόοιτο, μήτι γε οἰκέτην ἔνα; Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. Συμπαρалаλαμβάνει καὶ ἕτερον μεθ' ἐαυτοῦ, ὥστε κακείνῳ ὑπὸ πολλῶν ἀξιώσιμων μᾶλλον εἴξει καὶ δοῦναι τὴν χάριν. Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ, καὶ συνεργῷ ἡμῶν. Εἰ ἀγαπητὸς, οὐ τόλμα τὸ θαρβεῖν οὐδὲ προπέτεια, ἀλλὰ πολλῆς φιλίας δείγμα· εἰ συνεργός, οὐ μόνον ἀξιοῦσθαι ὑπὲρ τῶν [775] τοιούτων, ἀλλὰ καὶ χάριν εἰδέναι ὀφείλει· ἐαυτῷ γὰρ χαρίζεται, τὸ αὐτὸ ἔργον οἰκοδομεῖται. Ἄστε καὶ χωρὶς ἀξιώσεως ἐτέραν ἀνάγκην, φησὶν, ἔχεις τοῦ δοῦναι τὴν χάριν· εἰ γὰρ τῷ Εὐαγγελίῳ ἐστὶ χρήσιμος, σὺ δὲ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον σπουδάζεις, ἄρα οὐκ ἀξιωθῆναι, ἀλλ' ἀξιώσαι ὀφείλεις. Καὶ Ἀρξίπῳ τῷ ἀγαπητῷ. Ἐμοὶ δοκεῖ σύμβιον εἶναι τοῦτο. Ὅρα Παύλου τὸ ταπεινόν· καὶ Τιμόθεον παραλαμβάνει πρὸς τὴν ἀξίωσιν, καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μόνον ἀξιοῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ ἕτερόν τινα ἴσως φίλον. Καὶ Ἀρχίπῳ, φησὶ, τῷ συστρατιωτῇ ἡμῶν. Οὐκ ἐξ ἐπιτάγματος βουλόμενος τὰ τοιαῦτα ἀνύειν, οὐδὲ ἀγανακτῶν, εἰ μὴ εὐθέως κελεύσαντι ὑπακούει· ἂ, ἀλλ' ἄπερ ἂν ἀνῆρ

<sup>a</sup> Colb., διὰ γὰρ αὐτὸν, φησὶ, δεῖξαι.

<sup>b</sup> Legge ὑπακούει

ἀγνωστος ἐποίησε, ταῦτα ποιεῖν κάκεινους ἀξιοί, ὥστε ἀντιλαβέσθαι τῆς δεήσεως. Οὐ γὰρ τὸ παρὰ πολλῶν ἀξιοῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸς πολλοῦ; τὴν δεήσιν γενέσθαι, φέρεται εἰς τὸ ἀνυσθῆναι τὸ ἀξιοῦμενον. Διὰ τοῦτο ἔλεγε· *Καὶ Ἀρχιπῆπ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν*. Εἰ συστρατιώτης εἶ, καὶ ἐν τούτοις κοινωνεῖν ὀφείλεις. Οὗτος δὲ ἐστὶν Ἀρχιππος, περὶ οὗ γράφων Κολοσσαεῦσιν ἔλεγεν· *Ἐλπαστε Ἀρχιπῆπ, βλέπε τὴν διακορίαν, ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς*. Δοκεῖ μοι οὗτος; καὶ εἶναι τῶν ἐν κλήρῳ κατελιγεμένων· ὃν καὶ παραλαμβάνει εἰς τὴν ἐξέλιωσιν, καὶ συστρατιώτην καλεῖ, ὥστε παντὶ τρόπῳ συνάρασθαι. *Καὶ εἰ κατ' οἶκόν σου Ἐκκλησία*. Οὐδὲ δούλου; παρήκην ἐνταῦθα· οἶδος γὰρ πολλάκις καὶ ῥήματα δούλων ἀνατρέψαι δυνάμενα τὸν δεσπότην, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπὲρ δούλου ἢ ἀξίωσης ἢ· οἱ δὲ μάλιστα παροξύνοντες, ἴσως ἐκείνο ἦσαν. Οὐ τοίνυν ἀφίησιν αὐτοὺς εἰς φθόνον ἐμπεσεῖν, τῇ προσηγορίᾳ τιμῆσας μετὰ τῶν δεσποτῶν. Ἄλλ' οὐδὲ τὸν δεσπότην ἀγανακτῆσαι συγχωρεῖ. Εἰ μὲν γὰρ ὀνομαστί εἶπεν, ἴσως ἐν ἡγανάκτησεν· εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη, κἄν ἐδυσχέρανεν. Ὅρα οὖν, πῶς συνετῶς εὔρε διὰ τοῦ μνησθῆναι καὶ τούτους τῇ μνήμῃ τιμῆσαι, κίκαλον μὴ πλῆξαι. Τὸ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας; ὄνομα οὐκ ἀφίησι τοὺς δεσποτάς ἀγανακτεῖν, εἴ γε συναριθμοῦντο τοῖς οἰκέταις. Καὶ γὰρ ἡ Ἐκκλησία οὐκ οἶδα δεσπότου, οὐκ οἶδεν οἰκέτου διαφορὰν· ἀπὸ κατορθωμάτων καὶ ἀμαρτημάτων τούτων κίκαλον ἠρίξει. Εἰ τοίνυν Ἐκκλησία ἐστὶ, μὴ ἀγανακτεῖ, ἐτι μετὰ σοῦ προσηγορευθῆ ὁ δούλος; *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ δούλος, οὐκ ἐλεύθερος· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη*. Εἰς ὑπόμνησιν αὐτὴν ἤνεγκε τῶν οικείων ἀμαρτημάτων, τῆς χάριτος ὑπομνήσας. Ἐννόησον, φησὶν, ὅσα σοι συνεχώρησεν ὁ Θεός, πῶ; χάριτι οὐ ἐσώθης· μίμησαι τὸν Δεσπότην. Ἐπειγεται δὲ αὐτῷ τὴν εἰρήνην· εἰκότως. Τότε γὰρ παραγίνεται καὶ αὐτῇ, ὅταν μιμώμεθα αὐτὸν, ὅταν ἐπιμένῃ ἡ χάρις; ἐπεὶ κάκεινος ὁ δούλος ὁ περὶ τὸν σύνδουλον ἀνηλεῆς γεγονώς, ἕως ὅτε οὐκ ἀπῆτει τὰ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ ἡ χάρις; ἔμμενεν ἡ δεσποτική· ἐπειδὴ δὲ ἀπῆτησεν, ἀφῆρέθη καὶ παρεδόθη τοῖς βασιναῖσι.

β'. Ταῦτα δὴ καὶ ἡμεῖς ἐνοοῦντες, οἰκτιρῶμεν ὦμεν, συγγνωμονικοί [776] περὶ τοὺς ἀμαρτάνοντας εἰς ἡμᾶς. Ἐκατὸν δηνάρια ἐστὶν ἐνταῦθα τὰ εἰς ἡμᾶς ἀμαρτήματα, τὰ δὲ εἰς τὸν Θεὸν παρ' ἡμῶν, μυρία τάλαντα. Ἴστε δὲ, ὅτι καὶ τῇ ποιότητι τῶν προσώπων τὰ ἀμαρτήματα κρίνονται. Ὅσον τι λέγω· Ὁ τὸν ἰδιώτην ὑβρίζας, ἡμαρταν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὡς ὁ τὸν ἀρχοντα· καὶ μεζῶνως τούτου ὁ τὸν μεζῶνα ἀρχοντα, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὁ τὸν ἐλάττονα· ὁ δὲ τὸν βασιλέα, πολλῶ πλεον· καὶ ἡ μὲν ὑβρις ἐστὶν ἡ αὐτῇ, τῇ δὲ ὑπεροχῇ τοῦ προσώπου μεζῶν γίνεται. Εἰ δὲ ὁ βασιλέα ὑβρίζων, ἀφόρητον ἔχει τὴν τιμωρίαν διὰ τὴν τοῦ προσώπου ἀξιοκρασίαν, ὁ τὸν Θεὸν ὑβρίζων πόσων ἔσται ὑπεύθυνος ταλάντων; Ὅστε κἄν τὰ αὐτὰ εἰς τὸν Θεὸν ἀμαρτάνωμεν, ἅπασιν εἰς τοὺς ἀνθρώπους, οὐδὲ οὕτω τὸ ἴσον ἐστὶν, ἀλλ' ὅσον μέσον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τοσοῦτον τῶν ἀμαρτημάτων ἐκείνων καὶ τούτων. Νῦν δὲ καὶ πλείονα εὐρίσκω τὰ ἀμαρτήματα, οὐ τῇ ὑπεροχῇ τοῦ προσώπου μεγάλα μόνον γινώμενα, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ φύσει· καὶ φρικτὸς μὲν ὁ λόγος, ὃν μέλλω λέγειν, καὶ φοβερὸς ὄντως, πλην ἀνάγκῃ λεχθῆναι, ἵνα κἄν οὕτως ἡμῶν τὴν διάνοιαν

κατασεῖσθαι καὶ παρασελεῖσθαι, δεκνὸς ὅτι πολλῶ πλεον ἀνθρώπους φοβούμεθα ἢ τὸν Θεόν, καὶ τιμώμεν ἀνθρώπους ἢ τὸν Θεόν. Σκόπει γὰρ· Ὁ μοιχεύων οἶδεν, ὅτι Θεὸς αὐτὸν ὀρᾷ, καὶ τούτου μὲν καταφρονεῖ· ἂν δὲ ἀνθρώπος ἴδῃ, κατέχει τὴν ἐπιθυμίαν. Ὁ τοιούτος οὐχὶ προτιμᾷ ἀνθρώπους μόνον Θεοῦ, οὐχὶ μόνον ὑβρίζει· τὸν Θεόν, ἀλλὰ καὶ τὸ πλεον ἄλλο χαλεπότερον, ἐκείνους δεδοικώς, τούτου καταφρονεῖ. Ἄν μὲν γὰρ ἐκείνους ἴδῃ, κατέχει τὴν φλόγα τῆς ἐπιθυμίας;· μᾶλλον δὲ ποῖαν φλόγα; οὐκ ἔστι φλόξ, ἀλλὰ ὕβρις. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐξῆν γυναῖκα κελῆσθαι, εἰκότως φλόξ τὸ πρᾶγμα ἦν, νυνὶ δὲ ὕβρις; καὶ στρήνος; ἂν μὲν γὰρ ἀνθρώπος ἴδῃ, ἴσταιται τῆς μανίας, τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία; Ἐλαττον φροντίζει. Πάλιν ἕτερος, ὁ κλέπτων σύνουδεν ὅτι ἀρπάξει, καὶ ἀνθρώπους μὲν πειράται ἀπατῆσαι, καὶ ἀπολογεῖται πρὸς τοὺς ἐγκλοῦντας, καὶ σχῆμα περιτίθησι τῇ ἀπολογίᾳ· τὸν δὲ Θεὸν μὴ δυνάμενος πείσαι, οὐ φροντίζει, οὐδὲ αἰδεῖται, οὐδὲ τιμᾷ. Κἄν μὲν ὁ βασιλεὺς κελύσῃ ἀπέχεσθαι τῶν ἐτέρου χρημάτων, μᾶλλον δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ δοῦναι, πάντες; ἐτόμως εἰσφέροντες· τοῦ δὲ Θεοῦ κελύοντος μὴ ἀρπάξαι, μηδὲ τὰ ἐτέρων συνάγειν, οὐκ ἀνεχόμενος. Ὅρᾷ, ὅτι προτιμῶμεν ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ; Φορτικὸν τὸ ῥῆμα καὶ ἐπαχθέει· ἀλλὰ δεῖξατε ὅτι φορτικὸν φεύγετε τὸ ἔργον· εἰ δὲ τὸ ἔργον οὐ δεδοίκατε, πῶς ὑμῖν πιστεῦσαι δύναμαι λέγουσιν, ὅτι τὰ ῥήματα δεδοίκαμεν, καὶ βαρεῖς ἡμᾶς; Ὑμεῖς ἑαυτοὺς τῷ ἔργῳ βαρεῖτε, καὶ οὐδεὶς λόγος; ἐγὼ δὲ ἂν τὰ ῥήματα εἶπω, ὧν ὑμεῖς τὰ πράγματα πράττετε, ἀγανακτεῖτε· καὶ πῶς οὐκ ἄστονον; Γένοιτο ψεύδος εἶναι τὰ παρ' ἐμοῦ [777]. Βούλομαι αὐτὸς λοιδορίαις δόξαν λαβεῖν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ὡς εἰκὴ καὶ μάτην λοιδορησάμενος ὑμᾶς, ἢ ἰδεῖν ὑπὲρ τοιούτων ἐγκαλουμένους. Οὐ μόνον δὲ αὐτοῦ ἀνθρώπου προτιμᾶτε τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐτέρους ἀναγκάζετε. Πολλοὶ πολλοὺς οἰκέτα; ἡνάγκασαν, καὶ παῖδας· οἱ μὲν εἰς γάμους ἐλκυσσαν μὴ βουλομένους, οἱ δὲ ὑπηρετήσασθαι διακονίας ἀτόποις, καὶ ἔρωτι μιανῶ καὶ ἀπαργίαι καὶ πλεονεξίαις καὶ βίαι;· ὥστε διπλοῦν εἶναι τὸ ἐγκλημα, καὶ μηδὲ ἀπὸ τῆς ἀνάγκῃ; δύνασθαι συγγνώμην αὐτοὺς εὐρεῖσθαι. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἄκων πράττει τὰ πονηρὰ καὶ διὰ τὸ ἐπίταγμα τοῦ ἀρχοντος, μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτως ἱκανὴ ἡ ἀπολογία, πλην χαλεπωτέρα γίνεται ἡ ἀμαρτία, ὅταν καὶ ἐκείνους ἀναγκάζει τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν. Ποῖα γὰρ ἂν εἴη τῷ τοιούτῳ συγγνώμη λοιπόν; Ταῦτα εἶπον, οὐκ ἰκαρῆναι βουλόμενος ὑμᾶς, ἀλλὰ δεῖξαι, πόσων ἔσμεν ὀφειλέται τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ ἐξ Ἰσου τιμῶντες ἀνθρώπων τῷ Θεῷ, ὑβρίζομεν τὸν Θεόν, πολλῶ μᾶλλον, ὅταν προτιμῶμεν ἀνθρώπους. Εἰ δὲ ταῦτα τὰ ἀμαρτήματα τὰ εἰς ἀνθρώπους γινώμενα, εἰς Θεὸν πολλῶ μείζονα δεῖκνυται· πόσῳ μᾶλλον, ὅταν καὶ αὐτῇ ἡ ἀμαρτία τῇ ποιότητι μεζῶν ἢ καὶ χαλεπωτέρα; Ἐξεταζέτω τις ἑαυτὸν, καὶ ὕψεται πάντα δι' ἀνθρώπους ποῖων. Σφόδρα ἂν ἤμεν μακάριοι, εἰ τοσαῦτα διὰ τὸν Θεὸν ἐπράττομεν, ὅσα διὰ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν π. τ. τῶν ἀνθρώπων δόξαν καὶ τὸν φόβον καὶ τὴν τιμῆν. Εἰ τοίνυν τοσοῦτων ἔσμεν ὑπεύθυνοι, ὀφείλομεν μετὰ πάσης προθυμίας ἀφιέναι τοῖς ἀδικούσιν ἡμᾶς καὶ πλεονεκτοῦσι, καὶ μὴ μνησικακεῖν. Ὅδός γάρ ἐστι λύσεως ἀμαρτημάτων, οὐ πόνων δεομένη, οὐδὲ δαπάνης χρημάτων, οὐδὲ ἄλλου οὐδένος, ἀλλ' ἀπλῶς προαιρέσεως; οὐκ ἀποδημίαν χρὴ στελεάζειν, οὐκ εἰ; τὴν ὑπεροχὴν ἔλθειν,



*Domino, ut illud impleas (Col. 4. 17).* Videtur mihi hic etiam fuisse ex iis, qui in clerum erant adoptati; quem et assumit ad rogationem, et commilitonem vocat, ut omni modo auxilietur. *Et Ecclesie quæ domi tuæ est.* Neque servos hic prætermisit: noverat enim, sæpe etiam verba servorum immutare posse sententiam domini, et maxime, quando pro servo fiat rogatio: et hi forsitan erant, qui eum maxime [adversus Onesimum] incitabant. Non ergo sinit eos in invidiam incidere, compellatione eos dignatus una cum dominis. Sed neque dominum indignari permittit. Nam si eos nominatim appellasset, forsitan indignatus esset: si vero eorum non meminisset, etiam ægre tulisset. Vide igitur, quam prudenter rationem invenerit qua commemorando et hos mentione dignaretur et illum non offenderet. Nam Ecclesie nomen non sinit dominos indignari, si connumerentur servis. Etenim Ecclesia non novit domini ac servi discrimen; ex recte factis et delictis utrumque discernit. Si igitur Ecclesia est, noli indignari, quod tecum appellatus est servus: *In Christo Jesu enim non est servus, non liber (Gal. 3. 28). Gratia vobis et pax.* In memoriam ipsi revocat peccata sua, dum ipsum gratiæ admonet. Cogita, inquit, quanta tibi remiserit Deus, quomodo tu gratia salvus factus sis: imitare Dominum. Precatur etiam ipsi pacem: merito. Tunc enim et illa obtingit, quando ipsum imitamur, quando manet gratia. Quandoquidem et ille servus, qui erga conservum immisericors erat, quamdiu non repetebat centum illos denarios, etiam gratia Dominica manebat: cum vero repeteret, ablata illa fuit, et ipse traditus fuit tortoribus.

2. Hæc itaque et nos cogitantes, misericordes simus, et faciles ad agnoscendum iis qui in nos peccant. Centum denarii sunt (*Matth. 18*) hic peccata erga nos, nostra autem erga Deum decem millia talentorum. Nostis autem, etiam qualitate personarum peccata judicari. Exempli causa: Qui privatum lædit, peccat, sed non ita, ut qui principem; et magis quam hic peccat, qui majorem principem lædit; non æque autem, qui minorem; et qui regem lædit, multo magis peccat: injuria quidem est eadem, ob dignitatem autem personæ major fit. Si vero qui regem lædit, intolerabili afficitur supplicio propter personæ dignitatem: qui Deum lædit, quot reus erit talentorum? Itaque etiam si eadem in Deum peccemus, quæ in homines, ne sic quidem paria peccata sunt, sed quantum interest inter Deum et homines, tantum inter peccata illa et hæc. Jam vero etiam plura invenio peccata, non quod ob excellentiam personæ magna tantum fiant, sed etiam re ipsa. Et horrendum quidem est quod dicturus sum, et vere terribile, necessario tamen dicendum est, ut vel sic nostram mentem concutiat et commoveat, quo ostenditur, quod multo magis homines timeamus quam Deum, magisque honoremus homines quam Deum. Considera enim: qui adulterium committit, novit quod Deus ipsum videat, et hunc quidem contemnit: sin autem homo videat, continet libidinem. Qui est hujusmodi, is non solum

pluris æstimat homines quam Deum, non solum contumelia afficit Deum, sed etiam, quod multo gravius est, cum illos timeat, hunc contemnit: si enim illos videat, continet flammam libidinis. Quid vero dico flammam? non est flamma, sed petulantia. Si enim non liceret muliere uti, merito flamma res ea esset; nunc vero petulantia et lascivia est: si enim homines videat, desistit ab insanis; Dei vero longanimitatem minus curat. Rursus alius qui furatur, conscius sibi est rapinæ; et homines quidem conatur fallere, et se defendit adversus accusantes, speciemque probabilem defensionis conciliat: Deum vero, quem non potest decipere (a), non curat neque veretur neque honorat. Et si quidem rex jubeat abstinere alterius facultatibus, quin etiam suas dare, omnes prompte conferimus: Deo autem jubente non rapere neque aliorum bona compilare, non paremus. Vides, quod pluris faciamus homines quam Deum? Grave dictu hoc et molestum: at re ipsa ostendite, quod grave sit; fugite hoc opus: si vero opus hoc non horretis, qui vobis credere possunt dicentibus: Verba horremus, et gravas nos? Ipsimet vos opere gravatis, et nihil de eo conquerimini; ego vero quando ea verba dico, quorum vos res agitis, indignamini. Nonne hoc iniquum est? Utinam, quæ dico falsa essent! Malo ipse convicii opinionem habere in illo die, tamquam sine causa et temere conviciatus vobis, quam videre vos de rebus hujusmodi accusari. Non solum autem ipsi homines præfertis Deo, sed etiam alios cogitis. Multi multos servos cogunt et famulos; alii quidem ad nuptias trahunt invitos, alii vero ministeriis pessimis obsequi cogunt, et amori impuro, rapinis, fraudibus et violentiæ. Itaque duplex est crimen, ac ne necessitatis quidem excusatione possunt ipsi veniam invenire. Nam si ipse invitus male facias, propter mandatum principis, omnino ne sic quidem idonea est defensio; verum gravius fit peccatum, quando et illos cogis in eadem incidere. Quæ enim jam venia dari possit homini hujusmodi? Hæc dixi, non quod vos velim condemnare, sed ostendere, quam multorum simus debitores Deo. Nam si etiam cum æquo honoramus hominem ac Deum, injuria afficimus Deum; multo magis, quando magis honoramus homines. Si vero hæc peccata, quæ in homines fiunt, si in Deum fiant, multo majora esse evincuntur: quanto magis, quando etiam ipsum peccatum per se majus est et gravius? Examine quis se ipsum, et videbit, euncta se hominum gratia facere. Valde essemus beati, si tanta propter Deum ageremus, quanta propter homines, et propter hominum existimationem et metum et honorem. Si igitur tot tantisque debitis sumus obstricti, debemus omni alacritate remittere iis, qui

(a) In Græco legitur, *δυναμὸς καίμας*, id est, non valens sibi conciliare, quo sensu verbum *καίμας* usurpatur, cum dicitur *καίμας διασπείρει*, *judices corrumpere*, vel *suas in partes perducere*. Itaque mens Chrysostomi hæc fuisse videtur: Homines quidem conatur fallere; Deum vero, cum sibi conciliare nulloque facto in suas partes perducere possit, spernit, non veretur neque honorat. Hæc in hunc locum notantes Hemsterhusium secuti sumus.

nos lædunt et decipiunt, neque injuriæ meminisse. Ratio enim solutionis peccatorum non laboribus indiget, neque sumptu pecuniarum, neque ullo alio, sed tantummodo animi proposito; non opus est peregrinationem suscipere, non in aliam regionem proficisci, non pericula subire neque labores, sed velle tantum.

3. Quam, dic mihi, veniam habebimus in iis, quæ videntur difficilia, si rem levem et tantum habentem lucrum et tantam utilitatem, et nullum laborem, non facimus? Non potes pecuniam contemnere? non potes insumere tua in egenos? At velle non potes aliquid boni? non remittere te lædenti non potes? Si enim tot tantisque debitis obstrictus non esses, sed tantum Deus præciperet remittere, nonne faciendum esset? nunc autem cum tantis obstrictus sis, non remittis, idque cum scias, te partem repositi eorum, quæ habes ab ipso? Si forte nos ad nostrum veniamus debitorem, ille cognito hoc, colit nos et suscipit et honorat et omnem præstat humanitatem largissime, idque cum a fœnore non absolvatur, sed quod mites nos velit reddere in repetendo mutuo: tu vero cum Deo tam multa debeas, et jubearis remittere, ut ipse iterum accipias, non remittis? cur tandem, quæso? Hei mihi, quanta fruimur benignitate! quanta vero nos utimur malitia! quanto somno! quanta segnitie! quam facilis est virtus, et multam habet utilitatem! quam laboriosa malitia! nos vero rem adeo facilem fugientes, sequimur id quod est plumbo gravius. Hic non corporis robore opus est, non divitiis, non pecuniis, non potentia, non amicitia, non alia re ulla, sed sufficit solum velle, et totum effectum est. Tristitia te quisquam et injuria et probris affecit? at cogita, quod et tu multa talia in alios admittas, etiam in ipsum Dominum, sique remittis et condona: cogita, quod dicas: *Remitte nobis debita nostra sicut et nos remittimus debitoribus nostris* (Matth. 6. 12): cogita quod, nisi remittas, non possis hoc cum fiducia dicere; sin remittas,

quasi debitum hanc rem repetis, non propter rei naturam, sed propter illius qui hoc nobis concessit benignitatem. Et quæ hæc est æqualitas, eum, qui conservis debita remittat, suorum in dominum peccatorum remissionem accipere? attamen fruimur hac tanta benignitate, siquidem dives est in misericordia et miserationibus. Ut vero tibi ostendam, quod etiam absque his, et absque remissione, ex eo solo quod remittas, ipse capias fructum, cogita, qui hujusmodi est, quot habeat amicos, quomodo ubique laudes hujusmodi hominis omnes commemorant dicentes: Bonus vir, facilis reconciliatus, nescit injuriæ meminisse, simul atque vulnus accepit curatus est. Hujusmodi hominis, si in calamitatem quampiam incidat, quis non misereatur? quis non ignoscat peccanti? quis non gratificetur pro aliis roganti? quis non velit amicus esse et servus animi tam boni? Ah, obsecro, omnia hujus rei causa faciamus, non erga amicos, non erga cognatos solum, sed etiam erga servos. *Remittentes enim, inquit, minas, scientes quod et vester Dominus sit in cælis* (Ephes. 6. 9). Si remittamus proximis peccata, remittentur et nobis, si elemosynas præstemus, si humiles simus: nam et hoc aufert peccata. Si enim publicanus, cum tantum dixisset, *Propitius esto mihi peccatori* (Luc. 18. 13), descendit justificatus: multo magis etiam nos, si humiles simus et contriti, poterimus multam benignitatem consequi; si confiteamur nostra peccata, et condemnemus nos ipsos, multum abstergemus sordium. Multæ enim sunt viæ, quæ expurgant. Undique ergo pugnemus contra diabolium. Nihil dixi difficile, nihil grave: remitte ei, qui te offendit, miserere egeni, humilia tuam animam: etiamsi magnus sis peccator, poteris etiam regni particeps fieri, per hæc expurgans ipsa peccata, et abstergens maculam. Utinam autem contingat nos omnes hic emundatos omnibus peccatorum sordibus per confessionem, illic nancisci promissa bona in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri sit gloria, potentia, etc.

## HOMILIA II.

4. *Gratias ago Deo meo semper, mentionem tui faciens in orationibus meis, 5. audiens caritatem tuam, et fidem quam habes erga Dominum Jesum et in omnes sanctos: 6. ut communicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.*

1. Non statim ab exordio petit gratiam, sed postquam prius virum admiratus est et laudavit propter recte facta, et sui erga ipsum amoris signum ostendit non parvum, quod semper ejus meminerit in orationibus suis, et dixit, omnes refocillari per eum, et omnibus obedire atque obtemperare: tunc etiam illud tandem ponit, maxime cum hac re exorans. Si enim alii consequuntur quæ petunt, multo magis Paulus; si dignus erat qui adipisceretur, si ante alios venisset, multo magis cum post alios veniat, et rem petat non ad ipsum pertinentem, sed pro alio. Deinde, ne videretur hujus tantum gratia scribere, neve

dicat quispiam, quod, nisi Onesimus esset, non scripsisset: vide, quomodo et alias epistolæ causas ponat; primum quidem caritatem ipsius indicans, deinde vero etiam hospitium jubens sibi parari. *Audiens, inquit, caritatem tuam.* Præclarum hoc, et multo majus, quam si præsens vidisset. Constat enim, quod ideo, quoniam ipsa excellens erat, etiam manifesta fuerit facta, et usque ad ipsum pervenerit, cum tamen non parvum intervallum esset Romæ et Phrygiæ: illic enim mihi videtur fuisse ob Archippi mentionem. Celossenses enim in Phrygia sunt, ad quos scribens ait: *Cum lecta fuerit apud vos epistola, facite, ut et in Laodicensium Ecclesia legatur, et Laodicensem ut et vos legatis* (Col. 4. 16). Hæc autem Phrygiæ urbs est. *Oro, inquit, ut societas fidei tuæ efficax sit.* Vides, prius ipsam dare quam accipere, et priusquam beneficium petat, suum exhibere multo majus? *Ut, inquit, societas fidei tuæ efficax sit in agni-*

οὐ κινδύνου; ὑποστῆναι καὶ πόνους, ἀλλὰ θελῆσαι μόνον.

γ'. Ποῖαν, εἰπέ μοι, συγγνώμην ἔξομεν ἐν τοῖς δοκῶσιν εἶναι δυσκόλοις, ὅταν καὶ κοῦφον πρᾶγμα καὶ τοσοῦτον ἔχον κέρδος καὶ τοσαύτην τὴν ὠφέλειαν καὶ οὐδένα πόνον, μὴ πράττωμεν; Οὐ δύνασαι χρημάτων καταφρονῆσαι; οὐ δύνασαι δαπανῆσαι τὰ ἅντα εἰς τοὺς δεομένους; Θελῆσαι οὐ δύνασαι τι ἀγαθόν; ἀφείναι τῷ ἑδικηκότι οὐ δύνασαι; Εἰ γὰρ μὴ τοσοῦτων ὑπεύθυνος ἦς, ἐκέλευσε δὲ μόνον ὁ Θεὸς ἀφείναι, οὐκ ἔδει; νῦν δὲ τοσοῦτων ὑπεύθυνος ὢν, οὐκ ἀφίης; καὶ ταῦτα εἰδὼς, ὅτι ἀφ' ὧν ἔχεις ἐξ αὐτοῦ ἀπαιτῆ; Ἄν μὲν οὖν ἡμεῖς παρ' ὀφειλέτην ἔλωμεν ἡμέτερον, ἐκεῖνος εἰδὼς τοῦτο, θεραπεύει καὶ ὑποδέχεται καὶ τιμὰ καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυται φιλοφροσύνην μετὰ δαψιλείας, καὶ ταῦτα οὐκ ἀπὸ τοῦ δανείσματος διαλυόμενος, ἀλλ' ἡμέρους ἡμᾶς θέλων καταστῆσαι περὶ τὴν ἀπαίτησιν· σὺ δὲ τῷ Θεῷ ὀφείλων τοσαῦτα, καὶ κελυόμενος ἀφείναι, πάλιν ἵνα σὺ λάβῃς, οὐκ ἀφίης; τί δήποτε, παρακαλῶ; Οἴμοι! πόσης μὲν ἀπολαύομεν φιλανθρωπίας; πόσην δὲ ἐπιδεικνύμεθα κακίαν, πῶσον [778] ὑπνον, πόσην κωθεῖαν! πῶς εὐκολον ἠέρετῃ καὶ πολλὴν ἔχον ὠφέλειαν! πῶς ἐργῶδες ἡ κακία! ἡμεῖς δὲ τὸ οὕτως ἑλαφρὸν ἀποφυγόντες διώκομεν τὸ μολύβδου βρῦτερον. Ἐνταῦθα οὐ σώματος ἰσχύος χρεῖα, οὐ πλοῦτος, οὐ χρημάτων, οὐ δυναστείας, οὐ φιλίας, οὐκ ἄλλου οὐδενός, ἀλλ' ἀρκεῖ θελῆσαι μόνον, καὶ τὸ πᾶν ἦνυσται. Ἐλύπησεν ὁ θεῖνα καὶ ὕδρισε καὶ ἐσκαψεν; ἀλλ' ἐνόησον, ὅτι καὶ εὐ πολλὰ τοιαῦτα εἰς ἑτέρους ποιεῖς, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Δεσπότην, καὶ ἀνὴρ καὶ συγχώρησον· ἐνόησον, ὅτι λέγεις· Ἄγερε! ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφείμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· ἐνόησον, ὅτι ἐὰν μὴ ἀφίης, οὐ δουήσῃ τοῦτο μετὰ παρήσσιας εἰπεῖν· ἂν δὲ ἀφίης, ὀφείλῃ τὸ πρᾶγμα ἀπαιτεῖς, οὐ διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ δεωκότου φιλανθρωπίαν. Καὶ ποῦ ἴσον τὰ εἰς τοὺς ὁμοδούλους ἀφιέντα τῶν εἰς τὴν Δεσπότην ἡμαρτημένων τὴν

ἀφῆσιν λαβεῖν; ἀλλ' ἡμῶς τυγχάνομεν τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας, ἐπειδὴ πλούσιός ἐστιν ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ἴνα δὲ σοι δείξω, ὅτι καὶ χωρὶς τούτων, καὶ χωρὶς τῆς ἀφέσεως, ἀπὸ τοῦ ἀφείναι μόνον σὺ καρπούσαι τὸ κέρδος, ἐνόησον, πόσους ὁ τοιοῦτος ἔχει φίλους, πῶς παταχρὸν ἔγκωμια τοῦ τοιοῦτου ἅπαντες διεξέρχονται λέγοντες· ἀγαθὸς ἀνὴρ, εὐκατάλλακτος, οὐκ οἶδε μνησικαχῆσαι, ἅμα ἐπιλήγη καὶ ἅμα ἰάθη. Τὸν τοιοῦτον περιτάζει τιμὴν περιπεσόντα, τίς οὐκ ἐλεήσει; τίς οὐ συγγνώσεται ἁμαρτόντι; τίς οὐ δώσει χάριν ὑπὲρ ἐτέρων ἀξιούντι; τίς οὐ θελήσει φίλος εἶναι καὶ δοῦλος; ψυχῆς οὕτως ἀγαθῆς; Ναί, παρακαλῶ, πάντα ὑπὲρ τούτου πράττωμεν, μὴ πρὸς φίλους, μὴ πρὸς συγγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς οἰκέτας. Ἀνιέντες γὰρ, φησὶ, τὴν ἀπειλήν, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς. Ἄν ἀφίωμεν τοῖς; πλησίον τὰ ἁμαρτήματα, ἀφεύγεται καὶ ἡμῖν, ἂν ἐλεημοσύνας παρέχομεν, ἂν ταπεινοὶ ὦμεν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀφαιρεῖ ἁμαρτία. Εἰ γὰρ ὁ τελώνης, ἵνα μόνον εἴπῃ, Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, κοτῆλθε δεδικαιωμένους, πολλῶ μᾶλλον καὶ ἡμεῖς, ἂν ταπεινοὶ ὦμεν καὶ συντηρημένοι, δυνησόμεθα πολλῆς φιλανθρωπίας τυχεῖν· ἂν ὁμολογῶμεν τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα, καὶ καταγινώσκωμεν ἑαυτῶν, τὸ πλεον ἀποσμηζόμεθα τοῦ βύπου. Πολλὰ γὰρ αἱ ὁδοὶ αἱ καθαρεύουσαι. Πάντοθεν τείνου πολεμῶμεν τῷ διαβόλῳ. Οὐδὲν εἶπον δύσκολον, οὐδὲν δυσχερὲς; ἄρες τῷ λελυπτῷ, ἐλέουσον τὸν δεόμενον, ταπεινώσων σου τὴν ψυχὴν· κἴν σφῆδρα ἦ; ἁμαρτωλὸς, δυνήσῃ καὶ τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν, διὰ τούτων αὐτὰ ἐκκαθαίρων τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἀποσμηχῶν τὴν κηλῖδα. Γένοιτο δὲ, ἡμᾶς πάντας ἐνταῦθα ἀποκαθηραμένους; ἅπαντα τῶν ἁμαρτημάτων τὸν βύπον διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ἐκεῖ τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, τὸ κράτος, καὶ τὰ ἐξῆς.

## [779] ΟΜΗΛΙΑ Β'.

*Εὐχριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε, μυσίαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ὅπως ἡ κοινωρία τῆς πίστεώς σου ἐνεργῆς γένηται ἐν ἐπιγνώσει πυντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.*

α'. Οὐκ εὐθέως ἐκ προσομίμων αἰτεῖ τὴν χάριν, ἀλλὰ πρότερον τὸν ἄνδρα θαυμάσας, καὶ ἐπαινέσας ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀγάπης δείξας τεκμήριον οὐ μικρὸν τὸ διαπαντὸς αὐτοῦ μεμνησθαι ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ εἰπὼν, ὅτι πολλοὶ ἀναπαύονται πρὸς αὐτὸν, καὶ πᾶσιν ὑπακούει καὶ πεῖθεται· τότε καὶ αὐτὴν τελευταῖον τίθησι, μάλιστα αὐτὸν δυσωπῶν τούτῳ. Εἰ γὰρ ἕτεροι ἐπιτυγχάνουσιν ὧν δέονται, πολλῶ μᾶλλον Παῦλος· εἰ πρὸ τῶν ἄλλων ἐλθὼν ἄξιός ἦν τυχεῖν, πολλῶ μᾶλλον μετὰ τοὺς ἄλλους, καὶ πρᾶγμα αἰτῶν οὐκ εἰς αὐτὸν ἀντήκον, ἀλλ' ὑπὲρ ἐπέ-

ρου. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ τούτου ἐνεκεν γράφειν μόνον, μηδὲ εἴπῃ τις, ὡς Εἰ μὴ Ὀνήσιμος ἦν, οὐκ ἂν ἔγραψας, ὅρα πῶς καὶ ἑτέρας αἰτίας τίθησι τῆς ἐπιστολῆς· πρῶτον μὲν τὴν ἀγάπην αὐτοῦ δηλῶν; ἔπειτα δὲ καὶ ξενίαν κελυόμενος ἐτοιμασθῆναι αὐτῷ. Ἀκούων σου, φησὶ, τὴν ἀγάπην. Θαυμαστὸν τοῦτο, καὶ τοῦ σπρόντος ἰδεῖν τοῦτο πολλῶ μείζον. Ἄθλον γὰρ ὅτι ἐκ τοῦ υπερβάλλουσιν αὐτὴν εἶναι, καὶ διάδοχος γέγονε, καὶ μέχρις αὐτοῦ ἐφθασε· καίτοι γε οὐκ ὀλίγον τὸ μέσον ἦν Ῥώμης καὶ Φρυγίας· ἐκεῖ γὰρ μοι δοκεῖ εἶναι ἀπὸ Ἀρχιππου. Οἱ γὰρ Κολοσσαεῖς τῆς Φρυγίας εἰσὶ, πρὸς οὓς γράξων ἔλεγον, Ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολὴ, κοίησατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικείῳ Ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνωτῶτε. Αὕτη δὲ τῆς Φρυγίας πόλις ἐστίν. Εὐχομαι, φησὶν, ἵνα ἡ κοινωρία τῆς πίστεώς σου ἐνεργῆς γένηται. Ὅρα δὲ πρότερον αὐτὸν διδόντα ἢ λαβεῖν, καὶ πρὶν ἢ τὴν χάριν αἰτή-

σαι, τὴν αὐτοῦ παρέχοντα πολλῶν μείζονα; Ὅπως, φησὶν, ἡ κοινωρία τῆς πίστεώς σου ἐνεργῆς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Τουτέστιν, ἵνα πᾶσαν ἀρετὴν ἐπέλθῃς; Ἴνα μὴδὲν ἐλλείψῃθι. Οὕτω γὰρ ἡ πίστις γίνεται ἐνεργῆς, ὅταν ἔργα ἔχη. Χωρὶς γὰρ ἔργων ἡ πίστις νεκρὰ ἐστὶ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ πίστις σου, ἀλλ', Ἡ κοινωρία τῆς πίστεώς σου, συνάπτων αὐτὸν ἑαυτῷ, καὶ ἐν σώμα δεικνύς, καὶ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν δυσωπῶν. Εἰ κοινωνὸς εἶ, φησὶ, κατὰ τὴν πίστιν, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ὀφείλεις κοινωνεῖν. Χαρὰν γὰρ ἔχομεν καὶ πολλὴν παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγγνα τῶν ἀγίων ἀναπέπναιται διὰ σοῦ, ἀδελφέ. Οὐδὲν οὕτω δυσωπεῖ, ὡς τὸ τὰς ἐτέρων εὐεργεσίας προφέρειν, καὶ μάλιστα ὅταν ἐκείνων [780] αἰδεσιμώτερος ᾖ\*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰ τοῖς ἄλλοις ποιεῖς, πολλῶν μᾶλλον ἐμοί. Ἄλλὰ τὸ αὐτὸ μὲν ἠνέψατο, ἐτέρως δὲ αὐτὸ μεθώδευσεν προσνήστερον. Χαρὰν ἔχομεν· τουτέστι, Σὺ μοι παρῆρσιαν ἔδωκας εἰ τῶν εἰς ἐτέρους γενομένων. Καὶ παράκλησιν. Τουτέστιν, οὐ μόνον ἠδόμεθα, ἀλλὰ καὶ παραμυθούμεθα· μέλος γὰρ ἡμῶν ἐκείνοι. Εἰ τοίνυν τὴν συμφωνίαν τὸσαύτην δεῖ εἶναι, ὡς ἐπὶ ταῖς ἐτέρων ἀναπαύσει τοὺς ἄλλους ἐν θλίψεσιν ὄντας, κἂν μὴ τύχῃσι τινος, εὐφραίνεσθαι δι' ἐκείνους, ὡς ἐνὸς σώματος εὐεργετηθέντος, πολλῶν μᾶλλον εἰ καὶ ἡμᾶς ἀναπαύσεις. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὅτι εἰκεις, ὅτι παῖθι, ἀλλὰ καὶ σφοδρότερον καὶ ἐμφαντικώτερον, Ὅτι τὰ σπλάγγνα τῶν ἀγίων, ὡσανεὶ περὶ παιδίου ποθεινοῦ τοῖς πατράσιν ὄντος καὶ ἐπεράστου. Οὕτως ἡ ἀγάπη, ἡ φιλοστοργία δεικνυσὶν αὐτὸν καὶ σφόδρα ἀγαπώμενον παρ' αὐτῶν. Διὸ πολλὴν παρῆρσιαν ἔχων ἐν Χριστῷ ἐπιτάσσει σοὶ τὸ ἀνῆκον. Ὅρα πῶς ἀσφαλίζεται, μὴ τι καὶ τῶν ἀπὸ σφοδρᾶς ἀγάπης λεγομένων πλάξῃ τὴν ἀκροατὴν, ὡς δυσανασχετῆν. Διὰ τοῦτο πρὶν ἢ εἰπεῖν, Ἐπιτάσσει σοι, ἐπειδὴ βαρὺ ἦν, καίτοι γε ἀπὸ ἀγάπης λεγόμενον μᾶλλον ἰκανὸν θεραπεύσαι, ἀλλ' ὁμῶς ἐκ περιουσίας πολλὴν εἰθεταί τὴν διδρῶσιν, εἰπὼν, Παρῆρσιαν ἔχων, ὅπερ μέγαν δεικνύοντος ἦν τὸν Φιλήμονα· τουτέστι, Παρῆρσιαν ἡμῖν ἔδωκας σὺ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ, Ἐν Χριστῷ, ἐπαγαγὼν, ὅπερ δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι οὐχ ὡς ἐν τῷ κόσμῳ λαμπρότερον, οὐδὲ ὡς δυνατώτερον, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν· καὶ τότε ἔθηκε τὸ, Ἐπιτάσσει σοι, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ, Τὸ ἀνῆκον, τουτέστιν, εὐλογον πρᾶγμα. Καὶ ὅρα ἐκ πῶσων αὐτὸ κατασκευάζει. Τοὺς ἄλλους εὐπιστεῖς, φησὶ· καὶ ἐμὲ, καὶ διὰ τὸν Χριστὸν, καὶ ὅτι τὸ πρᾶγμα εὐλογον, καὶ ὅτι ἡ ἀγάπη δίδωσι. Διὸ καὶ ἐπίγει· Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ. Ὅσανεὶ εἶπεν, Οἶδα μὲν, ὅτι καὶ ἐπιτάττων ἀνώμω μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, ἀπὸ τῶν προλαβόντων· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὴν ὑπὲρ τοῦ πράγματος ποιῶμαι σπουδὴν, παρακαλῶ. Ἀμφοτέρω εἰδείξεν ὁμοῦ, ὅτι καὶ θαρρῆν αὐτῷ (ἐπέταξεν γὰρ), καὶ ὅτι σφόδρα τοῦ πράγματος ἀντιποιεῖται· διὸ παρακαλεῖ. Τοιοῦτος ὢν, φησὶν, ὡς Παῦλος πρεσβύτερος.

β'. Βαβαλ, πόσα δυσωπητικά! Παῦλος, ἀπὸ τῆς ποιότητος τοῦ προσώπου· ἀπὸ τῆς ἡλικίας, ὅτι πρεσβύτης· ἀπὸ τοῦ δικαιότερου πάντων, ὅτι καὶ Δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν τὸν ἀλλοτῆν, καὶ

\* Lege εἶ.

στεφανίτην ἐδέξατο ὑπὲρ τῶν χειρῶν; τίς ὁρῶν διὰ Χριστὸν δεδεμένος, οὐκ ἂν μυρία ἐχαρίσατο; Τοσοῦτοι δὲ προλάνας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, οὐδὲ εὐθέως ἐνέβαλε τὸ ἄνομα, ἀλλὰ τὸσαύτην ποιησάμενος ἀίτησιν ἀνάβαλλεται. Ἴστε γὰρ τοὺς θυμούς τῶν δεσποτῶν κατὰ τῶν ἀποδεδρακτόνων οἰκετῶν, καὶ μάλιστα ὅταν μετὰ κλοπῆς τοῦτο ἐργάζωνται, κἂν χρυστοὺς ἔχῃσι δεσπότης, πῶς αὐξεται ἡ ὀργή. Ταύτην οὖν πᾶσι τούτοις προελέανε· καὶ πρότερον πείσας πᾶν ὄνειον ὑπουργῆσαι [781] ἐτοίμως, καὶ παρασκευάσας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πρὸς πᾶσαν ὑπακοήν, τότε ἐπάγει τὴν δέησιν, καὶ φησὶ· Παρακαλῶ σε· καὶ μετὰ ἐγκωμίων· Περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μοι. Πάλιν οἱ δεσμοὶ δυσωπητικαί. Καὶ τότε τὸ ἄνομα· οὐ μόνον γὰρ τὸν θυμὸν ἐσθεβεν, ἀλλὰ καὶ ἡσθήναν πεποίηκεν. Οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν, φησὶ, τέκνον ἐκάλοι, εἰ μὴ σφόδρα ἦν εὐχρηστος. Ὅπερ Τιμόθεον ἐκάλεσα, τοῦτο καὶ τοῦτον. Καὶ πολλοαχὸν τὴν φιλοστοργίαν δεικνύς, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ὥλλος ἐντρέπει· Δέσμιος αὐτὸν ἐγέννησα, φησὶν. Ὅστε καὶ διὰ τοῦτο ἄλλοις πολλῆς τυχεῖν τῆς τιμῆς, ὅτι ἐν αὐτοῖς τοῖς ἄλλοις ἀπετέχθη, ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ πειρασμοῖς. Ὅνῃσιμον, τὸν ποτὲ σοὶ ἀχρηστον. Ὅρα πόση ἡ σύνεσις, πῶς ὁμολογεῖ αὐτοῦ τὸ ἀμάρτημα, καὶ τοῦτω σθενύς αὐτοῦ τὸν θυμὸν. Οἶδα, φησὶν, ὅτι ἀχρηστος ἦν. Νῦν δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ χρήσιμος ἐστίν. Οὐκ εἶπε, Νῦν δὲ σοὶ χρήσιμος ἐστίν, ἵνα μὴ ἐκείνος ἀντείπη, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοῦ πρόσωπον εἰσήγαγεν, ἵνα ἀξιόπιστοι ὦσιν αἱ ἐλπίδες. Νῦν δὲ σοὶ, φησὶ, καὶ ἐμοὶ εὐχρηστον. Εἰ γὰρ Παῦλῳ χρήσιμος τῷ τὸσαύτην ἀκρίθειαν ἀπαιτοῦντι, πολλῶν μᾶλλον τῷ δεσπότη. Ὅρ Ἐπεμψα πρὸς σέ. Καὶ τοῦτω τῶν θυμῶν ἐσθεσε, τῷ παραδόντι αὐτόν. Μάλιστα γὰρ οἱ δεσπότηαι τότε ὀργίζονται, ὅταν ὑπὲρ ἀπόντων παρακαλῶνται· ὥστε καὶ αὐτῷ τοῦτω μᾶλλον κατεπράυνε. Σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγγνα, προσλαβοῦ. Καὶ πάλιν οὐ γυμνὸν τίθει τὸ ἄνομα, ἀλλὰ μετὰ ῥήματος ἐντρεπτικοῦ, ὃ τοῦ τέκνου θερμότερον ἐστίν. Εἶπε, Τέκνον· εἶπεν, Ἐγέννησα· ὥστε μάλιστα αὐτὸν φιλεῖν εἰκός, ὅτι ἐν πειρασμοῖς αὐτὸν ἔτεκεν. Ὅτι γὰρ περὶ ἐκεῖνα τὰ παιδία μάλιστα ἐκκατόμεθα, δηλόν, ὅταν κινδύνους διαφεύγωμεν, καὶ ἐν αὐτοῖς τέκωμεν· ὡς ὅταν λέγῃ ἡ Γραφή, Οὐαὶδροχαθὴλ· καὶ πάλιν ὅταν καλῇ τὴν Βενιαμὴν ἡ Ραχὴλ, Υἱὸν, φησὶν, ὀδύνης μου. Σὺ δὲ αὐτὸν, φησὶ, τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγγνα, προσλαβοῦ. Δεικνυσὶν αὐτοῦ τὴν ἀγάπην τὴν πολλήν. Οὐκ εἶπεν, Ἀπόδεξαι, οὐκ εἶπε, Μὴ ὀργισθῆς, ἀλλὰ, Προσλαβοῦ· τουτέστιν, οὐχὶ συγγνώμης μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἐστὶν ἄξιος. Διὰ τί; Τέκνον Παύλου γέγονεν. Ὅρ ἐγὼ ἐβουλόμην ὑπὲρ σοῦ κατέχειν, ἵνα διακομῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ Εὐαγγελίου. Ὅρξ, πόσα πρότερον κατασκευάσας, τότε αὐτὸν ἤγαγεν εἰς τὴν τοῦ δεσπότητος τιμὴν; Καὶ ὅρα καὶ τοῦτο μεθ' ὀσης σοφίας· ὅρα κακείνον πόσον ὑπεύθυνον ποιεῖ, καὶ τοῦτον πῶς τιμᾷ. Εὐρες, φησὶν, ὅπως ἀποδῶς τὴν πρὸς ἐμὲ λατιστοργίαν δι' αὐτοῦ. Ἐνταῦθα δεικνυσὶν, ὅτι τὸ αὐτοῦ μᾶλλον ἐσκόπησεν, ἢ τὸ τοῦ παιδός, ὅτι σφόδρα αὐτὸν αἰδεῖται. Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης, φησὶν, οὐδὲν [782] ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθὸν ᾗ σου, ἀλλὰ καὶ ἀ ἐκούσιον. Τοῦτο μάλιστα χαυνοῖ τὴν ἀξιούμενον, ὅταν καὶ πρᾶγματος ὄντος χρητίμου, μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τίχεται. Δύο γὰρ ἀγαθὰ ἐντεῦθεν γίνεται,

tionem omnium boni, quod in vobis est erga Christum Iesum. Id est, ut omnem virtutem colas, ut nihil deficiat. Sic enim fides sit efficax, si opera habeat. Absque operibus enim fides mortua est (Jac. 2. 26). Neque ait, Fides tua, sed, Societas fidei tuæ, sibi eum adjungens, et unum corpus ipsos esse ostendens, et hac re maxime ipsum exorans. Si socius es, inquit, in fide, etiam in aliis debes socius esse. 7. *Gaudium enim habemus, et multam consolationem super caritate tua, quoniam viscera sanctorum refocillata sunt per te, frater.* Nihil ita permovet, quam si aliorum benefacta commemorares, maxime si ipse sis iis venerabilior. Neque dicit, Si aliis facis, multo magis mihi; sed idem quidem subindicat, alia autem via id aggressus est leuius. *Gaudium habemus;* hoc est, Tu mihi fiduciam dedisti per ea, quæ aliis præstitisti. *Et consolationem:* hoc est, non solum delectamur, sed etiam solatium inde capimus; membra enim nostra illi sunt. Si igitur tantam oportet esse concordiam, ut aliorum refocillationibus alii, qui in afflictionibus sunt, etiamsi nihil consequantur, lætentur propter illos, tamquam uno corpore beneficiis affecto: multo magis lætabimur, si etiam nos refocillares. Neque dicit, Quoniam cedis, quoniam obtemperas, sed multo gravius atque significantius, *Quoniam viscera sanctorum,* quasi de puerulo desiderabili parentibus et amabili. Sic amor et caritas ostendit ipsum vehementer amari ab illis. 8. *Idcirco multam fiduciam habens in Christo præcipiendi tibi quod convenit.* Vide quam caute agat, ne quid etiam eorum, quæ ex magna caritate dicebantur, offenderet lectorem ut graviter ferret. Propterea priusquam diceret, *Præcipiendi tibi,* quia id grave erat, quamquam si ab amore proferatur, potius possit benevolos reddere; attamen ex abundanti multam adhibet correctionem, dicens, *Fiduciam habens,* quo magnum significabat esse Philemonem; hoc est, Tu nobis fiduciam dedisti; neque hoc solum, sed etiam addens, *In Christo,* quo indicat, quod ei præcipere possit, non tamquam qui in mundo clarus aut potens sit, sed propter fidem erga Christum: et tum ponit, *Præcipiendi tibi,* neque hoc solum, sed etiam, *Quod convenit,* id est, rem rationi consentaneam. Et vide quot rationibus id molitur. Aliis bene facis, inquit: etiam mihi benefac, et propter Christum, et quia res est rationi consentanea, et quia caritas dat. Propterea etiam subiungit: 9. *Propter caritatem votius rogo.* Quasi diceret: Novi quidem, quod etiam præcipiens rem efficiam cum magna auctoritate, quia alii talia a te ante jam impetraverunt: verum quia hæc res mihi magnæ curæ est, rogo. Utrumque ostendit simul, et quod confidat ipsi (præcepit enim), et quod vehementer de ea re labore; propterea rogat. *Cum talis sim,* inquit, *ut Paulus senex.*

2. Papæ, quot argumenta moventia! a qualitate personæ, quia Paulus; ab ætate, quia senex; ab eo quod est omnibus æquius, quia etiam *Vinctus Iesu Christi.* Quis enim non hunc athletam et coronatum excipiat supinis manibus? quis videns vinctum pro-

pter Christum, non innumera gratificetur? Cum itaque tot verbis præmollisset ipsius animum, non tamen statim addit nomen, sed tanta usus rogatione differt adhuc. Nostis enim iram dominorum adversus fugitivos servos: et maxime, si cum furto hoc fecerint, etsi mites habent dominos, quomodo crescat ira. Hanc igitur omnibus his præmollivit: et postquam ei prius persuasit, ut omnia, quæcumque illa sint, alacriter subministrat, præparavitque illius animum ad omnem obedientiam, tunc subiungit preces, et dicit: 10. *Rogo te,* idque cum laudibus: *pro meo filio, quem genui in vinculis meis.* Rursus vincula exorandi vim habent. Et tum nomen Onesimum addit: non enim iram solum exstinxit, sed etiam delectationem attulit. Non enim ipsum, inquit, filium vocarem, nisi esset valde utilis. Quo Timotheum nomine appellavi, eodem et hunc. Et cum passim caritatem declarat, tum ex partu tempore eum adhortatur, *Vinctus eum genui,* inquit: ut etiam propterea dignus sit, qui in magno habeatur pretio, quia in ipsis certaminibus est progenitus, in ipsis pro Christo tentationibus. 11. *Onesimum, qui tibi aliquando inutilis erat.* Vide quanta prudentia, quomodo confiteatur ejus peccatum, et hac ratione exstinguat ipsius iram. Novi, inquit, quod inutilis fuerit, *Nunc autem tibi et mihi utilis erit.* Non dixit, Nunc autem tibi utilis erit, ne ille hoc negaret; sed etiam suam personam introduxit, ut certa spes esset: *Nunc vero mihi,* inquit, *et tibi valde utilem.* Si enim Paulo utilis, qui tam exactam requirit diligentiam, multo magis domino. 12. *Quem misi ad te.* Etiam per hoc iram ejus exstinguat, quod eum tradat. Maxime enim domini tunc irascuntur, quando pro absentibus rogantur, ut etiam hoc ipso eum magis mitigarit. *Tu autem ipsum, hoc est, mea viscera, suscipe.* Iterum non nudum ponit nomen, sed cum verbo exhortatorio, quod nomine filii calidius est. Dixit, *Filium;* dixit, *Genui:* ut consentaneum sit, eum maxime amare, quia in tentationibus ipsum genuerat. Constat enim, erga eos liberos nos maxime amore exardescere, quando pericula effugimus, et in illis eos genuimus: et cum Scriptura dicit: *Væ barochabel (a) (1. Reg. 4. 21)!* et rursus quando Rachel vocat Benjamin, *filium dicit doloris mei (Gen. 35. 18).* *Tu vero ipsum,* inquit, *hoc est viscera mea, suscipe.* Ostendit amorem suum maximum. Non dicit, *Recipe;* non dicit, *Ne irascaris;* sed, *Suscipe,* hoc est, non venia, sed honore dignus est. Quare? Filius Pauli factus est. 13. *Quem ego volebam pro te retinere, ut ministraret mihi in vinculis evangelii.* Vides, quam multis ante præparationibus usus, tunc ipsi honorem apud herum conciliavit? Et vide etiam hoc, quanta sapientia hoc agat: vide et

(a) Apparet compositum hoc nomen interpretem existimasse ex פיליוס, et פיליוס tener et forsasse פיליוס dominus. Equidem diu frustra quæsi, quis ille esset Barochabel. Tandem in mentem mihi venit, si forte intelligenda hæc sint de Icabod: cum soleant interdum Græci mire depravare nomina Hebræa. Et plane ita esse deprehendi. Pro Icabod enim 1 Sam. IV, 21, habent LXX interpretes Πιακοπαβελ, unde hoc magis etiam corruptum fluxisse satis constat. RAPHELIUS.

illud, quam obligatum esse demonstrat, et hoc, quam honoret. Invenisti, inquit, quo pacto mihi per illum ministrare possis. Hic ostendit, quod ipsius potius rationem habuerit quam servi, quia valde ipsum veneretur. 14. *Absque tua autem sententia*, inquit, *nilil volui facere, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum*. Hoc maxime emollit illum, qui rogatur, quando et res utilis est, ea ipso volente fit. Duo enim bona hinc nascuntur: et ille lucratur, et hic tutior redditur. Neque dicit, Ne ex necessitate; sed, *Ne velut ex necessitate*. Sciebam enim, inquit, quod etiamsi non fuisses praeamonitus, sed subito rem cognovisses, non indignareris; sed tamen ex abundantia, ne velut ex necessitate. 15. *Forsitan enim propterea separatus fuit ad horam, ut aeternum eum reciperes, non amplius ut servum*. Bene, *Forsitan*, posuit, ut cederet herus. Quia enim ex improbitate facta erat fuga et perversa mente, neque recto consilio, dicit, *Forsitan*. Neque dicit, Propterea fugit, sed, *Propterea separatus fuit*, leniore verbo magis mitigans. Neque dicit, Separavit seipsum; sed, *Separatus fuit*: neque enim hoc ejus fuit consilium, ut ob hanc illamve causam discederet. Quod et Josephus defendens fratres dicit: *Deus me huc misit* (Gen. 45. 5); hoc est, malitia eorum ad bonum usus est. *Propterea separatus fuit*, inquit, *ad horam*. Et tempus contrahit, et peccatum constituitur, et omnia vertit in divinam providentiam. *Ut aeternum ipsum*, inquit, *reciperes*, non in praesenti solum tempore, sed etiam in futuro, ut semper haberes ipsum, non amplius servum, sed praestantiozem servo: servus enim cum maneat, melius affectum eum habebis fratre. Itaque et temporis et qualitatis ratione lucratus es: posthac enim a te non resiliet. *Ut aeternum ipsum*, inquit, *ἀπέχης*, pro, *reciperes*. 16. *Non amplius ut servum, sed plus quam servum, fratrem dilectum, maxime mihi*. Servum amiseras ad parvum tempus, et fratrem invenies in perpetuum, fratrem non tuum solum, sed etiam meum. Illic etiam virtus magna est. Si autem meus frater est, non erubescas etiam tu pro fratre habere. Dum ergo filium appellavit, amorem ostendit; dum autem fratrem, benevolentiam summam et honoris aequalitatem declaravit.

3. Haec non sine causa scripta sunt, sed ne nos domini desperemus de servis, neque vehementer in eos saeviamus, sed discamus ignoscere peccata servis talibus; ne semper asperi simus, ne ob servitatem erubescamus eos etiam socios in omnibus assumere, si sint boni. Si enim Paulus non erubuit etiam filium appellare, et viscera, et fratrem, et dilectum, cur nos erubescamus? Et quid dico Paulus? Pauli Dominus non erubescit nostros servos fratres suos vocare: et nos erubescemus? Vide quam nos honoret: fratres suos vocat nostros servos, et amicos et cohaeredes. Ecce, quo descenderit. Quid ergo nobis faciendum est, ut omnia perfecisse dici possimus? Nihil omnino poterimus facere; sed quocumque humilitatis venerimus, major ejus pars adhuc reliqua est. Considera namque: quidquid tu feceris, erga conservum

facis; tuus autem herus erga tuos servos fecit. Audi et exhorresce: nunquam efferaris propter humilitatem. Fortasse ridetis haec verba, quod humilitas extollat; sed ne miremini: extollit, nisi genuina sit. Quomodo et qua ratione? Quando propterea fit, ut homines eam probent, et non Deus; quando fit, ut quis laudetur et magnos spiritus sumat. Etenim hoc diabolicum est. Sicut enim multi, eo quod non inaniter gloriantur, inaniter gloriantur: ita etiam, eo quod sese humiliter, se extollunt magnum sapiendo. Exempli gratia, venit quis frater, aut etiam servus: recepisti eum, pedes lavisti: statim alte sapis: Feci, inquit, quod nemo fecit, humilitatis munere functus sum. Qui ergo possit quis in humilitate manere? Si meminerit praecepti Christi, quo ait: *Cum omnia feceritis, dicite, Inutiles servi sumus* (Luc. 17. 10); itemque praeceptoris terrarum orbis, dicentis: *Ego meipsum non existimo apprehendisse* (Philipp. 3. 13). Qui sibi ipsi persuadet, quod nihil magni gesserit, quaecumque fecerit, hic solus animo humili esse potest, qui ad finem se pervenisse non existimat. Multi per humilitatem elati fuerunt. Sed ne nobis idem contingere patiamur. Fecisti aliquid humile? noli magnum sapere, alioqui omnia perdidisti. Talis erat Pharisaeus: efferebatur, quia dabat panperibus decimas; et omnia perdebat. Sed non sic publicanus (Luc. 18). Audi Paulum iterum dicentem: *Nullius rei mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* (1. Cor. 4. 4). Vides, quod non extulerit sese, sed omnibus modis depresserit et humiliarit, idque, cum in summum verticem pervenisset? Tres etiam pueri in igne erant et in media fornace, et quid dicebant? *Peccavimus, inique egimus cum patribus nostris* (Dan. 3. 29. 39). Hoc est cor contritum habere. Propterea poterant dicere: *Sed corde contrito, et spiritu humiliato accepti simus*. Ita et, postquam incidissent in fornacem, valde erant humiles, et magis quam antequam incidissent. Nam postquam viderunt miraculum, quod factum erat, seipsos salute indignos arbitantes, ad humilitatem deducti sunt. Quando enim persuasi sumus, non praeter meritum magna accepisse beneficia, tunc maxime contristamur. Quamquam quod beneficium illi praeter meritum acceperunt? Tradiderunt seipsos in fornacem, captivi abducti fuerunt, cum alii peccassent (adhuc enim juvenes erant), neque murmurabant neque irascebantur, neque dicebant: *Quaeso, quidnam nobis boni inde nascitur, quod servimus Deo? quid profecimus adorantes ipsum? hic impius est, et factus est noster dominus: cum idololatris ab idololatra cruciamur, in captivitatem ducti sumus, patria, libertate, patriis rebus omnibus excidimus, captivi et servi facti sumus, regi barbaro servimus*. Nihil horum dixerunt: quid vero? *Peccavimus, inique egimus; neque pro se, sed pro aliis fundunt preces: Regi insensissimo, inquit, et pessimo tradidisti nos* (Dan. 3. 29. 32). Rursus Daniel secundo in fossam leonum injectus, dicebat: *Recordatus est mei Deus* (Dan. 14. 37). Quidni recordaretur, o Daniel, quando illum glori-

κάκεινος κερδαίνει, καὶ οὗτος ἀσφαλέστερος καθίσταται. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἴνα μὴ κατὰ ἀνάγκην, ἀλλ', **Ὡς κατὰ ἀνάγκην**. Ἦδεν μὲν γὰρ, φησὶν, ὅτι καὶ μὴ μαθὼν, ἀλλὰ ἀθρόον γνοῦς, οὐκ ἂν ἤγανακτήσας, ἀλλ' ὄμως ἐκ πλείονος περιουσίας, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην. **Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὦραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, μηκέτι ὡς δούλον.** Καλῶς τὸ, **Τάχα, ἵνα εἴξῃ ὁ δεσπότης**. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ αὐθαθείας γέγονεν ἡ φυγὴ καὶ διεστραμμένης διανοίας, καὶ οὐκ ἀπὸ προαιρέσεως, λέγει, **Τάχα**. Καὶ οὐκ εἶπε, **Διὰ τοῦτο** ἐφυγεν, ἀλλὰ, **Διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη, εὐφημότερον ὀνόματι μάλλον πραθῶν.** Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐχώρισεν ἑαυτὸν, ἀλλ', **Ἐχωρίσθη**· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὸ κατασκευάσμα τὸ ἐπὶ τούτῳ ἀναχωρήσας, οὐδὲ ἐπ' ἐκείνῳ. Ὅπερ καὶ Ἰωσήφ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν φησὶν, ὅτι Ὁ Θεὸς ἀπέστειλέ με ἐνταῦθα· τουτέστι, τῇ κακουργίᾳ αὐτῶν εἰς δέον ἐκρήσατο. **Διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη, φησὶ, πρὸς ὦραν.** Καὶ τὸν χρόνον συστήλλει, καὶ τὸ ἀμάρτημα ὀμολογεῖ, καὶ τρέπει τὸ πᾶν εἰς οικονομίαν. **Ἴνα αἰώνιον αὐτὸν, φησὶν, ἀπέχῃς, οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον καιρῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ἵνα διαπαντὸς ἔχῃς αὐτὸν, οὐκέτι δούλον, ἀλλὰ τιμιώτερον δούλου·** δούλον γὰρ μένοντα εὐνοικώτερον ἔξεις ἀδελφοῦ. Ὡστε καὶ τῷ χρόνῳ κεκέρδακας καὶ τῇ ποιότητι· λοιπὸν γὰρ οὐκ ἀποπρῆθῃσι. **Ἴνα αἰώνιον αὐτὸν, φησὶν, ἀπέχῃς, ἀντὶ τοῦ, Ἄπολάθῃς. Οὐκέτι ὡς δούλον, ἀλλ' ὑπὲρ δούλου, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοί.** Δούλον ἀπόλεσας πρὸς ὀλίγον, καὶ ἀδελφὸν εὐρήσεις εἰς τὸ διηνεχῆς, ἀδελφὸν οὐ σὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμόν. Ἐνταῦθα καὶ ἡ ἀρετὴ πολλή. Εἰ δὲ ἐμὸς ἀδελφός, οὐκ ἐπαισχυνθήσῃ καὶ σύ. Διὰ μὲν οὖν τοῦ τέκνου τὴν στοργὴν ἔδειξε, διὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν εὐνοίαν τὴν πολλὴν καὶ τὴν ἴσoticμίαν.

γ'. Ταῦτα οὐκ ἀπλῶς ἀναγέγραπται, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπότηαι, μηδὲ σφόδρα αὐτοῖς ἐπιτιθώμεθα, ἀλλὰ μάθωμεν συγχωρεῖν τὰ ἀμαρτήματα τοῖς οἰκέταις τοῖς τοιοῦτοις, ἵνα μὴ αἰετραχεῖς ὦμεν, ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς δουλείας ἐπαισχυνώμεθα καὶ κοινωνοῦς αὐτοῦς ἐν πᾶσι λαμβάνειν, ὅταν ὦσιν ἀγαθοί. Εἰ γὰρ Παῦλος οὐκ ἐπαισχυνθῆ καὶ τέκνον καλέσαι, καὶ σπλάγγχων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀγαπητῶν, πῶς ἂν ἡμεῖς ἐπαισχυνθῶμεν; Καὶ τί λέγω, Πιλλῶς; ὁ Παῦλος δεσπότης οὐκ ἐπαισχύνεται τοὺς ἡμετέρους δούλους ἀδελφοὺς αὐτοῦ καλεῖν, καὶ ἡμεῖς ἐπαισχυνόμεθα; Ὅρα, πῶς ἡμᾶς τιμᾷ ἀδελφοὺς ἑαυτοῦ καλεῖ τοὺς ἡμετέρους δούλους, καὶ φίλους, καὶ συγκαληρονόμους. Ἰδοὺ ποῦ κατέβη. Τί οὖν ποιήσαντες ἡμεῖς, τὸ πᾶν ἡνωκότες ἐσόμεθα; (Ὁὐδὲν ὄλω; δυνησόμεθα, ἀλλ' ὅπου δ' ἂν ταπεινοφροσύνης ἔλθωμεν, [785] τὸ πλεον αὐτῆς ὑπολέλειπται. Σκόπει γὰρ· Ὅπερ ἂν ποιήσῃς σύ, περὶ τὸν ὀμόδουλον ποιεῖς, ὁ δὲ σὸς δεσπότης περὶ τοὺς σὸς δούλους πεποιήκεν. Ἄκουσον, καὶ φησὶν· Μηδέποτε ἐπαρθῆς ἐπὶ ταπεινοφροσύνη. Τάχα γελάτε τὸ λεγθῆν, εἰ ταπεινοφροσύνη ἐπαίρει· ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε· ἐπαίρει, ὅταν μὴ γνησίᾳ ᾖ. Πῶς καὶ τίνι τρόπον; Ὅταν διὰ τὸ ἀποδέξασθαι ἀνθρώπους γέννηται, καὶ οὐχὶ Θεὸν, ὅταν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι καὶ μεγαλοφρονεῖν· καὶ γὰρ τοῦτο διαβολικόν. Ὅπερ γὰρ πολλοὶ διὰ τὸ μὴ κενόδοξον· ἐν κενόδοξοῦσιν· οὕτω καὶ διὰ τὸ ταπεινού-

σθαι ἐπαίρονται διὰ τὸ μέγα φρονεῖν. Οἶον, ἦλθέ τις ἀδελφός ἢ καὶ οἰκέτης, προσελάβου αὐτὸν, τοὺς πόδας ἐνψίας, εὐθέως μέγα ἐφρόνησας· Ἐποίησα, λέγεις, ὁ οὐδέεις ἐποίησε, κατῶρθωσα τὴν ταπεινοφροσύνην. Πῶς οὖν ἂν τις ἐν τῇ ταπεινοφροσύνη μῆνοι; Εἰ μνημονεύει τῆς παραγγελίας τοῦ Χριστοῦ τῆς λεγοῦσης· Ὅταν πάντα ποιήσῃς, λέγεις, ὅτι Ἄχρητοι δούλοι ἐσμεν· καὶ πάλιν τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης λέγοντος· Ἐγὼ ἑμαυτὸν οὐ λογιζομαι κατελιγμένος. Ὁ πείσας ἑαυτὸν, ὅτι οὐδὲν μέγα κατῶρθωσεν, ὅσα ἂν ποιήσῃ, οὗτος μόνος ταπεινοφρονεῖν δύναται, ὁ μὴ πρὸς τὸ τέλος ἤκρινονομίζων. Πολλοὶ ἀπὸ ταπεινοφροσύνης ἐπήρθησαν. Ἀλλὰ μὴ ἡμεῖς τοῦτο πάθωμεν. Ἐποίησά· τι ταπεινόν; μὴ φρονήσης μέγα, ἐπεὶ τὸ πᾶν ἀπόλεσας. Τοιοῦτος ἦν ὁ Φαρισαῖος· ἐπήρθη, ἐπειδὴ ἰδίῳ τοῖς πέντησι τὰς δεκάτας, καὶ τὸ πᾶν ἀπόλεσεν. Ἄλλ' οὐχ ὁ τελώνης οὕτως. Ἄκουε Παύλου πάλιν λέγοντος· Οὐδὲν ἑμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαιώμαι. Ὅρθς, ὅτι οὐκ ἐπήρην αὐτὸν, ἀλλὰ παντοίως συνέτελλε καὶ ἐταπεινῶν, καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἄκρην κορυφῆν ἀνεληλυθώς; Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν πυρὶ ἦσαν, καὶ ἐν λέσῃ τῇ καμίνῳ, καὶ τί ἔλεγον; **Ἠμάρτομεν, ἠνομήσαμεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν.** Τοῦτο ἐστι καρδίαν συντετριμμένην ἔχειν. Διὰ τοῦτο ἠδύναντο λέγειν· **Ἄλλ' ἐν καρδίᾳ συντετριμμένη, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείμεν.** Οὕτω καὶ μετὰ τὸ ἐμπεσεῖν εἰς τὴν κάμινον, σφόδρα ἦσαν τεταπεινωμένοι, καὶ μάλλον ἢ πρὸ τοῦ ἐμπεσεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδον τὸ θαῦμα τὸ γενόμενον, ἀναξίους νομίσαντες ἑαυτοὺς τῆς σωτηρίας, εἰς ταπεινοφροσύνην κατηγήθησαν. Ὅταν γὰρ πεισθῶμεν, ὅτι παρ' ἀξίαν μεγάλα εὐηργετημέθα, τότε μάλιστα ἀνωμέμεθα. Καίτοι· τί παρ' ἀξίαν εὐηργετήθησαν ἐκεῖνοι; Ἐξέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς κάμινον, ἐξηχμαλωτίσθησαν, ἐτέρων ἀμαρτότων (ἔτι γὰρ νέοι ἦσαν) καὶ οὐκ ἐγόγγυσαν, οὐδὲ ὠργίσθησαν, οὐδὲ εἶπον· Ναί, τί γὰρ ἡμῖν ἀγαθόν, ὅτι δουλεύομεν τῷ Θεῷ; τί ὠφελήσαμεν προσκυνοῦντες αὐτόν; Οὗτος ἀσεβής ἐστι, καὶ γέγονεν ἡμῶν δεσπότης· μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν ὑπὸ τοῦ εἰδωλολάτρου κολαζόμεθα, εἰς αἰχμαλωσίαν ἤχθημεν, πατρίδος ἐξεπέσομεν, ἐλευθερίας, τῶν πατρῶων ἀπάντων, αἰχμάλωτοι καὶ δούλοι γεγόναμεν, βασιλεῖ βαρβάρῳ δουλεύομεν. Οὐδὲν τούτων εἶπον· ἀλλὰ τί; **Ἠμάρτομεν, ἠνομήσαμεν**· καὶ οὐδὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιοῦνται τὴν δέησιν· **Ὅτι βασιλεῖ, φασὶν, ἐχόλιτω καὶ πονηροτάτῳ [784] παρέδωκας ἡμᾶς.** Πάλιν ὁ Δανιὴλ δεύτερον εἰς λάκκον ἐμβεβλημένος, ἔλεγεν· **Ἐμνήσθη μου γὰρ ὁ Θεός.** Διὰ τί οὐκ ἂν ἐμνήσθη, ὦ Δανιὴλ, ὅτε αὐτὸν ἐδόξασας ἐπὶ τοῦ βασιλέως, λέγων· **Καὶ ἐγὼ οὐκ ἐν τῇ σοφίᾳ τῇ οὕσῃ ἐν ἐμοί· ἀλλ' ὅτε ἐνεβλήθη εἰς λάκκον λεόντων διὰ τὸ μὴ ὑπακοῦσαι τῷ πονηροτάτῳ δόγματι ἐκείνῳ, διὰ τί οὐκ ἂν ἐμνήσθη; Δι' αὐτὸ δὴ τοῦτο. Οὐχὶ δι' αὐτὸν ἐμβέβλησαι νῦν; Ναί, φησὶν, ἀλλὰ πολλῶν ὀφειλέτης εἰμί. Εἰ δὲ ἐκεῖνος τοιαῦτα μετὰ τοσαύτην ἀρετὴν, τί ἂν εἴποιμεν λοιπὸν ἡμεῖς; Ἄλλ' ὁ Δαυὶδ ἄκουε τὸ ἐφησὶ· **Καὶ ἐὰν εἴπω μοι· Οὐ τεθέληκά σε, ἰδοὺ ἐγὼ· ποιεῖτω μοι τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ·** καίτοι μυρία ἔχων εἶπεν ἑαυτοῦ κατορθώματα. Καὶ ὁ Ἠλὶ δὲ φησὶ· **Κύριος αὐτός, τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ πεποίησε.****

8'. Τοῦτο δούλων εὐγνωμόνων, μὴ μόνον ἐν ταῖς εὐεργεσίαις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς κολάσεσι, καὶ ἐν ταῖς τιμωρίαις τὸ πᾶν αὐτῷ παραχωρεῖν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄσπονον, εἰ ἡμεῖς μὲν δεσπότες ἐώμεν τύποντας τοὺς εἰκέτας, εἰδότες ὅτι φείδονται αὐτῶν, ἅτε αὐτῶν θνῶν ἐκείνων, ὃ δὲ θεὸς κολάζων οὐ φείσεται; Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἠνέφατο εἰπών· *Ἐὰν τε ζῶμεν, ἅαν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν.* Οὐ βούλεται αὐτῷ, φησί, τὸν πλοῦτον ἐλαττωθῆναι, οἶδε πῶς κολάζει, οἰκείους κολάζει παῖδας. Οὐδεὶς ἡμῶν μᾶλλον αὐτοῦ φείδεται τοῦ ἐκ τοῦ μὴ θνῶς εἰ; τὸ εἶναι παραγαγόντος ἡμᾶς, τοῦ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντος, τοῦ βρέχοντος, τοῦ ψυχῆν ἐμπνέοντος, τοῦ τὸν Ἰὶδν αὐτοῦ δεδωκότος ὑπὲρ ἡμῶν. Ἄλλ' ὅπερ ἔφη, καὶ δι' ὃ πάντα μοι ταῦτα εἰρηται, ταπεινοφρονῶμεν, ὡς χρῆ, μετριάζωμεν, ὡς χρῆ· μὴ ἀφορητῆ ἡμῖν τοῦτο γενέσθω ἐπάρσεως. Ταπεινὸς εἶ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ταπεινότερος; μὴ διὰ τοῦτο μέγα φρόνει, μηδὲ ἐτέροις οὐνεῖδε, μὴ ἀπολέσῃς τὸ καύχημα. Διὰ τοῦτο ταπεινοφρονεῖς, ἵνα ἀπονοίας ἀπαλλαγῆς. Ἄν τοῖνον δι' αὐτῆς εἰς ἀπόνοιαν πέσης, κρεῖττον μὴ ταπεινοφρονεῖν. Ἄκουε γὰρ Παύλου λέγοντος· *Διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατασφραγίσται θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἢ ἁμαρτία διὰ τῆς ἔντολῆς.* Ὅταν εἰς ἔνοιαν ἔλθῃς θαυμάσαι ἑαυτὸν ἐπὶ ταπεινοφροσύνῃ, νόησον τὸν δεσπότην σου, ποῦ κατῆθε, καὶ οὐκέτι θαυμάσῃς αὐτὸν οὐδὲ ἐπαυνέσεις, ἀλλὰ καὶ καταγέλασις σαυτοῦ ὡς οὐδὲν πεποιηκότος. Πάντως ἑαυτὸν ὀφειλέτην εἶναι νόμιζε. Ἄπερ ἂν ποιήσης, ἐκείνην ἀναμνήσκου τὴν παραβολὴν, *Τίς ἐξ ὑμῶν*, φησὶν, *δὲ ἔχει δούλον, μὴ εἰσελθόντι αὐτῷ, Ἀνάσσειν, λέγει; Οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλὰ, Στῆθι, καὶ διακόνει μοι.* Μὴ χάριν ἴσμεν τοῖς οἰκέταις ἡμῶν διακονοῦμενοις ἡμῖν; Οὐδαμῶς. Ἄλλ' ὁ θεὸς ἡμῖν οἶδε χάριν οὐκ αὐτῷ διακονοῦμένοις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν συμφέρον ποιοῖσι. Πλὴν ἀλλὰ μὴ οὕτω διακεῶμεθα, ὡς χάριν εἰδότες αὐτοῦ, ἵνα μᾶλλον εἰδῆ, ἀλλ' ὡς ὀφειλὴν ἐκπληροῦντες· καὶ γὰρ θνῶς ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα, καὶ ὀφειλῆς ἐστὶ πάντα, ἅπερ ἂν πράττωμεν. [785] Εἰ γὰρ ἀργυροῦ παιδᾶς ὠνούμενοι, πάντα ἡμῖν αὐτοὺς ζῆν βουλόμεθα, καὶ ὅσα ἂν ἔχωσιν ἡμῖν ἔχειν, πόσω μᾶλλον ὃ ἐκ τοῦ μὴ θνῶς εἰς τὸ εἶναι παραγαγόν, ὃ μετὰ ταῦτα τιμῆν αἵματι ἡμᾶς πριάμενος; Τιμὴν κατέβαλν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅσην οὐδεὶς οὐδὲ ὑπὲρ τέκνου καταβαλεῖν ἂν ἀνάσχοιτο, τὸ αἶμα ἐξέχεε τὸ ἑαυτοῦ. Ἄν οὖν μυρίας ἔχοντες ψυχὰς, ταῦτας πάσας κατα-

θώμεθα, ἄρα τὴν ἴσην ἀποδώσομεν; Οὐδαμῶς. Διὰ τὸ ὅτι αὐτὸς οὐκ ὀφείλων ἡμῖν τοῦτο πεποιήκεν, ἀλλὰ τὸ πᾶν χάριτος γέγονεν, ἡμεῖς δὲ λοιπὸν ὀφειλομεν. Καὶ αὐτὸς θεὸς ἂν, δούλος γέγονεν, καὶ οὐκ ἂν ὑπὸ θάνατον, ὑπὸ τὸν θάνατον γέγονεν ἐν σαρκὶ· ἡμεῖς δὲ, κἂν μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ καταθώμεθα τὰς ψυχὰς, τῷ νόμῳ τῆς φύσεως πάντως καταθησόμεθα, καὶ ἔκοντες μικρὸν ὕστερον αὐτῆς ἀποστησόμεθα. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων, κἂν μὴ δι' αὐτὸν αὐτὰ δώμεν, διὰ τὴν τῆς τελευτῆς ἀνάγκην ἀποδώσομεθα. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ταπεινοφροσύνης, κἂν μὴ δι' αὐτὸν ταπεινοφρονήσωμεν, διὰ τὰς θλίψεις, διὰ τὰς συμφορὰς, διὰ τὰς δυναστείας ταπεινωθήσομεθα. Ὅρα οὖν, ὅση ἡ χάρις; Οὐκ εἶπε· Τί γὰρ μέγα ποιοῦσιν οἱ μάρτυρες; κἂν μὴ δι' ἐμὲ ἀποθάνωσι, τεθνήσκονταί πάντως· ἀλλὰ πολλὴν αὐτοῖς οἶδε χάριν, ὅτι ἔκοντες ἀποτίθενται ὅπερ ὕστερον ἀπὸ τῆς φύσεως ἄκοντες ἐμελλον. Οὐκ εἶπε· Τί γὰρ μέγα ποιοῦσιν οἱ τὰ χρήματα κενούντες; πάντως αὐτὰ ἀποθήσονται καὶ ἄκοντες, ἀλλὰ πολλὴν καὶ τοῦτο οἶδε χάριν, καὶ οὐκ ἀσυχνεται ἐπὶ πάντων ὁμολογῶν, ὅτι ἐτράφη παρὰ τῶν δούλων ὁ δεσπότης. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δόξα δεσπότη, τὸ οἰκέτας ἔχειν εὐγνώμονας· καὶ τοῦτο δόξα δεσπότη, τὸ οὕτω φιλεῖν αὐτὸν τοὺς δούλους· καὶ τοῦτο δόξα δεσπότη, τὸ οἰκειοῦσθαι τὰ ἐκείνων· καὶ τοῦτο δόξα δεσπότη, τὸ μὴ ἐπαυνέσθαι ἐπὶ πάντων ὁμολογῶν. Αἰδεσθῶμεν τοῖνον τὴν τσαυτὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, διαθερμανθῶμεν τῷ φίλτρῳ. Κἂν ταπεινὸς ἦ τις, κἂν εὐτελής, ἀκούωμεν δὲ ὅτι φιλεῖ ἡμᾶς, μάλιστα πάντων διαθερμαινόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰς τιμὴν αὐτὸν ἄγομεν σφοδρᾶν· καὶ ἡμεῖς φιλοῦμεν, ὃ δὲ δεσπότης ἡμῶν ἡμᾶς φιλεῖ τοσοῦτον, καὶ οὐ διανιστάμεθα; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ οὕτω βέβηθοι γινώμεθα περὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν, καὶ πάντα κενώσωμεν εἰς τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, καὶ ψυχῆν, καὶ χρήματα, καὶ δόξαν, καὶ πᾶν ὅτιοῦν, μετὰ χαρᾶς, μετὰ εὐφροσύνης, μετὰ προθυμίας, μὴ ὡς ἐκείνῳ τι παρόντες, ἀλλ' ὡς ἡμῖν αὐτοῖς. Τοιοῦτος γὰρ τῶν φιλοῦντων ὁ νόμος. Εὐ πάσχειν ἠγοῦνται, ὅταν κακῶς πάσχωσι διὰ τοὺς φιλοῦμένους. Οὕτω τοῖνον καὶ ἡμεῖς διακεῶμεθα περὶ τὸν δεσπότην τὸν ἡμέτερον, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## [786] ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

*Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινῶν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. Εἰ δὲ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, ἐμοὶ τοῦτο ἐλλόγησι.* Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐμῷ ἀποτίσω, ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ συντόν σου προσφείλεις.

α'. Οὐδὲν οὕτω πρᾶγμα παραινέειν οἶδεν, ὡς τὸ μὴ πάντα ἄθρονον αἰτεῖν. Ὅρα γὰρ μετὰ πόσα ἐγκλήματα, μετὰ πόσῃν κατασκευῇ τὴ μέγα τοῦτο ἔθηκε. Μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι Τέκνον μου, ὅτι κοινῶνς τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι σπλάγγνα, ὅτι ἀδελφὸν αὐτὸν ἀπέχεις, ἵτι ὡς ἀδελφὸν ἔχε, τότε ἐπήγαγεν, Ὡς ἐμέ. Καὶ οὐκ ἠσυχύθη τοῦτο Παῦλος. Ὅ γὰρ μὴ αἰσχυρόμενος; δούλος κληθῆναι τῶν πιστῶν, ἀλλὰ καὶ ὁμολογῶν τοῦτο, πολλῶ μᾶλλον τοῦτο οὐκ ἂν παρητήσατο. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτο

ἐστίν· Εἰ τὰ αὐτὰ μοι φρονεῖς, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τρέχεις, εἰ φίλον ἤγῃ, προσλαβοῦ αὐτὸν, ὡς ἐμέ. Εἰ δὲ τι ἠδίκησεν. Ὅρα, ποῦ τέθεικε καὶ κότε τὸ ἀδικημα· ὕστερον, μετὰ τὸ πολλὰ ὑπὲρ τούτου προειπεῖν. Ἐπεὶ γὰρ μάλιστα ἡ τῶν χρημάτων ζημία δάκνειν εἴθε τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα μηδὲ ὑπὲρ τοῦτων ἐγκαλέσῃ (εἰκὸς γὰρ αὐτὰ καὶ καταγαλῶσθαι)· τότε τοῦτο εἴθησι καὶ φησιν· Εἰ δὲ τι ἠδίκησεν. Οὐκ εἶπεν· Εἰ τι ἐκλεψεν, ἀλλὰ τί; Εἰ τι ἠδίκησεν. Ἄμα καὶ τὸ ἀμάρτημα ὁμολόγησε, καὶ οὐκ ὡς δούλου ἀμάρτημα, ἀλλ' ὡς φίλου πρὸς φίλον, τῷ τῆς ἀδικίας μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς κλοπῆς ὀνόματι χρῆσάμενος. Τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγησι, φησὶ· τοῦτέστι, Πρὸς ἐμὲ ἔχε τὴν ὀφειλὴν, ἐγὼ ἀποτίσω. Εἶτα καὶ μετὰ



facisti coram rege, dicens: *Et ego non in sapientia, quæ est in me (Dan. 2. 30)*. Et quando injiciebaris in fossam leonum, quod non obedires pessimo mandato illi, quidni recordaretur? Propter hoc sane ipsum recordatus est. Nonne propter eum nunc injectus faisti? Sane, inquit, sed multorum debitor sum. Quod si illa talia dicit post tantam virtutem, quid jam nos dicamus? Sed David, quid dicat audi: *Et si dixerit mihi, Nolui te, ecce ego, factat mihi quod acceptum est coram se (2. Reg. 15. 25)*; quamquam sua innumera recte facta poterat proferre. Heli etiam dicit: *Dominus ipse est, quod acceptum est coram se faciet (1. Reg. 3. 18)*.

4. Hoc proborum servorum est, non solum inter beneficia, sed etiam in pœnis et cruciatibus omnia ipsi committere. Qui enim non absurdum sit, si nos quidem heros sinamus verberare servos, quod sciamus, eos ipsis parcere, utpote qui ipsorum sint, Deus autem puniens non parceret? Hoc etiam Paulus indicat dicens: *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus (Rom. 14. 8)*. Non vult sibi, inquit, divitias imminui (a); novit quomodo puniat, suos punit servos. Nemo nobis magis parcit quam ille, qui, cum non essemus, nos produxit ut essemus, qui solem oriri facit, qui pluit, qui animam inspirat, qui Filium suum dedit pro nobis. Verum quod dixi, et cujus rei gratia hæc a me omnia dicta sunt, modesti simus, ut decet: ne occasio nobis hoc fiat elationis. Humilis es, et omnibus hominibus humilior? ne propterea altum sapias, neque aliis exprobres, ne perdas gloriam. Propterea humilis es, ut ab arrogantia libereris. Si ergo per ipsam in arrogantiam incidas, melius esset, non humiliter esse. Audi enim Paulum dicentem: *Per bonum mihi operatur mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per præceptum (Rom. 7. 13)*. Quod si in eam cogitationem venias, ut admireris te ipsum ob humilitatem, cogita Dominum tuum quod descenderit, et non amplius admiraberis te ipsum neque laudabis, sed etiam deridebis te ipsum, ut qui nihil feceris. Omnino te ipsum debitorem existima. Quæcumque feceris, illius recordare parabolæ: *Quis ex vobis est, inquit, qui habet servum, num ingresso ipsi dicit, Accumbe? Non, dico vobis, sed, Sta et ministra mihi (Luc. 17. 7)*. Num gratiam habemus servis nostris ministrantibus nobis? Nequaquam. At vero Deus nobis habet gratiam, non ipsi ministrantibus, sed quod nobis expedit facientibus. Verum tamen ne ita simus affecti, tamquam illo gratiam habente, ut magis habeat, sed tamquam debito officio fungentes: nam revera etiam debitum hæc res est, et debita sunt omnia, quæcumque facimus. Nam

(a) Dicit: cum Deus nos in divitiarum ioco habeat, non vult nos gravitate pœnarum opprimi, ne delendis nobis opes suas imminuat.

si, cum servos pecunia emimus; per omnia nobis eos vivere volumus, et, quæcumque habent, nobis habere: quanto magis is qui, cum non essemus, ut essemus nos produxit, qui præterea pretioso sanguine nos redemit? Pretium solvit pro nobis, quantum nemo pro filio quidem solvere sustineret; suum ipsius effudit sanguinem. Si ergo innumeras haberemus animas, easque omnes poneremus, num par redderemus? Nequaquam. Quare? Quia ipse non, eum nobis aliquid deberet, hoc fecit, sed omnia ex gratia facta sunt; nos autem jam illi debitores sumus. Et ipse cum Deus esset, servus factus est, cumque non esset sub morte, morti obnoxius factus est in carne; non vero etiamsi non pro ipso ponamus animas, lege naturæ omnino ponemus, et inviti paulo post ab ipsa abscedemus. Eadem et in pecuniis ratio; etsi non propter ipsum eas demus, propter mortis tamen necessitatem reddemus. Ita et de humilitate sentiendum; etsi non propter ipsum humiles simus, per afflictiones, per calamitates, per potentiorum metum humiliabimur. Vides igitur, quanta sit gratia? Non dicit: Quidnam magni faciunt martyres? etiamsi non propter me moriantur, mox tamen omnino morientur; sed magnam ipsis habet gratiam, quia volentes deponunt, quod postea jure naturæ inviti deponerent. Non dicit: Quidnam magni faciunt qui pecunias largiendo exhauriunt? omnino eas relinquent etiam inviti, verum magnam et his habet gratiam, neque erubescit coram omnibus fateri, quod nutritus fuerit a servis dominus. Etenim et hæc est gloria domini, servos habere gratos; et hæc est gloria domini, sic amare ipsum servos; et hæc est gloria domini, posse illorum bonis uti pro suis; et hæc est gloria domini, non erubescere coram omnibus fateri. Revereamur igitur hanc tantam caritatem Christi, amore ardeamus. Quamvis humilis sit aliquis, quamvis vilis, si tamen audiamus ab eo nos amari, maxime omnium incalescimus erga illum, et in magno eum habemus pretio: et nos eum amamus, Dominus autem noster nos adeo amat, et non excitamur? Ne, quæso, ne ita segnes simus circa salutem animarum nostrarum; sed et diligamus pro viribus nostris, et omnia impendamus in amorem ipsius, et animam et pecunias et gloriam, et alia omnia cum gaudio, cum delectatione, cum atacritate, non quasi illi quid præbentes, sed quasi nobis ipsis. Hæc enim amantium lex. Beneficiis se affici existimant, quando mala patiuntur propter eos, quos amant. Sic igitur et nos simus affecti erga Dominum nostrum, ut et futurorum participes fiamus bonorum, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri sit gloria, cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA III.

17. Si igitur habes me socium, suscipe illum sicut me.  
18. Si quid vero te læsit, aut debet, hoc mihi imputa.  
19. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes.

1. Nulla res adeo exhortari valet, quam non omnia simul petere. Vide enim, post quantas laudes, post quantam præparationem, magnum hoc posuerit. Postquam dixisset, Est filius meus, est socius even-

geli, est viscera, fratrem ipsum recipis, tamquam fratrem habe: tunc addidit, *Tamquam me*. Neque hoc erubuit Paulus. Qui enim non erubescit servus fidelium appellari, sed etiam hoc profitetur, multo magis hoc non recusarit. Quod vero dicit, hoc est: Si eadem tecum sentis, et eandem curris viam, si amicum existimas, suscipe illum tamquam me. *Si vero quid injuste egit*. Vide, ubi posuerit et quando injuriam: postremo, postquam multa de eo dixit. Quia enim maxime pecuniarum jactura mordere solet homines, ut ne de his conqueratur (verisimile enim, eas jam fuisse absumptas), tunc hoc ponit et dicit: *Si vero injuste egit*. Non dicit: Si quid furatus est; sed quid? *Si quid injuste egit*. Simul et delictum confitetur, sed non tamquam servi delictum, sed tamquam amici contra amicum, injustitiæ potius, quam furti nomine usus. *Hoc, inquit, mihi imputa*; hoc est, a me exige debitum, *ego dependam (a)*. Deinde etiam cum spirituali gratia ait: *Ego Paulus scripsi mea manu*; adhortatorie simul hæc scribens et festive, si, cum pro hoc et cautionem exarare Paulus non recusarit, hunc ipse recusaret suscipere. Hoc vehementer et ipsum commovit, et perturbatione liberavit Onesimum. *Et Mea manu, inquit, scripsi*. Nihil est visceribus hisce calidius, nihil diligentius, nihil promptius. Pro uno homine vide quantam agat curam. *Ut ne dicam, inquit, tibi, quod et te ipsum mihi insuper debeas*. Deinde, ne videretur contumelia esse in eum qui rogabatur, si non ausus esset pro furto rogare, et impetrare desperasset: etiam hoc aliquo modo emollit; *Ut ne dicam, inquit, quod etiam te ipsum mihi insuper debeas*; non tua solum, sed etiam te ipsum. Etiam hoc ex amore et secundum amicitiam legem, et quod illi valde consideret (b), dicebat. Vide quam ubique utriusque rei curam agat, et ut magna cum diligentia roget, et ne hoc esset signum parvæ erga illum fiduciam. *Obsecro, frater*. Quid est, *Obsecro, frater*? Suscipe, inquit, illum: hoc enim exterius oportet subaudire. Omittens enim sermonem festivum, iterum ad priora, ad seria venit. Quamquam et hæc seria sunt: quæ enim a sanctis proferuntur, seria ea sunt, etiamsi aliquantum festivo sermone utantur. 20. *Obsecro, frater, ego te fruor in Domino: refocilla mea viscera in Christo*. Hoc est, Domino hoc gratificare, non mihi. *Viscera mea erga te*. 21. *Confisus obedientiæ tuæ scripsi tibi*. Quem lapidem hæc non emollirent? quam feram hæc non emollirent? quam feram hæc non mitigarent, et impellerent ad humanissime suscipiendum? Postquam tantarum virtutum testimonium ei tribuit, non recusat etiam iterum excusatione uti. Non simpliciter dicit, neque præcipiens, neque arrogancia utens, sed, *Confisus obedientiæ tuæ scripsi hæc*. Quod etiam in principio dixerat, *Fiduciam habens*, hoc etiam hic dicit ad obsequendam (sive confirmandam) epistolam. *Sciens*

(a) Verba juris solemnia, cum alter alterius nomen in se recipit, et commutantur debitores. DONÆUS.

(b) Coniectum est excidisse e textu Græco particulam negativam μή, quæ restitui debeat. Tunc in interpretatione legendum esset, et quod illi non valde consideret.

quod etiam ultra quam dico facturus sis. Simul etiam excitavit eum, dum hoc dixit. Nam si nihil aliud, certe puidisset eum ne in tantum quidem facere, cum ita Paulus de ipso existimet, quod etiam supra quam dicat faciat. 22. *Simul autem etiam para mihi hospitium. spero enim, quod per preces vestras donabor vobis*. Et hoc valde confidentis erat; imo magis etiam hoc faciebat pro Onesimo, ne essent negligentes, sed ut scientes, quod omnino reversus auditorus esset ejus statum, omnem injuriæ memoriam abjicerent, magisque benevolos se præberent. Ingens enim erat gratia et auctoritas Pauli præsentis, Pauli post ætatis, Pauli post vinculorum mentionem. Hoc rursus est amoris ipsorum argumentum, quod eos orare dicit, et quod tantum eis tribuit, ut orent pro ipso. Nam etsi nunc in periculis sum, tamen videbitis me, si oretis. 23. *Salutat te Epaphras meus captivitatis socius in Christo Jesu*. Hic a Colossensibus fuerat missus (Col. 4); ut etiam ex hoc constet, Colossis fuisse quoque Philemonem. Captivitatis autem socium eum vocat, ostendens et ipsum in multa esse afflictione. Itaque etsi non propter illum ipsum, propter hunc tamen par erat eum audiri. Qui enim in afflictione est, et sua negligit, ea autem quæ aliorum sunt curat, debet audiri. Præterea etiam adhortatur eum, si civis illius et captivitatis socius ipsi factus est, et una affigitur, hic vero ne quidem pro suo servo rogatus gratiam præstet. Et addit, *Meus captivitatis socius in Christo Jesu*, id est, propter Christum. 24. *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adjutores mei*. Cur tandem Lucam ultimum ponit, cum tamen dicat alibi, *Lucas est solus tecum*? Et Demas, inquit, unus erat eorum, qui ipsum reliquerant, et amaverant præsens sæculum (2. Tim. 4. 11. 9). Hæc autem etsi et alibi dicta sunt, tamen indiscussa non oportet prætermitti, neque vulgariter audire aut obiter. Quomodo vero jubet illos salutare eum, qui ipsum reliquerat? nam *Erastus, inquit, mansit Corinthi* (2. Tim. 4. 20). Epaphram quidem, et ut notum ipsis et inæ oriundum addit, et Marcum tamquam et ipsum egregium: cur vero his annumerat Demam? Fortassis postmodum factus est negligentior, quando pericula illa vidit plurima. Lucas itaque, qui ultimus erat, factus est prius. Et ab his quidem eum salutat, adhortans eum vehementius ad obedientiam, et adjutores vocat, etiam hac ratione exstimulans eum ad rogationem. 25. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen*.

2. Voto epistolam clausit. Est autem votum magnum quidem bonum et salutare, et animarum nostrarum custodia: magnum vero, si digna illo agamus, et non indignos nos ipso reddamus. Et tu igitur cum accesseris ad sacerdotem illeque dixerit, Miserebitur tui Deus, fili: ne verbo solum confidas, sed etiam operam adde, fac misericordia dignum. Benedicet tibi Deus, fili, si quidem facias opera benedictionis; benedicet, si miserearis proximi: quæ enim volumus consequi a Deo, hæc prius impertiri proximis debemus; si vero proximos illis defraudamus,

χάριτος τῆς πνευματικῆς· Ἐγὼ Παῦλος Ἐγραψά τῇ ἐμῇ χειρὶ· καὶ ἐντροπετικῶς ἅμα καὶ χαριέντως, εἴ γε ὑπὲρ τούτου καὶ γραμματεῖον ἐκτέλεσαι· Παύλου μὴ παρατιτασμένον, τοῦτον αὐτὸς· παραιτησεται προσλαβεῖν. Τοῦτο σφόδρα καὶ αὐτὸν ἐδουάπησε, καὶ τῆς ἐνοχλήσεως ἀπήλλαξε τὸν Ὀνήσιμον. Καὶ τῇ ἐμῇ χειρὶ, φησὶν, Ἐγραψα. Οὐδὲν τῶν σπλάγγων θερμότερον τούτων, οὐδὲν σπουδαιότερον, οὐδὲν προθυμότερον. Ὑπὲρ ἐνδῶ· ἀνδρὶς δὲρα πόσην ποιεῖται πρόνοιαν. Ἴνα μὴ λέγω, φησὶ, σοί, ὅτι καὶ σεαυτὸν μοι προσοφείλεις. Εἶτα ἵνα μὴ δόξη εἶναι ὕβρις εἰς τὸν ἀξιούμενον, εἴ γε μὴ ἐθάβρησεν ὑπὲρ κλοπῆς ἀξιώσει καὶ τυχεῖν, καὶ τοῦτο πως παραμυθεῖται· Ἴνα μὴ λέγω, φησὶν, ὅτι καὶ σεαυτὸν μοι προσοφείλεις· οὐ τὰ σαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν. Καὶ τοῦτο ἀπὸ ἀγάπης καὶ κατὰ τὸν τῆς φιλίας λόγον, καὶ τοῦ σφόδρα θαρβῆν ἦν. Ὅρα πῶς πανταχοῦ ἀμφοτέρων ἐπιμελεῖται, κατὰ τοῦ μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας ἀξιοῦν, καὶ τοῦ μὴ τοῦτο γενέσθαι τεκμήριον τοῦ σφόδρα θαρβῆν αὐτῷ. *Ναί, ἀδελφέ.* Τί ἐστὶ, *Ναί, ἀδελφέ;* Προσλαβοῦ, φησὶν, αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἔξωθεν [787] δεῖ προσυπακούειν. Ἄφεις γὰρ τὴν χαριεντισμὸν, πάλιν ἔχεται· τῶν προτέρων, τῶν σπουδαίων. Καίτοι καὶ ταῦτα σπουδαῖα· τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ αὐτὰ σπουδαῖα, κἴν χαριεντίζονται τι. *Ναί, ἀδελφέ, ἐγὼ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ· ἀνάγκασόν μου τὰ σπλάγγνα ἐν Χριστῷ.* Τοῦτέστι, τῷ Κυρίῳ δίδω, τὴν χάριν, οὐκ ἔμοι. *Τὰ σπλάγγνα,* τὰ παρὶ σέ. *Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι.* Ποῖον λίθον ταῦτα οὐκ ἂν ἐμάλαξε; ποῖον θηρίον ταῦτα οὐκ ἂν κατεπράυνε, καὶ παρεσκεύασε γνησίως· προσδέξασθαι; Μετὰ τὸ ἐν κατορθώμασι τηλικούτοις αὐτῷ μαρτυρησαι, οὐ παραιτεῖται καὶ πάλιν ἀπολογεῖσθαι. Οὐχ ἀπλῶς φησιν, οὐδὲ ἐπιτάττων, οὐδὲ ἀυθαδιαζόμενος, ἀλλὰ, *Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι.* Ὅπερ κατ'ἀρχόμενος εἶπε· *Πυθῆρισαν ἔχω,* τοῦτο καὶ ἐνταῦθα λέγει εἰς τὸ ἐπισφραγίσαι τὴν ἐπιστολὴν. *Εἰδὼς, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω ποιήσεις.* Ἄμα καὶ διήγειρεν εἰπὼν τοῦτο· ἡσχύνθη γὰρ ἂν, εἴ καὶ μῆδεν ἕτερον, τοιαύτην δόξαν· ἔχων παρ' αὐτῷ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγει ποιεῖ, μὴ ποιῆσαι τοσοῦτον. Ἄμα δὲ καὶ ἐτοιμασόν μοι ξενίαν· ἐπιλιζῶ γὰρ, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. Καὶ τοῦτο σφόδρα θαρβύοντος ἦν, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ Ὀνησίμου, ἵνα μὴ ῥαθυμήσαντες, ἀλλ' εἰδότες, ὅτι πάντως ἐπανελθὼν ἀκούσεται τὰ κατ' αὐτόν, πᾶσαν μνησικακίαν ἐξέλωσι, καὶ χάριν μᾶλλον δώσι. Πολλὴ γὰρ ἦν ἡ χάρις καὶ ἡ τιμὴ Παύλου ἐνδημούντος, Παύλου μετὰ ἡλικίαν, Παύλου μετὰ δεσμούς. Πάλιν τῆς ἀγάπης αὐτῶν τεκμήριον τὸ εὐχεσθαι αὐτοὺς εἰπεῖν, καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς δοῦναι, ὡς εὐχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἴ γὰρ καὶ ἐν κινδύνῳ εἰμὶ νῦν, ἀλλ' ὁμως ὅψοσθέ με, ἐκ ἐυχῆσθε· Ἀσπάξεται σε Ἐπαφρᾶς ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὗτος παρὰ Κολοσσαίων ἦν ἀποσταλείς· ὡστε καὶ ἀπὸ τούτου ὄγλον, ὅτι [καί] ἐν Κολοσσαίς ἦν ὁ Φιλῆμων. Συναιχμάλωτον δὲ αὐτὸν καλεῖ, δεικνύς καὶ αὐτὸν ἐν τολλῇ θλίψει. Ὅστε εἰ καὶ μὴ δι' αὐτὸν ἐκείνον, διὰ τοῦτον εἰκόσ ἀκουσθῆναι. Ὁ γὰρ ἐν Ολίφει ὢν, καὶ τὰ αἰτοῦ ἀφείλε, καὶ τὰ τῶν ἄλλων μεριμνῶν, ὄφειλε

ἀκούεσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ ἐντρέπει αὐτὸν, εἴ γε ὁ πολίτης ὁ ἐκείνου καὶ συναιχμάλωτος γέγονεν αὐτῷ καὶ συγκακουχεῖται, οὗτος δὲ οὐδὲ χάριν δίδωσιν ὑπὲρ ἰδίου οἰκέτου. Καὶ προσέθηκε· *Συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,* ἀντὶ τοῦ, διὰ Χριστόν· *Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημιᾶς, Λουκᾶς, οἱ συναεργόμου.* Τί δὴ τὸν Λουκᾶν τελεωταῖον τίθησι;· καίτοι γέ φησιν ἄλλαχού· *Λουκᾶς ἐστὶ μόνος μετ' ἐμοῦ.* Καὶ Δημιᾶς, φησὶν, εἰς τῶν ἐγκαταλιπόντων αὐτὸν ἦν, καὶ ἀγαπησάντων τὸν νῦν αἰῶνα. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ ἐτέρωθι εἴρηται, ἀλλ' ὁμως οὐκ ἀνεξέταστα δεῖ ἀφεῖναι, οὐδὲ ἀπλῶς ἀκούειν οὐδὲ ὡς ἔτυχε. Πῶς δὲ λέγει ἀσπάσασθαι αὐτοὺς τὸν ἐγκαταλιπόντα αὐτόν; Ἐραστός γάρ, φησὶν, *ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ.* Τὸν μὲν οὖν Ἐπαφρᾶν, καὶ ὡς γνώριμον αὐτοῖς καὶ ἐκεῖθεν ὄντα προστίθησι, [788] καὶ Μάρκον ὡς καὶ αὐτὸν θυμαστόν· τί δὲ τούτοις συναριθμεῖ τὸν Δημιᾶν; Ἴσως μετὰ ταῦτα γέγονε ῥαθυμότερος, ὅτε τοὺς κινδύνους εἶδε τοὺς πολλοὺς. Ὁ μέντοι Λουκᾶς ἔσχατος ὢν, ἐγένετο πρῶτος. Καὶ ἀπὸ τούτων δὲ αὐτὸν προσαγορεύει προτρέπων αὐτὸν πλεονεῖα τῆν ὑπακοῆν, καὶ συναεργῶς καλεῖ, καὶ ταύτην δυσωπῶν αὐτόν πρὸς τὴν αἰτησίαν. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

β. Εὐχῇ τὴν ἐπιστολὴν κατέκλεισεν. Ἡ δὲ εὐχὴ, μέγα μὲν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον, καὶ τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων φυλακτήριον· μέγα δὲ, ὅταν ἄξια αὐτῆς πράττωμεν, καὶ μὴ ἀναξίως ἐαυτοὺς κατασκευάζωμεν. Καὶ σὺ τοίνυν ὅταν προσέλθῃς τῷ ἱερῷ, κακείνους εἴπη· Ἐλεήσει σε ὁ Θεός, τέκνον, μὴ τῷ ῥήματι θάρρει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα προστίθει· ποιεῖ τὰ ἐλέου ἄξια. Εὐλογῆσαι σε ὁ Θεός, τέκνον, εἰ μὲν ποιεῖς τὰ τῆς εὐλογίας· εὐλογῆσαι, εἰ ἐλεεῖς τὸν πλησίον· ὢν γὰρ βουλόμεθα τυχεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦτον πρότερον μεταδίδοναι τοῖς πλησίον ὀφειλομένον· ἂν δὲ τοὺς πλησίον αὐτῶν ἀποστερώμεν, πῶς τυχεῖν αὐτῶν βουλόμεθα; *Μακάριοι,* φησὶν, *οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.* Εἰ γὰρ ἄνθρωποι τοὺς τοιοῦτους ἐλεοῦσι, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός· τοὺς δὲ μὴ ἐλεοῦντας, οὐκέτι· *Ἀντίλωος γὰρ ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιῆσαντι ἐλεοῦν.* Καλὸν τὸ πρᾶγμα ἐλεοῦν· τί οὖν ἐποίησας ἐτέρῳ; Βούλει συγγνωσθῆναι πλημμελιῶν, τί οὖν αὐτὸς οὐ συνένωνς τῷ πεπλημμεληκότι; ἀλλὰ προσέρχη μὲν τῷ Θεῷ βασιλείαν τῶν ἁγίων αἰώνων, αὐτὸς δὲ ἀργύριον αἰτηθῆς οὐκ ἔδωκας· διὰ τοῦτο οὐκ ἐλεοῦμεθα, ἐπειδὴ οὐκ ἐλεοῦμεν. Διὰ τί, φησὶ; καὶ μὴν τοῦτο ἐλέου; ἐστὶ, τὸ τοὺς ἀνελεήμονας ἐλεεῖν. Ὁ γὰρ, τῶν ὧμῶν καὶ ἀπηνῆ, καὶ μυρία τῷ πλησίον ἐνδεικνύμενον κακὰ φιλανθρωπευσάμενος, πῶς ἂν ἐλεῆμων εἴη; Τί οὖν, φησὶ; τὸ λουτρὸν ὡλὲς μωρία ἡμᾶς ἐργασαμένους κακὰ ἔσωσεν; Ἀπῆλαξεν ἐκείνων, οὐχ ἵνα πάλιν αὐτὰ πράττωμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ πράττωμεν. *Εἰ γὰρ ἀπεθάνομεν,* φησὶ, *τῇ ἁμαρτίᾳ πῶς ἐτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; Τί οὖν; ἀμωρτησόμεθα ὅτι οὐκ ἐσμεν ὑπὸ νόμον; Μὴ γένοιτο.* Διὰ τοῦτο σε ἐκείνων ἀπήλλαξεν, ἵνα μη-

\* Post ἐστιν Coib. interserit, Διὰ τί, παρκαλῶ; Ὁ γὰρ.

κέτι παλινοδρομήσης πρὸς τὴν ἀτιμίαν ἐκείνην. Ἐπεὶ καὶ ἱατροὶ τοὺς πυρέττοντας ἀπαλλάττουσι τῆς φλογός, οὐχ ἵνα τῇ ὑγείᾳ πρὸς κάκωσιν ἀποχρήσωνται καὶ ἀταξίαν (ἐπεὶ βέλτιον νοσεῖν, εἴ γε μέλλοι τις διὰ τοῦτο ὑγιαίνειν, ἵνα πάλιν τῇ κλίνῃ προσηλώσῃ ἑαυτὸν), ἀλλ' ἵνα μαθόντες τὰ ἀπὸ τῆς ἀρρώστιας κακὰ, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπέσωσιν, ἵνα ἀσφαλέστερον τῆς ὑγείας ἔχωνται, ἵνα πάντα πράττωσι τὰ πρὸς ταύτην συντελοῦντα. Πῶς οὖν ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, φησὶν, εἴ γε μὴ μέλλοι σῶζειν τοὺς καχοὺς; πολλαχοῦ γὰρ καὶ τοῦτο πολλοὺς ἀκούω λέγοντας, ὅτι φιλάνθρωπός [789] ἐστὶ, καὶ πάντως σώσει πάντας. Ἴν' οὖν μὴ μάτην ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν (καὶ γὰρ μέμνημαι τοιαύτην τινὰ ὑπόσχεσιν), φέρε τήμερον τὸν λόγον τοῦτον κινήσωμεν. Διελέχθη περὶ γέννησιν πρὸς ἡμᾶς πρώην, καὶ ἀνεβαλόμεν τὸν περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας λόγον· σήμερον οὖν αὐτὸν ἀποδοῦναι καλόν. Ὅτι μὲν οὖν ἔσται γέεννα, ἱκανῶς, ὡς ἑμαυτῷ δοκῶ, τάχα ἀπεδείξαμεν, τὸν κατακλυσμὸν εἰς μέσον ἐνεγκόντες, καὶ τὰ πρότερα κακὰ, καὶ εἰπόντες, ὅτι οὐχ οἶδ' ἂν τὸν ἐκεῖνα ποιήσαντα ἀτιμωρήτους ἔδωκε τοὺς νῦν. Εἰ γὰρ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου ἁμαρτύντας οὕτως ἐκόλασε, τοὺς μείζονα κακὰ ἐργασαμένους μετὰ τὴν χάριν ἀτιμωρήτους οὐκ ἀφήσει. Ἐζητεῖτο τοῖσιν. Πῶς οὖν ἀγαθός, πῶς δὲ φιλάνθρωπος, εἴ γε κολάζει; καὶ ἀνεβαλόμεθα τὸν λόγον, ὥστε μὴ τῷ πλῆθει καταχῶσαι τὰς ἀκοὰς τὰς ὑμετέρας. Φέρε, τήμερον ἀποδύμεν τὸ χρέος, καὶ δεῖξωμεν, πῶς ἀγαθός ὁ Θεός καὶ κολάζων. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τοὺς αἰρετικούς ἡμῖν ὁ λόγος οὗτος ἀρμόσειεν ἂν· ὥστε μετὰ σπουδῆς προσέχωμεν· οὐδενὸς δεόμενος ὁ Θεὸς τῶν παρ' ἡμῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς. Ὅτι δὲ οὐδενὸς ἔδειτο, ἔδηλωσαν ἐκ τοῦ μετὰ ταῦτα ποιῆσαι. Εἰ γὰρ ἔδειτο, πάλαι ἂν ἐποίησεν· εἰ δὲ καὶ χωρὶς ἡμῶν ἦν αὐτός, ἡμεῖς δὲ ἐν ὑστέροις χρόνοις γεγόναμεν, οὐ δεόμενος ἡμῶν ἐποίησεν ἡμᾶς. Ἐποίησεν οὐρανὸν, γῆν, θάλατταν, πάντα τὰ ὄντα δι' ἡμᾶς. Ταῦτα οὐκ ἀγαθότητος, εἰπέ μοι; Καὶ πολλὰ ἂν τις ἔχοι λέγειν· ἀλλ' ἵνα συντέμνωμεν τὸν λόγον, *Ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.* Τοῦτο οὐκ ἀγαθότητος; Ὁ, φησί. Καὶ γὰρ ποτε πρὸς τινὰ Μαρκωνιστὴν ἔλεγον, Ἄρα οὐκ ἀγαθότητος ταῦτα; καὶ ἐφησεν, Εἰ μὴ τὸν λόγον ἀπῆται τῶν ἁμαρτημάτων, ἀγαθότητος ἦν· εἰ δὲ ἀπαιτεῖ, οὐκ ἀγαθότητος. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐ παρέστι νῦν. Φέρε δὲ τὰ τότε λεχθέντα εἰπωμεν, καὶ πλείονα τούτων. Ἐγὼ γὰρ δεῖκνυμι ἐκ περιουσίας, ὅτι εἰ μὴ ἀπῆται λόγον, οὐκ ἀγαθός· ἐπειδὴ δὲ ἀπαιτεῖ διὰ τοῦτο ἀγαθός. Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ μὴ ἀπῆται λόγον ἡμᾶς, ἄρα ἂν ἔσθῃ ὁ βίος ὁ ἀνθρώπινος; ἄρα οὐκ ἂν εἰς θηρία ἐξέπέσομεν; Εἰ γὰρ, ἐπικειμένου φόβου καὶ εὐθυνῶν καὶ δικαστηρίων, τοὺς ἰχθύς παρηλάτα-

μεν ἀλλήλους κατεσθίοντες, τοὺς λέοντας καὶ τοὺς λύκους ἀπεκρῦψαμεν τὰ ἀλλήλων ἀρπάζοντες· εἰ μὴ λόγον ἡμᾶς ἀπῆται, καὶ τοῦτο πεπεσμεθα, τῶσης ἂν συγχύσεως καὶ τύρβης ἐπιπλήρωθη ὁ βίος; τίς ἦν ὁ μυθεύμενος λαθύρινθος λοιπὸν πρὸς τὴν ἀταξίαν τὴν κοσμικὴν; οὐκ ἂν εἶδες μυρκίς ἀτοπίας καὶ ἀταξίας; τίς γὰρ ἂν ἠδέσθη πατέρα λοιπὸν; τίς δὲ ἂν ἐφείσατο μητρός; τίς δ' ἂν πᾶσαν ἠδονὴν, πᾶσαν κακίαν παρέλιπε; Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀπὸ μιᾶς οἰκίας μόνης ἐγὼ αἶ [790] πείσαι πειράσομαι. Πῶς; Ἐάν ὑμῶν τῶν ταῦτα ἐρωτῶντων, καὶ οἰκίας ἐχόντων, δῆλον ποιήσω τοῦτοις, ὅτι, κἂν διαφθέρωσιν τὴν δεσποτείαν, καὶ εἰς τὸ σῶμα ἐκείνων ἐνουβρίσωσι, κἂν πάντα ἐκφέρωσι, κἂν τὰ ἄνω κάτω ἐργάσωνται, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς διαθῶσιν, οὐκ ἀπειλοῦσιν, οὐ κολάζουσιν, οὐ τιμωρῆσονται, οὐδὲ μέχρι ῥημάτων λυπήσουσιν· ἄρα δοκεῖ ταῦτα ἀγαθότητος εἶναι; Ἀλλ' ἐγὼ δεῖκνυμι, ὅτι ὠμότητός ἐστι τῆς ἐσχάτης, οὐ μόνον τῷ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδιά προδίδοσθαι διὰ ταύτης τῆς ἀκαίρου χρηστότητος, ἀλλὰ καὶ τῷ αὐτοὺς ἐκείνους πρὸ τούτων ἀπόλλυσθαι. Καὶ γὰρ μέθυσοι καὶ ἀσελγείς καὶ ἀκόλαστοι καὶ ὕβρισται καὶ πάντων θηρίων ἔσονται ἀλογώτεροι. Τοῦτο οὖν ἀγαθότητος, εἰπέ μοι, εὐγένειαν τῆς ψυχῆς καταπατήσαι, καὶ αὐτοὺς καὶ ἀλλήλους προσαπολέσαι; Ὁρᾷς, ὅτι τὸ εὐθύναι ἀπαιτεῖν τοῦτο ἐστὶ τὸ πολλῆς χρηστότητος ὄν; Καὶ τί λέγω οἰκίας τοὺς προχειρότερον ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ταῦτα ἐρχομένους; Ἀλλ' ἐχέτω τις υἱούς, καὶ πάντα ἐπιτρέπετω τολμᾶν ἐκείνοισι, καὶ μὴ κολάζετω, τίνος οὖν οὐκ ἔσονται χεῖρους, εἰπέ μοι; Εἶτα ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων τὸ κολάζειν ἀγαθότητος, τὸ δὲ μὴ κολάζειν ὠμότητος, ἐπὶ δὲ Θεοῦ οὐκέτι; Ὅστε ἐπειδὴ ἀγαθός ἐστι, διὰ τοῦτο γέενναν προητοίμασε. Βούλεσθε καὶ ἄλλην εἰπω ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ; Οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ἀγαθοὺς οὐκ ἀφήσει γενέσθαι καχοὺς. Εἰ γὰρ ἐμελλόν τῶν αὐτῶν τυγχάνειν, πάντες ἂν ἦσαν κακοί· νῦν δὲ οὐ μικρῶς καὶ τοῦτο παραμυθεῖται τοὺς ἀγαθοὺς. Ἄκουε γὰρ τοῦ Προφήτου λέγοντος· *Ἐμφρανθήσεται δίκαιος, ὅταν ἰδῇ ἐκδικήσιν ἀσεβοῦς, τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ.* Οὐχ ὑπερηρόμενος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δεδοικώς μὴ τὰ αὐτὰ πάθῃ, καθαρώτερον τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐργάσεται. Πολλῆς ἄρα τοῦτο κηδεμονίας ἐστὶ. Καὶ, φησὶν· ἀλλ' ἀπειλῆσαι μόνον ἐχρῆν, μὴ μέντοι καὶ κολάσαι. Εἰ κολάζει, καὶ λέγεις, ὅτι ἀπειλὴ τὸ πρῶμά ἐστι καὶ διὰ τοῦτο βραθυμότερος γίνῃ· εἰ δυνως ἀπειλὴ μόνον ἦν, οὐκ ἂν ὑπιώτερος γέγονας; Οἱ Νινευεῖται εἰ ἠδασαν ὅτι ἀπειλὴ μόνον τὸ πρῶγμα ἦν, οὐκ ἂν

<sup>a</sup> Futurum requiritur, οὐκ ἀπειλήσουσιν, οὐ κολάσουσιν.

quomodo consequi ea volumus? *Beati*, inquit, *miseri- cordes, quia ipsi misericordiam consequentur* (*Matth.* 5. 7). Si enim homines talium miserentur, multo magis Deus : eorum autem, qui non miserentur, non item : *Immisericors enim iudicium ei, qui non fecit misericordiam* (*Jac.* 2. 15). Bona res misericordia : cur ergo eandem non præstas alteri? Vis tibi ignosci, quando delinquis? cur ergo ipse non ignoscis ei, qui deliquit? sed accedis ad Deum, regnum cælorum petens, ipse vero pecuniam rogatus non das. Propterea non consequimur misericordiam, quia non miseremur. Quomobrem? dices : atqui istud quoque misericordiæ est, immisericordium misereri. Is, qui crudelem et imitem et innumera proximo inferentem mala, humanitate complectitur, quoniam modo sit misericors? Quid ergo? inquis : nonne lavacrum, cum innumera fecissemus mala, nos salvavit? Liberavit nos illis, non ut iterum ea faciamus, sed ut ne faciamus. Si enim *mortui sumus, inquit, peccato, quomodo posthac vivemus in eo? Quid ergo? Peccabimus, quia non sumus sub lege? Absit* (*Rom.* 6. 2. 15). Propterea te ab illis liberavit, ut ne amplius recurras ad idem peccatum. Si quidem et medici febricitantes liberant ab illo æstu, non ut sanitate ad malitiam abutantur et intemperantiam (siquidem melius est ægrotare, si quis propterea sit sanus futurus, ut lecto afigat seipsum), sed ut experti infirmitatis mala non amplius in eadem incidant, ut diligentius sanitatem curent, ut omnia faciant quæ ad eum conducunt. Quæ est igitur benignitas Dei, inquis, siquidem nolit salvare malos? sæpe enim etiam hoc multos audio dicere : Benignus est, et omnino salvabit omnes. Ne igitur temere nos ipsos decipiamus (etenim meminimus quoque huiusmodi quid me vobis fuisse pollicitum), age hodie hanc disputationem agitemus. Disserui nuper ad vos de gehenna, et distuli sermonem de Dei clementia ; hodie igitur eum persolvere convenit. Quod ergo futura sit gehenna, satis fortasse, ut puto, demonstravimus, diluvio in medium adducto, et prioribus malis, cum diceremus, fieri non posse ut qui illa fecerit, hos qui nunc sunt impunitos sinat. Si enim eos qui ante legem peccarunt, sic punivit, eos qui majora mala perpetrarunt post gratiam, impunitos non dimittet. Quærebatur igitur, quomodo ergo bonus, et quomodo clemens, cum puniat? et distulimus sermonem, ne multitudine obrueremus aures vestras. Age, hodie reddamus debitum, et ostendamus quomodo Deus sit bonus, etiam quando punit. Etenim etiam adversus hæreticos nobis sermo hic usui esse queat : quare diligentius attendamus. Cum nullius rei indigeret Deus, eorum quæ a nobis proficisci possunt, fecit nos : nam quod nullius indiguerit, declaravit eo, quod tanto post fecerit nos. Si enim indiguisset, multo ante fecisset : si vero etiam sine nobis erat idem, nos autem posterioribus temporibus facti sumus : cum nostri non egeret, fecit nos. Fecit cælum, terram, mare, omnia quæ sunt, propter nos. Hæc annon sunt benignitatis, dic mihi? Et multa quidem quis possit dicere ; sed, ut con-

vero jungatur oratio : jejunium suadet, oratio autem suum tempus habet : jejuna quia non peccasti, et quia peccasti jejuna ; rursusque ne pecces jejuna, et ut quæ accepisti maneant. Tot enim sunt jejunii species. Peccavit quis et jejunavit, ut supplicium effugeret ? jejunemus ergo et nos, dilecti, ne insurgat contra nos cupiditates. Vides jejunium quod sequitur peccatum ; id est, quod post peccatum ut supplicium removeat suscipitur. Sed jejunium peccata præcedat, non ut tollat admissum peccatum, sed impediatur futurum. Aliud jejunium est, " ejus qui cupit legem accipere. Nam etiam qui querit legem jejunat, ut Moyses jejunavit, et legem accepit. Rursus alius jejunat, ut ne perdat ea, quibus dignus habitus est. Ecclesia vero jejunat propter gratiam et œconomiam. Re Jesum agnoscit, cum crucifixo simul crucifixa, et una cum Domino patiens, ut conglorificetur, non ut Dominum lugeamus ; vivit enim viventis Filius ; sed ut œconomiae gratiam confiteamur. Etiam si lugeamus quia crucifixerunt eum Judei, non propter illum lugemus, sed propter ausum Judæorum. Surrexit enim a mortuis, stat in gloria, in qua prius erat apud Patrem, coexistens cum Patre ex quo erat. Non est lucra digna Jesu victoria. Sed jejunemus nostrum curam habentes, ut ejus passionum participes simus : id pro dignitate habemus, fratres. Quis dignatus est esse participes passionum Christi ? Magnum mysterium. Festinemus ad bona, et ne declinemus ad mala. Jesus crucifixus est, Immortalis Filius : pependit in cruce corpus, non propter seipsum, sed propter te. Comedisti tu de ligno, ipse jejunat in ligno : accepisti de iis quæ non debebat tibi, addidit ille corpus pro iis quæ accepisti. A concupiscentia gravi victus es : bibit ille acetum pro voluptate. Ne alienus fias regni. Nosti illum crucifixum esse, nosti illum pro te mortuum esse, confitere quod vivat. Pro vivente confitere, testificare testificant ; morere pro illo qui mortuus est. Si vero ita mortem requirit, ne resiliat : exigua est mors jejunii. Non habes magna gesta opera ? da ipsi minorat : cum lætitia ad ipsum accurre in festis, cum gaudio accipe jejunium. Voluptas est spirituale jejunium. Sed fortasse frustra clamo. Tempus enim pene colores mutavit eorum qui festinant ad mensam. Hoc autem non est amantium jejunium in quo versantur. Non enim consequens erat ut gravarentur, quod avelamur a mensa Domini. Præter expectationem hoc advenit spectaculum : ut advenit lucernæ splendor, deprehensa est latens conscientia, quod vi detinea-

mur : neque fortasse stetissemus. Usquequo veritati illudimus ? usquequo ea quæ Domini sunt in negotiationem vertimus ? annon audisti psalmum dicentem, et simit ipsum respondentem. *Si veritatem loquimini, recta judicate* (Psalm. 57. 2) ? Si vera dicis de jejunio, gaude de jejunio ; si vero moleste fers, te ipsum lædis : si laboras, non laturis ; si persequeris ut bonis privatus, bona non assequeris. Jesus pro te crucifixus est, nec moleste ferebat, imo potius festinabat ad passionem : tu vero ne modicum quidem fers jejunium pro salute tua ? O homo, non tanto præditus sum robore, ut clamem quantum deberem. Jesus crucifixus est : vide, et pectus percute, lacrymas funde. Crucifixus est propter te : cum ipso et tu crucifigere, cum ipso glorificare, non ut moriaris, sed ut a morte libereris. Hæc est dies Parasceves : dies est in qua crux propter te fixa est : et tu cum ipso crucifigere, cum ipso morere. Pro Deo enim hic sermo est, Deo qui propter te factus est homo. Non reveremur dignitatem ? non erubescimus passionem ? Utrumque cogita, o homo, quis esset et quid passus sit. Judicatus est Judex, et Vita morti traditur ; qui nutrit, esurit ; qui potum dat, sitit ; qui in gloria, est in ignominia ; Rex ad præsidem ducitur, et Deus ab hominibus damnatur : qui vere dixit : *Pater non judicat quemquam, omne autem judicium dedit Filio* (Joan. 5. 22). Qui omnia judicat a quonam judicatur ? Hæc tibi sufficiunt, o homo, ad commotionem jejunii. Oportet enim nosse primum in quibusnam sinus, et tunc nostra discernere. Cum jejunium et cibos jejunii diligemus, et probe erga ipsum affecti erimus, quasi in festo choreas agentes, mensam Domini honorantes, mysteria jejunii apponemus servis Domini, gloriam ejus ante sæcula, œconomiam ejus in postremis temporibus. Quis fuerit, quid factus fuerit, unde venerit, in quem populum advenerit, et qua de causa ; ut lætantes et lætitiâ afferentes, hoc jejunium semper servemus, Domino jejunii servientes, semper ipsi gratias agentes, et semper ipsum glorificantes, semper diligentes eum qui dilexit nos, et adorantes eum qui peccata suscepit, et morientes pro eo qui mortuus est, ac sperantes nos glorificandos esse cum eo qui inhonoratus est. Sanctissimo autem Patri, qui nos dignatus est hoc jejunio, et qui Filio suo non peperit propter salutem nostram, per eum qui venit ei qui misit gloriam referamus, unaque vivifico Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## DE ORATIONE.



Venite omnes, fratres, agnoscamus eum qui fecit nos, Dominum nostrum Jesum Christum, bonum illum, clementem, misericordem, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat. Vigilate omnes et estote parati, quia nescitis qua hora Dominus noster venturus sit : venite, audite eum dicentem : *Pœnitentiam agite ; appropinquavit enim regnum cælorum* (Matth. 3. 2). Denique, fratres, quia judicium est in januis, multis lacrymis, multo gemitu, multis precibus est opus ; precibus, inquam, non hodie tantum vel crastina die emissis. Precatio namque est omnis boni thesaurus indeficiens, portus procellarum expers, tranquillitatis causa, animæ medela ; precatio est psalmodia, sanctificatio animæ et corporis ; et in summa, precatio portas cæli aperit, ad Deum adducit omnem hominem, parvum et magnum, divitem et pauperem, eumque qui quotidie toto animo precatur angelis majorem efficit. Sed quodnam est illud frigidum multorum dictum ? Peccator sum, sine fiducia, pudore plenus, nec possum respicere altitudinem cæli ; quia multum peccavi verbis, operibus et animo, omnemque diem et horam in lascivia transigi in vita mea : quo vultu, qua fi-

ducia intrabo in ecclesiam ? quomodo malum impurumque os aperiam ? quomodo labia movebo, aut orabo ? pro quibus malis meis operibus primo Deum precabor ? Siccine satanica verba profers ? Disce quosnam vocet Christus veniens super terram, justos an peccatores : sic enim dicit : *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* (Matth. 9. 13). Peccator sum, inquit, et quomodo intrabo in ecclesiam, et justus fiam ? Optime dicis : audio, et non observo ; æqua mihi hinc utilitas ? Et ego iterum dico tibi : Etsi observes, etsi non observes, tantum intra in ecclesiam, audi divinas Scripturas, audi lectionem. Vere scio, quod si intres in ecclesiam, et audias divina Evangelia, doctores apostolos et sanctos patres, etiam si cor lapideum habeas, ferinumque animum sero tandem facileque compungeris. Peccator es ? intra in ecclesiam, procumbe, plora, luge, ingemisce, lacrymare. Peccasti ? confitere Deo peccata tua : dic tantum illud, Peccavi : dic Deo, qui omnia novit antequam fiant ; dic Deo, qui scrutatur corda et renes ; hic dicito, ne illic coram millibus angelis et hominibus cum pudore redarguaris. Dic mihi, quid melius est, hic in ecclesia soli Deo confiteri et patri spiri-

tuali, aut illic ante tot milia publice redargui? Peccator es? id solum dicito, nihil aliud a te exigo: ingenisse tantum. Quæ necessitas tibi imponitur? quæ tribulatio? quis sumptus? quæ difficultas est tantum dicere, Peccavi? Sed dicis, Me pudet. Miser et miserabilis, cum peccatum faceres non te puduit, et cum poenitentia agenda est ad salutem, te pudet: cum meretricem improbam complexus es, et malum opus fecisti, non te puduit, et nunc te pudet? cum peccabas, cum fornicabaris et adulterabas, non te puduit, et cum poenitere et salutem consequi vis, tunc te pudet? cum rapiebas aliena, cum viduas opprimebas, et pauperes despiciebas, non te pudebat, et nunc te pudet? cum iurabas per nomen Dei tremendum, cura falsum testimonium dicebas, cum pejerabas, cum omne malum, et omnia prava opera quæ Deus odit, perpetrabas, non te pudebat, et nunc te pudet? O qualem, vir bone, Dominum habentes, negligimus, et non convertimur? Christus monet, Ne forneris, ne forniceris, ne adulterer, ne occidas, ne falsum testimonium dicas; honora patrem tuum et matrem tuam, dilige proximum tuum sicut teipsum; sis mitis, bonus, misericors, patiens, sis sine rixa; pacificus, ut dignus sis regno cælorum; et nemo est qui intelligat, nemo qui obediat, nemo qui attendat. Contraria suadet diabolus dicens, Esto mœchus, occide, pejera, furare, esto inhumanus, blasphemus, imisericors, durus, corruptor; sis avarus, hominum osor, imo Dei osor; esto versipellis, injustus, divitiarum cupidus; esto rapax, maledictus, fabulator, conviciator, perjurus: et scimus quod sint qui hæc omnia faciunt ipsi obediendo: quia sicut servi vincti manibus et pedibus, ita currimus et natura subjecti sumus. Ecce nos totam juventutem nostram cum dæmonibus insumpimus: ecce seniuimus, et peccatis sumus assueti. Bonum facere non possumus, ut regnum cælorum consequamur: diabolus vero offert ignem et supplicium æternum, et nos ad illum currimus. Quid tibi faciemus, o homo? quid vis? quid desideras? an esse cum Christo, an esse cum dæmo-

nibus? Vis esse cum Christo? tandem deliciis et voluptatibus finem impone, nec non fornicationi, suto, ebrietati: finem fac rapiendi aliena, finem fac irrendi, mentiendi, te exaltandi. Nemo te decipiat: nemo quippe ex iis, qui tales sunt, intrabit in regnum cælorum. Si vero desideras esse cum dæmonibus, si cupis in gehennam ignis intrare, fac ut vis, quam cupis vitam ducas, nemo prohibebit: delige tibi mundum, turpes ejus concupiscentias, fornicationem, adulterium, ebrietatem, intemperantiam, omnem diabolicam voluptatem, nemo impedit. Tibi enim evangelia non persuadent, lex non te reddit temperantior, prophetæ non erudiunt, apostoli tibi non pudorem indicunt, patrum monita non te juvant, fratrum consortium non avertit: impudens omnino factus es, facies meretricis facta est tibi. Demum accipe bona tua in vita tua: illic vero neque salutem, neque hereditatem in futura Christi die exspectes. Nam hora tibi deficit, quando nudus et desertus adstabis tribunali Christi, angelis et hominibus spectaculum factus. Illic apparebis qualis es: illic redarguetur omnis iniquitas tua: Deus non irridetur: et tunc audies tristem illam vocem: *Ligate ejus manus et pedes, et ejicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium* (Matth. 22. 13). Quis demum talem hominem non lugebit? quis non deplorabit eum, qui ob temporaneam voluptatem æternum torquetur? Nolite errare, Deus non irridetur: scriptum est: *Neque meretrices, neque conviciatores, neque avari, neque ebrios, neque iniqui, neque molles, neque masculorum concubitatores, neque idololatæ, neque blasphemæ, neque pecuniæ amantes, neque quis similis habet hereditatem in regno cælorum* (1. Cor. 6. 9. 10). Hæc omnia cogitantes, fratres, a talibus malis actibus absteinemus, et ex toto animo poenitentiam agere ne differamus, ut effugiamus a futura ira, et cælestia æternaque bona obtineamus: quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IGNEM VENI MITTERE IN TERRAM (Luc. 12, 49); ET, NON VENI PACEM MITTERE, SED GLADIUM (Matth. 10. 34).

Matres proles amantes, donec infantes ad majorem ætatem perveniant, lactis fontes quos suga illis aperiant, ac perenni hoc alimento illos demulcent; cum autem ad majorem ætatem et sensum pervenerint, ita ut dentibus delicates cibos mandere possint, primo panem duriorum contritum, et instar medullæ tenerum in os eorum inducunt. Tales sunt Ecclesiæ doctores. Illis enim qui sensu quasi infantes sunt, difficiles sententias non apponunt, sed matrum instar, mammam intelligentiæ demittentes, simplicia verba, quæ sagant, proferunt; deinde cum majore intelligentia præditi sunt, majora ipsis sententiarum mysteria revelant. Hoc et Paulus faciebat: iis enim qui adhuc infantes erant, dicebat: *Lac vobis potum dedi, non escam* (1. Cor. 3. 2). Eodem quoque modo etiam hodie Dominus noster se gerit: nam secundum captum audientium evangelicos sensus temperans, præteritis diebus, ceu infantibus, teneram et captu facilem escam verbi nobis protulit: nunc vero sensu auctos videns, fortiore frui doctrina concedit. Quid enim dicit? *Ignem veni mittere in terram; et, Non veni pacem mittere, sed gladium*. Sed qui mente infantes sunt, putant venisse Dominum, ut omnia igne consumat, et gladio omnes trucidet. Sed age et nos, qui eadem quæ infantes putavimus, ipsis Domini verbis cum Domino colloquamur, ut Domini dicta infantibus tradamus. *Ignem veni mittere in terram*. Ignem venisti mittere in terram, Domine, et non venisti pacem mittere, sed gladium? Peccatum nos oppugnavit, mors nobis dominata est, gehennam nobis commina-

tus es; scelestorum dæmonum exercitus nobis bellum inferebat, et te auxiliatorem a prophetis moniti expectabamus; et postquam venisti, dicis, *Ignem veni mittere in terram, et, Non veni pacem mittere, sed gladium?* Tropæum nobis fidei non aderat, diaboli aciem depellere non valebamus; fidei namque telum non aderat nobis: thorace justitiæ nostræ diabolus Adamum in paradiso nudaverat; ideo singuli nostrum auxilio nudati ad te clamabant: *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum, et exurge in adiutorium mihi: effunde frameam, et conclude adversus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum* (Psal. 34. 1-3); et in auxilium nostrum veniens dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Et ubi est sanctorum supplicatio, pro pace ad te emissa: nempe, Domine Deus noster, pacem da nobis? Omnia enim dedisti nobis. Pacem petimus, tranquillitate opus habebamus, bellum nolebamus, horrebamus; et tu veniens dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Gravem ille scelestorum dæmonum exercitus contra nos armavit; nos omnes peccati gladio ancipiti trucidans, in infernum dejiciebat. Ideo misericordiam a te postulamus, omnis sanctorum chorus te invocabat dicens: *Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Chermim, manifestare: excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos* (Psal. 79. 2. 3). Dicis, *Non veni pacem mittere, sed gladium?* et ubi tua promissio qua dicebas: *Ecce declinabo in illos quasi fluvium pacis, et quasi torrentis,*

αφρόνει· πένθητας, οὐκ ἡσχύνου, καὶ ἄρτι αἰσχύνῃ; ὅτε ὤμνους τὸ φρικτὸν ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐψευδομαρτυρήεις, ὅτε ἐπιώρκεις, ὅτε πᾶν κακὸν καὶ πονηρὰ ἔργα, ἃ μισεῖ ὁ Θεός, ἐπραττες, οὐκ ἡσχύνου, καὶ ἄρτι αἰσχύνῃ; Ὡ ποῖον, ἀγαθὸς, Δεσποτὴν ἔχοντες καὶ ἡμεῖς ἀμυλούμεν καὶ οὐκ ἐπιστρέφουμεν; Ὁ Χριστὸς συμβουλεύει, Μὴ κλέψῃς, μὴ πορνεύσῃς, μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν ἀγάπα· γενοῦ ἡμερος, ἀγαθός, ἐλεήμων, μακρόθυμος· γενοῦ ἀμαχος, εἰρηνικός, ἴνα καταξιωθῇς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ οὐδεὶς ἐστιν ὁ συνιὼν, οὐδεὶς ὁ ὑπακούων, οὐδεὶς ὁ προσέχων, ἀλλὰ πάντας ῥαθυμούμεν. Συμβουλεύει δὲ ὁ διάβολος τὰ ἐναντία, λέγων· Γενοῦ μοιχός, φόνευσον, ἐπίσκησον, κλέψων, γενοῦ ἀπάνθρωπος, βλάσφημος, ἀνελεήμων, ἀσπλαγχνος, φθορεὺς· γενοῦ φιλόργυρος, μισάνθρωπος, μᾶλλον δὲ μισόθεος· γενοῦ πανουργός, ἀδικητής, πλεονέκτης· γενοῦ ἄρπαξ, κατάλαλος, μυθολόγος, λοιδορός, ἐπίσχοκος. Καὶ οἶδαμεν ὅσοι τὰ τοιαῦτα πράττοντες ὑπακούομεν· ὅτι ὡςπερ δούλοι δεδεμένοι χεῖρας καὶ πόδας, οὕτω τρέχουμεν καὶ ὑποτασσόμεθα τῇν φύσιν. Ἰδοὺ ἡμεῖς πᾶσαν τὴν νεότητά ἡμῶν μετὰ δαιμόνων ἀνῆλώσαμεν· ἰδοὺ ἐγηράσαμεν, καὶ σνεκίθασμεν ἐν ἁμαρτίαις. Τὸ ἀγαθὸν πράξει μὲν οὐ δυναμέθα, ὅπως [812] ὕψωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ὃ δὲ διάβολος προξενεῖ τὸ πῦρ καὶ τὴν κόλασιν αἰώνιον, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν διάβολον τρέχουμεν. Τί σοι ποιήσωμεν, ἀνθρώπε; τί θέλεις; τί ἐπιθυμεῖς; τὸ εἶναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τὸ εἶναι μετὰ τῶν δαιμόνων; Ἐπιθυμεῖς εἶναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ; κἂν τοῦ λοιποῦ παῦσαι τοῦ τρυφᾶν, παῦσαι τοῦ σπαταλεῖν, παῦσαι τοῦ πορνεύειν, παῦσαι τοῦ κλέπτειν, παῦσαι τοῦ μεθύσασθαι, παῦσαι τοῦ ἀρπάξειν τὰ ἀλλότρια, παῦσαι τοῦ καταγελάειν, τοῦ ψεύδεσθαι, τοῦ μετεωρίζεσθαι. Μηδεὶς σε ἀπατάτω· οὐδεὶς γὰρ τῶν τοιούτων εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Εἰ δὲ ἐπιθυμεῖς; τοῦ εἶναι μετὰ

τῶν δαιμόνων, εἰ τὴν γένναν τοῦ πυρὸς εἰσελθεῖν, κἂν πράττῃς ὡς θέλεις, πολιτεῦσαι ὡς βούληθῇ ὁ κωλύων· οὐδεὶς ἀπόλαβε τὸν κόσμον, καὶ τὰς αἰσχράς ἐπιθυμίας αὐτοῦ, τὴν πορνείαν, μοιχείαν, μέθην, ἀκρασίαν, καὶ τᾶσαν ἡδονὴν δαιμονικήν· ὁ ἐμπροδίζων οὐδεὶς. Σὲ γὰρ Ἐυαγγέλια οὐ πείθει, νόμος οὐ σωφρονίζει, προφήται οὐκ ἐπισκήπτουσι, ἀπόστολοι οὐ δυσωποῦσι, πατέρων νοουθεσίαι οὐκ ὠφέλοῦσι, συνοδεία ἀδελφῶν οὐκ ἀποτρέπαι· ἀπανησυχώτησας πάντας, ὅψις πόνης ἐγένετό σοι. Λοιπὸν ἀπόλαβε τὰ ἀγαθὰ σου ἐν τῇ ζωῇ σου· ἐκεῖ μὲν οὐκ μὴδὲ σωτηρίαν, μὴδὲ αἰθρονομίαν ἐν τῇ μελλούσῃ τοῦ Χριστοῦ ἡμέρᾳ μὴ προσδόκησον. Ἐκφύεσαι σοι γὰρ τότε ἡ ὥρα, ὅταν γυμνῶν καὶ τετραχηλισμένον; κρυστήσῃ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων θεατριζόμενος. Ἐκεῖ φανήσῃ, οἷός εἰ· ἐκεῖ ἐλεγχθήσεται σου πᾶσα ἡ ἀδικία ὁ Θεός; οὐ γλευάζεται· καὶ τότε ἀκούσεις τῆς ὀδυνηρᾶς ἐκείνης φωνῆς· *Ἐθέστε αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ πόδας, καὶ ἐκβάλλετε εἰς τὸ σάδιον τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλινοθμός καὶ ὁ βρυγγμός τῶν ὀδόντων.* Τίς λοιπὸν οὐ θρηνώσει τὸν τοιοῦτον; τίς οὐ κλαύσει τὸν διὰ τὴν ἀπόλασιν πρόσκαιρον αἰώνιος βασανιζόμενον; Μὴ πλανᾷτε; Θεός ὁ μκκτηρίζεται· γέγραπται γὰρ, *ὅτι Ὅυτε πόρνοι, οὕτε μοιχοί, οὕτε λοιδοροί, οὕτε πλεονέκται, οὕτε μέθυσοι, οὕτε ἄδικοι, οὕτε μαλακοί, οὕτε ἀσνενοκοῖται, οὕτε εἰδωλολάτραι, οὕτε βλάσφημοί, οὕτε φιλόργυροί, οὕτε τίς τῶν τοιούτων ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.* Ταῦτα πάντα ἐνοσύντες, ἀδέσφοι, τῶν τοιούτων πονηρῶν πράξεων ἀπεχωρέθα, καὶ ἐξ ὧν τῶν ψυχῶν μετανοῆσαι μὴ βραδύνουμεν, ἴνα καὶ φύγωμεν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς, καὶ τῶν οὐρανίων καὶ αἰώνιων ἀγαθῶν ἐφικώμεθα· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς; ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοῦ; αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

*Ἦψρ ἡλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ, οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.*

Αἱ τῶν νηπίων φιλότεκνοι μητέρες, μέχρι δ' ἂν πρὸς μεζίνων ἡλικίαν καὶ δυνατωτέρων ὀ νηπίοι αὐξηθῶσι, τὰς γαλακτοτροφίας πηγὰς τῶν μαζῶν προσχουσαι τοῖς φιλάτοις, τὴν ἀκάματον τροφήν τοῦ γάλακτος ὑφέλκειν αὐτοὺς κολλακουσοῦσι· ἐπειδὴν δὲ πρὸς μεζίνων ἡλικίαν καὶ εἰσθῆσιν ἔλθουσιν, ὡς καὶ ὁδοῦσι λοιπὸν τὰ τρυφερά τῶν βρωμάτων λαινέιν, πρότερον αἱ μητέρες τὸ σκληρὸν τοῦ ἄρτου συντρέψασαι, ἀπαλὴν καὶ τρυφεράν, οἶκην μυελῶ, τὴν τροφήν ἐτοιμάσασαι τῷ στόματι αὐτῶν ἐνοικίζουσι. Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάτκαλοι. Τοῖς γὰρ ἐπὶ τὴν ἔξιν τῆς φρονήσεως νηπιάζουσι. οὐ δυσνόητα αὐτοῖς καὶ δυσδιάκριτα νοήματα προσβάλλουσιν, ἀλλὰ, τρόπον μητέρων, τὴν θηλήν τῆς διανόιας; αὐτοῖς προσχαλασύντες, τὸ αἰοῖον τοῦ λόγου γάλα πρᾶεῖ νεύματα ὑφέλκειν αὐτοῦς παρακαλοῦσιν. ἕϊτα, ὅπταν πρὸς μεζίνων νοημάτων κατάληψιν οἱ νηπιοὶ αὐξηθῶσι τῇ φρονήσει, μειζόνων αὐτοῖς μυστηρίων ἀποκαλυπτικῶν εἰδώσται νοήματα. Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐποίησε νηπίοις γὰρ τυγχάνουσι γράφων ἔλεγε· *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρωμα.* Τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Κύριος ἡμῶν εἰσέει καὶ νῦν ποιεῖ· πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἔξεως τῶν ἀκούοντων τὴν τῶν ευαγγελικῶν νοημάτων γραφὴν συσταθυσάμενος, [815] ἐν ταῖς προλαθούσαις ἡμέραις, καθάπερ νηπίοις, ἀπαλὴν καὶ εὐλυτον τὴν τροφήν τοῦ λόγου ἡμῶν παρέσχετο· νῦν δὲ τὸν νοῦν τῆς φρονήσεως ἡμῶν αὐξηθῆναι σκοπήσας, μειζόνων ἡμᾶς συγχωρεῖ ἀπολαβεῖν διδαγμάτων. Τί γὰρ φησι; *Ἦψρ ἡλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν·* καὶ, *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.* Ἄλλ' οἱ μὲν νηπίοι ταῖς φρεσὶν ὄνεται ἐληλυθέναι τὸν Κύριον ἐπὶ τὸ πύρι τὰ πάντα ἀναλώσαι, καὶ μαχίρας τοὺς πάντας κατασφάζει. Ἄλλὰ δεῦρο, καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ τοῖς νηπίοις νοήσαντες, τὰ τοῦ Κυρίου βήματα πρὸς τὸν Κύριον διαλεχθῶμεν, ἴνα τοῦ Κυρίου βήματα τοῖς νηπίοις διαπορθμεύσωμεν. *Ἦψρ ἡλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.* Ἦψρ ἡλθες βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, Κύριε, καὶ οὐκ ἡλθες βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; Ἀμαρτία ἡμῶν κατηγωνίστατο, θάνατος ἡμῶν ἐκυρίευσεν, γένηνα πύρος ἡμῶν ἡλείηται, τῶν ἐναγῶν δαιμόνων στρατόπεδον κατηγώ-

νίστατο ἡμῶν, καὶ σε ἄρωγῶν παρὰ τῶν προφητῶν ἀκούοντες ἐξεδεχόμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, *Ἦψρ ἡλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν·* καὶ, *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;* Τρόπαιον παρ' ἡμῖν οὐκ ὑπήρχε πίστεως, τῇ τοῦ διαβόλου παρατάξει οὐκ ἰσχύομεν ὄπλον γὰρ ἡμῖν οὐκ ὑπήρχε πίστεως· τὸν ὄψρακα τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν ἐτι δντα τὸν Ἀδᾶμ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐκδύσας ὁ διάβολος ἐγύμνωσε. Διὸ ἕκαστος ἡμῶν γυμνὸς βοήθειά; ὑπάρχων πρὸς σὲ βεῖ λέγων· *Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοντὰς με, πολέμῳ σου τούς πολεμουτὰς με· ἐπιλαβὸν ὄπλον καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειάν μου· ἐκχεσον ῥομφαίην, καὶ συγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδικόντων με· εἰσὶν τῇ ψυχῇ μου, σωτηρία σου ἐγὼ ἐμῆ· καὶ ἐλθὼν πρὸς βοήθειαν ἡμῶν λέγει; *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;* Καὶ πού ἡ τῶν ἁγίων ἰκεσία ἡ περὶ εἰρήνης πρὸς σὲ γεγεννημένη, τὸ, Κύριε ὁ Θεός ἡμῶν, εἰρήνην δός ἡμῖν. Πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. Εἰρήνην ἱκετεύσαμεν, γαλήνης ἐδέθημεν, πόλεμον οὐκ ἠβελίσσαμεν, μάχαιραν ἀπειπάμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;* Δεινὸν αὐτοῦ τὸ καθ' ἡμῶν στρατόπεδον τῶν ἐναγῶν δαιμόνων ἐξώπλισε· πάντα ἡμᾶς τῇ διστόμῳ ρομφαίᾳ τῆς ἁμαρτίας; κατασφάζας, εἰς ἄδην κατηκόντισε. Διὰ τοῦτο οἶκτον παρὰ σοῦ αἰτοῦμεν· ὁ πᾶς ἄγων χορδὸς πρὸς σὲ ἀνεσφέγγετο λέγων· Ὁ ποιμάντων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχος, ὁ ὀδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ, ὁ κωθήμενος ἐπὶ τὸν Χερουβίμ, ἐμφάνθη, ἐξέγειρε τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλλέε εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Λέγεις, *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;* καὶ πού ἡ σὴ ἐπαγγελία ἡ λέγουσα· Ἰδοὺ ἐκκλήνω εἰς αὐτοῦς; ὡς ποταμὸς εἰρήνης καὶ ὡς χειμάρρους ἐπιλύζων δόξαν ἔθνων; ἢ πού ἡ πρόβῃσις τῶν ἁγίων Πατέρων ἡ λέγουσα, Ἰδοὺ ἐξέρχεται Κύριος, καὶ συντρέψει πόλεμον; Συντρέβοντες δὲ τὸ πολέμου, εἰρήνην καὶ βοήθειαν ἐξεδεχόμεθα· καὶ ἐλθὼν λέγεις, *οὐκ ἡλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν;* Προσφῆτας προεπέστειλας, πατριάρχας προέπεμψας, ὄπλοις δικαιοσύνης αὐτοὺς ἐθώρησας; εἰ; τὸ ἀντιστ-*

και τη μάχη του διαβόλου, και συντριψάντας τὸν πόλεμον εἰρήνην τῷ κόσμῳ βραβεύσαι, ὡς εἰς αὐτῶν εὐχαριστῶν ἔλεγεν· *Εὐλογητός Κύριος ὁ διδάσκων τὰς χεῖρας μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον*· και οὕτοι ἠτηθέντας νῦτα δεικνύσαι, πρὸς τὰ βρων-τες, σὲ καλοῦντες βοῦθῶν, λέγοντες· *Κύριε, κλίνον ὄφρα σὺ, και κατάθεθι*· και κλίνεις οὐρανοὺς, και καταβάς ἐπὶ τὸ σώσει τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἐν εἰρήνῃ, λέγεις, *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν*; Τί δὲ μακαρίζεις τοὺς εἰρηνοποιούς, ὅτι υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται; Τί οὖν ὁ διδάσκων ἄλλους εἰρηνοποιεῖν, τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ, *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν*; Αἰὰ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ἔγρηξ ἡμῶν γέγονεν ὁ Κύριος;· μεσίτου ιδεόμεθα τοῦ λόντος μεν τὴν μεταξὺ ἡμῶν ἔχθραν, εἰρήνην δὲ γλυκαῖαν βραβεύοντος. Καὶ ὁ πατήρ ἡμῶν ἰδὼ περὶ τοῦ μεσίτου ἤχητο λέγων· *Εἶθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν και εὐλόγων*· και ἔλθων μεσιτεύσαι και λύσαι τὴν ἔχθραν, τὰ ἐναντία λέγεις, *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν*; [814] Καὶ ἐν τίνι λοιπὸν τὴν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης ἐκδέξομεθα; Ἄλλὰ ναί, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν ὑφ' ὑμετέροις ποσὶ πατουμένην. Ἐπει-διπερ ὁ διάβολος ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις ἀνάσθας και τριβόλους ἐνέσπειρεν ἁμαρτιῶν, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν τῶν ἀκαθῶν ἀνάλωσιν. Αἰὰ τοῦτο πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, και θέλω, εἰ ἤθῃ ἀνήρθῃ, καθαρίσαι τὴν ἐμὴν γῆν. Δεῖ με τὰ τοῦ διαβόλου περφορὰ και βλαστοποιὰ βλαστήματα πυρὶ ἐξανα-λῶσαι, ἵνα καθαροῦ τῆς ψυχῆς τὸν οὐράνιον σπόρον ἐνράνω. Αἰὰ τοῦτο πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Πλάσας ἐξ ἀρχῆς τὸν ἀνθρώπον ἐκ γῆς, σπινθήρα θελον πυρὸς ἐν μέσῃ αὐτοῦ τῆς καρδίας ὥκισα, πρὸς τὸ διὰ πυρὸς ἐχ-σθαι αὐτὸν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην. Ἐπεὶ οὖν τούτου τὴν θεῶν σπινθήρα τοῦ πυρὸς και ταύτην τὴν θερμὴν ἐκβαλεῖ ἦν ἀδύνατον, ἵνα καλλιφερές ἔχῃσι τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑξάρτην (κρυμψ γὰρ ἀσεδείας τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐνέκρωσεν ὁ διάβολος), δεῖ με πῦρ βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν· ἵνα ἐκλύσας και χραυνώσας τὸν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπιγεγεννημένον τὰς ψυχὰς χειμῶνα τῆς ἀπιστίας, εὐδιον και γαληνίωσεν τὴν φρένα καταστήσας, ἀναθάλλειν και χλοηφορεῖν αὐτὴν ποίωσιν.

Εἰσέρχεται οὖν εἰς τὴν μάνδραν αὐτοῦ, καλύπτων τὴν ποιμένα ἐν τῷ ἀρνίῳ τοῦ σώματος, οὐ βακτηρίαν ἐπιφερόμενος, οὐ ράβδον ἀπειλούσας τὴν προτέραν πλά-νην, ἵνα μὴ δειλιάσαν και πτοηθὲν τὸ πρόβατον πάλιν ἀποδράσῃ τοῦ ἰδίου ποιμέως. Ἄλλ' εἰσέρχεται· εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, οὐχ ὡς Θεός, οὐχ ὡς βασιλεὺς, οὐχ ὡς ἤλιος δικαιοσύνης, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπος πρὸς ἀν-θρώπων, ὡς ἀρνίον πρὸς ἀρνίον, συνδιαιτᾶται αὐτῷ, συννέμεται, συγχοάζεται, εἰσέρχεται, συναναπίπτει τῷ ἡδὴ πεπτωκότι ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν, ἵνα ἐν τῷ συ-αναπασειν, τὸν ἡδὴ πεπτωκότα ἐαυτῷ συγείρη. Καὶ εἰσελθὼν οὐκ ἐδαπτίσθη κατὰ τὸ ἦθος τῶν Φαρισαίων. Τούτο δὲ ἐποίησε κατὰ δύο τρόπους, ἵνα δώσῃ τῷ προ-δάτῳ ἀφορητὴν λαλεῖν πρὸς τὸν ποιμένα, ἐτι δὲ και δόγμα Ἰουδαϊκὸν καταλύσαι, και βραδύως πνευμα-τικῶν· *Εἶθε γὰρ, φησὶν, ὁ Φαρισαίος, και ἐθαύμα-σαν, ὅτι οὐ πρότερον ἐδαπτίσθη*. Ἐθαύμασεν, οὐκ ἐπαίνων τὸν διδάσκαλον, ἀλλ' ἀπορών τὸ γινόμενον· οὐκ ἐπαίνων, ἀλλὰ κρινων. Καὶ ἦν ἰδεῖν, ἀγαπητοί, τὸν ζωοπλάστην ὑπὸ τοῦ πλάσματος κρινόμενον, και τὸν κεραμικῶν ὑπὸ τοῦ πηλοῦ διορθούμενον. Τοῦτο δὲ ἐφασκεν ὁ Φαρισαῖος, μὴ θεωρῶν τὸς κρυπτοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας τὸν ἐνδοθεν τῶν ἀγγέλων ταξίτηρον και τῶν

Σεραφίμ και Χερουβίμ. Εἰ γὰρ ἐθεάσατο τοῦτον, προσ-έπεσεν ἀν αὐτοῦ τοῖς γόνασι, και τοῖς δάκρυσιν αὐτοῦ ἔπλυνε τοὺς πόδας, και ἔλεγεν· *Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ*· ἔλεγε γὰρ ἀν· Σὺ εἶ ὁ εὖ λόγῳ οἱ οὐρανῶ ἕστερεώθησάν, και τῷ πνεύματι τοῦ στόματός σου πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· συναγών ὡσεὶ ἄσχην ὕδατος θαλάσ-σης· σὺ τιθεῖς; ἐν τῷ θησαυρῷ ἀβύσσους· ἀπὸ σοῦ φοβεῖται πᾶσα ἡ γῆ· ἀπὸ σοῦ σαλευεται ἡ σύμπασα οἰκουμένη. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων οὐτε ἐννοήσας, οὐτε εἰρηκώς, ἔκρινε τὸν διδάσκαλον. Ὁ δὲ Κύριος, πρῶτασιν δεδωκώς, ὡσπερ κάκειν τῇ Σαμαρειτίδι ἐκ τοῦ αἰτήσαι αὐτὸν παρ' αὐτῆς ὕδωρ, ἔδωκεν αὐτῇ καιρὸν τοῦ αἰτή-σαι· παρ' αὐτοῦ τὸ αἰώνιον ὕδωρ· ἀρχεται οὖν ὁ Κύριος ἡρέμα ἐπιστρέφειν τὸ πρόβατον, και ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀληθειαν αὐτῷ χειραγωγεῖν. Ἄρτι γὰρ, ὑμεῖς Φαρισαῖοι, τὸ ἐξώθεν τοῦ ποτηρίου και τοῦ πίνακος πλύνετε τὸ δὲ ἐσωθεν γέμει ἀρπαγῆς και δόλου. Τουτέστιν, Ὀμεῖς νῦν τὸ σῶμα καλλυπίζετε, τὰς δὲ ψυχὰς κακίζετε. Πῶς δὲ και τέρπει χρυσοῦν ἐάν ἦ τὸ ποτήριον, ὅταν ἐνδοθεν ἔχη θανατηφόρον πότον; Ὑπὸ τοιαῦτα αἱ πόρνας; τὰς ὅσας ἐαυτῶν τὸς χρωμασιν ἀνθίσουσαι, τὰς ψυχὰς ἀφανίζουσιν. Ἡ γὰρ οὐχὶ τὰς ὅσας ἐαυτῶν τῷ φοίνικι ἐθραβίνουσαι, εἰδὼλον τῆς μελλούσης αὐτάς διαδέξομαι φλογὸς οικείου δακτύ-λοις ἐργάζονται, δέον αὐτάς τῷ αἵματι Ἰησοῦ τὰς καρ-δίας ραντίζειν, και τῷ πνεύματι τὰς ψυχὰς ἐκλυκαί-νειν, ἵνα τὸ ἄσθος; τῆς ψυχῆς ἀστέραςτον, καθάπερ ρό-δον ἐν κρινῶ μεμιγμένον ὑπάρχη; Νῦν δὲ τὰς ὅσας αὐ-τῶν ἐσπογγίζουσιν, ἵνα τὰς τῶν νέων καρδίας εἰς μα-νίαν ἐκλύσωσι. *Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἐξώθεν τοῦ ποτηρίου και τοῦ πίνακος πλύνετε, τὸ δὲ ἐσωθεν ὑμῶν γέμει* [815] ἀρπαγῆς και πορνείας. Ὁ Ἰωάννης ἔλεγε· Αἰὰ τί τὸ μὲν σῶμα ὕδατι λούετε, τὰ δὲ πται-σματα τῷ πνεύματι οὐ λούετε; Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ἀγαπητέ, οὐδὲν ὠφελήθησεται ἀνθρώπος, κἂν τὸ σῶμα πλύνῃ και τὸ πνεῦμα, ἐάν μὴ ἔχη συνερθὸν και συν-δρομον τὴν ἐλεημοσύνην. ὡσπερ δὲ ποτήριον ἐξώθεν και ἐνδοθεν πλυθὲν, μὴ ἔχον δὲ π.τὸν οὐκ ἀν λάσθηται τοῦ διψῶντος τὴν ἐπιθυμίαν, ὁμοίως δὲ και πινάκιον πλυθὲν ἐξώθεν και ἐξωθεν οὐ θρέψει τὸν πεινῶντα, ἐάν μὴ ἔχη ἐνδοθεν βρώματα· οὕτω και ἀνθρώπων, κἂν ἐσωθεν ἢ πεπλυμένος και ἐξωθεν, οὐ θρέψει τὸν Κύριον, ἐάν μὴ θρέψῃ τὸν συνδύλον. Διδ ἐπιφέρει ὁ Κύριος και λέγει· *Ἰλλῆν τὰ ἐνόστα ὅστε ἐλεημο-σύνην, και ἰδοὺ τὰ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ὄσται. Ἰλλῆν τὰ ἐνόστα*, λέγει. Οὐ γὰρ τοσούτων ἤτῃ τῶν πολυχρότων προσκομιθῆ τέρπειται, ὅσον τῇ τῶν ἀδῶλων ἀνυποκρίτω προσφορᾷ. Μὴ βοήσης οὖν ὁ πένης, ὅτι οὐκ ἔχεις χρυ-σοῦ και ἀργύρου τόσας· ρίψον εἰς τὸ γαστρομάχιον θ ἔχεις· και ἴδου λεπτὰ δικαιῶν· μνήσθητι τῆς χήρας ἐκείνης, ὅτι ἐδικαιώθη ὑπὲρ τοὺς πολυχρότους. Ὁ Θεὸς οὐ χρήματα οἷος σταθμίον, ἀλλὰ συνείδησιν δοκιμάζει. Ἐλεημοσύνη σπλινος μοιχῶν ἀποστήξει, και μισοῦς ἀγαθὸς θησαυρίζει· ἐλεημοσύνη τὰς ψυχὰς ἐκλυκαί-νει, και τὰς τρυφερὰς ἐξυφαίνει. Ἡ ἐλεημοσύνη ψυχῶν ζωτικῆ, χορηγία ψυχῆς, καλὴ στρατηγία. Ρίψατε χρυ-σὸν, και λάβετε Χριστὸν· ὅστε ἀργύριον, και λάβετε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· σκοποῖσατε χαλκὸν, και συνεξελε-ῦσεται αὐτῷ ὁ ἴος τῆς ἀμαρτίας· ὄροσιστε τὴν λάσπην, και σθέσατε τὴν χείμωνιν· και ὅστε ἰμάτια, ἵνα λάβετε ἰμάτια, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα και τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### Νοῦθεῖαι πνευματικαί.

Καιρὸς σε λοιπὸν ἐναντῆσαι και πάντα ἀποσεῖτα-σθαι. Μνήσθητι ὅτι σημερον ἢ αύριον ἰδεῖν ἔχεις τοὺς οὐρανοὺς, και τοὺς ἀγγέλους θεάσασθαι, και παρα-στήναι τῷ φοδερω βήματι, και ἔλθειν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ κριτηρίῳ αὐτοῦ, ἐν τῷ τῆς σωφοσύνης και δικαιοσύνης και ἀληθείας δικαστηρίῳ, και λόγον δοῦναι παντὸς τοῦ βίου σου. Εἰ θέλεις ἰδεῖν τὸν ἅγιον, ἄγιασον σεαυτὸν· εἰ θέλεις ἰδεῖν τὸν ἅγιον και ἀμίαν-τον, ἄγιασον σεαυτὸν πρότερον. Ἀφ' οὗ τις ἔλθη εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ὅλον ἐζυτὸν ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, και οὐκίτι ἔχει ἐαυτοῦ ἐξουσίαν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ

κατέγραψεν ἐαυτὸν. Ἀρνησάσθω οὖν ἐζυτον και τὰ θελήματα ἐαυτοῦ, και ἀκολουθήσων τῷ Θεῷ. Πόστῃ ἠγειρε θάλασσαν ἐν τῷ βίῳ ἡ πολιτεία τῆς σαρκὸς ταύ-της; ὅσα κύματα εἰργάσται; ὅσας παραχὰς; ὅσους ἀνέμους; ὅσα ναυάγια; ὅσας ἀνομιὰς και ἁμαρτίας; ὅσας συμφορὰς και τραγωδίας; ὅσα κακὰ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν; ὅσα κατ' οἴκους; ὅσα κατ' ἀγοράς; τίς ἡ δύναμις αὐτῆς; ἢ τίς ἡ ἰσχὺς αὐτῆς; ὅλα φέδω μεστὰ ἔχει. Ἡ γέννησις αὐτῆς φόβος, ὁ θάνατος φόβος, ἢ ζωὴ αὐτῆς φόβος, τὰ μετὰ θάνατον ἀρρήτα και ἀλύγητα. Ἰσπὴ ζωῆς οἱ εἰσὶν ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν· ἔκει· ῥέπει.

*immundans gloriam gentium (Isaï. 66. 12)? et ubi predictio sanctorum Patrum dicentium, Ecce venit Dominus, et conteret bellum? Contrito bello, pacem et omni expectabamus; et postquam venisti, dicis, Non veni pacem mittere, sed gladium? Prophetas et patriarchas ante misisti, armis justitiæ ipsos induisti, ut in diaboli pugna obsisterent, et contrito bello pacem mundo darent; et eorum unus gratias agens dicebat: Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum (Psal. 143. 1), et hi victi terga dederunt, ad te clamantes, te adiutorem vocantes, dicentes, Domine, inclina cælos tuos et descende (1b. v. 5); et postquam cælos inclinasti ac descendisti, ut genus hominum in pace servares, dicis, Non veni pacem mittere, sed gladium? Cur beatos prædicas pacificos, quoniam filii Dei vocabuntur? cur qui doces alios paci studendum esse, de teipso dicis, Non veni pacem mittere, sed gladium? Propter peccata nostra inimicus noster factus est Dominus. Mediatore egebamus, qui solveret inimicitiam inter nos, qui pacem et mansuetudinem celebraret. Et pater noster Job circa mediatorem precabatur dicens: Utinam esset mediator noster qui argueret (Job 9. 33): tu vero qui venisti mediatoris partes acturus atque inimicitiam soluturus, contraria dicis, Non veni pacem mittere, sed gladium. Et in quo demum pacis spem ponemus? Etiam, certe ignem veni mittere in terram pedibus vestris calcata. Quia diabolus in cordibus hominum spinas et tribulos peccatorum seminavit, ignem veni mittere in terram, ut spinas delerem. Ideo ignem veni mittere in terram, et volo ut accendatur, ut terram meam purgem. Oportet me acerba et noxia diaboli germina igne consumere, ut anima purgata, caeleste semen irrigem. Ideo ignem veni mittere in terram. Cum initio hominem ex terra formavi, divini ignis scintillam in medio cordis ejus posui, ut per ignem Dei amorem ipse servaret. Quia igitur hanc divini ignis scintillam ardentem eiecerit impossibile erat, ut pulchrum illum habeant Spiritus sancti fervorem (impietatis enim frigore hominum animas exstinxit diabolus), oportet me ignem mittere in terram, ut soluta illa a diabolo in animas inducta hieme incredulitatis, serenam et tranquillam mentem constituens, floridam illam germinantemque reddam.*

Intrat igitur in ovile suum, occultans pastorem in agno corporis, non baculum ferens, non virgam minantem vel primum errorem, ne formidolosa ovis rursus aufugeret a pastore suo. Sed ingreditur in domum Pharisæi, non ut Deus, non ut Rex, non ut Sol justitiæ; sed ut homo ad hominem, ut agnus ad agnum; cum illo versatur, pascebat, herbam carpit; ingreditur una, cadit cum eo qui jam ceciderat in peccatum, ut una cadendo lapsum secum erigeret. Et ingressus non baptizatus est more Pharisæorum. Hoc vero faciebat duas ob causas, ut daret ovi occasionem alloquendi pastorem, utque Judæorum dogma solveret, et spirituale dogma firmaret: Vidit enim, inquit, Pharisæus, et miratus est quod non prius baptizaretur (Luc. 11. 38). Miratus est, non laudans Magistram, sed de re facta dubitans; non laudans, sed judicans. Et videre erat, dilecti, conditorem a re condita judicari, et figulum a luto corrigi. Illud vero

dicebat Pharisæus, non videns arcans cordis oculis eum qui intus latebat angelorum principem, et Seraphinorum Cherubinorumque. Si enim hunc vidisset, ad ejus genua procubisset, et lacrymis pedes ejus lavisset, dixissetque: Propitius esto mihi peccatori: dixisset forte: Tu es qui ex nihilo omnia produxisti: verbo tuo cæli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum: congregans ut utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos: a facie tua formidat omnis terra, a te concutitur totus orbis. Sed horum nihil vel cogitans vel dicens, Magistram judicavit. Dominus vero occasionem præbens, sicut Samaritanæ illi aquam petendo, occasionem dedit petendi ab ipso æternam aquam: incipit ergo Dominus sensim ovem convertere, et ab errore ad veritatem reducere. Nunc vos, Pharisæi, quod desoris est calicis et catini mundatis, quod autem intus est, plenum est rapina et dolo (Luc. 11. v. 39). Id est, Vos nunc corpus decoratis, et animas malo afficitis. Quomodo delectabit vas aureum, si intus habeat mortiferum potum? Nonne tales sunt meretrices? quæ vultus fuco exornant, animas vero perdunt. Annon illæ quæ facies suas rubro colore depingunt, imaginem ejus quæ ipsas invasura est flammæ propriis digitis concinnant; cum oporteret eas corda sua Jesu sanguine irrigare, et animas spiritu candidas reddere, ut flos animæ fulgens, ut rosa lilio mixta esset? Nunc vero facies suas abstergunt, ut juvenum corda in insaniam trahant. Nunc vos, Pharisæi, quod desoris est calicis et catini mundatis, quod autem intus est in vobis, plenum est rapina et iniquitate. Joannes dicebat: Cur corpus aqua abluitis, peccata vero spiritu non lavatis? Audeo dicere, fratres, nihil juvabit hominem si et corpus et spiritum abluit, nisi habeat cooperantem et sociam eleemosynam. Sicut enim calix foris et intus abluitus, nisi potum habeat, sitientis cupiditatem non sedat; similiter et poculum lotum intus et foris non nutriet esurientem, nisi intus cibos habeat: sic et homo, licet intus et foris sit abluitus, non nutriet Dominum, nisi nutriet conservum. Quapropter adjicit Dominus: Veruntamen quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda erunt vobis (Ibid. v. 41). Veruntamen quod superest, dicit. Non enim tantum multi auri munere delectatur, quantum oblatione nec simulata nec dolosa. Ne clamet itaque qui pauper es, te non habere auri et argenti tot millia: injice in gazophylacium id quod habes; vel duo minuta justificant: recordare viduas illius, quæ justificata est præ illis qui multum auri offerebant. Deus non pecunias solet appendere, sed conscientiam explorat. Eleemosyna mœchorum maculas abstergit, et bonam mercedem in thesauro reponit: eleemosyna animas candidas et hilares reddit. O eleemosyna animas vivificans, administra animæ, bona milita! Projicite aurum, et accipite Christum: date argentum, et accipite Spiritum sanctum: as spargite, et cum illo egrediatur virus peccati; ut rorem fuditæ misericordiam, et exstinguite fornacem: et date vestimenta ut accipiatis remedia, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## ADMONITIONES SPIRITUALES.



Tempus demum est ut evigiles, et omnia excutias. Recordare quod vel hodie vel cras visurus sis cælos et angelos, et adstiturus horrendo tribunali, venturusque in conspectum Dei in judicio ejus, in illo castitatis, justitiæ et veritatis judicio, rationem daturus totius vitæ tuæ. Si vis videre sanctum, sanctifica teipsum: si vis videre sanctum et immaculatum, teipsum prius emunda. Ex quo quis venit in Dei timorem, totum se Deo consecrat, neque ultra sui

potestatem habet: in lege namque Dei sese descripsit. Seipsum ergo et voluntates suas abneget, et Deum sequatur. Quantum excitat in hoc mundo tempestatem vita carnis hujus? quot procellas efficit? quot tumultus? quot ventos, quot naufragia? quot iniquitates et peccata? quot calamitates et tragedias? quot mala in civitatibus omnibus? quot in domibus, quot in foro? quæ potestas et quæ fortitudo ejus? Omnia timore plena habet. Ortus ejus est timor, mora

ejus timor, vita ejus timor: quæ post mortem ineffabilia sunt et inenarrabilia. Momentum stateræ est in corde nostro: illuc inclinat statera. Pulsa, satage, ut cito tibi aperitur: recordare te brevi omnia visibilia relicturum esse, cælum et terram, homines, negotia: recordare te nihil esse sive corpore, sive anima. Parva sollicitudo te turbavit, parvum certamen te percutit, ærumna parva te dejecit, parvus labor te conturbavit, verbum leve te pupugit. Et cur non videris hanc vitam? Ego vero dico tibi transmigrandum esse, et sursum in januis cæli tibi figendum esse tabernaculum, et te ibi oportere solum degere, et precari Deum usque ad mortem, ut placide suscipiat, et in tempore tibi cito aperiat. Infra in terra corpus genu inclinet Deo, et sursum anima roget illum semper, in vultum procubans: disputent, quis magis laboret in precando. Secundum te ergo mundus mortuus est, secundum te venit futurum judicium: quantum potes hoc abjice, futuri recordare. Melius est malorum futuræ vitæ, quam bonorum hujusce recordari: illa tibi timorem Dei conciliant; hæc, si adsit, illum abripit. In rebus spiritualibus pupilli sumus omnes: nullum habemus nisi Deum adiutorem, et sollicitudinem nostram. Omnia itaque respuentes, nostri curam habeamus. Recordare tui ipsius, et malorum te circumdantium: recordare peccatorum tuorum deinceps et judicii tui: recordare te hominem esse mortalem, infirmum, miserum, sordidum et impurum: recordare te hominem esse in vita ærumnis et periculis plena viventem, in vitæ quæ multos occidit bonos et malos, sapientes et insipientes, divites et pauperes. Age, manduca, bibe, et minus buccellæ non habes securitatem. Recordare te hominem esse, ossa humiliata a capite usque ad pedes, nec posse unius diei ferre laborem, vel unius noctis vigiliis: recordare quoties offenderis Deum operibus, verbis, cogitationibus: recordare te cum leone et dracone pugnare die ac nocte: recordare quot sunt in inferno animæ, quia despexerunt timorem Dei, parum quietis obtinere conantes, nec assequutæ, sed in infimis terræ deplorantes suas fornicationes, negligentias, delicias, nequitias, rixas. Recordare, tibi brevi moriendum esse et ad judicium veniendum, et ne cesses illud versare in anima tua. Scribe hoc modicum verbum in corde tuo, liga illud in collo tuo: melius quippe est regio diademate. Hoc in supplicium adducit, illud vitam æternam conciliat. Hæc meditare, in his esto semper. Si in his sis, in contrariis nunquam reperieris: si in his non conjugaris, in quo salietur (*Math. 5. 13*) cor tuum? Licet prope sit dies Domini, timeamus et quiescamus. Qui vult inculpatus esse in operibus, verbis et cogitationibus, quid aliud faciat quam ut semper quiescat, precetur et taceat, despiciatque omnia quæ sunt in terra? Qui enim illud perficere voluerit, sese Deum efficit in terra, secundum esse et qui dixit: *Estote imitatores Dei* (*Ephes. 5. 1*). Ecce in filios adscripti sumus a Deo: quid justius, quam ut filius imitetur patrem? Si illius genuinus es, sequere jussa paterna, cum maxime justa sint et utilia. Qui pugnam habet cum dæmonibus, quid aliud faciat, quam indesinenter orare? qui quotidie periclitatur anima et corpore, quid aliud facere debet, quam certare et precari Deum? At dicis, Affectus animi me tyrannice afficiunt, et timor tyrannus est. Tyrannus tyrannum oppugnat. Terram solum concutit, et omnes tremunt. Quis non timet fluvium ignis? Una dies tenebrarum deterior est omnibus vitæ malis: despice itaque res mundi hujus, ut quæ nullam consolationem afferant. Contumelias quis intulit vel plagas? spera in Domino, quia multam tibi præbebit patientiæ mercedem. A spe fides, ab his caritas. Nam propter modicum verbum vel parvam patientiam Dominus tibi paradisum largitur, ut atletam te coronat ob poculum

aque frigide: nam fides tua multo est pretio digna. Virtutem tibi sponsum facito, itemque temperantiam et castitatem, filios viventes et te præcedentes in regnum cælorum. Mane surgens anima tua, diluculo Deum adeat, et vespere recedens, requiescat in lecto spirituali, in piis cogitationibus, in spe æterni, in serenitate et puritate: quia mandata Dei lux sunt et vita et requies, benedictio et justitia; mandata vero satanæ, mors, supplicium, peccatum, maledictio. In te est vel hæc vel illa sequi. Si præcepta Domini sequaris, omnia tibi bona accedent, lux, vita, requies, benedictio, corona justitiæ; si satanæ præcepta pareas, his contraria evenient tibi. Quis ergo stultus ignominiam, opprobrium cum suppliciis æternis, præferet gloriæ, laudibus, immortalibus deliciis? Surge, festina, curre, celer esto. Nuptiæ paratæ sunt, tauri mactati, altitia paratæ te manent, et convivæ, ut dictum est, *Me expectant justi, donec retribuas mihi* (*Psal. 141. 8*). Cura ut comprehendas. Ecce gaudium, ecce requies, ecce lux, ecce vita, ecce gloria, ecce deliciae, ecce vera et æterna, ecce magna et mirabilia, ecce omnia ut vis, imo plus quam vis. Scito tantum quia mirificavit Deus sanctos suos, glorificavit sanctos suos, gloria replevit timentes se, exaltavit se diligentes. Ne videamus nobismetipsis tot propositis bonis, tali spe. Alii parvi lucri causa decertant, bellant, maria trajiciunt, periclitantur: nos qui novos cælos et novam terram hereditate accepturi sumus, cur desicimus, cur dubitamus, cur corrupimus in hac materia? Res omnes quæ possessiones movent, excitantque corpus et animam, facimus: deliciae nostræ pacem non habent: somnus, incessus, omnia offensivæ plena. Quis vixit ut voluit? quid in hac vita molestum non est? Hæc caro nostra nullam nobis quietem concedit; cum bene valet, impugnat; cum infirmatur, cruciat. Quis ex hac vita sine dolore migravit? quis non gustavit salvas aquas hujus acerbis maris, frequentiumque fluctuum? quis non ingemuit in illis? quod magnos viros hæc vita supplantavit, et bene currentes illaqueavit? Nihilque mirum: dæmones enim sunt qui operantur, diabolus qui insidiat. Hæc itaque scientes, toto corde poenitentiam agamus, ne voluptates nostræ vertantur in luctum et lacrymas: olemus nobis ipsos feramus, avellamus animam nostram ab hoc mundo, etiamque ex propria carne: inveniatur sibi cellulam in extremis terræ, ut clamet et ipsa ad Dominum: Miserere mei solitariæ: ecce omnia dimisi, et te sequuta sum; ecce omnia abnegavi ob timorem tui. Compunctio nostra usque ad nubes perveniat, gemitus nostri ad cælos accedant, orationes et elemosinæ nostræ veniant in conspectum Dei. Ministremus illi cum omni veritate, cum pietate et timore: omnia faciamus ut ne illic poenitentiam agamus: omnia patiamur, ut bonis Dei perfruamur, ut majorem fiduciam obtineamus, ut pretiosioribus bonis dignemur, ut nulli sanctorum inferiores videamur. Magna tentatio vita nostra, et nemo novit: magna tempestas, et nemo intelligit. Demus locum operationi passivum, et peccato in nobis habitanti secundum Apostolum: demus locum iracundiæ hominum, demus locum huic carni et ejus concupiscentiis, demus locum huic mundo et ejus difficultatibus, demus locum omnibus tentationibus, omnibus tribulationibus: abscondamur ab ipsis: ab illis enim vexamur, et omnes perquirimur ut occidamur a dæmonibus, a negotiis, ab hominibus incitatis a satana. Nobis tantum attendamus et Deo: hoc offeramus corpus iis qui ipsum percutere velint: multis enim plagis dignum est. Sursum cor tendamus, effundentes totam animam in conspectu Dei, ut salvemur, et misericordiam consequamur et vivamus, exultantes, deliciales, gaudentes, in sæcula sæculorum. Amen.

ζυγός. Κρούσον, σπούδασον, ἵνα ἀνοίγῃ σοι ταχέως· μνήσθητι ὅτι μετ' οὐ πολὺ πάντα καταλιμπάνεις τὰ ὄρωμενα, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ πράγματα· μνήσθητι ὅτι οὐδὲν εἶ, οὐ σῶματι, οὐ ψυχῇ. Μικρὰ φρονίσις ἐτάραξέ σε, μικρὰ ἀγωνία κατέπαθῆς σε, μικρὰ θλίψις κατέβαλέ σε, μικρὸς πόνος ἐθοροῦθήσῃ σε, λόγος ψιλὸς κατεκύπησέ σε. Καὶ διὰ τί μὴ μισθῆσθαι τὸν βίον τούτων; Ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι μετοικῆσαι ὀφείλεις, καὶ ἄνω ἐν ταῖς πόλεις τοῦ οὐρανοῦ πῆξαι σεαυτῷ σκηνήν, καὶ ἐκεῖ καταμόνας διδῆσαι, καὶ δεῖσθαι τοῦ Θεοῦ μέχρι θανάτου, ἵνα εὐμενῶς προσδέξηται σε, καὶ ἀνοίξῃ σοι ἐν καιρῷ ταχέως. Κάτω ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα κλίνωτα γόνυ τῷ Θεῷ· καὶ ἄνω ἡ ψυχὴ παρακαλείτω διαπαντός, ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτῆν ῥίπτουσα· φιλονεικῆσωσι, τίς πλέον κερμεὶ ἐν τῇ δεήσει. Κατὰ σὲ οὖν ὁ κόσμος ἀπέθανε, κατὰ σὲ ἤλθεν ἡ κρίσις ἡ μέλλουσα· θεὸν θύνασαι ταύτην ἄνωγει, χάσειν ἡ μνημόνευε. Βέλτιον τὰ κακὰ τῆς μελλούσης, [816] ἢ τὰ ἀγαθὰ τῆς παρουσίας λογίζεσθαι· ἐκεῖνά σοι ὄφθον Θεοῦ προσεβέη, ταῦτα δὲ καὶ τὸν δυτα σολᾷ. Ἐν τοῖς πνευματικῶς πράγμασιν ὁρανοὶ ἐσμὲν ἄπαντες· οὐδένα ἔχομεν, εἰ μὴ τὸν Θεόν, βοθρὸν, καὶ τὴν σπουδὴν ἑαυτῶν. Οὐκοῦν πάντων διαπίπτουσαντες, φροντισίμεν ἑαυτῶν. Μνήσθητι σεαυτῷ καὶ τῶν κακῶν τῶν περιεχόντων σε· μνήσθητι τῶν ἁμαρτιῶν σου λοιπῶν, καὶ τῆς κρίσεώς σου· μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ θνητὸς καὶ ἀσθενὴς καὶ ταλαιπώρος, ῥυπαρὸς καὶ ἀκάθαρτος· μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ ἐν βίῳ θλιβερῷ διαγων καὶ κινδύνῳ μεσίτῳ, πολλοὺς ἀποκτείναντι καὶ κολοῦσι καὶ κακοῦς, σοφοῦς καὶ ἀσοφοῦς, πλουσίους καὶ πένητας. Ἄγε, φέρε, ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, καὶ ἐνὸς ψωμοῦ οὐκ ἔχεις τὸ ἀσφαλές. Μνήσθητι, ὅτι ἄνθρωπος εἶ, ὅσπερ τεταπεινωμένα ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν, μὴ θυνάμενος μίαν ἡμέραν ὑπενεγκὴν κόπον, ἢ μίαν, νυκτὸς ἀργυρίαν· μνήσθητι πόσα προσέκρουσας τῷ Θεῷ ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ ἐνθυμήσασθαι· μνήσθητι, ὅτι λέοντες καὶ δράκοντες παλαιῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀλόγιστοι πόσαι εἰσὶν ἐν ἄδου ψυχῶν, ὅτι κατεφρόνησαν τοῦ ὄφθου τοῦ Θεοῦ, μικρὰς ἀνάσεις παρακαλοῦσαι τυχεῖν, καὶ μὴ τυγχάνουσαι, ἀλλ' εἰς τὰ κακώτατα τῆς γῆς θρηνοῦσαι τὰς πορνείας ἑαυτῶν καὶ τὰς βραθυμίας καὶ τὰς τρυφὰς, τὰς πονηρίας αὐτῶν καὶ τὰς λογομαχίας. Μνήσθητι, ὅτι οὐκ εἶς μακρὰν σε δεῖ ἀποθανεῖν καὶ κρηθῆναι, καὶ τοῦτο μὴ παύσῃ καταλέγων τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ. Γράψον τὸ μικρὸν τοῦτο λογᾶριον ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ὅπως αὐτὸ περὶ τῷ σπὶ τραχήλῳ. Κρεῖττόν ἐστι διαδοῦσθαι βασιλικῷ· τοῦτο εἶς· κολοῦσαι ἄγει, ἐκείνο ζωὴν αἰώνιον προσεβέη. Ταῦτα μελέτα· ἐν τούτοις ἴσθι διαπαντός. Ἐὰν ἐν τούτοις ἦς, ἐν τοῖς ἐναντίοις οὐχ εὐρίσθη ποτέ· εἰ δὲ ἐν τούτοις οὐ κατανύσῃ, ἐν τίνι ἀλισθῆσεται ἡ καρδιά σου; Ὅτι κἂν ἐγγὺς ἢ ἡμέρα Κυρίου, φοβηθῶμεν καὶ ἡσυχάσωμεν. Ὁ ὕψαις ἀίματος εἶναι ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ ἐνθυμήσασθαι, τί ἄλλο πράττειν ὀφείλει, εἰ μὴ διαπαντὸς ἡσυχάζειν καὶ εὐχέσθαι· καὶ σιωπᾶν καὶ καταφρονεῖν ἁπαντῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Ὁ γὰρ τοῦτο θελῶν κατορθῶσαι, θεὸν ἑαυτὸν ποιεῖ ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸν εἰπόντα, *Ἴνεόςθε μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ*. Ἰσοε ἐτεκνοποιήθημεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· τί δικαιοτέρον, ἢ υἱὸν μιμησάσθαι πατέρα; Ἢ τέκνον γνήσιον εἶ, ἀκολούθησον προστάγματι πατρικῶς, καὶ μάλιστα δικαίους ὄσει καὶ ὤφελιμοίς. Ὁ ἔχων πρὸς δαίμονας μάχην, τὸ ὀφείλει ποιεῖν, ἢ ἀξιαλείπτως προσεύχασθαι; ὁ καθ' ἡμέραν κινδυνεύων ψυχῇ καὶ σῶματι, τί ἄλλο πράττειν ὀφείλει, ἢ ἀγωνισθῆναι καὶ δεῖσθαι τοῦ Θεοῦ; Ἀλλὰ λέγεις, τὰ πάθη τυραννοῦσί με, καὶ ὁ φόβος τυραννῶς ἐστί. Τύραννος τυράνῳ ἀντίπτεται. Σαίει μόνον τὴν γῆν, καὶ ἅπαντες τρέμουσι. Τίς οὐ φοβέεται τὸν ποταμὸν τοῦ πυρός; Μία ἡμέρα τοῦ σκότους ὑπὲρ ὅλα τὰ ἐν βίῳ κκχα· καταφρονεῖται οὖν τῶν ἐνταῦθα ὡς ἀπαρμυθῆτων. Ἰβρίε τίς, ἢ ἐτύπητησεν; Ἐπίσθιν ἐπὶ· Κύριον, ὅτι πολὺν σοι παρέξει τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθόν. Ἀπὸ τῆς ἐπιδοῦς ἡ πίστις, ἀπὸ τούτου ἡ ἀγάπη· ὅτι μικροῦ λόγου καὶ μικρὰς ὑπομονῆς ὁ Δεσπότης παραδείσειόν σοι χαρίζεται, ὡς ἀθλητὴν σε στέφει διὰ πόμα ψυχρόν· ἢ γὰρ πίστις σου πολλοῦ ἀξία ἐστί. Τὴν ἀρετὴν ποιῆσον σεαυτῷ νόμῳ, καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, παιδιὰς σου ζῶντας καὶ

